eis videantur per Foller. in Bulla, de cenſib.
in verb. Alfonſus num. 8. fol. 15. & latiſſimè
per Cagnol. in epiſtola de bon. princip. vi. in
prin digeſtorum.

IN TEX. ibi Rex Siciliæ. Quomodo fue
rit Rex, & qui ſucceſſerunt in dicto Regno
Siciliæ breuiter demoſtratur ſupra in princi-
pio,

16 pio, & quæ ſit Sicilia, & vbi ſit poſita, & de
moribus Siculorum, & quis fuerit primus
Rex Siciliæ ſatis abunde ſcribit Faſſell. in di-
cta hiſtor. eius in cap. primo, ſecundo ter-
tio, libr. primo, & Calepin. in ſuo dictio. in
verbo Sicilia vbi inter inſignes Ciuitatis hu-
ius Regni nominat Cataneam Panhormum
Meſſanam, & alias vt per eum, & Siculos
acutos vocat Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Cen
tu. p. caſu 57. nu. 31.

17 IN TEX. Ibi vniuerſitatis. Quod gẽtes
faciunt vniuerſitatem quod Collegium,
quod turbam. Quod Cœtum, quod multi-
tudinem, & quod Caſtrum. Dic vt per Bart.
in l. prætor la ſecunda ff. vi bono. rap. & ibi
plenius per apoſtillam per Angel. in l. ſi quid
18 §. in decurionibus ff. de procurat. & an cleri-
ci veniant appellatione vniuerſitatis vide Fe
lyn. in cap. eam te, nu. 16. extra de reſcript. &
an veniant appellatione populi dic quod ſic
ſecundum Caſſan. in conſuetudinibus Burg.
rubric. xiij. §. quinto. In verbo des foreſt. pa-
ſtura verſ. ſed nunquid num. 2. & ſequi. fol.
19 371. & an commentarienſes dicantur pro-
pie de Ciuitate ſeu de vniuerſitate, & Ciues
Menoch. de arbitr. iud. lib. primo quæſt. 99.
20 nu. 28. dicit quod non: & an ſubarbia veniãt
appellatione vniuerſitatis, & dic quod in
odioſis non veniunt dicit idem Menoch. de
arbitr. iud. lib. 2. cent. ſecunda caſu 155. num.
decimo ex Bar. in l. 2. verſic. ſi vero ſi, de ver-
bo. ſignif. de quo vide ibi ſcripta per eundem
Menoch.

21 Et an vniuerſitas poſſit reſtui ex leſione
vide Laur. Chirco. in conclus, viij. cent. vir,
in ſecundo volu. comu. opinio. fol. 72. vbi
dicit quod ſic ſicut poteſt res pub. Ciuitatis,
& allegat Roland. Auall. conſil. 90. nu. 27.
volu. primo, & ibi communem dicit: & quid
ſi vniuerſitas ſit læſa ad petendam reſtitutio-
nem in integrum in tempore minori: Qua-
22 triennio. An habent quatriennium vide la-
tæ per Michael. Graſſ. in quæſt. prima cap. 4.
libro 6. in ſecundo volum. com.n. opinio.
fol. 18. & quid ſi ciuitas eſt populoſa quę per
ſuos regitores gubernaturi neceſſe eſt an re-
ſtituatur in integrũ, & communis eſt quod
ſic quam refert iure in opinio. 141. incip. quã
tus in primo volum. commu. opinio. fol. 32.

23 Et quid ſi vniuerſitas eſſet negligens in pe
renda reſtitutione an ſinguli de vniuerſitate
poſſuit appellare vide Afflict. in decimo. 175.
24 & ibi Vrſillus nu 4. vbi dicit quod minor mu
lier, & vniuerſitas æquiperantur, & quod vni
uerſitas æquiperatur pupillis dicit Roland.
inconſi. 68. num. 2. in 3. volu. & an Eccleſiæ
vide Roman. in conſ. 311. Guid. Papa. in de-
ciſ. 57. & quando vniuerſitas non reſtitua-
tur vide Cagn. in l. ſi quis maior c. de tranſac.
25 in fine, & quomodo obligatur vniuerſitas di
cit Villalob. in verbo vniuerſitas num. 46. &
61. in addittio. vide clar. in §. fin. in ſua praxi.
crimina in quæſtio. 16. in verſ. vlterins vbi di-
cit quando ex delicto obligetur, & conde-
26 mnetur, & dicam Rom. eo. verbo Ciuitatis
& an Ciuitas poſſit accuſari vel accuſare, &
an vniuerſitas poſſit excommunicari v. clar.
in dicto §. fin. quæſtio. 60. & in quæſtio. 16. &
an teſtes de vniuerſitate probent pro vniuer
ſitate dicam infra eodem in verbo Ciuitatis
in verſ. vltimo vbi reliqua de vniuerſitate, &
27 an præſcribatur contra vniuerſitatem; &
quanto tempore v. Doctor. in l. fina. c. de ſa-
cr. ſanct. eccleſ. & Balb in tracta de præſcri.
& an abſentes cauſæ rei publ. reſtituantur;
& infra quantum tempus, & multa de ab-
ſentibus v. per Villa lob. In ſua coll. comm.
opin in verbo abſens per totum, & de reſti-
tutione in integrum v. latè notata per Ma-
rant. in Speculo Aure. par. vj. actum 2. num.
77. & ſeqn. vbi nu. 97. de reſtitutione vniuer-
ſitatis ſcribit, & nume. 113. dicit reſtitutio-
nem regular. petendam eſſe coram iudice rei
per l. 1. c. vbi & apud quem fallit in clerico &
eccleſia ait ibi per eum adde ad dictam regu
lam l. 3. c. eo. vbi & apud quàm & quæ ſcre-
pſit Io. Mauritius in tracta. reſtitu. in integrũ
in titul. qui reſtit. integ. poſſ. conced. & p. 35.

28 IN TEX. Ibi Cathaniæ Cathania Ciui-
tas noſtra ab ædificatore Cataneo uel Ca-
tino calcidentium duce vocatur ſecundum
Faſſell. in hiſtor. Sicil. libro terzo cap. primo
29 part. prima fol. 92. & eſt urbs antiquiſſima
ædificata ante ædificationem Romæ per an-
nos 1088. ſecundum Faſſell. in dicta hiſtor.
Sicil. lib. vij capit. primo fol. mihi 92. iuncta
hiſtoria mirabilia Romæ in principio (licet
aliter ſentiat Cagnol.) & fuit ædificata anno
creationis orbis 4462. vt ibi Faſſell. teſtatur.
30 Quæ vrbs Catinæ eſt in Regno Siciliæ nobi-
liſſima antiquiſſima, & fertiliſſima. Aquis
tritico vino fructibus animalibus nemori-
bus lignis piſcibus, & ſericis l. prout quæli-
bet Ciuitas eſſe debet vt dicit Cagnol. in pro
hæmio digeſtorum in rub. de vita, & regimi-
boni princip. num. 63. & 64. & non in meri-
to per totum Regnum ſupplicatu fuit quod
Magna Regia Curia Reſidentiam ordinariã
eam pro Rege face ret, in ea vt per cap. Reg.
Regis Ioannis c. 10. patet:) & eſt ſituata pro
pe mare Adriaticum ſeu Yonicum, & prope
mare Africanum ex meridie, & prope Aeth
mam ex Septentrione, & Sicilia eſt in marę
Mediterraneo vt dicit Faſſell. in dicta hiſtor.
31 Sicil lib. primo cap. primo De quo famoſiſ-
ſimo monte Etne non eſt author atq; poeta

neque

neque hiſtoriografus quaſi qui de eo non loquatur, & de magnitudine noſtri montis vide per eundem Faſſell. in Cronica Sicil. libr. 1. cap. 4 prima parte.

Et redditur noſtra Ciuitas Illuſtris à rebus a perſonis, & ſtudio videntur, & enim thea-
32 tra, amphiteatra, & bellum nauale extra portam lteſichoream, & decime ac aquæductus prope portam archoræ, Goliſeum intus dictam Ciuitatem prope Conuentum Sancti Auguſtini quæ adhuc conſpicuuntur columnæ cuius Guliſei magnæ lapides, & porta extant in maiori Eccleſia noſtræ Ciuita-
33 tis. Quæ omnia à Marco Marcello facta extitere propter victoriam Syracuſarum ab eo habitam auxilio Catinenſium. Et ſtudia publica omnium ſcientiarum noſtræ Ciuitatis conſtructa ab eodem Marco Marcello fuere vt dicit Faſſell. in loco prædicto in cap. primo libr. quinto, & in dicto capitulo primo lib. tertio, & ſic iam ſunt anni 1800. quod ſtudia Catinæ vigebant: Nam dictus Marcus Marcellus ante Chriſti Incarnationem per 200. annos vigui & deinde poſt deſtructionē dictæ Ciuitatis à Rege Alfonſo, & à Summo Pontifice Eugenio Quarto conceſſa iā ſunt anni 150. & nouiſſime confirmata, & reformata, & ſalaria amplificata, lectiones augmētatę per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſi-
34 mū Marcum Antonium Columnam Ducem Paliani, & huius Regni pro Regem Anno octauæ Indict. 1579. Cuius ſtudij in merito per duodecim vices in diuerſis lectionibus electus fui, & legi, & maximè in lectura Matutina, & veſpertina iuris ciuilis.

Et ex perſonis iam ſupradixi propter Natiuitatem, & habitationem Regum propter quod dicitur vrbs, & eam vocat vrbem Calep. Indittionario ſuo in verbo ſteſicorus, & in vita, & Paſſione Diuæ Agatæ in Breuiario Gallicano dicitur, & vrbs, & etiam vocatur quæ muro cingitur a Menoch. de arb. iudi. lib primo quæſtione 99. & ex ea fuit natus,
35 & habitator eorumdas Catineus iureconſultus præcipuus qui leges dedit Athæniēſibus Calcidenſibus Siculis, & Italis tamquam iuriſconſultus Eximius ſicut Socrates Pithagoras, & Plato leges tradiderunt Magneſijs, & etiam Siculis vt dicit Duen. in regul. 77. nu. 7. in ſecundo volum. Tiraquell. de retract. in Prælud. num. 12. de quo eorunda Catin. legis latore mentionem etiam facit Didac. Couar ru. in lib. varia. reſol. cap. 16. poſt nume. 9. lib.
36 2. & Dicearcus Philoſophus fuit Meſſanenſis diſcipulus Ariſtotilis dicit Faſſell. in dicto lib. hiſtor. Sicil. capit. primo libr. ſecundo, &
37 Corundas fuit Princeps Tyriorum, & ſeipſum interfecit propter legem à ſe factam cu ius legis tranſgreſſor fuit vt dicit Folleri. in prattica crimi. Cano. in verb. & ſi conſeſſi auconuinti num. 2. fol. mihi 265. Menoch de at bit. iud. in libr. ſecundo cen. quarta caſu 394
38 num. 39. Sicut fecit etiam Diocles Syracuſanus Rex vt dicit idem Faſſell. in dicta hiſtor. Sicil. cap. 3. lib. ſecundo in fine fol. 424. & Corumdas legiſlator nec viris quidem tecū ſas nuptias permiſit vt dicit Tiraquell. in l. boues. §. hoc ſermone num. 157. & ex dicta Ciuitate etiam natus fuit Abbas Siculus Nico-
39 laus Tudiſcus (Archiepiſcopus Panormitanus Cardinalis qui Panhormi ſepellitur) iure conſultus de iure Canonico luminare maius, vt ipſemet teſtatur in Prohæmio rubr.
40 extra de iud. Goffredus Rizzari Geronimus de Anzalono Adam Siſmundus, & Simon Viuicitus Ioannes Paternonus Archiepiſcopus Panormitanus, & præſes in hoc Regno.

Item & quondam Illuſtris Blaſcus Lancea Antonius Lancea, Federicus Campixanus, Ioannes Philippus, & Ioannes Thomas, de Paternione, Franciſcus Prouinzale, Ioannes Battiſta Seminara, Don Raimundus Ramundettus, qui tres Regentes ad lattus Suę Catholicæ Maieſtatis aſſiſtere: quod de Hieronimo Fimia, Aquila Regno vocatus: Ioāne Philippo de Gullo, Ioſeph Cumia, & Ioāne Galeotto Platamone, & D. Antonino de Cutellis Franciſco Ricchali, Dominis meis qui Regij Conſiliarij extitere qui omnes in capitulis, & Pragmaticis Regni ſcripti videntur. Multis etiam alijs Doctoribus Peritiſſimis dicta Ciuitas repletur, & dicto Reuerendiſſimo Domino Don Nicolao Stizzia Abbate olim noue Lucis, & Mag. Archimandrita digniſſimo, propter quod in ſignis Ciuitas noſtra dicitur ſecundum Menoch. de arb. iud. in dicto lib. 2. centu. 2. caſu 158. num. 4.

41 RVRSVS noſtra Ciuitas redditur Illuſtris a Diua Agata Patrona, & Compatriota noſtra quæ hic Martirio ſub Quintiano paſſa eſt Decio Imperatore anno Domini 252. & tranſlata fuit a Ciuitate Conſtantinopolitana hic miraculoſe cuius Martirium ſub breuibus verſibus narrabo: tenoris ſequentis.

Numina falſa minas præfecti negligit audax:
Blanditias ridet ſpernit promiſſa Tiranni
Scortorum quod turba nequit violare, pudicum,
Caſta ad prætorem meretrices mente redducunt.
Taurinis humeros contendunt cedere neruis.
Trahiciunt pectus ferro velluntq; m. millas.
Conijciunt iterum abſciſſis vincula mammis.
Vulnera ſanauit reſerato Carcere Petrus
Inſuper ardentes nudata imponitur ignes
Orans flexa genua moritur Cœloq; potitur.

ITEM

42 ITEM Santus Birillus fuit Epiſcopus Ca-
tinenſis ab Apoſtolorum Principe huc
miſſus vt legitur in martyrologio Sanctorũ
nouiſſimo.in vltimo Decembris Santus etiã
43 Leo Epiſcopus Catinenſis extitit imago cu-
ius marmorea ſupra portam maioris Eccle-
ſiæ videtur. Santus quoque Euplus noſter
ciuis fuit vt in Breuiario Gallicano in eorum
vita apparet die xx. Februárij,& die xvij. Au-
guſt. in quibus diebus eorum feſta colimus
vt patet in dicto martyrologio ſimiliter, &
Santus Athanaſius vt dicit Euerard.de Roc-
co in hiſtor. Diuæ Agatæ. nec non, & alij de
cem Sancti Martirium in hac Ciuitate cæpe-
runt vt in martyrologio, prædicto in menſe
Martij eſt videre nomina quorum hæc ſunt.
Sancti Stefanus, Pontianus, Atthalus, Fabia-
nus, Cornelius, Sextus flos Quintianus, Mi-
neruinus,& Simplicianus.

ET ex eo etiam noſtra Ciuitas redditur
Magna quia Epiſcopatum habet cũ Epi-
44 ſcopatus non datur niſi Magnis, & inſigni-
bus Ciuitatibus centeſimo primo extrà de
exceſſ. Prælatorum. refert communem Vil-
lalob.in ſua coll.commu.opin.In verbo Epi
ſcopatus nume. 91. de quo Epiſcopatu anti-
quiſſimo etiam mentionẽ facit tex.in c.Cati-
nenſis Eccleſiæ 61.diſtint. Dominus, Cumia
in cap.ſi aliquem de ſucceſſ. feud. & nunc in
dicto Epiſcopatu eſt antiſtes Illuſtriſſimus
45 Don Ioannes Cortionero olim Inquiſitor
Hereticæ prauitatis hoc Siciliæ Regno cui
Deus longæuas præſtet dies in ſeruitium ſuæ
diuinæ Maieſtatis,& huius Ciuitatis,& alias
Illuſtres perſonas Ciuitatis prędictæ non ſcri
bo quia patenti in loggia Magna huius Vrbis
& de eis loquitur Facell. in dicta Cronica Si-
ciliæ libro 3. cap.primo, & Laureatus poeta
46 noſter Catinenſis Petrus Pauo in vita,& Paſ-
ſione Diuæ Agathæ in prohæmio vbi mul-
tas alias perſonas enumerat,& ex alijs noſtra
47 Ciuitas etiam inſignis dicitur eum arbitrio
iudicantis remittatur dicit Menoch. de arbi.
iud. in dicto libro ſecundo Cent. 2. clarum,
& Illuſtre idem caſu 158. nume. 3. & dicitur
noſtra Cinitas clariſſima id eſt, Illuſtriſſima.
Nam idem eſt clarum quod Illuſtre dicit Ci
cero libr. 4. Acad. quæſt. Tiraquell. de nobi-
litate cap. 2.num. 17. ſed de iure aliter capiun
tur Illuſtres,& aliter clariſſimi vt per Docto.
& maximè per Iaſ.in l.prima ff.de off.eius Ci
ui.manda eſt; vnde patria mea cum tam anti
qua nobilis famoſa Illuſtris, & literis ſciẽtijs
quę prædicta ſit ex ea nati bonam coniectu-
ram pro eis habent iuxta l.quod ſi aliter §.mã
cipi.ff.de ædil.ædi. Cacialup.in l. admonendi
nu.257.de iure iurand.

IN TEX. Ibi noſtrorumque fidelium:
Quantum extiterunt fideles Ciues Cati-
48 nenſes huic Sereniſſimo Regi Ludouico tẽ-
pore reuolutionis Regni pulchre,& latè Faſ
ſell.in dicta hiſtor.Sicil. lib. viij. capit.vltimo
ſcripſit,& propterea Catina meruit vocari tu
49 trix Regni ſeu Regum quid in priuilegio an-
tiquo ſcribitur tribus literis ſcilicet C. T. R.
prout in loggia,& alibi patet.

50 IN TEX. Ibi in Curia quæ ſit Curia qui-
bus modis capitur & vnde dicitur vide Io.
Montagn. in tracta.de authoritate Magni cõ
ſiliarij num. 168. & qui dicantur Curiales di-
cam infra in conſuetudine ſecunda titu. pro-
ximo noſtra namque Ciuitas habet Curiam,
Criminalem, Capitanealem, Ciuilem, ſcilicet
Patricalem, & appellationum, quarũ omni-
bus Curiarum gratia Dei iudex etiti, & Ma-
gnam Curiam Epiſcopalem,& Curiam Spe.
Dominorum Iuratorum. Curiam admira-
tus, Curiam Rettorijs, ſtudij,& ſic omnes iu-
riſdictiones noſtra Ciuitas habet prout in pri
uilegio fori dictæ Ciuitatis apparet, & de Cu
ria vide Cagnol.in l. 2.ff.de orig. iuris in prin-
cip.legis num.17.& 25.& Curia Principis nõ
debet ab infamibus fedati dicit Roland. in
conſil.87.num. 10.volum. 3.& quę propie ſit
Curia,& qualiter capiatur v. Pariſ.in conſ.58
nu.48. vol. 3.

IN TEX. Ibi Conſuetudines quid ſit cõ
51 ſuetudo primo quæro, & dico quod eſt
ius non ſcriptum moribus populi vel a ma-
iori parte ipſius ratione continuatum, & in-
troductum vim legis habens, & iſtam diffini
tionem non examino tum quia omnis diffi-
nitio in iure eſt periculoſa l. omnis diffinitio
cum ibi notat. per Doctor. ff de regul. iur. ſe-
cundo quia eſt communis diffinitio vt dicit
Dec. in rubr. de conſuet.ext.colum.ſecunda
quem ſequitur,& refert Michael Graſſ. quæ-
ſtio.2.cap.primo lib. primo in ſecundo volu.
commu.opin. fol.96.
52 ET dicitur conſuetudo quaſi vſus ſeu con-
uerſatio ſecundum Plinium. in mill. pri-
ma græce vero συνήθεια vel quod in cõmune
eſt ſecundum Goffred. in rub.de conſuetudi
ne,& quaſi communis aſſuetudo ſecundum
gloſſ.in §. ex non ſcripto in verbo conſenſu
inſtitu.de Ciuile naturali gent. & Ciuil.& an
conſuetudines requirant ſcripturam,& quid
ſi in ſcriptis redigantur an amittat vires dicã
infra in quæſtione 13.& in fine,& conſuetu-
do eſt domina omniũ rerum Roland. Auall.
in conſil.4.nu.21.lib.3.vbi nu, 20. dicit quod
conſuetudo patriæ tanquam altera lex ſequẽ
da venit Gram. in deciſ. 69. Ioſeph Ludou.in
deciſ.62.nu.10.lib.2.

53 SED an conſuetudines pro ſtatutis capian-
tur Rolan. Auall. in conſ.67. nu. 38. vol. 3.
dicit quod eſt potentior conſuetudo ſtatuto
Io. Fichar. in additio. ad Villalob. in Coll. cō.
opin. in verbo conſuetudo nu. 177. in 1. vol.
com. opin. fol. 83. dicit communem referen-
54 do. Quod appellatione conſuetudinis non
venit ſtatutum: ſed Iaſ. in l. omnes populi in
prima repet. nu. 3. ff. de iuſt. & iur. & Crauett.
in conſi. 251. num. 3. dicit quod appellatione
ſtatutorum venit conſuetudo, & Dec. in l. fœ.
minæ, nu. v. ff. de reg. iur. dicit quod æquipa-
ratur cum tantum in expreſſo, & tacito dif-
ferunt Ancha. in c. Canonum ſtatuta de con-
ſtit. nec inter legem, & cōſuetudinem datur
aliqua differentia eſt cōmunis opinio relata
per Turzan. in opi. 153. in 1. vol. comm. opi.
vide Rou. de Curt. in tract. de conſuetu. Caſſ.
ſuper conſuetudinib. Burgu. rubri. 4. §. 7. in
verbo, la matiæ, & la feme, in verſic. nec ob-
ſtat nu. 42. fol. 168. Iſer. in prohæmio Conſti.
Regni. Tu dic quod à Doctorib. cōfundūtur
videtur etiam in materia noſtra vbi verè vo
cat conſuetudines ēt ſtatuta ita ſentit Bal. in
l. humanū. C. de leg. & an Conſuetudines in-
ſcriptis redapte habeant vim ſtatuti v. Boer.
conſ. 8. nu. xj. & quòd conſuetudo æquipare-
tur ſtatuto dicit Rimina. in cōſ. 304. nu. 5. lib.
2. ſequitur Ioſeph Ludo. in d. deciſ. 62. nu. 12.
lib. 2. Et aduerte quod aliud eſt conſuetudo
aliud deſſuetudo, & aliud aſſuetudo de quib.
vide per Caſſan. in dictis cōſuetudinib. Burg.
rub. 13. §. 2. in verbo Lonepeult. in verſ. aduer
55 tendum nu. 18. fol. 369. & quomodo introdu
catur conſuetudo, & quot poſſunt eā intro-
ducere, & quomodo probetur dicam infra
eadem. Et an conſuetudo, & priuilegium
æquiparentur vide Dec. in c. nouit nu. 12. ex-
trà de reſcrip. & quid differat à ſtilu dicam in
fra eo. q. xj. nu. 138.

56 IN TEX. Ibi Ciuitatis quæro. Quid ſit Ci-
uitas, & quidem Ciuitas eſt Collerta ciuiū
multitudo ad idē ius viuendū ſecundū Cice.
de ſomn. Scipio. nihil eſt Principi, & Deo. Ac
ceptius quā cōſilia cætuſq; hominū iure ſo-
ciata quæ Ciuitates appellātur, & ab Ariſt. 1.
Politices Ciuitas vocatur cōmunio quędam
vide Cagn. in repet. l. 2. ff. de origine iuris nu.
57 24. & ex vocatione Ciuitatis à Rege facta da-
to quod nō eſſet Ciuitas ex ea efficitur ſecun
dū Inno. in c. ab eccleſiarū in 1. colu. in fine,
& ibi Ioannes Andr. de offic. ordin. & ibi etiā
dicit quam ſi princeps. Scribit vti vniuerſita-
ti videtur ei dare iura vniuerſitatis. Bar. in ex-
trauagant. ad reptimend. in verſ. Ciuitas, idē
Bar. in lege ſodales in 4. colum. de Colleg. il-
lic. & quid ſit Ciuitas vid. pulcre. Cagn. in l. 2.
ff. de orig. iur. in principio legis nu. 14. Quod
58 gentes faciant Ciuitatem vide Caſſa. in dictis
conſuetudinib. Burgun. in rub. 13. §. 6. in ver-
bo des foreſtz. fol. 373. alleg. Bart. in l. prætor
lar. ff. vi bono. rapt. vbi addittio, & ibi nu. 2. &
59 ſeq. dicit quod quælibet Ciuitas pōt ſibi con
ſtituere burſam communem, & ibi etiam an
60 Ciuitas poſſit conſtituere ſindicū procurato
61 rē vel ſe congregare vel collectam imponere
& an poſſit nouas imponere Gabellas vide
Capiz. in deciſ. 148. & in Regno non poteſt
nouas Gabellas imponere abſq; licentia pro
62 Regis, prout in Conſt. regni dicitur, & quam
adminiſtrationē habeāt Syndici vniuerſitatis
vide Capiz. in deciſ. v. Clar. in §. fi. q. 14. Meno
ch. de arb. iud. q. 79. nu. 14. & Ciuitas Triplex
eſt maximè vt metropolitana maior quæ ha
bet iuriſdittionē ciuilem, & criminalē minor
quæ nullam habet Rip. in tract. de peſt. nu. 4.
noſtra Ciuitas maxima dr̄ quia non Archiepi
ſcopū metropolitanū, & habet Epiſcopatū,
& iuriſdittionē omnē, & ex ſupradictis patet.

64 QVAERO ad hoc vt actus vniuerſitatis
valeat quod partes ipſius requirantur
dic due partes refert cōmunem opi. Circho.
in concluſ. 6. Cent. v. in 2. vol. commu. opin.
fol. 72. Michael Graſſ. in loco præcitato, & qd
de iure Canonico vid. Chirco. ibi & in noſtra
Ciuitate vt plurimū conſilia congregātur per
vigintiquatuor electos tantū niſi ſit conſiliū
generale quia tunc non debet eſſe numerus
minor ſexaginta ita per literas Suæ Excell. di
ſponitur, & talis conuocatio fit per Cāpanam
& quādo fit conſiliū dictos xxiiij. electos vl-
tra campanā fit eis iniuntio pænalis, ob eorū
renitentiā, & talis conſuetudo attenditur in
conuocatione populi eſt commu. opi. relata
per eundē Graſſ. in loco prædicto q. v. in con-
cluſ. 2. libr. 4. verſ. & ſtatutum vbi dicit quod
ſtatutum à conſuetudine interpretatur.

66 ET an minor habeat vocē in conſilio com
mu. op. eſt quod non quā refert Iaſ. in l. de
67 pupillo nu. 4. ff. de nou. oper. nunc. & quæ re-
quirantur in alienatione bonorū Ciuitatis vi
de Capiz. in deciſ. 93. & ibi etiā dicit quod nō
poteſt Ciuitas cōpromittere, & æquiparatur
pupillis vide ſupra eod. in verbo vniuerſitatis.

68 ET quid dicantur vicini à Ciuitate vel op-
pido vide Menoch. de arb. iud. lib. 2. Cent.
3. caſu 222. nu. 25.

69 ET an ciuitas veniat appellatione perſo-
næ Bald. in rubric. C. ad Trebell. dicit
quod non. & in cap. conuenticulos in 2. not.
de pace iur. firma. in vſib. feud. ſed dicitur per
ſona repræſentata, vt per Bald. Ibi & quod
venit appellatione Ciuitatis vid. Fely. in cap.

Rodulſus nu.13.de reſcri. & quod ſtatutum
pœnale non cōpræhendat Ciuitatē quia dici
tur perſona ficta e nō vera dicit Emilia, in cō
ſil.142.nu. 4. & an in ſtatutis cōpræhendatur
Ciuitas,& Menoch.de arb. iud.lib.2.Cent.2.
dicit quod per ſtatuta quæ his verbis loquū-
turſi quis quicumq;,& ſimilibus non cōpræ
70 henditur, & Ciuitas in mari vel propè mare
prout eſt noſtra habens iuriſdictionē habet
territorium etiam in mari per centum milia
ria Bar.in trac.Terbery.in ſecunda part.de In
ſula.Cæpoll.in tract.ſeruitut.Hiero.de Mon
te in tract.fin.regund.nu.3. fol.xj.

ET an poſſit accuſare vel accuſari vide ſu-
pra in verbo vniuerſitatis, & an Ciuitas
poſſit condemnari pro delictis dic regulari-
ter quòd non niſi probetur quòd delictū fe-
cit congregato, & cōmunicato conſilio, &
deliberatione præcedente ad delinquendū
gl.i l..aliud §.refertur ff.de reg.iu.Bar.in l.aut
facta §.fi.ff.de pen. Dec.in cōſ.66.col.fi.com.
dicit Curt.Iun.conſi.185.nu.9. Clarus in pra
cti.crim.q.16.Ioſeph Maſcard.in tract. prob.
in concluſ.1413.vniuerſitas volu. 3. vbi am-
pliat 7.modis,& limitat tribus, & ſcias quod
71 Ciuitas quæ duos Epiſcopos interſecit deſi-
nit eſſe Ciuitas,& ei amplius non debet con
cedi alius Epiſcopus c.ita nos 25. q.2. Alber.
in rub.de Epiſc.& cle. ſed occidens electum
nondum conſecratum non dicitur occidere
Epiſcopum Bald. in l.ſi nondum Paulopoſt
prin.C.de ſurt.gl.in clem. 1. & ibi Cerdin. in
v.q. de pœn. ter. ſecus ſi occidit Epiſcopum
alienum clem.1.§.Ciuitas,& ibi Cardi. in 1.
quæſt. de pœnis alias ſi ſtaret etiam per mil-
le annos non ammittit priuilegium petendi
Epiſcopatum ſecundum gl.in c.fœlix vj.qu.
prima Bertha.in tract.de epiſ.lib.2.

72 ITEM in Ciuitate nouitates eſſe non de-
bent quia ſemper diſcordias pariūt,& ideo
odioſe ſunt Anch.in conſil.157. multa cumu
lat. Duen.in reg.109.incip.nouitates lib.2.Ca
pic.in deciſio.148.nu.3.

VLTIMO circa iſtam materiā quæro an
73 teſtes de Ciuitate vel vniuerſitate aut
Collegio probent pro vniuerſitate Ciuitate,
Caſtrouilla, vel Collegio vide Hyppol. in §.
ſeruos,mancipium in l.1. ff. de quæſt.Gram.
in conſ.22.nu.8.Alex.in conſ.136.nu.xv.vol.
2.Viui.in Collecta commun. opin. in opini.
352.primo lib.Io. Ficard.in addictione Villa
lob.in verbo teſtis nu. 193. & communis eſt
per Viui. Ibi quod regulariter non probant
Duen.in regul.216.nu.65.lib.2. Natta in con
ſil.672.Afflı.in deciſ.400.Capic. in deciſ.152
limitat tamen aliquibus modis Viui. in dicta
opinione 352.vid.Michael Graſſ.quæſt. ſecū
da cap.4 lib.primo in ſecundo vol commu.
opin.fol.108.vbi ponit ſex opiniones Doc.&
finaliter concludit teſtes vniuerſitatis nō ſen
tientes commodū vel incommodum amitti
debere ſed de fide diminuitur, & nō eſſe om
74 ni exceptione maiores & idem quando tra-
ctatur de paſcendo nemore probant eſt com
munis relata per Villalob,ī verbo ſinguli nu.
60.in ſua Colletta.Communiū opi. vide om
nino Menoc.de arbi.iud.lib.2.Centu. 2. caſu
106.& ibi nu.17.dicit quod in cauſa crimina-
li non poteſt Ciuis pro Ciuitate teſtis eſſe fal
lit tamen in caſibus ibi per eū declaratis,no-
uiſſimè v.no.per Ioſeph Maſcar. in tract.pro-
ba.in concluſ.1414.incip. vniuerſitas vol.3.

75 ET Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem
æquiparatur principi, & poteſt omnia fa-
cere quæ princeps poteſt Silueſt.in §. præte-
rea inſti.de curato.nu.16.Nat.in cōſ.12.nu.3

QVAERO primo in iſto prohæmio prin
76 cipaliter an quælibet Ciuitas poſſit ſibi
ſtatuta condere, & dico quod Ciuitates quæ
recognoſcunt ſuperiorē non poſſunt regula
riter ſtatuta condere in his quæ ſunt principi
reſeruata,vt dicit Natt.in conſ.12.nu.1.vbi cō
munem dicit vol.1. quod ampliatur procede
re etiam quādo haberet iuriſdictionē præſcri
ptam quādo princeps eſt in loco vt dicit Iaſ.
in l.omnes populi nu.27.in prima lectur.vbi
Doct.ff.de iuſt.& iur.& Paulus de Caſt. in l.
humanum nu.3.c.de leg.niſi in his quæ cōue
niunt adminiſtrationi rerū ſuarū vt dicit Ro
lan. Auall.in conſ.99.num. 14. vol.2. Viui.in
77 in opi.324.vol.1.Immo populi etiam ſubdit
alterius Imperio tūc poſſunt ſtatuere eſt cō-
munis opinio relata.per Villalob.in Coll.ſua
comm.opi.in verbo populi nu.81.Soarez in
ſua Coll.com. opi.in verbo ſtatutum nu.178
vel niſi præſcriptam iuriſdictionē haberet vt
dixi vel niſi Ciues dictis ſtatutis vterētur vel
ab eis non eſſet appellatum prout idem di-
cit Roland.Auall.in dicto conſ.99.vol.2.

78 IMMO Ciuitas habens merum, & mix-
tum Imperium non poteſt facere ſtatuta
contra ius vel correttoria iuris, vt dicit Ro-
land.in conſil. 4. volum. 3. vbi communem
dicit ſecus, ſi eſſent præter ius vt dicit Af-
flict. in conſtitut. Regni in quæſtio. 6. prin-
cipali. Idem dicit Roland. in dicto conſilio
4.num. 31. de quibus quæſtionibus Michael
Graſſ.in quæſtio.4.capit.3.lib primo in ſecun
do volum. commun. opinio. fol. 104. vide.
Duen.in regul.77.volum. ſecundo vide Soa-
rez in ſua coll. commun.opinio.in verbo ſta
tuta num. 178. & hæ quæſtiones, & aliæ de
qui-

quibus per Doctor. in l. omnes populi ff. de
79 legibus in noſtra Ciuitate ceſſarent cum per
eam fuerunt hæc ſtatuta Sereniſſimo Regi
Ludouico præſentata vt ea confirmaret, pro
ut confirmauit maximè quia multa ſunt con
tra ius, & infra videbimus, & eis authorita-
tem præſtitit, quæ omnia validia ſunt quia
Princeps poteſtatem ea confirmandi habet
vt dicit Pariſius in conſil. 99. nume. 24. volu.
primo immo ab eo facta cenſetur: quia om-
nia noſtra facimus in quibus noſtra in parti-
tur authoritas dicit Imperator in l. ſecunda
C. de ver. iur. enucle. Iſern. in prohæmio con
ſtitut. Regni, & de confirmatione harum
conſuetudinum patet infra in fin. in titulo
de confirm. dictarum conſuetudinum, &
80 propterea hæc ſtatuta, & conſuetudines
pro ll. commun. per nos obſeruari debent,
non obſtante lege communi in contrarium
dictanti: ſecundum Alexan. in conſil. 34. nu.
5. & in conſil. 148. volum. 6. & Iaſon. in l. 2.
colum. 4. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. Idem
Rolland. Auall. in conſil. 72. & ſequi. vo-
81 lum. 3. nam ſtatuta in loco dicuntur ius com
mune ſecundum eundem Roland. in conſil.
22. nume. 22. volum. 4. Calcan. in conſil. 7.
nume. 6. Tiraquell. in tractat. le mortſoit. in
præfation. 7. declar. nume. 4. Cæphalus in
conſil. 291. nume. 9. volum. ſecundo, & tan-
to magis ſeruari debent pro lege quia fue-
runt confirmata à Rege Ludouico Siciliæ
82 Rege: Quia Rex Siciliæ in ſuo Regno po-
teſt ll. facere quia non recognouit ſuperio-
rem per l. humanum. C. de legibus dicit.
Idem Andr. de Iſern. in capitu. primo colu.
prima, & 4. in fine qui feud. dar. poſſ. cum
ſit in ſuo Regno Monarcha, & dicunt. Idem
de Iſern. & Afflict. in prohæmio Conſtitut.
Regni Cumia communem dicit in prohęm.
83 Ritus nume. 6. vnde poteſt omnia facere
tanquam Imperator in toto orbe, & dicit
clar. in §. feudum quæſtio. 77. in verſ. & hæc.
Idem eſt in Chriſtianiſſimo Rege Franciæ
dicit Caſſan. in conſuetud. Burgund. in rubri-
ca octaua §. quinto. In verbo quant le pre-
ſtez in verſiculo ſed quid iſtorum fol. 295.
84 & Priuilegium Monarchiæ Regni Siciliæ
fuit conceſſum à Papa Vrbano ſecundo: Co-
miti Rugerio Normando primo Acquiſi-
tori huius Regni à manibus Saracinorum in
anno ſalutis 1096. prout dicit Fazzell. in di-
cta hiſtor. Sicil. libr. 7. capitu. primo in fin.
par. 2. vbi ponit priuilegium eiuſque teno-
rem. dicit dominus Cumia in prælud. in re-
petit. capitu. ſi aliquem de ſucceſſ. feud. di-
xi ego in repetit. capitu. voleutes de feudo.
alien. dum publicè legerem in anno nonæ,
85 Indictio. 1580. & Rex noſter in Regno ex-
erceat iura Imperij à tempore etiam imme-
morabili vnde poteſt omnia facere ſicut
Imperator, & refert communem opinio. in
verbo Duces nume. 191. vnde dicuntur no-
ſtra ſtatuta regalia ſicut ſtatuta a Papa con-
firmata papalia ita Cæphal. in conſil. 601.
num. 32. & in conſi. 463. num. 34. volu. 4.

86 SECVNDO quæro an Epiſcopus in ſua
Synodo poſſit ſtatuta facere dic quod ſic
capitulo quod ſuper hijs de maior. & obe-
di. & in capitulo vxore §. porrò de priuil Do
ctor. in capitulo fina. de offic. archipresbyt.
extra Calcan. in conſil. 7. numero 29. Iaſon.
in l. omnes populi in prima lettura, numero
30. & in ſecunda lettura numero vndecimo.
Quæ regula ampliatur ſeptem modis, & li-
mitatur duobus per Henrich. Both. in tra-
cta. de Epiſcop. par. 4. nume. 103. vide Due-
nam in regula 245 libro primo, & ſcias
quod non poteſt facere ſtatuta in præiudi-
tium aliorum inferiorum capitu. veſtra de
87 loca: Nec etiam Epiſcopus poteſt contra
ius commune ſtatuere capitulo Inſtitutio-
nis 25. quæſtio. 2. capitulo licet de offitio or-
din. Iaſo. in dicta l omnes populi dicto num.
30. communem dicit Michael Graſſ. in quæ-
ſtio. 3. & quæſtio. 3. capit. 17. libro primo in
ſecundo volum. commun. opinio. fol. 149.
limitatur etiam talis poteſtas Epiſcopi per
Turzan. in opinio. 17. incip. Epiſcopus in
1. volu. commu. opin. fol. 7. vide Duen. in
regul. 249. & in regul. 250. lib. primo.

88 ET an Epiſcopus poſſit diſpenſare contra
ſtatuta Synodalia, & contra conſilium vi
de eundem Graſſ. in quæſtio. prima, & 2. q.
c. 17. fol. 149. vbi cõmunẽ refert quod poteſt
diſpenſare contra ſtatuta Synodalia, & an cõ
tra conſilium dic vt per eum in dicta q. 2.

89 ET an Canonici Eccleſiæ Cathedralis poſ
ſint ſine conſenſu Epiſcopi in caſu per-
miſſo ſtatuere, dicas quod non ſecus in mini-
mis ita Tiraquell. in tractat. res inter alios
acta in tit. de iudic. in rebus exigendis fol. 38.

90 ET an Collegium poſſit ſtatuere dicam in
eo. in q. xv. nu. 189.

TERTIO quæro ex eo quia ſupra con-
cluſi quod conſuetudines, & ſtatuta in
loco vbi vigent, & ſic in noſtra Ciuitate pro
ll. ſeruantur, & allegantur in deciſionibus
91 cauſarum: An idem ſit in rubricis ipſarum &
ſic an rubricæ noſtrarum Conſuetudinum
poſſit in deciſionibus cauſarum allegari, &
debeut pro legibus obſeruari, dic quod ſic ſi
habent orationem perfectam, & diſpoſitiue
loquuntur Roland. in tract. de lucro Dott. q.

99.Communem dicit Michael Graff.in coll. commu.opin.lib.primo cap.3.q.1. in 2. vol. commun opin. & maxime quando rubrica eſt generalior nigro ita dicit Alexan.in conſil.6 num.2.volum.7.Idem Alexan.in conſil. 109. volum. v. vbi dicit quod quando rubrica eſt generalis lex debet eſſe etiam generalis Dominus Cumia in prælud. Ritus num. 8.Iaſo.in rubrica de actio. inſtitut. communem dicit Villalob. in ſua Colletta comm. opinio.in verbo.rubricæ num. 68. in primo volum.commun.opin.fol.163.Decius in rubrica de Conſtitu. & ſi eſt generalior nigro non reſtringitur per illud immo ſecundum rubricam nigrus intelligitur, & extenditur communem dicit Villalob. in loco prædicto num.68.Dec.in rub. de Conſtitut.in prima lettura circa finem communem etiam dicit licet opinio contraria ſit ſecundum eũ in puncto iuris verior refert, & ſequitur Mat thæus iureconſultus in ſua coll.comm.opin. in verbo rubrica in dicto primo volum. cõmun.opin.fol.336.magis commun. opin.dicit eſſe idem Michael Graff. in dicto lib. primo cap.3.q.2.in 2.volum.commu. opin. fol.
92 mihi 103 & ratio poſita in præfatione ſtatuti, & in rubrica limitat, & reſtringit ſtatutum ipſum ſecundum Bartol. & Iaſon. in l. cum hij §.eam tranſactionem ff. de tranſ.Io. Anto.Cann.in repet.cap.volentes de aliena. ſeudo.in verbo ſtabilitas num.100 fol.14.Cephal.in quæſt.51.256.num.39.& e contra ratio generalis facit dictum extendi, ad caſum ad quem alias non extenderetur, & ampliat
93 diſpoſitionem ad limites ipſius rationis ita Grauett.in conſi.227.nume. 3.& 4. vid. quæ dicit Roland.in conſil 67.num.83.& 70.vol. 3.vbi idem dicit Villalob. In loco præcitato num.68.vide pulchre,& latiſſime de hac quęſtio.per Michael Graff in prima, & quæſtio. 3.cap.3.lib.primo, & in ſecundo volum.cõmun. opin. fol. 103. vbi comm.refert,& Ioſeph Maſcard. in tracta. de probatio. in concluſi. 1284. incip. rubricam vbi ampliat tribus modis d. regulam, & limitat alijs tribus modis com.etiam referendo vol.3.

94 QVARTO quæro an in ſtatutis fiat extenſio per ſimilitudinem rationis,& maximè in correctorijs: & regulariter dico qđ non,quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ſtrictæ intelligenda ſunt notant Doctor. in l. quicquid aſtringendæ ff. de verbo.oblig. & a tio. ex eis deſcendens ſecundum Barto.in l.conſtitutionibus, & ibi ad ſictio.ff ad municip. & ego dixi annis præteritis in rubrica de no. oper.nunt Iaſon.C. in authen.quas actiones de ſacroſanct.eccleſ.num.22. Roland.in con ſilio 72.num.26.& ſequen.volum.3.vbi allegat Bald.in conſil.411 .colum.fin volu.3.qui dicit quod ſtatutum vel ius municipale non
95 attenditur, & ibi Roland dicit quod ſtatutum contra ius commune non debet trahi
96 inconſequentiam neque etiam in legibus,& conſtitutionibus correctorijs fit extenſio & ex maioritate rationis,eſt communis opinio relata per eundem Iaſo. in dicta authe. quas actiones num. 21.Cæphal.in conſil. 278. nume.69.ponit regulam Duen. in verbo extenſio regul.286.

97 LIMITATVR tamen præfata concluſio per eundem Iaſonem in dicta auth quas actiones niſi ratio eſſet expreſſa, quia tunc fit extenſio etiam in correttorijs ex idemptitate rationis eſt magis communis opinio, & quam refert idem Iaſon. in §. ſi quis num.9. inſtit.de action. Rip.in l.nemo poteſt nume. 50.Roland.in conſil.27.num.8. volu. primo idem, & ob id reducitur ad ius antiquũ Rip. in d.l.nemo poteſt num. 52.& quod tali caſu in ſtatutis correctorijs fiat extenſio dicit Pariſius in conſi.16.num 27. & ſequ.volum.primo vide Iaſonem in dicta auth.quas actiones num.22.Pariſi.in d.conſi.16. vbi an ex idemptitate rationis fiat extenſio plenè tractatur.

98 LIMITATVR & ſecundo vbi militat eadem ratio in caſu æquipetato, quia tunc dicitur caſus expreſſus, & dictum; ſtatutum correctorium,& odioſum comprehendit caſum prædictum æquiperatum Bal. in l. quod vero ff.de leg.Ita dicit Rolan. Auall. in conſ. 27.num.6.volum. primo vbi dicit quod tali caſu non ſumus in caſu noſtro extenſionis: ſed comprehenſionis qui loquitur in l. cor-
99 rectoria,& ne ſequatur ob ſurdum fit extenſio etiam in ſtatutis correctorijs l.ſcire oportet §.aliud ff.de excuſat. tuto.l. cui pacto vbi Bartol. ff. de ſer. exportan. Ita expreſſe dicit Imola in l. ſi vero §. de viro in prima fall. ff. ſolut.matrim.verſ.ſed aduerte in capit. tranſlato in vltima colum.extra de Conſtitu. vbi etiam limitat dictam regulam fauore animæ & reipub.Iaſo. in l. fratres in ſecunda col.C. de inofficio teſta. Rip.in d.l.2.§. ſi ſponſa nu. 12.ff.de priuil.cred.Idem dicit Hippo.in pra. crim.in §.diligenter num. 130. vide Alex. in l.ſi conſtante in prin.num.ſolut.matrim.ene rard.in ſua Centu.in loco à ratione legis larga,& ampla in verſ. vndecimo fallit argu.35. caſu 3.principali.

100 ET an ſtatutum correctorium extendatur per interpretationem paſſiuam, communis eſt quod ſic. Idem,& in caſu quando ſunt æquiperate per modum regulæ de iure antiquo Bell.in conſ.53.nu.8.9. & 12.ſub limitatur

tur vt non procedat in materia penali prout
dicit Roland. in dicto conſil. 72. num. 19. Afl.
in deci. 21. num. 30. vbi etiam dicit quod pro-
ceditur etiam ex maioritate rationis Socc. in
conſil. 121. nume. 41. volum. 4. Adde Boer. in
addit. in regul. in argumentum de regul. iur.
in vj. Menoch. de arb. iud. lib. ſecundo Cent.
3. caſu 176. num. 22. niſi fauor publicus adeſ-
ſet, Ripa in dicta l. 2. §. ſi ſponſa ff. de priuile.
cred. num. 2. qui loquitur in priuilegijs an au-
tem lex in penalibus ſit extendenda. & regu-
la eſt quod non l. at ſiquis §. Diuus Anton. ff.
de religioſis, & ſup. com. dicit Iaſon. in l. qui
dam ff. lib. & poſt nu. 10. & 24. fallit tum niſi
ratio eſſet expreſſa. Item de ſimilibus ad ſimi
libus ad ſimilia fit, com. dicit viui. in opinio.
108. incip. in odioſis lib. primo, & an in fauo-
101 rabilibus in ſtatutis fiat extenſio vide additio
nem in dicta regula in argumentum vbi di-
cit. Quod ſic & de hac materia vide latè per
Caſſan. in conſuetud. Burgund. in concluſio-
ne, & probatione in verbo prima concluſio
102 num. 8. fol. 382. Et an extendatur conſuetu-
do, vel lex in correttorijs vel in pœnalibus
vid. Crauett. in tract. de antiquit. tempor. par.
4. in verbo tranſeo nu. 44. & ſequitur fol. 139
duenam in regula 287. lib. 1.

103 ET an quando in odioſis, & exorbitanti-
bus fiat extenſio vide Bart. Alex. & Rip.
in l. ſi conſtante num. 52. & ſequitur ff. ſolut.
matrim. latiſſime per Crauett. in dicto tracta.
de antiq. tempo. dicta part. 4. in verbo videa-
mus per totum fo. mihi 163. & die. vt ibi per
eum, & quid quando ſi ſtatuẽtes interrogati
eſſent idem veriſſimiliter dixiſſent v. gl. in l.
tale pactum in §. fi. ff. de pact. Hyppol. conſil.
46. num. 28. Roland. in conſil. 6. num. 23. vol.
4. Paul. conſi. 18. num. 52. volum. 1. & conſil.
70. vol. 2. vbi volunt quod tali caſu habebitur
per expreſſo.

104 QVINTO quæro an ſtatuta recipiant
interpretationem a iure communi ne
quis indebite damnum paciatur die quod ſic
per l. 2. C. de noxal. Alex. in l. ſi inſulam nu. 4.
ff. de verb. obligatio. Alber. in cap. ex litteris
num. 5. de conſtit. & in cap. cum dilectus nu.
21. extra de conſuet. Anchar. in conſil. 421. re
fert communem opin. Laur. Chirconius in
conclu. 57. num. 29. Cent. 4. in 2. volum. com-
mun. opin. fol. 63. Roland. in dicto conſil. 72.
num. 28. volum 3. Natt. in conſil. 668. num.
16. & quod recipiat interpetrationem paſſi-
uam refert communem opinionem Bello:
in conſil. 53. nume. 9. Laur. Chirco. in Coll.
commu. opin. in concluſio. 52. nu. 24. in ver-
bo ſtatutum Cent. 4. in dicto ſecundo volu.
commun. opin. fol. 63. Menoch. in conſi. 187
& 196. num. 2. & num. 29. ſecundo vol. Quod
intellige vt ibi per eum num. 30. & 31. Imo
ſtatutum intelligendum eſt ſuperfluum, &
nihil operari quia quod quis indebite dam-
num paciatur ſecundum glo. in l. fin. C. de iu
re delib. vbi Bart. com. dicit Viui. in opi. 288.
incip. ſtatutũ potius lib. primo, & facit quia
105 ſtatuentium mens non præſumitur contra
ius Docto. in l. 2. C. de condict. in tert. imo po
tius redditur ſuperfluũ, & nil addere iuri cõ
muni nequis grauetur Roland. in tract. de
confection. inuentarij in verbo quæritur etiã
an ſtante num. 19. fol. mihi 111. communem
etiam dicit Chirco. in dicta concluſione 57.
Cæpha. in conſil. 535. num. 11. volum. 4. & in
conſil. 536. num. 19. eo volum. Franc. Beuius
in conſil. 96. num. 8. & in conſil. 72. num. 6. &
debet interpretari vt minus lædat ius com-
munem idem Beui. in conſi. 12. nu. 43. & Io
ſeph Ludou. in deciſ. 52. nu. 2. vol. 1.

106 SED quid quando ſtatuta ſunt contra ius
& correttoria an debeant interpretari ſe-
cundum ius commune Baldus in l. maximũ
virium c. de liber. prçter tenet quod non quẽ
ſequuntur multa Doctores vt refert Alex. in
conſil. 201. volum. 7. Sed in contrarium eſt
cõmunis opinio quem refert Roland. Aual.
in dicto conſi. 72. ante num. 35. volum. 3. qui
refert Curt. Iunio in conſil. 7. num. 8. & an ſi
ſtatutum generaliter loquatur ita generali-
ter debet intelligi quando reſultaret iniqui-
tas Beu. in conſil. 51. nu. 20. dicit quod non.

107 Et quid quando ſtatutum diſponit illud qđ
diſponit ius commune vide Salycet. in l ma-
ximum vitium in fin. Decius in conſil. 444.
num. 16. vbi dicit quod interpetretur ſecun-
dum ius commune ſecundum Bald. in l. 2. C.
de nox alibi. vbi communem dicit Plot. in
tractat. in litem iurando §. 6. num. 13. fol. 83.
Nam tunc potius dicitur confirmatio legis
quam ſtatutum, & conſuetudo l. nemine ff.
de legib. & ideo ſecundum ius interpretatur
ſecundum Caſſan. in conſuet. Burg. in rub. 2.
§. primo in verbo qui conſitq; in verſ. ſed ẽt
nu. 8. fol. 88. vid. Laur. Chirco. in concluſ. 67.
num. 29. in verbo ſtatutum Cent. quarta in
2. volum. comm. opin. fol. 63. vbi communẽ
dicit. Nam ius commune dicitur vt infra ſta-
tim dicam, & facit ad firmandum dicta quia
108 ſtatuta debent intelligi ſecundum æquitatẽ,
& non trahi ad iniquitatem, & abſurdita-
tem ſecundum Bald. in l. ex facto ff. de vulg.
& pupill. ſubſtit. æmil in conſil. 156. num. 15.
Roland. in dicto conſil. 72. num. 40. & ſequ.
109 volum. 3. & ſecundum obſeruantiam etiam
non longam, & ſecundum Bello: in conſil.
110 primo num. 2. & 3. & ſecundũ conſuetudi-
nem

tiones poſitas per Michael Graſſ.in ſua Coll. commu.opin.lib.primo cap.3.quæſt.9. in 2 volu.com.opin.fol. 105. & an ſtante quia in fine harũ conſuetudinum excipiuntur iura Eccleſiæ an alij etiam non'ſubditi eis ligãtur vide Cæpha.in conſ.315.nu.17.volu.4.

118 ET an ſtatuta alicuius Caſtri vel Prouinciæ ligent homines alterius Prouinciæ Caſtro vel Prouintiæ quo ad diſtrictum, & iuriſdictionem ſubiecta eſt vide Michael Graſſ.inq.14.cap.3.lib.1. in ſecundo volum. commu.opin.fol.106.

119 SED an exteri teneantur ſe contribuere in
ſolutionibus cõmunitatis pro bonis quæ
habent in eius territorio vid.latè per Porci.
in concluſ.3.lib.5.vbi magis communem di
cit quod non.Idem dicit Afflict.in conſi. 16.
nu,7.in princ,volum.communem etiam di-
cit Io. Ficard. in addit. ad Villalob. in verbo
Collætari num.101.in primo vol.commu.
opin.fol.78. quæ quidem regula ampliatur,
& limitatur multis modis per Porci. in loco
prædicto ſed in Magna Regia Curia hodie
120 eſt ordo generalis vt Collectæ ſeu Gabellæ
pro Regio donatiuo ſoluuntur pro bonis ſta
bilibus in loco vbi poſita ſunt etiam per exte
ros: ſed Gabella Machinæ per nouam Prag-
maticam æditam in menſe Auguſti xj.Indic.
1583.in Valle Nothi Ciues in ſua Ciuitate ſol
uunt, & non extra ſuper qua aliàs conſului.

121 ET an forenſes gaudent benefitio ſtatuti vniuerſitatis vide Alex.in conſi.41.nu.1. in 7.volum.& Plotus in tract.de in lite iurandi,in § 52.nu.7. dicit quod ſtatuto de iurando in litem non gaudent forenſes, & ſi ſtatuta non ligant non præſtent commodum Pariſ.in conſ.12.num.44.volum.3.Quo modo autem puniantur exteri extrahentes granũ vel oleum per ſtatuta terrarum v.Ioſeph.Ludo.in deciſ.80.lib.2.

122 SED an ſtatuta ligent ſubditos extra terri-
torium dic quod non eſt communis opi-
nio.relata per Michael Graſſ. in ſua Coll. cõ-
munium opin.in quæſt.12. c.primo in 2. vol.
commu.opin.fol.97.& de his omnibus vide
Michael Graſſ.in loco prędicto quæſt.xj.cap.
3.libr. primo fol.105.& Clar.in dicta quæſt.
51.Duen.in regula 146.lib.primo, & ab eis,
& ab eorum diſtinctionibus nõ recedas qui
autem diuidant territoria Regni, & dioceſis
123 dic quod ſolus Papa vel princeps ſecundum
Calcane. in conſi. 90. vbi communem dicit
quem refert,& ſequitur Michael Graſſ. in di
cta Coll.commu.opin.in q.8.c.v.lib.1.in ſecũ
do vol.com.opin.fol.111.

124 OCTAVO ſucceſſiue quæro, an ſtatuta, & conſuetudines ligent ignorantes vide Afflict.in dicta Conſt. Regni vſurariorũ nu,7. vid.Plot. in tractat.de in litem iurando in §.6.num.41.& ſeq.& in §.7.nu.10.fol.196. & quando incipiat ligare,& an liget ignorantem,& quomodo ignorantia probetur,& infra quod tempus,lex ligare incipiat vide Menoch.de arb.iud.lib.2.Cent.2.caſu 185.& ſeq. vid.quæ dixi in conſuetudine vnic. in titul.v. & in conſuetud.vnic.tit.65.ſub rubrica quod nemo audeat intrare, &c. vbi in primo not. de Ciue Nouello dixi an præſumantur ſcire ſtatuta Ciuitatis noue, & quod ſtatuta nõ ligẽt probabiliter ignorãtes dicit pulchre Beccius in conſi.60.num.10. regulariter tamen quilibet præſumitur ſcire iura, & conſtitutiones ſuæ Ciuitatis Roma.in conſi. 228.Iaſ. conſi.83.num.2.volu. primo, & emens contra mentem ſtatuti dicitur eſſe in mala fide Corne.in conſi.243.lib.2.Ruin.conſi.60.nu. 28.vol.primo, & ideò non præſcribit nec facit fructus ſuos glo.in l.ſi quando nu. 226. c. vnde vi.Caluacc.de vſufru.muli. reli.nu. 220.

125 ET an ligẽt minores, & infantes dic quod
ſic.Ita Decius,& Bar.in l.2.c. quæ ſit lõg.
Conſu.Roland.Auall.in tract. de lucro dotis
quæſt. 44. cum diſtintionibus tamen, & ibi
per eos Duen.in regul.77.volum. 2. in fine.
125 Item ligant mulieres ruſticos, & furioſos.
Idem Roland.in dicta quæſt.44. num. 5. Io-
ſeph. Ludouicus in deciſ.62.num. 15.in 2.vo
lum. nam mulieres non excuſat ignorantia
iuris niſi in caſibus de iure expreſſis l.fin,Co.
de iur.& fatt.ingnoran.Menoc.de recup.poſ
ſeſſ.in nouo remedio nu.15.

126 ET an ſtatuta pœnalia ligent vniuerſitatẽ vide Bart.in dicta l.2.c. quæ ſit longa conſue Villalob.in Coll.commu.opin. in verbo conſuetudo nume. 18.vbi dicit quod ad hoc vt conſuetudo obliget vniuerſitatem ad aliquod faciendum requiritur quod introducatur ſciente ac conſentiente tota vniuerſitate vel maiori parte ipſius vide Franc. de Curt. in conſi.21.Caſſaneum ſuper Conſu. Burgũ. in rubr. prima §.v.in verbo des iuſtices. verſ. mihi videtur,nu.3. fol. 40.

127 ET an minores vel Ciuitas contrauenientes ſtatuto poſſint in integrum reſtitui vid.Caualca.in tracta. de tuto. & cura. num. 7.fol.45.vide quæ ſupradixi eodem in verbo vniuerſitatis.

128 ET an conſuetudo Regni obliget Reges dic quod ſic dummodo huiuſmodi ſtatuta in ipſius Principis, & omnium ſtatuentiũ,

& Re-

& Regni conſenſu condita, & promulgata
ſint eſt communis opin. relata per Sozz. in
129 conſi. 58.volu.3. licet enim princeps nō lige-
tur lege ſua tamen quo ad patrimonium pri
uatum vt priuatus reputetur dicit Michael,
Graſſ. in quæſt.13.cap.3.lib. 1. in ſecundo vo-
lum.commu.opin.fol.106.quod in Catholi-
co,& Inuittiſſimo Rege noſtro non ſic indi-
ſtinctè firmo ſed me remitto ad ea quæ dicūt
Doctores in l.princeps.Cod.de legibus.

129 NONO quæro quia ſupradixi quod ſta-
tuta ligant minores, & mulieres an in
ſtatutis maſculinum concipiat fœmininum,
& ſi legetur vir ligetur etiam mulier vid. Ale
xan. In conſi.45.num. 2.volum.7.& in conſil.
125.nu.9.eod.vol.14. & quid in exorbitanti-
bus vide eundem Alex.in conſi.24.nu. 4.vo-
lu.2.& conſi.68.nu 10.volu. 6. & ibi quid de
iure communi ad longum,& quid in ſtatutis
contra ius commune vid.eundem Alexan.in
conſi.234.nu.6.volu.6. vbi dicit quod non,vi.
de Porci. In concluſione 7.ampl.8.lib.primo
130 & regula eſt de iure maſculinum concipere
fœmeninum ſecundum Bal. in l.in multis ff.
de ſtatu.hominum,& in conſi.86.nu.6.volu.
v.Dec.in conſi.391.nu.4. Duen. in regula 90.
lib.2.vbi ponit ſeptem ampliationes, & octo
limitationes,& ibi Falle.4. dicit. Quod fallit
in ſtatutis maximè in odioſis vid.Porci. In lo
co prædicto Tiraquell. de retract. Lignag.§.
131 1.glo.9.num.180. Sed dic tu quod in ſtatutis
etiam pœnalibus, & odioſis in materia indif
ferenti maſculinum concipit fœmeninum.
Ita per multa dicit Tiraquell. in tract. de re-
tract.Lignag.§.primo glo.9.num.205.fol.mi
hi 75.& ibi etiam nu.213.vid.Hyppol. in ſin-
gul.20.& ibidem Tiraq.in numeris ſeq.quid
132 in reſcripto quid in priuilegio quid in con-
tractibus, & an mulieris appellatione veniat
133 virgo minor xxv. Annorum in legibus,& ſta
tutis etiam pœnalibus Bald.in l.prima,& ibi
Dec.nu.2.c.de ſecu.nupt. dicunt quod ſic de
quo vid.per Plotum in d.tract.de in litem iu
rando in §.8.nu.20.

134 DECIMO quæro an ſtatuta alicuius Ci
uitatis, & ſic noſtra ligent oppida huius
Ciuitatis quæ quidem ſunt ſub eius iuriſdi-
ctione, & gubernatione (de quibus mentio-
nem facit Faſſell. in hiſtor. Sicil.libr. 10. cap.
primo decha prima) & dic quod ſic ſecundū
Bald.& communiter Doctor. in l.fin.nu.4.c.
de facr.ſanct eccle.Bald.in tract. de præſcrip.
in ſecunda quæſt tertia partis vid.Bart.in l.2.
c.quæ ſit long.conſue.num.41.& ſeq. vide ta
men Menoch.de arbit.iud. lib primo quæſt.
99. & hæc noſtra ſtatuta non tantum in no-
ſtris oppidis verùm etiam,& in terra Iacis,&
& eius oppidis, & in terra Adernionis, & in
Ciuitate Padernionis atque in Ciuitatæ Ran
datij,& in alijs quam pluribus ciuitatibus,&
terris ſeruantur quæ an ligent diſtrictum di-
xi ſupra eodem in quæſt.7. quintæ, Neuizæ
in Silua nuptiali in verbo eſt nubendum nu.
88.& ſeq.

135 ET an interdicta ciuitate intelligantur in-
terdicta ſuburbia non continentia ædifi-
tia tex.in cap.51.ciuitas de Sent.excommun.
dicit quod ſic vid.Doct.cano.ibi.

136 VNdecimo quæro an ſtatuta laicorū, &
per conſequens huius ciuitatis ligent
clericos regulariter dic quod non; capitulo
Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt. extra An-
char.in conſi.258 quod procedit vt nec indi-
rectæ etiam eos ligent eſt magis communis
opin. quam refert Viu. in collett. commun.
opin.in opin.302.incip. ſtatutum lib. primo
Soarez in ſua coll. comm. opin. in verbo Ec
cleſia nu.17. vbi loquitur de ſtatuto damno-
ſo refert etiam communem Laur. chirco.in
coll.commu.opin.in conclu.53.nu.27. ſent.
prima in 2.volu.commun. opin.fol.mihi 16.
vid.Tiraqu. de retract. Lignag. in priuilegijs
nu.24.in fin. & per noſtras conſuetudines eſt
expreſsè determinatum per Sereniſſimū Re
gem noſtrum quod iura Eccleſiæ remaneāt
in tacta prout in fine harum conſuetudinum
habetur in cap.finali.

137 SED quid quando tractatur de iure quærē
do an ſtatuta laicorū ligent clericos grau.
in conſi.251.num.2.dicit quod ſic, & vide vt
ibi per eum cœphal.in conſi.513.nu. 44.vol.
4 ſecundo eos ligant quando reſpiciunt or-
dinatoria vt Stylus Doctor. in dicto c.Eccle-
ſiæ Sanctæ Mariæ extra de conſtit. Dominus
Cum. in priuilegijs Ritus num.12.fol.11.vid.
eundem Cum. in cap.40. Ritus num. 171.&
138 176.& quæ differentia ſit inter ſtylum,& cō-
ſuetudinem,& Ritum vide Rip.in cap. 2.nu.
36.de reſcript. & Dominum Cum. in dictis
præludijs Ritus nu.47. fol. 7. & de ſtylu vide
multa per Crauett.in tract.de antiq.tempor.
part.4.nu.36.fol.138. Roland. conſil.70. pri-
mo volu.Duen.in regula 198. volu. 2. eundē
Roland.in conſi.3.num.3. dicit & Pariſius in
conſi.43.primo volum.Hyppol. ſing.118. &
139 Cum.in d.prælud. 21.nu. 49. ſtylus probatur
per duos teſtes Io.de Anici.in conſi.42.quia
eſt facti, & facta probari debent ſecundum
Pariſ.in conſi.168.nu.25.volum. 4. Rolan.in
in conſ.3.nu.35 volum.3.vbi multa quando
ſtylus non valet, & quòd ſtylus qui deciſoria
reſpicit debeat plenè probari non poſſit de
eo informationes in camera ſūmi dicit Soz.
in conſi.

in conſi. 36.nu.11.& conſi. 39.num. 28. in 4.
vol. Dec.in conſi 42.num. 12.nec Doctori de
eo atteſtanti creditur Cagnol. in l. vnica in
18 debeant teſtes deponere: & Animalium Dominium per ſigna, & cicatrices probatur: Et
homines per ſigna.& Cicatrices etiã cognoſcuntur vt dicunt Bart. & Lucas de pœn.in l.
ſtigmata.C.de Fabri. lib.xj. Ioſeph Maſcard.
de probatio.in concluſ.91.lib.1.& in concl.
160.nu.5.eo.vol.& in concluſ. 1048.nu.3. &
num. 16.vol.2.incip. mercum,& Menoch.in
tract.præſump.in præſumpt.64.lib.5.& quomodo probetur dominiũ vid. Bart. Alex.&
Iaſo.in l.rem quæ nobis ff. de acqui.poſſ.latè
per Caſſan.ſuper conſuet.Burgun.rub.1.nu.
2.in verbo des Iuſtices fol.25.in verſ.aduertè
& ſequenti, latiſſimè, & nouiſſimè de dominio, & quib' modis probetur vid. per Ioſeph
Maſcard.in tract.de probatio.in conclu. 535.
& ſeq.in verbo dominium lib.1.& inter alios
19 modos probatur in antiquis per communẽ
opi.vel famam prout per Caſſa.d.rub.1.nu.15
refert, & ſequitur communẽ dicendo Villalob.In ſua Coll.com.opin.in verbo dominiũ
nu.107.in 1. vol. com. opin.ſol.90.vid. Boer.
in deciſ.42.nu.32.& an per indicia, & confectura vid. per Maſcard. in concluſ.338.& an
20 dominiũ rei vendicat nondum tradito prætio transferatur in emptorem text.in l.quod
vendidi ff.eo.dicit quod nõ,& aliud tamẽ eſſet quod in contractu venditionis ex pacto.
transferreretur dominiũ prout paſſim ſeruatur maximè per conſtitutũ prout latè per Tiraqu.in tract.de conſti.de qua quæſtione vide eundem Tiraq.de retract.lignag.§. 1.gl.2.
nu.43.vbi ad plenum ſcripſit.

21 NOto ſecundò quod probatio damni fit
per vnum teſtes,& per eum ad condẽnationem pœnæ hic poſitè deuenitur & ſic creditur vni teſti maior. annis quattuordecim,
& quod non ſit de eiuſdem rei vel loci cuſtodia vt in tex. noſtro dicitur.

22 SED an hoc ſtatutum potuit hoc facere
vt credatur vni teſti quod regulariter nõ
poteſt cap. in omni negotio de teſtibus C. li-
cet el primo, & C. veniens el primo de teſti-
bus l. iuris iurand. C. de teſti. Quinimo conſti
tutione Imperiali, & Papæ in præiuditiũ ter-
tij fieri non poteſt arg. C. ſuper eo de vſur. &
ibi Doctor. de quo tamen vide per Fely. in ca
pit. veniens colu. finali de teſtibus, & in cap.
primo col. 1. de fide inſtrum. extrà vide
per Abb. in cap. cum eſſes deteſta. extrà, &
ſtatuto vel conſuetudine non poteſt hoc in-
duci etiam contra vſurarium dicit Fideri. de
ſent. in conſ. 16. Iaſo. in repetit. l. admonendi
cart. 20. ff. de iur. iura. Portius in concluſio-
ne 5. in prima ampha. lib. 1. & vid. de hoc pul
chre per Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubr. 1.
§. 6. in verbo des Iuſtices, & Droitz fol. 69.
verſ. ſed quæritur num. 8. & ſeq. Sed quia ſu-
mus in caſu vniuerſalis publicę vtilitatis ideo
poteſt induci. Ita Abbas & alij in c. 2. de pro-
batio. vbi nu. 7. dicit remiſſiuè caſus in qui-
23 bus vni teſti creditur nã vtilitas publica præ-
24 fertur priuatæ vt dicit Bart. in d. l. 1. §. fina. C.
de cadu. tollend. & dixi ſupra eo. nu. 11.

25 ITEM quia ſumus in caſu neceſſitatis nã
raro in agris duo teſtes reperiuntur. Quo
caſu multa conceduntur quæ regulariter nõ
concederentur vt in glo. in verb. expedire l.
1. §. 1. ff. de offic. conſul. notatur in glo. in ver
bo non aliter in l. 1. vbi Alex. & alij ff. de of-
fic. eius cui mand. eius iuriſdict. & dixi ſupra
eodem in primo notabili ponit regulã Cum.
15. ampliationibus Duen. in regul. 102. volu.
26 2. & hinc videmus quod teſtes qui aliàs non
admittuntur de iure tamẽ in re difficilis pro
bationis puta ſi aliter veritas haberi non poſ
ſit admittuntur iuxta doctrinam Iul. Clar. in
§. fina. q. 24. verſi. Sciendum eſt, nam neceſſi-
tas non habet legem. Ita quia tractatur de
27 cauſa leui nam cauſa damnorum leuis repu-
tatur vt dicit Pariſ. deput. in tracta. ſind. in
verbo quod iudex verſ. iudex l. Diuus ff. de
bonis damnis gloſſ. in authent. niſi breuiores
C. de ſentent ex Breuilo. recitan. & de cauſa
28 minima ſecundum arbitrium Iudicis vt dicit
Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 72. &
in cauſis ſæuibus, & breuioribus ſufficit vnus
teſtis ita Mattheſ. ſingul. 1. & 2. Item quod
hoc ſtatutum eſt factum à Principe non re-
cognoſcente ſuperiorem, quo caſu valet ſta-
tutum rationibus ſupra adductis ſecundum
Roman. in ſingul. 356. de quo vid. plenè per
Porc. in concluſ. 5. limitatio. 16. libr. primo.
29 Et quod princeps in cauſa leui poſſit hoc fa-
cere dicit Tiraqu. in tract. res inter alios acta
in tit. de iud. in rebus exigendis car. 27. Porc.
in d. concluſ. quinta in tertia limitat. non ob-
in contrarium adducta quoniam procedunt
regulariter ſecus in caſibus narratis, rationi
bus ſupra adductis.

30 ET iſte teſtis debet iurare de viſu, & audito
propio, & non ex dicto alieno capit. cum
cauſam de teſtib. & in titulo tam litteris eo-
dem titul. & ratio eſt quia non eſſet propie
teſtis ſecundum glo. in ſumma §. Idem La-
31 beo. ff. de aqua pluu. arcend. & ſtatuta ſunt
ſtrictè intelligenda, & propie l. quicquid ab-
ſtringende ff. de verb. oblig. & ibi Doct. vid.
Barbatiam poſt. Imol. in cap. licet ex quadã
32 eodem titulo, & debet iurare in manibus
Domini Patricij alias non creditur dicta l. iu
riſiurandi C. de teſtib. & Abb. in cap. per tuas
nu. 11. de probatio. l. quinquaginta cum glo.
ff. de probatio.

33 QVAERO an iſte teſtis ſuper damno
deponens debeat eſſe omni exceptio-
ne maior vide Iaſon. in l. admonendi colu. 9.
ff de iur. iura. vid. quæ in ſimil. dicit Iul. Clar.
in practic. criminali q. 21. & 22. Rolan. in con
ſil. 50. nu. 17. volu. 2. Viuius in opinio. 421. vo
lu. primo. Vbi quod ad faciendam ſemiple-
nam probationẽ debet eſſe omni exceptio-
ne maior, & dicit communem, & maximè
hic qui facit plenam probationem, & teſtis
qui in hoc caſu deponit non debet eſſe de
eiuſdem rei cuſtodia quia pro domino Colo
34 nus non eſt teſtis omni exceptione maior ſe
cundum Rolan. in d. conſ. 50. nu. 18. Alex. in
conſ. 32. nu. 1. primo volu. Viui. in d. opinio.
422. in fine, & ibi vide.

35 ET an admittatur probatio in contrarium
per dominum animalium, & ei credatur
& non teſti vid. Iaſ. in l. prima §. ſi abſens nu.
4. ff. ſi ex nox. cauſ. arg. vbi in caſu noſtro di-
cit quod ſic vide Tiraquell. de retract. ligna.
§. 4. glo. 1. per totum, & vid. in conſuet. vnica
infra tit. 33. reprobari tamen non poteſt vt in
conſuetudine quarta §. primo eod. titu. dici-
tur, & ſic videtur quod non requiratur vt
36 iſte teſtis ſit omni exceptione maior ſed ſuffi
cit quod ſit maior annorum quatuordecim,
& quod nõ ſit de eiuſdem rei cuſtodia cum
reprobari non poſſit per dictam conſue. 4. §.
1. in fine, & itẽ ſeruatur, & ita ſentit hæc no-
ſtra conſuetudo dum admittit alios cuſtodes
37 animalium qui ſunt viles perſonæ vt infra di-
cam, & ſumus in caſu in quo vt plurimũ alij
teſtes interuenire non poſſunt vnde etiam
non integri probant vt dicit Clar. in §. fina. in
pract. crimi. quæſt. 14. verſicul. ſciendum eſt
& an ſi ſtatutum diceret quod domeſtici ad-
38 mittantur fœmina domeſtica poſſit admitti
Tiraquell. de leg. connubi. l. 9. gloſſ. 1. nu. 75.

dicis

dicit quod ſic, & an ſi ſit omni exceptiõe ma
ior vid. per eum ibi nu. 74. & ſeq.

IN TEX. Ibi Patricio, nota tertio quod
de Patricio mentionem facit iſte text. &
39 pena ei applicatur quia eſt officialis prahe-
minẽs, & dicitur pater principis, & eſt digni-
tas quæ eximit filium à patris poteſtate §. ſo-
la Inſtit. quibus mo. Ius patr. poteſt ſolui: vbi
Silu eſt. & eſt officium iuriſditionale ciuile &
habet Curiam ſeparatam, & præfertur Iura-
tis, & interdum Capitaneo vt quando pro
Rex venit in hac Ciuitate, & debet eſſe Mi-
les Regius, & ſic Nobilis: qui autem de iure
40 dicantur nobiles, & quibus quis nobilitatur
vide latè per Caſſan. in conſuetud. Burgund.
rubr. 4. §. 19. In verbo entregens verſ. quæro
qui dicantur, & ſeq. fol. 186. Tiraqu. latè tra-
ctat hanc materiam in ſuo tract. de nobilita-
te Menoch. de arbit. iud. lib. ſecundo Centu.
primo caſu 67.

41 SED quæro an ſi animalia Patricio aſſi-
gnata pereant ipſius periculo moriantur
dic quod ſi iuſtè capta eſſent, & fame non pe
rirent ſed aliquo caſu non pereunt periculo
Patricij ſecus autem ſi iniuſte eſſent capta vel
fame perirent. Ita dicit Caſſan. ſuper conſue-
tu. Bur. rub. prima §. vj. In verbo meſliers. &
ſorgeos: verſ. adde etiam nu. 15. & ſequitur,
fol. 72. qui allegat l. quemadmodnm. §. magi
ſtratus vbi Bald. ff. ad l. Aquil. de Patricius
eodem facit ſuos carcerariorum de animali-
bus gubernandis ipſis vita. u, & ponendis.

IN TEX. ibi pernoctauerint, quęro quid
42 importet dictio pernottauerint dic quod
importat per totam noctem permanere l. vr
bana §. pernottare ff. de verbo. ſignifi. Bart. in
l. illud ff. de officio præſid. nam dictio per de-
notat perſectionem ſecundum Bald. in rub.
de exercit. Bar. in l. quinquaginta ff. de excuſa,
tuto. Bar. & Doctores in l. ſi cui legetur. ff. de
legat. primu, & in dicta l. Vrbana §. pernocta
re de ver. & rer. ſignif. Idem Bart. in d. l. illud
ff. de offic. præſid. vid. Crauett. in conſil. 203.
nu. 12. & quod dictio per ſignificet perfectio
nem dicti. Idem Crauett. in repe. l. primæ. ff.
de lega. primo nu. 1.

QVAERO an requiratur conuerſus
vtriuſque vt Dominus animalium tenea
tur ad pœnã videlicet Quod animalia pnocta
uerint, & quod fuerint Patricio aſſignata:
vt in text. dicitur, & videtur quod ſic per co-
43 pulam, &, quæ copulat, & requirit concur-
ſum vtriuſque regulariter vt no. Bart. Iaſo. &
omnes Docto. in l. prima ff. de Iuſticia, & iu-
re Bal. in l. ſi hæredi, & ibi Bar. ff. de conditio.
& iuſt. & quod requiratur concurſus dicit Pa
riſius in conſi. 73. num. 14. in 3. volum. & an
44 quando, &, ponitur inter diuerſa, & an indi-
cat coniunctionem vide Dec. in conſi. 22.
nu. 3. & quando coniunctio non requirat cõ
curſum vtriuſque quintæ Capicc. in deciſ.
140. Rip. in conſ. 2. de reſcrip. & in l. de pupil-
lo §. meminiſſe ff. de no. oper. nunt. & ibi di-
xi in ſtudio publico, & quando ponitur in-
ter compatibilia dictio, & reſoluitur in alter-
natiua per l. ſi Ticio. ff. de vſufru. lega. refert
communem opin. Soarez. in verbo coppulã
45 di nu. 321. & quando ponitur inter diuerſa, &
quando coniungat, & requirat concurſum
vtriuſque vid. regulam cum ampliationibus
& limitationem per Iaſo. in d. l. 1. ff. de iuſt. &
iur. poſitam, & dic vt ibi per eum, & per Ri-
pam in d. c. 2. de reſcript.

46 SED an ex multiplicatione eiuſdem actus
ſequatur multiplicatio pene Bald. in l. ſi qs
non dicam rapere in 2. colu. poſt. nu. 5. C. de
epiſcop. & cler. dicit quod non, vt ibi per eũ
vid. coſt. Reg. cum per partes Apuliæ in ntu.
de animalibus in Paſcu. Affl. quæ in ſimili lo-
quitur: & ibi Docto. vid. Afflict. in conſt. Re-
gni aſperitatem nu. 7: & in condit. inteutio-
nis nu. 27. in tit. de illic. apport. armo. quintæ
Iul. Clar. in Pratic. crim. quæſtio. 84. verſ. ſcias
etiam, & in quæſt. 82. ſtatuto 11. Qui loqui-
tur in ſtatuto puniente: in criminalibus; in Ci
uitate noſtra ſeruatur, quod ex reiteratione,
& multiplicatione actus plures pœnæ exi-
guntur, & pro centum vicibus accuſantur
etiam dicta animalia, & ſoluitur ius multipli
catum etiam pro centum vicibus.

SED aduertè quod hæc conſuetudo lo-
quitur in damno dato locis apertis nam
tunc Patricius habet grana decem ſi perno-
ctauerit animal alias ſi nõ pernoctauerit ſed
ſterit in palo vel proceſſit accuſatio, & denũ
ciatio habet dimidium ius vt in ſeq. conſuet.
3. Item pro quolibet animali groſſo dicitur.

47 SI vero ſint loca clauſa maris vel foſſatis,
& tunc habet locum conſuetud. 4. §. 1, in
fi. ead. incip. & ſi in viridarijs quia tunc ſolui-
tur dupplicatum ius, & modo prædicto in-
telligas hanc conſuet. ne ſequatur correctio
contra l. 2. C. de vett. iur. enucl. & vt vnum ſta
tutum per aliud intelligatur prout notatur
in l. non eſt nouum de legibus dixi ſupra in
prohæmio in v. q. prin. in fine nu. 12.

48 QVAERO an dominus Agri poſſit ſi-
bi retinere animali damnum dans do-
nec damnum ſibi ſatisfiat Bal. in l. 2. C. de ſer.
fug. ante nu. 2. dicit quod ſic, & tali caſu non

habet locum interdictum recuperandæ poſſeſſionis vt dicit Menoch. de recup. poſſeſſio. nono remed. nu. 282. Sed Bar. in hoc amplius nu. 3. ff. de damn. infect. dicit quod Tutius eſt non retinere, & quod Iuſticiæ apportetur vt dicit Afflict. in conſtit. Reg. Pacis cultum de cultu Pacis nu. 45. Caſſaneus ſuper conſuet. Burgund. rub. 1. §. 6. in verbo miſſiers: & forges: verſ. intellige ſol. 21. & in eod. loco in verbo ſed quia, nu. 11. vbi refert: comm. opi. quod non poteſt retinere quia alio modo eſt conſultum, & maximè ſtante noſtra conſuetudine. Quid autem ſit indiſſinitione, & tunc dic quod dominus poteſt illud retinere donec ei fuerit de fide ſolutum, ita dicit Capicc. in d. deciſ. 45. Sed an liceat de fundo expellere dic quod ſit ſecundum Caſſan. in d. rub. prima §. 6. verſ. Sed quia nu. 11. bene verum eſt quod ſi expellendo perierit dominus tenetur actione in factum per l. ſi boues ff. ad l. Aquil. Caſſan. iud. loco. in verb. ſed

49

50 quid nunc. 12. & an liceat illa verberare dic quod non ita Crauett. in conſ. 181. num. 5. &

51 quid ſi ſtatutum diceret quod licet domino fundi animalia in eo exiſtentia occidere, an ſi animali ind. fundo repertum à domino volente illud occidere aufugerit alibi poſſit illud occidere dic quod ſic Hyppol. in ſingul. 225. dummodo quòd in continenti ſecundum Salyc. in l. Graecus C. ad l. Iul. de adiſte. Caſſan. in conſu. Burg. in d. rubr. prima §. 6. in verbo adde etiam nume. 15. & an accipiens

52 æquum errantem in paſcuis, incidat in pœnam ſtatuti punientis inuadentes res alienas propia authoritate Bella. Perticanus in repe. l. ſi quis in tantum nu. 17. C. vnd. vi dicit quod non ſequitur Hyppoly. bona cox. in tract. de

53 æquo. q. 6. & an ſi dominus animalium furto ſubtractorum inueniet ea pœnes furem poſſit propia authoritate capere dic quod ſic licet non ſic ſit in alijs rebus. Iaſon. in conſ. 20. volu. 3. Boer. in deciſ. 218. nu. 5. & ibi coràm quo iudice talis fur puniri debet, ſcriptura reliquit.

54 QVAERO an hoc ſtatutum loquens de damno emendando, & alia infraſcripta procedant contra tertium dic quod nō, Crauett. in conſil. 196. in fin. Imol. in clem. prima in colu. 4. de Iudic. Foller. ſuper Bull. de cenſibus in verbo quæ quidem executio. num. 72. qui loquitur in exequutione inſtrumenti D. Cum. in cap. 6. ſtit. us nu. 3. fol. 37. de quo vide in meo peculiari in verbo inſtrumentum in primo volu.

55 VLTIMO quæro an dominus animalium dando animal damnum dans pro noxa liberetur à ſolutiōe iuris pali dic quod ſic l. 1. ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat capit. fin. de iniur. & damno dato arguendo de maiori ad minus quia ſi pro damno dato perſonis dādo illud dominus pro noxia liberatur l. 1. §. & cum eod. fortius pro damno locis dato, & cum ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dica. pro damno locis dato, quod intellige, nō procedere quando dominus à guardia fatta (vt vulgo dicitur) damnum dare feciſſet per animalia quia tunc tenetur inſolidum d. l. 1. & c. fina. de iniur. & ff. ad l. Aquil. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. dicta rub. 1. §. 6. in verſi. Irē

56 etiam nu. 17. fol. 72. & de ſeruitute paſcendi animalia ſi inueniūtur in paſcuis tēpore prohibito vid. per Caſſan. ſuper de conſuetud. in verbo. nunc paſture fol. 371. & pro damna

57 data ab animalibus defunti hæres teneatur ad emendam vid. Abb. in cap. Panhormitano, de ſepul. & dicit quod hæres tenetur ad damnum datum per defunctum, & refert cōmunem opinio. quam refert, & ſeq. Villalob in Coll. commu. opin. in verbo hæres nu. 2. in primo volum. commu. opin. fol. 111. nam hæres ſuccedit in commoda, & in incommoda l. nil aliud ff. de regul. iur. l. 1. C. vt actio ab hæredibus, & contr. hæred. vbi actiones actiuè, & paſſiue in hæredem tranſeunt, & hæres repræſentat perſonam defuncti §. 1. in auth. de iur. iurand. à morte. præſt.

IN TEX. Ibi à ſolutione ſtallagij nota vltimo quod domini animalium prædictorum ſunt exempti à ſolutione ſtallagij, & ra-

59 tio poteſt quia pœna de qua in text. confunditur cum iure ſtallagij, prout no. per Doct. in cap. Ritus 155. ter ſi aliquis accuſatur. Ex glo. in l. qui de crimine. C. de accuſatio. quā Docto. communiter ibi ſequuntur, & com. dicit Iaffredus in deciſ. 95. refert, & ſequitur Viuius in ſua Coll. com. opin. in verbo ſtatutum, opi. 281. vol. 1. vel poteſt eſſe ne dominus animalium duplici intereſſe verſetur.

CONSVETVDO SECVNDA.

ITEM pro quolibet Animali paruo ſcilicet ouibus, Capris, Porcis, vtriuſq; ſexus: vſque ad ſummam animalium centum quinquaginta granum vnū ſaluatur pro quolibet, & ſi plura fuerint, quotcumque ſoluatur Patricio pro eiſdem tareni ſeptem, & grana decem.

SVM-

SVMMAE.

1 *Dictio, item, in text. poſita eſt repetiua, Capitulorum.*
2 *Dictio, pro quolibet, diſtributiua tribuit actum, cuilibet, & inſol.dum.*
3 *Dictio (ſcilicet) eſt taxatiua.*
4 *Oues Capræ, & Porci dicuntur animalia minuta.*
5 *Equus, & mulus ſunt animalia groſſa.*
6 *Aequus eſt manſuetum animal.*
7 *Pœna animalium damnum dantium quomodo ſoluatur.*
8 *Denarius de Iure dicitur decima argentei.*
9 *Denarius eſt fideiuſſor neceſſarij, & vita hominis.*
10 *Pecunia, qui habet dicitur habere omnia de mundo.*
11 *Denarius falſus non dicatur denarius.*
12 *Gallinæ, anſares, & alia animalia minuta an veniant appellatione animalium.*
13 *Homines non veniunt appellatione animalium, & ... num. 19.*
14 *Partus ancillæ an veniat appellatione animalium.*
15 *Canes an veniant appellatione pecudum.*
16 *Canis fidelitas maxima remiſſ.*
17 *Dictio ſcilicet eſt reſtrictiua.*
Damnum datum de furioſo an comprahendatur ſub hoc ſtatuto.

ITEM pro quolibet &c. Iſta conſuetudo diuiditur in duas partes in prima declarat, quæ ſint animalia parua in ſecunda ponit pœnas diuerſas, & eſt ibi vſq; conſumans.

Summatur hoc modo damnum animalium paruorum ſoluitur prout in text.

1 IN TEX. Ibi item, nota quod dictio itē in text. poſita eſt repetitia capitulorū quæ idem operatur vt coppula, &, vt dicit Pariſ.
2 in conſi. 18. nu. 24. volum. 2. & illa dictio pro quolibet diſtributiua tribuit actum cuilibet & inſolidum ſecundum communem opinionem relatam per Bello. in conſi. 20. nu. 2. quam intellige vt per Villalob: In verbo diſtributiuum in ſua Colletta commun. opin. num. 80. In primo volu. commu. opin. fol. 88, in litiera D.

ITEM in text. Ibi, ſcilicet, Nota ſecundo
3 quod iſta dictio ſcilicet taxatiua vt tantum intelligatur hæc conſuetudo de animalibus hic enumeratis l. cum quidem §. 1. de vſur. Do. Cum. in cap. 6. Ritus num. 5. Ita Pariſ. in conſi. 47. nu. 71. volu. 3. vide eundem Pariſ. in conſi. 92. nu. 33. vol. 1. vbi dicit quod dictio ſcilicet, & videlicet ſunt taxatiua, & reſtrictiuè, & limitatiuè præcedentium.

4 NOTO tertio quod oues Capræ, & Porci dicūtur animalia parua, Idem eſt etiā de iure communi: Ita Bar. in l. oues num. 1. & 3. de abig. & ibi de Boue, & æquo ac mulo di
5 cit quod connumerantur inter Beſtias groſſas, & pro ſtatutis loquitur Ang in §. pecudū inſtit. de rer. diuiſ. licet ibi ſit error Impreſſoris qui ita dictat text. in l. 1. §. & qui porrum ff. de abigeis alleg. per Ang ibi, & Alex. & animalia groſſa in primo conſuet. ſuper eadem
6 enumerant adde quod æquus eſt manſuetū animal, & non ferum ita dicit Hyppol. Bona Coxa. in tract. de æquo quæſt. 1. & dicitur animal groſſum vt in ſeq. conſuet. dicam, & dic quod pro iſtis animalibus paruis damnum dantibus vſque ad ſummam centum quinquaginta ſoluitur granum vnum pro quolibet, & ſi excedunt iſtum numerum tareni ſeptem, & grana decem, & granum vnum dicitur initium ſolidi ſecundum Varro. de re. ruſti. cap. 48. & ſic ſex nummi. Ita ſecundum cōmunem vſum connumerantur, & ſtatutum de eo mentionem faciens ſecundum vſum loquendi; & loci intelligitur ſecundum Pa-
7 riſ. in conſ. 169. nu. 26. vol. 4. & denarius de iure dicitur decima argenti quæ decem valebat quæ ſinguli offerebat Cæſar Auguſto Imperatori tēpore quo totus orbis de eius mandato deſcriptus fuit vt in Santo Euang. dicitur: Exiuit ædictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis vt in leggenda Sanctorum in rub. de Natiuitate Domini dicitur, & denarius ſeu nummus eſt de Iure
8 gentium licèt non argenteus vt dicit Paulus de Monte Pico. In tractat. de empt. quæſtio. 1. in fin. 2. & eſt fideiuſſor neceſſarius, & eſt vita hominis ſecundum Ariſtotel. gloſſ. eſt in l. aduocati. C. de aduocat.
10 diuerſ. Iudic. & qui habet pecuniam habet omnem rem de mundo vt dicit Bald. in rub. C. de probatio. Ita Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr. 4. §. 24. in verbo Deniers. de Mariage, & Canere facit cæcos dummodo quod
11 denarius non ſit falſus. Quia tunc non dicitur denarius Tiraquell. de retract. lignag. § 1 in gloſſ. 20. numero 11. fol. mihi 147. Et hæc conſuetudo eſt declaratiua primè conſuetud. ſuper ead. Quæ loquitur de animali groſſo.

12 SEd quæro an gallinæ Anſares, & animalia minuta veniant appellatione animalium dic quod non Florianus in l. hæc actio in fine ſi quadru. paup. feciſſ. dicar: Gugliel de Cun. in l. de quibus ff. de leg. vid. tex. in l. auibus vbi glo. ff. de legat. 3. Syluan. in conſil. 72. & quid de pauonibus tex. eſt in §. pauorum inſtit. de rer. deciſ. vide tamen Ang. in §. præterea nu. 13. Inſtit. de action. & an poſſit dominus

eas in orto ſuo inuentas occidere vide Boe-
rium in conſuet. Butricenſ.tit.de conſuetudi
13 nibus prædiorum §.5.& homines non veniũt
appellatione animalium in hoc caſu ſecun-
dum eundem Florianum in l.2 .ff.ad l. Aqui.
Card.in clem.1.conſi. 17.de decimis vbi nec
14 partus ancillæ §.in pecudum in fin.de rer.di-
uiſ.inſtit.dicam in eo.nu.18. & quæ dicantur
animalia groſſa, & quæ parua vid. ea quæ no.
in l.oues,& ibi Bar.ff.de abig.vt ſupra incon-
ſuetud.prima eod. & in conſuetud. 4. §. pri-
15 mo eod.cum conſuet.ſeq.& an canes veniãt
appellatione pecudum vt comprahendãtur
ſub hoc ſtatuto, & an appellatione ferarum
vid. Flori. in l. hanc actionem ff. ad l. Aquil.
qui dicit qnod non quem allegat Berthach.
in ſuo repertorio in verbo canis,& multa de
16 canis fideltate dicit Foller.ſuper Bull.de cẽſi.
In verbo Nicolaus nu.156.& quare cito cre-
ſcit, & latrat, & alia de eo vid.per Silua. Va-
ria.lectio.cap.15.& ſeq.p.4. facit pro ſupradi
17 ctis omnibus dictio ſcilicet in tex.poſita quæ
eſt,reſtrictiua vt dixi quæ non extenditur ad
alia animalia ſed in eis ſtatur diſpoſitioni iu-
ris communis l,commodiſſimè ff.de liber.&
poſt: Quomodo autem de iure teneatur do-
minus pro damno à cane illato,& quod ani-
mal dicatur vide Socc. in cap.ſi bos extrà de
iniurijs, & damno dato ſed an damnum da-
18 tum a furioſo compræhendatur ſub hoc ſta-
tuto Ioſeph. Ludouicus in deciſ.77.nu.4.di-
cit quod damnum datum à furioſo æquipe-
ratur damno dato à quadrupedo, & allegat
tex. in l. ſed & ſi. § primo ad l. Aquil.ſed dic
19 tu quod non quia homines non veniant ap-
pellatione animalium vt ſupra, & illud pro-
cedit in fauorem furioſi vt ne detur ei affli-
ctio cum afflitto non debet dari afflictio l.Di
uus ff.de offic.Præſid.l pena §.fin.ff. ad l.Põp.
De parric.& in l.tam demens C.de epiſcop.
aud.& vt te ne teneatur de damno item quia
gloſſ. in d. l. ſed & ſi §.primo dicit quod non
æquiperantur in omnibus quadruped. cum
ĩ eo ceſſat actio ſi quadrupes pau.feciſ. dicat.

CONSVETVDO TERTIA.

ITEM pro quolibet animali Groſſo Patricio denunciã to cum pignore, vel ſine dummodo coſtet vt ſupra de damnó illato medietas prædicti iuris iuxta ſpeciem, & numerum prædictorum animalium per ſoluatur vt ſupra.

SVMMAR.

1 *Dictio pro quolibet eſt reſtrictiua.*
2 *Animal Groſſum quid dicatur.*
3 *Pœna damni dati ab animalibus Groſſis differt ab illa animalium minutorum.*
4 *Dictio item cuius natura ſit remiſſiuè.*
5 *Raptor animalium Groſſorum quomodo puniatur.*
Raptor cum vi,& violentia in via publica punitur pœna mortis.

ITEM pro quolibet: diuiditur in duas partes in prima ponit pœnam damni ab animalibus Groſſis dati. In ſecunda dat intelligentiam ſecũda ibi dummodo conſtet.

1 IN TEX. Ibi pro quolibet, dictio iſta pro quolibet nota quod eſt diſtributiua vt dicit Pariſ.in conſi.49 nu.3.& 4.volu.2.& de natura ipſius dictionis eſt attribuere vnicuique animali inſolidum rem de qua agitur & ſic pœnam notat Bar.& Imol.in l.ſi pluribus delegat.2 ff.& eſt tex.ibi notat Bart. in l non diſtinguemus.§.cum in plures ff.de arbitr.& notatur in l. qui in poteſtate ff.de teſtamen. dixi ſupra in conſuetudine proxima in principio.

2 IN TEX Ibi animali Groſſo quæro quod dicatur animali Groſſum, dic quod ſunt æqui, æquæ, Boues,& Vaccæ Muli,& his ſimilia Bar.in l.oues ff.de abig.nu.3.Ioannes Berthachin.In ſuo tract.Gabel.iu 1.par. 12.part. quæſt.& declaratur ſupra in prima conſuetudine tit.primo, & talia animalia Groſſa dicũtur poſt annum vt dicitur in conſuetudine 4 §.& in verſ. animal Vero Groſſum, infra eodem titulo.

3 ET ſic eſt diuerſa pœna damni dati ab animalibus Groſſis ab illa quæ datur pro dãno animalium paruorum, & talis pœna imponitur dummodo quod coſtet vt ſupra ſcilicet per vnum teſtem maiorem decimumquartum annorum qui non ſit de eiuſdem rei cuſtodia vt dixi in prima conſuetudine ſupra eod.tit.& ſi non diceretur in text.intelli-
4 gereretur per dictionem, Item cuius natura hæc eſt vt dixi ſupra in conſuetudine proxima in prin. & eſt continuatiua vt dicit Pariſ. in conſi.49.nu.48.vol. 2.

5 QVAERO quomodo puniatur raptor animalium Groſſorum vide Auguſt. Aret.in §. pecudum Iuſt de rer. diuiſ. & paruorum vide titulum de Abig.ff. vide Boſſ. in pract. crimin. in dicto titulo de Abige ſed in Regno adeſt Pragmatica Illuſtriſſimi Ducis

Terræ

Terræ Nouæ tunc Præſidentis in anno deci-
mæ Ind.1567.die 26.Iulij in titu.de furt.Prag
mat.1.tit.47.fol.115. in 1. volum. Pragmatis
6 per quas diſponitur quod quilibet raptor cũ
vi, & violentia in via publica ponitur pœna
mortis, etiam pro minimo, & eſt vſu rece-
ptiſſima,& in quo differt nec conſuetudo à
ptima conſue.5. eo ibi dixi poſt nu.46.

CONSVETVDO QVARTA.

ITEM ſi patronus anima
lium prędictorũ, vel alius
pro eo cum idonea cau-
tione fideiuſſore, vel pi-
gnoribus modo, & tempore pro vt in
fra, & ſeq. proxima Conſuetud. con-
tinetur paratus fuerit reficere ſibi dã-
num antequam animalia ipſa Patri-
cio conſignentur, ſeu denuntientur
non ſoluat ius prædictum Pali qui
damnum dedit, ſed qui iniquè denun
tiauit, vel aſſignauit Patricio anima-
lia ſupradicta, quia ex quo emendam
ſuam euerterit per cautionem idoneã
conſecutus animoſè agit contra pro-
ximum ſuum ad pœnam.

SVMMAE.

1 *Dominus paratus ſoluere damnum non ſoluit ius pali.*
2 *Calumniator pro qualitate criminis plectitur.*
3 *Calumniator quis dicatur & qua pœna puniatur.*
4 *Cauſa quæ excuſet à calumnia remiſſiue.*
5 *Dominus animalium vt non tenetur ad ius pali debet offerre damnum ante denuntiationem.*
6 *Verbum cautio prolatum à l. vel a teſtatore quid importet.*
7 *Cautionis verbo ſi additur, idonee importat fideiuſſionem.*
8 *Idem quando a iure prætorio ſeruari debet.*
9 *Cautio idonea quæ dicatur.*
10 *Satiſdare obligatus dando pignora an liberetur.*
11 *Fideiuſſores dare obligatus an dando pignora liberetur.*
12 *Relatum eſt referente cum omnibus qualitatibus ſuis.*
13 *Mulier an fideiubere poteſt.*
14 *Et Velleiano renuntiare poteſt.*
15 *Iuratoria cautio an detur, ab obligato fideiuſſores dare ſi eos non inuenit.*
16 *Iuramentum homagij quomodo præſtetur.*
17 *Iuratoria cautio non eſt ſufficiens vbi ſatis datio præſtari debet.*
18 *Iuratoria cautio vbi alio remedio conſultum eſt non præſtetur.*
19 *Fideiuſſor ſoluens pro reo an habeat actionem contra eum.*
20 *Fideiuſſor an poſſit agere contra eum vt eum liberet & quid ex forma ritus & num. 21.*

ITEM ſi patronus: diuiditur in
tres partes: in prima ponit factũ:
in ſecuuda deciſionem: in tertia,
& vltima reddit rationem deci-
ſionis. ſecunda ibi non ſoluat ius
tertia ibi. quia ex quo.

SVMMATVR hoc modo per dominũ
paratum ſoluere damnũ non ſoluitur ius
1 pali, ſed per calumniatorem. Nota quod in
ſummario dicitur quod ſi dominus anima-
lium paratus ſit ſoluere damnum fideiuſſio
ne vel pignoribus non ſoluit ius Pali, ſed qui
iniquè denuntiat, & ratio in prõptu eſt poſi-
ta in tex. Nam cum ſit ſecurus de damno an
te denuntiationem malo animo, & iniquè
denuntiat vnde tanquã calumniator punitur
ad ſimilem pœnam pali nam ſiue in ordina
2 rijs, ſiue extraordinarijs criminib. calumnia-
tor pro qualitate criminis plectitur, vt dicit
gl. in prohemio inſtit. in verbo per legitimos
3 tramites, & ibi Doctores, & quid dicatur ca-
lumniator, & qua pœna puniatur vltra d.gl.
4 in prohemio inſt. & quæ cauſa excuſet quẽ
a calumnia vid. Menoch. de arbit. iud. liber.
Cent. 4.caſu 371. vid.Clar.in pratic. crim. §.
fin.q.62.

5 NOTA ſecundò, quod adhoc vt domi-
nus animalium non teneatur ad ius Pa
li debet offerre damni emendam ante denũ
tiationem idonea cautione fideiuſſorib. vel
pignoribus: ſed iſta verba poſita fideiuſſorib.
vel pignoribus videntur ſuperflua nã licet
6 verbum cautio ſimpliciter à lege, vel à teſta
tore, vel à conſilio ſapientis prolatum im-
portat nudam promiſſionem tex.eſt in l.ſan
cimus C.de verbor.ſignif. & eſt commu.opi
nio relata per Villalob, in litera C. num. 29.
& 30. tamen quando cum verbo cautio eſt
7 ad ſtatutum verbum idonea prout in text.
ſecurè vel caueat importet cum fideiuſſio-
ne, vel pignoribus prout eſt tex.in c.literas in
fin.extra de reſtitu.ſpolia.gloſſ.in cap.ad no-
ſtram de iure iurand.gloſſ. in cap. quamquã
in verbo idonee de vſu.libr.6.quam opinio-
nem ſequitur Ripa in rubr. ff.de dam.infect.
nu.9.& 10.& ibi annis præteritis dixi, &t dicit
Ang.in §.primo inſtit.de eo cuilib.eani bon.
Ita Ioſeph Lud.in deciſ.63.nu.15.in 2. volu.

8 Idem qñ a iure Prætorio præſtari debet idē
Villalob:in verbo cautio nu. 34.dicit vid.om-
nino Duen.in reg.86.1.vol.vbi ampliat regu
lam duob.modis,& limitat quinq; modis:&
9 quæ dicatur idonea cautio.vid. Menoch. de
arb.Iud.lib.2.Cent.2.caſu 142.vbi magis cō-
munem dicit quod remittitur arbitrio Iudi-
10 cis, & an obligatus ſatis date dando pignora
liberetur communis eſt quod ſic refert Ca-
11 gno.in l.plus cautionis ff.de reg.iu.ſecus ſi te
neatur dare fideiuſſionem, & ibi dicit Cagn.
nu.4.vbi communem etiā dicit, & refert, &
ſequitur Villalob:in Coll.commun.opin.in
verbo obligatus nu.17. & ſeq. & quid quan-
do ſtatutum requirit fideiuſſores dicā infra
eodem in conſue.v. In primo notab.

TAMEN text. noſter voluit tollere di-
ſputationes Doctorum, & dubia ſuper
hoc,& expreſsè dicit, vt ante denuntiationē,
vel aſſignationem, pignora ſufficerent poſt
vero non ſufficerēt ſed fideiuſſio requiritur
prout in conſuet.v. & ibi dicitur ad quam ſe
remittit quam vocat proximam vbi dicit cū
12 fideiuſſione quia iam relatum eſt in referen-
te cum ſuis qualitatibus l. ait prætor §. ſi iu-
dex.ff.de re.iud Dec.conſi.449.num.3. & re
fert ſubſtantiam,& quantitatem Parif.in cō-
ſil.2.num. 53.volu.3.Idem Dec.in conſ.489.
nu.10.vide Porc.in concl.20.lib.1.& ante de-
nuntiationem vel aſſignatione pignore ſuf-
13 ficiunt vt in tex ibi dicitur, & an mulier fide-
iubere dic quod non,quia vetatur per Sena-
tuſcon. Velle.dicit Dec. in l. fœminæ nu. 11.
ff.de reg.iur.vid. tamen additionem ibi in lit
14 tera M.fol.43.& an poſſit renuntiare Vellea-
no.vide Caluacc.in tracta.de tuto. & cur.nu.
322.fol.177. & per conſuetud. Fel. Vrb. Pa-
normi cap.21.ſub rubr.de prohibita fideiuſſ.
mul cat.16.nullatenus mulier fideiubere po
teſt, etiam renuntiato Velleiano niſi in cri-
minalibus pro parentibus filijs, & fratribus
alijs fideiuſſionibus deficientibus. idē in mi-
nore,& filiofamilias.

ET videtur quod obligatus à lege vel à ſta
tuto ad dandum fideiuſſorem ſi eum nō
15 reperit loco fideiuſſionis datur iuratoria cau
tio Clar.in §.fi.quæſt 46.verſ.Sed quia refert
commun.opin.Laurent. Chircouius in con
cluſ.71.in littera O.Cent.5. In 2. volu. com-
mun.opinio.fol.84. & ſeruatur in criminali-
16 bus præſtando iuramentum, Homagij arbi-
trio Iudicis ſecundum delicti,& probationū
qualitatem in caſu vero noſtro non ſeruatur
& maximè ſi alio remedio conſultum eſt
17 non præſtatur iuratoria cautio refert com-
mun. opin. Idem Laure. Chirco.in concluſ.
81.In verbo cautio num.4.in 2.volu.comm.
18 opin fol. 99. Item quando ſatiſdatio eſt præ-
ſtanda de neceſſitate vel natura actus non eſt
ſufficiens Iuratoria Cautio ita. Ioſeph. Lud.
in deciſ.63.nu.14.vol 2.

19 SED an fideiuſſor ſoluens pro reo habeat
actionem contra eū dic quod ſic & actio
nem mandati.§ ſi quid autem inſtit. de fide-
iuſſ.ponit regulam cum ſex amplia. & limit.
Duen.in reg. 137. lib. primo, & an fideiuſſor
20 poſſit agere contra, ꝯ eum vel conuentum
vt eum liberet antequam ſoluat regula eſt
quod non ponit idem Duen, in regul. 136.
eod. volum. vbi limitat remiſſiuè ex forma
21 Ritus ſtando fideiuſſor per ſex menſes in fi-
deiuſſione poteſt reum apportare curiæ, vel
carceratum, antè non;eſt tex. in Ritu in cap.
164.& ibi noſtrates ſcripſere.

§. PRIMVS.

ET ſi in Viridarijs, Vineis,
Oliuetis, Muris, vel Foſſa-
tis, clauſis dicta animalia
damnum dederint ius prædictum ſol
uatur Patricio dupplicatum; Animal
Vero Groſſum intelligatur poſt com
pletum annum appellatione nullita-
te, ſupplicatione, & quærela ipſius
proceſſus, vel reprobatione ipſius te-
ſtis non admiſſis.

SVMMAE.

1 *Oliueta multa habet territorium Catinæ.*
2 *Oliuæ domeſticæ incidi nō poſſunt in regno per Prag maticam.*
3 *Ingredientes loca aliena puniuntur.*
4 *Animal Groſſum quando dicatur.*
5 *Animalia damnum dantia Viridarijs quid pro eis ſoluatur Patricio.*
6 *Statutum Ciuitatis tollens appellationes an va- leat.*
7 *Appellatio non poteſt tolli per ſtatutum.*
8 *Appellatio eſt iuris poſitiui.*
9 *Appellatio an poſſit tolli per Principem.*
10 *Statutum tollens appellationem an intelligatur de friuola.*
11 *Appellatione ſublata non intelligitur ſublata quære la, nec nullitas.*
12 *Nullitas non intelligitur ſublata appellatione remo ta,& quid in reuiſione.*
13 *Reſtitutio in integrum an ſit ſublata appellatione remota.*

14 *Statutum*

14 *Statutum denegans quarelam an intelligatur denegare appellationem remiſſiuè.*

15 *Bannitus poteſt appellare ſtante ſtatuto quod bannitorum quærela non audiantur.*

16 *Appellatio via grauaminis an ſit ſublata ſublatis alijs remedijs.*

17 *Appellatio quando eſt prohibita.*

18 *Et quid in grauamine notorio.*

19 *Nullitas in prontum notoria incontinenti probanda impedit executionem.*

20 *Iudex an occurrere poſſit manifeſtè iniquitati non obſtante ſtatuto.*

21 *Nullitas coram quo proponi debet.*

22 *Notorium numquam intelligitur reiectum.*

23 *Defendere ſe quis non dicitur in notarijs.*

24 *Statutum remouens nullitatem an intelligatur de nullitate defectu iuriſdictionis.*

25 *Iudicis recuſatio an intelligatur reiecta appellatione, & nu. 27.*

26 *Nullitas defectu iuriſdictionis an ſit excluſa reiecta appellatione.*

28 *Defenſione reiecta an ſit reiecta nullitas defectu iuriſdictionis.*

29 *Defenſio propiè quid ſit.*

30 *Iudicis recuſatio quomodo, & quando praponatur.*

31 *Iudex prorſus incompetens poteſt recuſari.*

32 *Statutum an poſſit defenſionem tollere.*

33 *Statutum poteſt alterare modum.*

34 *Clericus regulariter poteſt allegare declinatoriam fori.*

35 *Iudicis officium an ſit reiectum reiectis alijs remedijs.*

36 *Statutum prohibens appellationem ex parte actoris intelligitur etiam ex parte Rei.*

37 *Correlatiuorum etiam in pœnalibus idem ius.*

38 *Statutum denegans defenſionem an recipiat allegationem iuris, & quid in ſtatuto denegante exceptionem nu. 39. & quid in pacto de non opponendo nu. 40.*

41 *Teſtis reprobatio de iure admittitur.*

42 *Furioſi mente rapti pater, & mater, & ſimiles teſtes eſſe non poſſunt.*

43 *Cuſtodes portarum, & agrorum ſunt viles perſonæ.*

44 *Baiulorum officium quid ſit.*

45 *Baiulus à Ciuitate Catania conſtituitur.*

46 *Vacca vendita an veniat Vitulus.*

ETSI IN VIRIDARIIS ETC. diuiditur in tres partes in prima ponit vnam deciſionem in 2. declarat cōſuetudinem 3. ſupra eo. tit. in 3. & vltima, remouet appellationem prout in ea, ſecunda eſt ibi animali Groſſum 3. eſt ibi appellatione nullitate &c.

SVMMATVR HOC MODO: pro damno per animalia Illato locis clauſis Patricio dupplicatum ius ſoluitur, & animal Groſſum poſt completum annum intelligitur, & tollitur appellatio nullitas, & teſtis, reprobatio, & ipſius proceſſus quærela.

NOTO PRIMO IN TEX. Ibi Oliuetis quod in hoc territorio Ciuitatis Cata-
1 niæ multa erant Oliueta olim vt in Contrata
S. Mariæ de Longina de quibus mentionem
facit D. Artalis de Alagona Comes Miſtrettæ Ciuis noſtræ Ciuitatis Cataniæ in donatione facta Monaſterio S. Mariæ Nouæ Lucis,
& refert etiam Faſſellus in hiſtor. Siciliæ lib.
3. c. 1. in fine, & propè conuentum S. Mariæ
de Annunciata eſt locus Magnus qui vocatur Oliuetum quæ hodie non extant impetu
ignis Aethnæ Montis deſtruta, & non tantū
damnum datum Oliuetis ab animalibus per
dominos ſoluitur, vt hic verum etiam, & ab
2 hominib. immo proprijs dominis quia Oliuæ domeſticæ vel Siueſtres non poſſunt incidi ſub pœna vnc. 200. eſt Pragmatica Regni prima ſub rub. de proh. inciſ. Oliuar. fol.
3 182. Idem, & in vineis quia intrantes eas vel
aliena loca cauſa venandi vel aliquod damnum facientes puniūtur vt in Pragm. Regni
vnic. titu. 57. & dictæ Pragmaticæ de pœnis
in eis. extat quædam Pragmatica declaratoria ſequ. & per conſuetud. vnic. in titulo 65.

NOTO ſecundo ex hoc tex. quod pro dāno per animalia dato locis clauſis ſoluitur ius dupplicatū Patricio illius iuris quod ſoluitur in prima conſuetudine ſupra eod. titulo, & ratio poteſt eſſe, quia maior culpa datur pro ingreſſu locorum clauſorum quā non clauſorum.

4 NOTO tertio quod animal Groſſum dicitur poſt annum cōpletum, & ſic declaratur conſuetudo tertia ſupra tit. noſtro vnde ſi damnum daret animal ante annū aliud eſſet, & quæ ſunt iſta animalia Groſſa declaratur in conſuet. prima ſupr. eod. & dicit Bartol. in l. oues ff. de abigeis, & an pullus æqui veniat appellatione æqui dic quod non per l. ſed ædes. §. ſi quis mulier. ff. loca. etiam in ſtatutis ita Hyppo. Bonaco. In tractatu de æquo quæſtio. 14. in tex. vero noſtro poſt annum, non venit dicitur animal Groſſum, & ad ſolutionem Pali tenetur, & an pullus quia vendita matre veniat in venditione dic quod ſic ita Iaſo. in l. extraneus num. 22. ff. de cond. cauſ. dat idem Hyppolitus Bonacox. in d. tracta. de æquo quæſt. 33.

5 NOTO quarto quod ius duplicatū ſoluitur Patricio pro dāno per animalia dato viridarijs, Oliuetis, vineis, muris, vel foſſatis vel

foſſis clauſis appellatione ſupplicatiões quæ
relæ, nullitate, & reprobatione teſtis ſublatis
& ſoluitur Ius Pali etiam quod damnum nõ
eſſet ratione ingreſſus vt infr. conſuet. 7. cod.
ritu. dicitur, & ſic per hanc conſuetudinẽ eſt
ſublata appellatio.

6 CIRCA quod primo quæro an Ciuitas
poſſit ſtatuere tollendo appellationẽ dic
quod non immo tale ſtatutum non valet ita
Saly. in l. fin. §. fina. C. de tempor. appell. poſt
nu. 8. niſi ſit à Principe confirmatum vt ibi
Barto. & in l. omnes populi ff. de Iuſt. & iure
nu. 27. & Bal. in l. nequicquam. §. de plano ff.
7 de offic. Procon. in princ. & quod appellatio
non poſſit tolli per ſtatutum refert commu.
opin. Villalob: In verbo appellatio nu. 19 &
ſeq. & ratio poteſt eſſe quia defenſio non po
teſt tolli quia eſt de iure naturali vt in clem.
paſtoralis de ſent. & re iudicata, & appella-
tio eſt ſpecies defenſionis vt notatur in cap.
cum inter de excep. cap. cum ſpeciali §. 1. de
appell. l. 1. ff. eod. Bar. in l. & expreſſum ff. eo.
& per Geminianum in c. non ſolum de ap-
pellatio. in 6. & ideo per confirmatione prin
8 cipis tollitur per hoc ſtatutum quia appella-
tio eſt defenſio inducta de iure ciuili ſicut de
iudicis recuſatione dicitur vt in l. apertiſſimi
C. de iud. Ita Franc. in cap. paſtoralis de appel
lat. col. 7. verſi. 4. quæritur Maran. de ord. iu-
di. par. 6. actu 2. nu. 329. & princeps poteſt eã
tollere Bal. in d. § de plano in princ. & ſtatu-
tum à Principe confirmatum vt eſt iſtud vel
à Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem di-
cit Ioſeph. Ludouicus in deciſ. 38. lib. 1. nu. 2.
Caualcan. deciſ. 10. nu. 27. Alex. conſi. 97. nu.
6. & conſi. 225. vol. 6. de quo vide per Abb. in
rub. de appellationi. & Dec. in rubr. eod. nu.
9 9. & Fely. in rub. de appell. & quod princeps
poſſit tollere appellationem notatur in ru-
bri prædicta, & ibi Dec. num. 10. poſt Felyn.
vbi dicitur quod præſumitur quod princeps
cum cauſa hoc faciat, & tunc tollitur mo-
dus defenſionis vt dicit Pariſ. in conſi. 46. nu.
4. volu. 1. commun. dicit Villalob: In verbo ap
pellatio. nu. 111. & dicit quod princeps ſinè
cauſa non poteſt tollere appellationem C.
qui ſit 2. quæſt. 6. & ponit hanc regulam cum
quinque Fall. Duen. in regul. 43. volum. 1. vbi
inter alias ponit limitationem quod cũ cau-
ſa poteſt, princeps tollere ſed in principe præ
ſumitur iuſta cauſa Cyn. in l. reſcripta. C. de
præcib. Impe. offe. & in l. fin. C. ſi cont. ius vel
vtil. pub. Fely. in cap. quæ de eccleſiarum de
conſtit. ergo, &c. & quod appellatio ſit de-
fenſio iuris poſitiui, & ideo tolli poſſit mul-
ta cumulando dicit Couarru. in tractat. Pra-
ctica. quæſtio. cap. 23. nũ. 6. Et pro concluſio-
ne huius quæſtionis dicas tu quod aut Ciui-
tas habet primam, & ſecundam appellatio-
nem: vel eſt Ciuitas non recognoſcens ſupe
riorem vel eſt Ciuitas inferior, & ſtatuta per
eam condita ſunt à principe confirmata pro
ut hoc noſtrum ſtatutum eſt, & poteſt hoc
facere, & tale ſtatutum poteſt tollere appel-
lationem, & iudicis officium. Ita per Bart. In
d. l. omnes populi num. 27. & fortius in cri-
minalibus, & ita de communi conſuetudine
& vſu receptum, & communiter ſeruari di-
cit Alberi. in tractat. ſtatu par. 4. quæſt. 53. nu.
4. Clarus in practic. crimi. q. 53. in quæſt. 94.
verſ. cœterum, maximè quia factum à prin-
cipe non recognoſcente ſuperiorem qui
omnia facere poteſt ſicut Imperator in toto
orbe eſt communis relata ſupra in prohe.
mio, & ita intelligitur Pariſ. in conſ. 46. num.
6. & conſil. 95. num. 42. In primo volu. Villa-
lob: in dicto verbo appellatio num. 111. aut
ſumus in alijs ſtatutis non confirmatis, & nõ
valent ita pulchræ dicit per multa Roland.
Auall. in conſi. 29. num. 1. 12. 15. 24. & 28. vo
lum. primo, & ita intelligit ipſe Pariſ. in d.
conſi. 46. Qui cum allegat & noſtra ſtatuta
fuerunt ſpecialiter cõfirmata vt patet in text.
10 noſtro ſed an hoc ſtatutum tollens appella-
tionem intelligitur de Friuola Franc. in cap.
paſtoralis in prima colu. dicit quod de omni
appellatione intelligitur vt ſtatutum aliquid
operetur vltra ius commune quod debet at-
tendi. Bal. in l. 2. C. de appell. Beninten. in de-
ciſ. 17. in fi. cremens, in ſingu. 121. Boe. in de-
ciſ. 188. nu. 4. Bar. in l. 1. ad legem fol. 110. no-
ta, per Michael. Graff. in cap. 22. q. 5. libr. 2. in
2. volu. commu. opin. fol. 204.

11 ET quia appellatione ſublata non intelli-
gitur ſublata quærela nec recurſus per
ſupplicationem in notat. per Abb. & alios
in cap. ex litteris num. 9. de reſtit. in integrũ.
Natta. in conſi. 177. num. 9. Dec. refert com-
munem opin. conſi. 533. num. 2. Cœphal. in
conſi. 163. num. 6. volum. 2. de qua vide Ale-
xan. rub. in conſil. 511. Nec etiam eſt ſublata
12 nullitas ſecundum Guid. Papam in deciſ. 38.
latè per Vantium in tract. de nullitatè proceſ
ſus rub. quis poſſit de nullitate dicere nu. 35.
fol. mihi 26. & quod non ſit ſublata ſuppli-
catio latè dicit Gramm, in deciſ. 35. nu. 4. Pa-
riſ. in conſil. 194. num. 18. in 4. volum. refert
commu. Laur. Chirco in concluſ. 27. num. 7.
in litera. a. & in 2. volu. commu. opin. fol. 75.
vbi rationẽ diuerſitatis reddit ideo per hanc
Conſuetud. omnia hæc remedia clare ſunt
ſublata, & appellatio nullitas quærela, & ſup
plicatio, & per conſequens recurſus qui pe-
titur per quærelam vt dicit Gramm. in d. de-
ciſ. 35. propè finem Natt. in d. conſ. 72. nu. 9.
& an poſſit tolli iam ſupra dixi in appella-
tione

tione modo quo per Rolan. in d. conſil. 29.
volu. 1.

12 SEcundo quæro an ſit ſublata reuiſio dic
quod ſic quia reuiſio per ſupplicationē
fit vt in auth. quæ ſupplicatio. C. de præc. im
per. offer. & per Gram. in d. deciſi. 35. in fine
ſed per hanc conſuetud. eſt ſublata ſupplica-
tio, ergo, &c. vide noſtrates Catinenſes in c.
Ritus de reuiſione ſententiarum.

13 TERTIO quæro an ſit ſublata reſtitu-
tio in integrum vide Vital. in tract. clau-
ſularum in titulo nil noui appell. pend. vlti.
cplu vide Socc. in conſ. 242. volum. 2. Bal. &
Doctor. in l. 1. C. ſi dem. om. poſſeſſ. Salycet.
in l. 1. C. ne in vnam eademque cauſa: & reſti
tutione in integrum eſt fauorabilis licèt nō
detur minoribus poſt 25. annos notatur. in l.
2. C. de temp. reſt. in integrū tamē data enor-
miſſima læſione conceditur eſt communis
opin. quam refert Soarez. In ſua Coll. com-
mun. opin. In verbo reſtitutio nu. 80. & mul-
ta de reſtitutione in integ. vide per Dominū
Cum. in cap. 21. Ritus per totum vide Laur.
Chirco. in 2. volu. commu. opin. in concluſ.
17. & ſeq. Cent. 4. fol. 56. & quod non intelli
gatur reiecta reſtitutio in integrum niſi de
ea fiat ſpetialis menſio dicit Boer. in conſ. 12.
nu. 71. & 72.

14 QVID autem è contra in ſtatuto dene-
gante quærelam an ſit denegata appel-
latio vide Modernos in l. arbitrio ff. qui ſatiſ.
cogan. quos Dominus Anton. de Piata: hic
citat vbi tenet contra zelum in tract. banni.
15 quod ſtante ſtatuto quod quærelæ bannito-
rum non audiantur quod bannitus poteſt ap
pellare per tex. in cap. cum inter priorem de
excep tio. extr. & tex. in cap. primo de reſcrip.
in 6. Secus autem ſi eſſet denegata audientia
no. noſtrates: & maximè Moderni Cantinen
ſes in c. Ritus.

QVARTO etiam quæro an ſit ſublata
16 via grauaminis iſtis remedijs ſublatis,
& iam ex ſupradictis apparet ſed quia ſtatu-
tum hoc denegat quærelam recurſum ſup-
plicationem, & ſic reuiſionem vt ſupra dixi
ergo, & remedium via grauaminis qui ſi hoc
voluiſſent ſtatuentes dixiſſent: non obſtant
Doctores ſupra allegati quia loquuntur quā
do ſimpliciter eſſet prohibita appellatio, &
non alia remedia immo dicta in cap. paſtora
17 lis loquuntur quand appellatio eſt prohibi
ta per reſcriptum ſecus quando per ſtatutū
vt hic quia tunc omnis appellatio, & ipſius
effectus eſt prohibitus immo grauam. in tali
caſu non poteſt per ſuperiorem reuocari ita
limitat Dominus Anto. de Butrio, & Philip
pus Franc. in d. cap. paſtoralis de appell. extra
Socc. in d. conſi. 45. colu. penult. verſ. præter-
ea volum. 2. quod in ſimili loquitur pulchræ
Hyppol. de Marſil. in ſing. 289. Secus autem
18 ſi eſſet grauamen notorium vt dicit Roland.
Auall. in d. conſil. 29. nu. 37. volu. 1. Natta. in
d. conſil. 172. nu. 4. & per ea quæ ſtatim dicā,
vel læſio eſſet ænormiſſima vel ænormis ſe-
cundum Cephalus in conſi. 480. nu. 17. vol. 4
vide ibi per eum nu. 18.

QVINTO quæro quid ſi nullitas con
ſtet notoriæ ex actis an intelligatur re-
iectam dico quod non ita Roland. Auall. in
d. conſi. 29. nu. 43. volu. 1. Natta. in conſi. 120.
nu. 14. latè per Vant. in tract. de nullitate pro
ceſſ. in rubr. quis poſſet dice. de nullitat. nu. 52.
19 & vid. ibi num. 50. & 51. nullitas enim noto-
ria, & incontinenti probanda impedit execu
tionem quando non requirit altiorem inda-
ginem ita Iaſ. in l. prima nu. 8. ff. de nou. oper.
nunt. Roland. in conſi. primo nu. 29. volu. 1.
vid. Port. in concluſ. 32. libro primo refert cō
mu. opin. Villalob: in Coll. commun. opin. in
verbo exceptio nullitatis nu. 115. & 316. &
20 an iudex poſſit occurrere manifeſte iniquita
ti non obſtante pacto vel ſtatuto quod ſic di
cit Ancha. in conſi. 167. Hyppol. in conſi. 39.
nu. 27. & in conſi. 60. nu. 20. Becci. in conſ. 12.
21 num. 74. & coram quo talis nullitas proponi
debet vid. eumd. Villalob: in d. Coll. comm.
opin. In verbo nullitas nu. 45. vid. Vant. in d.
tract. nullit. in titulo coram quo poſſ. dici de
nullit. vbi concluditur quòd, & coram codē
iudice, & coram ſuperiore, & ſic iudice ap-
pellationis proponi poteſt, & prout Regno
ſeruatur, & aſſigno aliam rationē quia quod
ex actis apparet, dicitur notorium & noto-
22 rium numquam intelligitur reiectum ita di-
cit Abb. in conſil. 44. in fin. primo vol. dicit
etiam Menoch. in tract. de recup. poſſ. in pri-
mo remedio nu. 224. Gramm. in conſil. 131.
nu. 5. add. ad Bar. in l. planè ff. de petit. hæred.
Immo tali caſu iudex ex ſe ſupplet non ob-
ſtante ſtatuto in contrarium denegante ap-
pellationem vel defenſionem. Ita addit. ad
Bart. in d. l. planè ff. de petit. hæred. Abb. in d.
conſi. 44. in primo volu. Fely. in cap. ex parte
el 2. in 5. Fall. de offic. delegat. & ratio ratio-
nis eſt quia in notorijs non dicitur quis ſe de
23 fendere ſecundum Imol. in l. accuſatore in
§. ad crimen nu. 6. in fin. ff. de public. Iud. quē
refert Alex. in add. ad Bar. in d. l. planè ff. de pe
tit. hæred. Socc. in conſi. 38. nu. 19. in prin. vi-
de Alex. in conſi. 97. nu. 5. qui loquitur in de-
fenſione Innocentiæ, & in conſ. 725. num. 22
volu. 6. & ita bis in cauſa ſpolij priuilegiati
vbi proceditur nullis auditis defenſionibus
partis

partis aduerſe deciſum extitit vt in cauſa ſpo
lij Domini Baronis Sancti Iuliani contra no
tarium Antoninum de Conſtanzo, & in cau
ſa Illuſtris Don Nicolai Stizzia cum quon-
dam Domino Petro de Inguantis.

24 SEXTO quæro an remota nullitate per
hanc conſuetudinem ſit remota, & nulli
tas defectu iuriſdictionis, & Iudicis incom-
petentiè vide regulam cum multis amplia-
tionibus, & limit. poſitam. per Porcium in
lib.conclu.in regul.24. lib.4. Vbi facit regu-
lam quod non, & ibi pulchre, & per Gabrie-
lem in titulo de ſtatutis concluſ. 3. libr. v. &
ideo hic non refero quia ibi clarè habetur
medulla huius quæſiti ne videar ea mutuo
habere vt vtar verbis Cagnol. in, l. vnica. C.
qui admitt.nu.50:vbi dixi, & quid ſi eſſet re-
iecta appellatio an etiam ſit reiecta recuſa-
25 tio iudicis. vide Specul. in tit. de recuſa. in §.
2.verſ. ſed quid ſi caſu commiſſa, & appella-
tione remota qui remiſſiue loquitur, & de
Iudicis recuſatione, & in quibus caſibus poſ-
ſit recuſari vide latè per Marant. in, ſuo tract.
de ord. Iud.part.6.actu 2.nu.24.poſt Iaſo.in l.
apertiſſimi.C.de Iud.vide Menoch.in tracta.
de arbitra.Iudi.lib.2.Centu.2.caſu 152.

SEPTIMO quæro quid autem quando
26 eſt reiecta defenſio an ſit excluſa nullitas
defectu iuriſdictionis vide per Porcium in d.
concluſ.24.libr. 4.Fall.6.qui dicit quod non
admittitur exceptio nullitatis iuriſdictionis,
& allegat Bal.in l.eos nu.28.C. de his qui ac-
cuſ.non poſſ.

SED contra quod immo admittitur tali
caſu recuſatio Iudicis text. eſt in l.penult.
27 §.ad crimen ff.de publici Iud.& ibi Bar.num.
18.vbi procurator rei non poteſt defendere
ſed iudicium differre puta dicit Bart. tu non
es iudex meus, & ratio eſt quia tunc non ſe
defendit ſed differt criminis diffinitionem,
& cognitionem ita Alex.ibi in add.ad Barto.
Bal.in l.prima nume. 39.C. de his qui accuſ.
non poſſ.vbi dicit quod propriè defenſio eſt
29 illa quæ tollit, & perimit iudicium in pro-
priè vero quando differt, & ſtatutum intelli-
gitur in caſu propio in l.ſi vero §. de vero ff.
ſolut.matrim. in l. quicquid aſtringendæ de
verbor.obligat. l.3.§.hæc verba ff. de negot.
geſt.ergo. Ita tenet etiam Alex.in l. de pupil
lo.§.qui opus ff.de nou. oper. nunt. nume 9.
Abb.in conſi.64.num.5.volu.1.Hyppol.ſin-
gul. 10. & eſt eo minus opinio. quam refert
Aret.conſi.75.Curt.in conſi.76.& pluries de
ciſum fuiſſe atteſtatur Dominus de Campo
Doctor Noſter in quibuſdam ſuis allegatio-
30 nibus, & quomodo proponatur Iudicis recu
ſatio, & quando vid.per Dida.Couarr.in lib.
pract.quæſt. capit.26.Michael Graſſ. in quæ-
ſtio.12.& ſeq.cap.8.lib.2.in 2.volu.commu.
opin.& in quibus caſibus poſſit ſe remouere
& qua pœna puniatur recuſans iudicem, &
non probans cauſam ſuſpectionis vid. Prag-
maticam Regni in rubri.de recuſ.Iudi.Prag-
matica 3.titu.4.in primo volum. Prag.fo.24.

AD allegata per Porcium reſpondetur
quod Bald. per eundem allegatus in l.
reos.C.de his qui accuſar.non poſſ. num.28.
31 diſtinguit quod aut iudex eſt prorſus incom
petens, & admittitur recuſatio Iudicis non
obſtante ſtatuto defenſionem denegante:
aut non eſt prorſus incompetens, & tunc
ſublata defenſione eſt ſublata declinatoria
Iudicis ita Pariſ.in conſi.35.nu 3.& conſi.52.
nu.5.Rip.in l.4.§.condemnatum nu.23.ff.de
re.Iud.& ita hanc quæſtionem intelligas, &
an procedat in Bulla vide Foller. in Bulla de
cenſibus. In verbo quæ quidem executio? &
Petrum de Gregor. in d. Bulla in 8. quæſtio.
verſicu.2.requiritur.

32 OCTAVO quæro an ſtatutum poſſit
defenſionem tollere, & recuſationem
Iudicis vide Alcia. in repet. l. in quantitate
ff de polit.Pariſ in conſi.46.num.3.volum.1.
vbi regulariter quod non, & conſi.2.nu.157.
in 4.volu.nec etiam per Principem in crimi-
nalibus Roland.in conſi.35.nu.11.volum.4.
vid.eumd.Roland.in conſi.12.in 3.volu dif-
33 ferri autem vel alterari modus per ſtatutum
poteſt vt dicit Fely. in cap. dilecti de except.
Angel.Alex.& Iaſ.in l.ſi ſic ff.de legat.primo
Cæpoll.in conſi.63.Alex.in conſi.225.vol.6.
nu.7.Vant.in tract.de nulli.proceſſ.in titu.de
nullit.defectu citationis nume.9. in fin. licet
defenſio per Principem tolli non poſſit vt ſu
pra dixi tamen per eum poteſt tolli appella-
tio vt dixi ſupra eod.nu.6.& 7.

34 ET an tali caſu Clericus poſſit allegare fo-
ri declinatoriam regulariter quod ſic to-
to titulo de foro compet.Cano,in cap.ſolitæ
de maio. obed. & quid in cauſa venditionis
laudato in authore communior. & verior
opinio eſt quod ſic.Ita Gramm. in deciſ.21.
licèt contrarium teneat Capicc.de ciſ.197.&
Gramm. loquitur in fortioribus terminis, &
propter aliàs rationes ſupra aſſignatas. nam
iudex laicus eſt prorſus incompetens cleri-
corum regulariter per ea quæ dicit idē Grā-
ma.in deciſ.61.& quid quando ſtatutum de-
negat audientiam an tali caſu admittitur ex-
ceptio declinatoriæ fori, & incompetentiæ
Iudicis vide Bal.in d.l.reos num.28.C. de his
qui accuſ. non poſſ.Socc.in l.2. de exceptio.

Roman.

Roman.in conſi.214.& de ſtatuto denegan-
te audientiam vid. Dom Cum. In cap 40. Ri-
tus incip.in caſu autem ſpolij num. 76.& di-
cam infra vide Folle. Super Bull.de cenſibus
in dicto verbo quæ quidem executio nume.
19.& ſeq.

35 NONO quæro an ſit reiectum officium
Iudicis? Doct.in l.planè de petit.hæred.
& in l.fina.& l.3.in fine ff.de naut. caup. ſtab.
dicunt quod reiectis exceptionibus non eſt
reiectum officium Iudicis quia implorari po
teſt vt dicit Abb.in cap cum quis de reſtitut.
ſpoliat. Anchar.in clement.prima de ſequ e-
ſtra.poſſeſſ.& fruct.Bald.in l.ſi non ſortem in
fin.de cond.indeb.ff.Hyppolitus in ſingul.88.
ſecus autem quando tolleretur defenſio vt
dicit Abb.in cap.ex parte de officio delegat.
num.6.in repet.dicti c.& Doctor. ſupra allè-
gat.Bart.in d.l.plane de petit.hæred. & in l. 1.
§.& panni ff.quod vi aut clam.vnde hic vltra
appellationem,& nullitatem eſt ſublatus re-
curſus ſuperioris,& querela quod eſt plus vt
ſupra firmauimus:ergo, & officium Iudicis
quod eſt minus arguendo à maiori ad minus
vt nota.in cap.ſi ergo 6.q.1.& ibi glo. Nam ſi
non licet adire maiorem minus ergo,& ma-
iorem Iudicem officium eius implorando c.
ſi Paulus,& ibi glo.32.q.5.Abb.& Doctor.in
c.cum in cunctis de elect.glo.ordina.in l.2.in
quibus Caſſ.non eſt neceſſ. in integ.reſtitu.

SED an iudex poſſit ex officio non implo
rato occurrere manifeſtæ iniquitati maxi
me in notorijs, & ex ſe ſupplere? dixi ſupra
eod.quæſt.5.

ET nota quod omnia iſta remedia, quæ
prohibentur ex parte rei condemnati ad
ſoluendū ius pali,& damnum,videntur pro-
36 cedere ex parte actoris cum ſtatutum prohi-
bens appellationem ex parte intelligeretur
prohibere ex parte actoris c. non licet de re-
gul. iur. in vj.vt in iudicijs ſeruetur æqualitas
iuxta leg.fin.c.de fruct.& litium excep. Hyp-
pol.de Marſi.in ſing.389 incipien. tu ſcis im-
37 mo ratione correlatiuorum etiam in pœna-
libus idem ſeruatur,& refert com.opin.Soa-
rez in ſua Coll.com. opin. in verbo correla-
tiuorum num.321.vide Dom.Cum.in d.cap.
Ritus.40.& nu.19.

38 DECIMO quæro an quando ſtatutum
denegat defenſionem reijciat allegatio-
nem iuris vide Bald. in l.ſi ſeruum §. publicè.
num.7.de procur.& add.ad Barto.in l.1.c.de
euict.Diui Adria.tolle.& add.ad Bart.in lite-
ra e. in l.plane de petit.hæred.Ioan. Aloy.de
Settimo ſupr. Ritu in verbo infra decennium
in verſ.hoc ſtatutum vbi dicit quod exceptio
iuris admittitur dixi in meo repertorio in
verbo inſtrumentum,& an allegationum co
pia ſit danda parte vide Menoch. de arb.Iud.
lib.2.Cent.2.caſu 175. vbi hanc quæſtionem
examinat,& multas opin. Doctorum refert,
& vltimam nu. 15. quod remittatur arbitrio
Iudicis vide Duen.in regul.v.Fallo.quinta,&
ſexta lib.1.

39 QVID autem in ſtatuto denegante ex-
ceptionem,& defenſionem, & quid ſtā
40 te pacto de non opponendo vid. Dom.Cum.
in cap.6.Ritus nu.36.& ſeq.& num.69.& di-
xi ſupra eodem.

SED an tale noſtrum ſtatutum tollens ap
pellationem,& defenſionem compræhē-
dat tertium dic quod non Alex. in conſil 48.
volu.3.Pariſ.in conſi.107.lib.3.Marſi.in con-
ſil.294.Ruin.in conſil. 87.volum.4.Cœphal.
in conſil.395.num.52.lib.3.dixi ſupra eo.in
conſue.1.nu.54.

NOTA vltimo quod non reprobatur te
ſtis deponens de damno dato per ani-
malia iſtis locis, & ſic eſt contra ius nam de
41 iure teſtis reprobatio admittitur tam circa
perſonam quàm circa dictum,& bis fieri po-
teſt Abb.Fely. & alij in cap. licet el ſecundo
de teſtib.Hoſtienſ.in cap. ex tenore de teſti-
bus,& eſt communis opin. vt dicit Fely.in d.
cap.licet verſ.fallit primo.

ET de iure teſtis in perſonam reprobatur
quia eſt bannitus relegatus vel excom-
municatus ſecundum Bal.in l.ſi quis teſtibus
C.de teſtibus,& in l.1.de hæred.inſtitutio. Fe
lyn.in cap.poſtulaſtis num. 5.de foro compe.
42 Item furioſi mente capti ebrij Pater mater
Affines conſanguinei habentes affectionem
ad cauſam habentes cauſam conſimilem fa
miliares,& domeſtici reprobantur,& multis
alijs modis quos omnes ponit Duen. in reg.
216.volu.2.incip.teſtium reprobatio. Si er-
go in caſu noſtræ Conſuetu. teſtis non eſt de
eiuſdem rei cuſtodia, & eſt maior xiiij. Ann.
vt dicitur ſupra Conſuet.prima eod tit.num
43 quam reprobatur licet cuſtodes agrorum,&
portarum dicantur viles perſonæ de iure vt
dicit Cranet.in conſ. 196.num.7.reprobatur
tamen teſtis ipſe non obſtante hoc ſtatuto
ex contrarietate quæ ex eo inſurgit vt dicit
Dec.in conſ.8.num.8.& ſcias quod maſſario
44 rum ſiue foreſteriorum, & baiulorum offi-
cium eſt cuſtodire prata,vineas,ligna, & ne-
mora,ne damna dentur quæ denotant ſignū
iuriſdictionis vt ſuperioritatis. Ang. in l.ne-
quid ff.de incend.Ruy.naufr.Alex.in conſil.

88.volu.

88.volum.5. & poſſunt,& creare ſolum qui habent merum, & mixtum Imperium non hi qui habent tantum infimam iuriſdictionem l.prima §.es vbi Docto.ff.de offic. præfect.vrb.Barto.in l.Diuus la ſecunda ff.de cuſtod.& exhib.reor.Caſſan. ſuper conſuetud. Burg.in rub.prima §.6.num.59.In verbo des
45 Iuſtices in verſic.expeditus fol.66.Ciuitas tamen noſtra conſtituit baiulum poſt cuſtodiendo feudum pantani ſeu gabelloti ipſius per literas Viceregias,& animal Groſsũ
46 in hac Conſuet. dicitur poſt annum, de iure eſt quod Vitulus,qui eſt in ventre matris:vel cum ea qui herbis non veſcitur quod non cõſiderantur, & ideo ea vendita venit, & ipſe poſt vero non venit in venditione ſed de per ſe conſideratur dicit Hyppo. de Marſ. in l.1. §.Diuus Adrianus nu.8.ff.de quæſtio.

§. SECVNDVS.

QVOD ſi in agris, vel aeris damnum datum ſit emenda fiat habita conſideratione rei,& temporis in ea ſpecie, in qua fuerit datum,vel aera, in qua damnũ datum eſt, & ſoluatur emenda tempore recollectionis victualium.

SVMMAE.

1 *Damnum datum in agris ſoluitur tempore recollectionis victualium.*
2 *Damni ſolutio fit in ea ſpecie,in qua datum eſt.*
3 *Creditore inuito aliud pro alio ſolui non poteſt.*
4 *Obligatus ſoluens ſimpliciter alicui ex pluribus ſpeciebus intelligitur ſoluere ſpeciem pro ſpecie.*
5 *Damnum datum in herba frumenti quomodo fit emenda.*
6 *Et quid in arboribus.*
7 *Animalia damnum dantia domini voluntate eundo per viam,an dominus tenetur.*

QVOD SI IN AGRIS ETC. diuiditur iſte text.in tres partes in prima ponit factum. in 2.ponit vnam deciſionem.in 3.& vltima aliam deciſionem.2. ibi. emenda.fiat 3.ibi,& ſoluitur emenda.

1 SVMMATVR HOC MODO damnũ datum agris,vel aeris ſoluitur tempore recollectionis victualium habita conſideratione rei,& temporis in ea ſpecie in qua damnũ datum eſt. Idem eſt per Conſuetud. Syracuſanam cap.2.rub.1.

2 NOTA primo quod ſolutio damni fit in ea ſpecie in qua datum eſt,vt ſi in herba ordei.In extimatione ordei, & idem ſi in frumento,& de alijs, & eſt ratio quia ſpecies
3 pro ſpecie ſolui debet, & inuito creditore aliud pro alio ſolui non poteſt arg. l. vſuras C.de ſolutionibus, & l.eum a quo C. eod.&
4 ibi Bald.& cæt. hic eſt quod obligatus ſoluere alicui ex pluribus cauſis, & ſpeciebus ſoluens ſimpliciter intelligitur ſoluere ſpeciem pro ſpecie puta frumentum pro frumento, nummos pro nummis ita Socc.Iun.in conſ. 85.nu.5.6.& 7.volum.2.

5 SED quæro,quid ſi damnum datum ſit in herba frumenti an fiat damni emẽda pro herba?an pro frumento? dic ſecundum quõdam Dom. Nicolaum Intrigliolo hic quod fit quanto valuerit tempore damni dati ſecũdum Curt. in l.fin.C.ad l. Aquil. Sed hodie ſecundum eum ſoluitur ſecundum conſuetudinem non ſcriptam ſcilicet vſque ad certũ tempus pro zappulla, & poſt zappullã pro frumento,& quod damnum datum in meſſe non dum maturata de iure iudicetur ſecundum illud tempus quod datum eſt, & nõ ſecundum tempus ſuperueniens dicit Bald.in conſi.182.lib.1.Crauett.in conſi.40.num.10. Menoch.de arb.Iud.libr.2.Cent.2.caſu 149. nu.71.pulchre Plotus in tract. de in litem iurand.in §.53.num.6.fol.mihi 285.vbi idem eſt
6 in damno dato in arboribus habita conſideratione dubij euentus vt in text. dicitur vide pulchre per Caſſan.in conſuet.Burg. rub.1.§. 9.In verbo des Iuſtices,& Droitz, in verſicu. reddeundo nu.5.& ſequ.vbi hanc quæſtionẽ examinat fol.71.

7 ET quid ſi damnum fuerit datum in herba in menſe Maio,per animalia volente domino ipſorum puta quia in via cum eis ambulando herbam dederit,an dominus teneatur dicit quod non Roman. in ſingu.231.per cap.fin.de pact.tenend. in vſib. feudor.refert & ſeq.Hyppo.Bonaco.in tract.de æque queſ. 29.vbi dicit quod etiã domino inuito poteſt capere. aliud crederem ſtante hoc ſtatuto in noſtra Ciuitate vt aliquid operetur vltra ius commune.

CONSVETVDO QVINTA.

ANIMALIA Patricio aſſignata ratione damni vt ſupra non reſtituantur niſi fuerit fideiuſſio præſtita de damno emendando: quia fideiuſſione

ne

ne data Patricius eligat arbitros ad æſtimationem ipſius damni, de communi partium voluntate, vel ex ſe altero recuſante, ſecundum quorum arbitrium quodcumque iudicium: dictus fideiuſſor ad damni cogatur emendam.

SVMMAE.

1 *Animalia ad hominum vſus creata fuerunt.*
2 *Animalia damnum dantia non reſtituuntur dominis, niſi fideiuſſione præſtita de damno dato.*
3 *Statutum loquens de fideiuſſione intelligitur de vero fideiuſſore, & non de pignoribus.*
4 *Animalia carcerata an ſint paſcenda ſumptibus domini.*
5 *Animalia carcerata, culpa cuius moriuntur.*
6 *Dictio, niſi, quid operetur.*
7 *Fideiuſſio data de ſoluendo damno poſtea quomodo proceditur.*
8 *Arbitri à partibus eliguntur.*
9 *Arbitri iurant de credulitate, & non veritate.*
10 *Medici deponentes de qualitate vulnerum iurant de credulitate.*
11 *Arbitri ad preciandum damnum debent eſſe pratici, & periti.*
12 *Arbitri quando diſcordant quomodo concordantur.*
13 *Citatio an requiratur in facienda arbitrum electione.*
14 *Arbitri iuris quam ætatem habere debeant.*
15 *Monaci ordinis minorum arbitri eſſe non poſſunt.*
16 *Experti an debeant aliquid appreciare iuxta eorum videre.*
17 *Arbitri malè iudicantes faciunt litem ſuam.*
18 *Aeſtimatores malè æſtimantes tenentur partibus ad intereſſe.*
19 *Aeſtimatio facta ab aliquo, de quo non apparet electio, an valeat.*
20 *Et quid ſi malè ſit facta, an poſſit corrigi?*
21 *Arbitri ſi eligi debent, duo eſſe debent.*
22 *Laudum arbitrorum quando rite, & rectè latũ præſumatur remiſſiue.*

ANIMALIA Patricio aſſignata & c. diuiditur in tres partes prout tria ponit dicta, & deciſionem. ſecunda ibi, qua fideiuſſione data: tertia ibi, ſecundum quo tum. Idem quaſi diſponitur per Conſuetu. Syracuſanam c.2. rub.1.

ANIMALIA damnum dantia denuntiata non reſtituuntur dominó niſi fideiuſſione præſtita de damno ſoluendo; & arbitris electis damnum æſtimantibus fideiuſſor emendam ſoluit. hoc dicit iſte tex. In ſumma.

1 IN TEXT. IBI ANIMALIA: Dic quod animalia ad hominis vſum creata fuerunt l. in pecudum de vſur. & in §. in pecudum inſtitu. de rer. diuiſioni Menoch. de arbitrijs Iudic. libr. ſecundo Centu. 1. caſu 49. nu. 11. iuxta dictum pſalmi, Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues, & bobes, & Gen. cap. 1. Dominamini piſcibus maris volatilibus cœli.

2 NOTA primo quod animalia damnũ
dantia carcerata non reſtituuntur do-
minis, niſi fideiuſſione prȩſtita de damno ſol
uendo, & hoc eſſe poteſt, ne animalia mace-
rentur in fundaco, ſeu mandra, ſicut fit de
alijs animalibus expignoratis iuxta Pragma-
ticam Regni Commiſſariorum dicit Dom.
Cum. in practi. Ritus in modo procedendi
3 via exequutiua, & paſſim ſeruantur, & ſcias
quod ſtatutum, vel lex faciens mentionem
de fideiuſſione intelligitur de vera fideiuſ-
ſione, & non de pignoribus, ſecus ſi ſimpli-
citer faceret mentionem de ſatiſdatione, Co
mi. Refert Laurent. Chirco. In concluſion.
31. Centu. 4. in 2. volum. commun. opinio.
fol. 58. Quando vero animalia non eſſent car
cerata, haberet locum Conſuetud. quarta
ſupra eo.

4 QVAERO, an iſta animalia carcerata
5 ſint paſcenda ſumptibus domini, & ſi
pereant, culpa cuius pereant? vide Pariſ. de
Puteo in pract. Syndicatus in verbo qualiter
nume. 6. fol. mihi 206. vid. ſupra in Conſue
tud. prima eod. titu. in 3. not. verſ. ſed quæro
an num. 41.

6 IN TEXT. In verbo, niſi, ſecundo noto quod hæc dictio, niſi, ponit & priuat illud, quod in præcedenti poſitum eſt, ſeu priuatum, ita Pariſi. in conſi. 6. nume. 14. volum. 4. Prot. in repet. rubric. ff. de verbor. oblig. num. 21.

7 NOTO tertio quod data fideiuſſione
de ſoluendo damnum datum Patri-
cius eligit arbitros ad æſtimandum dictum
damnum de volũtate partium, ſcilicet quod
mittitur Porterius Domino animalium ſi
vult eligere ſuum expertum abſque nota in
iuria, & alium eligit pars denuntians, & ſi
non eligit ipſe Patricius altero recuſante eli
8 git, vt dicit tex. noſter, & bene dicit de volũta
te partiũ, quia de iure ab eis eligũtur, vt dicit

Bartol.in l. hac edictali §. 15. illud c. de ſecu.
nupt. aliàs eis non concordantibus à Iudice
tantum Bald.in l.2. C. de re. vend. & arbitris
diſcordantibus tertius eligitur ſecundum
Bartol. in d. l. 2. & iſti arbitrij debent iurare
Foller. ſuper Bulla de cenſibus in verbo dū-
9 modo num.4.commu. dicit Viuius in opin.
169.volum.primo incip.iudex,de credulita-
te tamen, & non de veritate,vt ibi per eū, &
melius per Viui. in d. opin. 169. & dicam in
eo.nu.16. Sicut in medicis dicitur deponen-
10 tibus ſuper qualitate vulnerum, qui cum iu-
ramento de credulitate deponunt, & dicit
Clar.in §.homicidium in verſi.ſcias etiam,&
de æſtimatione facienda vid. quæ dixi in con
ſuet. vineæ incip. reſtabili cum mobili in tit.
49.ſub rubr.quod ius prothomiſeos compe.
in bonis & c.in vltimo notab.

11 QVAERO qui ſint iſti arbitri? dic quod
ſunt homines experti, & æſtimatores,
qui appreciant damnum prout ipſis videtur
vt in text. noſtro,nam periti in arte debent eſ
ſe vt dicit Bald. in d.l.2.c.de re.vend. colum.
12 vlt. Viuius in d. opinion. 69. volum. primo.
Sed quid ſi tres electi diſcordant quomodo
fiat condemnatio,quia vnus in decem,alius
in viginti,alius in triginta æſtimat:an omnes
ſummæ coaceruentur, & iudex æſtimat in
3. parte totius ſummæ, & ſic in quindecim
vide Salic.in d.l hoc edictali §.1. ſi illud C.de
ſecund.nupt.Alex.in l.ſi feudum ff.man.Bal.
in l. 1.c. ſi ſer. extero gloſſ. in l. cum in eo.ff.
13 de part. & an requiratur partis citatio in iſta
æſtimatione facienda vide Natta. in conſil.
266.nume.13. Cagnol. in l.2. C. de re. vend.
Couarru.variar.reſolutio.lib.2.capit.13. Pa-
riſ.in conſil. 132. volum.4.Viui. in d. opinio.
169. in fin.volum. primo ingredientem par-
tem citari debere:idem dicit Port.in conclu.
43.amplia.51.lib.primo.

14 SECVNDO quæro an arbitri poſſint eſ
ſe minores 25.annorum?de iure dic quod
non: partibus vero conſentientibus poſſunt
eſſe maiores xviij. annis ita gloſſ. & Doctor.
in l.quidam conſulebat ff. de re.iud.vbi Ale-
xan.& eſt commu.opin. quam refert Viuius
in ſua Colle.commu.opinio.in opinio. 179.
volum.2.Sed an poſſint eſſe ſerui?de iure dic
quod non eſt text.in l. pedius §. 1. & ibi Do-
ctor. de arbitris,nec etiam Fratres ordinum
minorum: ſecus eſt autem in alio religioſo,
15 vel monaco,quia poſſunt eſſe arbitri.ita Nat.
in conſil.85.vid.eundem in conſil.97.& hæc
poſſent adaptari in iſtis arbitris,de quibus lo
quitur tex.noſter à ſimili cum eadem ratio
militet.l.illud ad l.aquil.

16 QVAERO an iſti experti appreciant
iuxta eorum videre, & ſecundum eorū
iudicium?tex.noſter dicit quod ſic: idem etiā
dicit tex.in l.æqualem de recep.arbit. & cap.
penult. de Coſt.in gloſſ.magna. Foller.in lo-
co ſupra citato.ſed glo.in d.l.æqualem in ver
bo videtur dicit iudicare ſecundum quod ip
ſis videtur ſecundum tamen leges: bene ve-
rum eſt quod laudum valeret etiam ſi cōtra
leges iudicarent, dummodo ſeruent ordinē
iuris:vide Blanc. in tract. de compromiſſis q.
17 9.num. 8. alias quod arbitri male iudicantes
faciunt litem ſuam vt dicit Dec.in l.ſi quis in
conſcribendo num.16.C.de pactis Bolognī-
nus in addit.ad conſil.50. Ananiæ nume. 10.
Can.in conſil. 170.in fine volu.3.vid. Alex.in
18 conſil. 131. volum. 2. vbi quid quando adeſt
magna læſio.item æſtimantes tenentur par-
tibus ad intereſſe l. 6.& ibi Bart. c. de diſcuſſ.
lib.decimo,& eſt commun. opin. In arbitro
malè iudicante relata per Curt.in l.fin. num.
11.C. de pact. quem refert, & ſequ. Vincen-
tius Carrot in tract. loca. & condu.part.3.in
titu.de varijs,& extraord.cogn. num.2. & 4.
vid.tu in materia noſtræ Conſuet. Viui. in d.
opinio.169. volum.1. & concludendo dicas
qui æſtimatores de credulitate iurare debēt,
& non de veritate, Ioſeph Maſcard. in tract.
probatio.in concluſi.653.nume. 6 volum.2.
& debent eſſe omni exceptione maiores.
Aret.in c.1.cauſam in 2.nu.de proba.& mul
ta dicit Maſcard.vbi ſupra.

19 SED quæro; quid ſi non apparet electio
arbitrum facta a principio,& tamē ſequu
ta eſt æſtimatio, an valeat æſtimatio? vide
quod dicitur in l.vniuerſis. C. de precibus
Imper. offer. & ibi per Iaſon. Cyn. & Pau-
lum de Caſtro: in l.humanum.C.de legibus,
20 & quid ſi iſta æſtimatio ſit malefacta an poſ-
ſit corrigi ab omnibus alijs æſtimatoribus à
Iudice ex officio electis? vide Barto. in l. ar-
bitrio ff. qui ſatiſdar. cogant. vbi dicit quod
ſic, & Alex. Fan.in §. prætereà de rer. diuiſi.
inſtitutio.

21 ET iſti arbitri duo Saltem eſſe debent ex
generali communis concluſione, quod
vbi in aliquo negotio eligendi ſunt experti
duo eſſe debent Bartol. in l.prima in princi-
pio ff.de ventre inſpicien. Alexand. in l. 1.§.
vlt. vbi Gallia ff. de verbor. obligatio. Ale-
xan.in conſil.35.num.8.lib.primo, & conſil.
180.num.2.libr.7.Menoch.de arb.iud.lib.2.
Cent.2.caſu 114.nu.27.& quando arbitriorū
22 ſententiæ, ſeu laudum ritè, & rectè lata præ-
ſumantur latè ſcripſit Menoch. in tract. præ-
ſump.in præſump.76.lib.2.

CONSVE-

CONSVETVDO SEXTA.

ET ſi in vineis, Viridarijs, Oliuetis, vel Orteis, & eorum fructibus, aut ortis olerum, ferraginibus, & ſimilibus his damnum datum erit emenda fiat in pecunia numerata ſtatim: modo quo ſupra, facta æſtimatione, quæ ſoluatur appellatione, nullitate, vel aliqua querela ſuper hoc aliquatenus non auditis.

SVMMAE.

1 *Vinea quid ſit.*
2 *Vinea non dicitur vbi vites non ſunt, vel fructus nō percipiuntur.*
3 *Vinea appellatione quæ veniant.*
4 *Damni dati vineis emenda fit in pecunia numerata.*
5 *Pecunia verbum multis modis capitur.*
6 *Dictio ſtatim, & confeſtim æquiparantur.*
7 *Dictio ſtatim quid importet, & nu. 9.*
8 *Dictio incontinenti quid importet.*
10 *Dictio ſtatim importat ſine libello & litis conteſtatione.*
11 *Quindena beneficium an detur dominis animalium dantium damnum.*
12 *Executio an poſſit cauſari contra dominum animalium pro damno dato.*
13 *Dictio illico importat executionem.*
14 *Pœna damni ſoluitur appellatione, & nullitate remotis &c.*

ETSI VINEIS VIRIDARIIS ETC. diuiditur in tres partes: in prima ponit factum: in 2. deciſionem: in 3. ampliationem. 2. Ibi emenda fiat 3. ibi vel aliqua querela.

SVMMATVR hoc modo. emenda dãni dati in locis, & rebus expreſſis in tex. fit in pecunia numerata ſtatim appellatione nullitate, & querela ſublatis.

IN TEX. Ibi, & his ſimilibus vid. quæ dixi ſupra in conſuetud. prima ſupra eodem titulo primo. Idem & per eadem verba diſponitur per conſuetud. Syracuſanam à Rege Fiderico confirmatam in capitulo ſecondo rub. 1. in fine.

1 IN TEXT. Ibi vineis dic quod vinea eſt multitudo vitium ſimul conſitarum ſecun-
2 dum Columella lib. 3. c. ſecundo, & Græcè dicitur ἀμπελών ἀμπελῶν; vnde vinea nō dicitur, vbi vites non ſunt, vel ex qua fructus non percipiuntur. Bald. in conſil. 413. in fin. volum. quinto, & vinea dicitur quæ de præſenti eſt, non quæ olim fuit Bald. in auth. hoc amplius in fine in verbo interdum C. de fideico.
3 & quæ veniant appellatione vineæ vid. Bart. Bal. & Fulg. in l. certo generi ff. de ſer. reſt. prędio. & ibi Alex.

4 NOTA primo ex hoc text. quod emenda damni dati vineis, & locis hic expreſſis fit in pecunia numerata modo, quo ſupra in alijs conſuetudinibus dictum eſt, & ideo dicitur in pecunia numerata, quia de
5 iure pecuniæ verbum multis modis accipitur: primò largiſſimè pro omni re, ſecundò largè pro omni re, quæ conſiſtit in pondere numero, & menſura tertio ſtrictè pro pecunia numerata vt dicit gloſſ. & Doctor. in l. ſecunda §. creditum, & ibi Dec. ff. ſi cert. petatur capit. totum 1. quæſtio. 3. & ibi gloſſ. & ideo hic dicitur pecunia numerata, & non in alia ſpecie, ſed dic quod ideo dicitur in pecunia numerata, quia ſupra in alijs conſuetud. 53. in conſuetu. 4. §. 2. ſoluitur in ſpecie, ideo hic clarius dicitur quod ſoluatur in pecunia numerata, nam cum ſimus in ſtatutis intelligitur de pecunia ſtrictè accepta.

SECVNDO nota, quod ſolutio dam-
6 ni ſtatim fit, quod idem eſt quod confeſtim vt ff. de verbor. obligatio. l. cum qui Calendis §. fina. Secundum gloſſ. in verbo confeſtim in §. omnis inſtitut. eodem titu.
7 & importatum ipſo iure, & ipſo facto, & ſine ſententia: ita multa cumulando dicit Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam, in verbo reuertatur nume. 16. & nume. 97. c. de reuoc.
8 donat. & quid importet dictio incontinenti vide Pariſ. in conſil. 20. nume. 2. volum. 3. vid. Menoch. in tractat. de recuperand. poſſeſſ. in primo remedio nume. 253. verſicu.
9 dubitari: ſed iſta dictio ſtatim intelligitur cum aliquo temperamento, & interuallo temporis, vt non veniat quis cum ſacculo paratus ff. de ſolutio. l quod dicimus. puta decem dierum vt dicit gloſſ. in dicto verbo confeſtim in §. omnis ſtipulatio de verbor. obligatio. vel arbitrio Iudicis ſecundum gloſſ. in §. fina. Inſtitu. de in vtili. ſtipul. & ſequitur Silueſt. in addit. ad gloſſ. in §. bonis per l. interim ff. de ſolut. Ceph. in conſil. 221. num. 17. in 2. volu. tamen ad hoc vide Menoch. in tracta. de arbit. Iudic. lib. 2. Cent. prima caſu 127. fol. 112. pulchrè examinatur.

Idem Menoch.in tract.de recup. poſſeſſio.in
d.primo remedio num.153.& ſequenti dicit
veriorem ſententiam eſſe quod arbitrio Iu-
10 dicis remittatur, & intelligitur ſtatim quaſi
ſine libello, & litis conteſtatione, de quibus
habetur in l.adita C.de æden. & in auth.offe
ratur C.de litis conteſta.vt dicit Tiraquell.in
11 loco ſupra allegato num,47. & an dominus
animalium admittatur ad beneficium quin-
denæ vide Angel.in auth.vt ſponſalitia largi
tas §. illud. Sed quia ſtatutum hoc denegat
appellationem vt diximus, & vtitur verbo
ſtatim, quod eſt illico argumento l. penult.
C.de poſſ.dico quod ſtatim ſoluitur vt ſupra
& ita practicatur.

SED quæro an pro ſolutione talis damni
12 poſſit cauſarum executio, ſeu fieri mãda-
13 tum executiuum dic quod ſic per verbum
ſtatim quod importat hoc vt ſupra ſtatim di
xi, & notatur in l. penultima in verbo illico
C.depoſit.& ibi Bar. & Bald.vide Doctor.in
§. filiusfamilias in verbo illico Inſtit. quibus
mod. ius patr. poteſt. ſolui. qui text. in d.l.
penult.C.depoſit.limitat tex. in l. minor. 25.
annis ff.de mino. de qua tamen fallentia vid.
Iaſo. in l.edicto in 4.notab. C. de ædict. Diui
Adria.tolle.nu.6.& ſequenti.

VLTIMO Nota ex iſto textu quod iſta
14 pœna ſoluitur appellatione, nullitate, &
querela ſublatis, de quibus in conſuetudine
quarta §.1.ſupra eod.tit.latè dixi.

CONSVETVDO SEPTIMA.

SI verò prædictæ vineæ, viridaria, OlIueta, & alia loca clauſa fuerint muris, vel foſſatis, & animalia intrauerint loca prædicta quantumcumq; etiã quod damnum non inferant: Nihilominus ius Pali ſoluatur Patricio, & tantumdem Domino, vel patrono prædictorum ratione ingreſſus prædicti, electione ſeruata domino, vel patrono prædiorum prædictorum an damnũ elegerint ſibi reſarciri: an pœnã prædictam ratione ingreſſus.

SVMMAE.

1 *Animalia quæ intrauerint loca muris clauſa licet damnum non dederint pœnam incurrunt.*
2 *Animalia intrantia loca clauſa damnum dantia dominis locorum damni emenda ſoluitur.*
3 *Statutum vnum per alium declaratur.*
4 *Electio in pœnis alternatiuis cuius ſit.*
5 *Pœna electio in alternatiuis cuius ſit remiſſiue.*

SI VERO ETC. diuiditur iſte tex. in tres partes: in prima ponit factum: in ſecunda vnã deciſionẽ: in 3.& vltima aliã, ſecunda ibi: nihilominus, 3. & vltima ibi electione ſeruata.

SVMMATVR HOC MODO ius Pali ratione ingreſſus etiam ſine damno ſoluitur dominis locorum clauſorum electione ſeruata domino dictorum locorum, ſi emendam damni vult, quãdo datum eſſet, vel ius ingreſſus.

1 NOTA primo ex hoc text. quod ſi animalia intrauerint loca muris, vel foſſatis clauſa licet damnum non dederint dictis locis ſoluitur ius Pali Patricio: & tantumdẽ domino prædiorum ratione ingreſſus tantũ & vulgariter, tali caſu dicitur quod ſoluitur introitus, & exitus.

2 NOTA ſecundo quod ſi animalia in-
gredi antur loca prædicta clauſa, & etiã
damnum dederint in eis non ſoluitur patro
no prædiorum clauſorum ius ingreſſus, &
damnum, ſed damni emenda tãtum, vel ius
ingreſſus tantum prout in Conſuetud. prima
& quarta §. 1. ſupra ead. & hoc ſtatutum in-
3 telligitur per illa ſtatuta cum vnum ſtatu-
tum declaretur per aliud vt dixi, & dicam;
& vt ſtatutum hoc in fine dicit, & in hoc ca-
ſu electio eſt dominorum prædiorum, & nõ
dominorum animalium, & ſic electio eſt
4 actoris, & non rei. De iure autem, in pœnis
alternatiuis cuius ſit electio ſatis pulchrè di-
ſtinguendo dicitur per Iul. Clar. in pract. cri-
mi. in quæſtio. 85. verſ. ſolet etiam, & cuius
5 ſit electio de iure in alternatiuis an Iudicis,
vel rei vltra dicta per Clar. in d. quæſtio. 85.
vide pulchrè per Menoch. de arbi. Iudi. in d.
q.94.lib.1.fol.mihi 94.dixi ſupra in Conſuet.
vnica tit.71.nu.7 in Conſuetud. noſtra ceſſat
talis diſpoſitio, nam expreſsè datur domino
prædiorum, & actori, & non reo electio.

CONSVETVDO OCTAVA, ET VLTIMA.

ITEM ſi aliquis prædia ſua prædicta habuerit, vel aliquid ex eis, vel ſata in terri-
torio

rio, & tenimento Mandrilis alicuius Ciuitatis Cataniæ, in quo ſunt oues, Capræ, Porci, vel Vaccæ, & damnum appareat datum in prædictis prædijs, vel ſegetibus, & conſtat damnum fore datum per tracceréas animalium huiuſmodi, vel modo, quo ſupra ipſum damnum emendetur ſuper animalibus prædictis per dominum animalium ipſorum: & ſatisfacto domino prædij prædicti cuſtodes teneantur ad illud ſoluendum patrono in partita licentia dicto patrono de ſolidis, vel rebus ipſius cuſtodis, ſibi retinere quod ſoluit.

SVMMAE.

1 *Damnum datum locis apertis ſeu clauſis quomodo probetur.*
2 *Et quid quando eſt datum agris.*
3 *Damnum à vicinis præſumitur datum.*
4 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
5 *Furtum non præſumitur factum à vicinis bonæ famæ.*
6 *Exiens cum enſe euaginato vbi occiſus reperitur cõtra eum proceditur ad torturam.*
7 *Condemnatio ex indicijs indubitatis ſequitur in criminalibus.*
8 *Et an in pœnam ordinariam, vel extraordinariam.*
9 *Et an ad mortem.*
10 *Præſumptiones de iure ſunt liquidiſſimæ probationes.*
11 *Probatio coniecturas admittitur in re difficilis probationis.*
12 *Torqueri non poteſt pro ſola facta pedum.*
13 *Cuſtodes animalium an teneantur reficere dominis animalium damnum ab eis ſolutum.*
14 *Cautela vt cuſtodes teneantur reficere damnum dominis.*
15 *Cuſtodes an teneantur de morte animalium.*
16 *Cuſtodes an teneantur de morte animalium elapſo tempore conductionis.*
17 *Cuſtodes animalium eis mortuis tenentur portare coira dominis.*
18 *Cuſtodes debent probare mortem animalium caſu fortuito.*
19 *Cuſtodes ouium, & portarum viles dicuntur perſonæ.*
20 *Cuſtodes ouium maiore parte mortua quid debent probare vt non teneantur.*
21 *Conſuetudo generaliter loquens generaliter debet intelligi.*
22 *Paſcua in publico quomodo ſumantur.*
23 *Pœna ſtatutaria an tollant pœnas iuris communis remiſſiuè.*

ITEM SI ALIQVIS ETC. diuiditur iſte text. in duas partes: in prima ponitur unum dictum: in ſecunda illud ampliat. ſecunda ibi, & ſatiſfacto.

SVMMATVR HOC MODO: damnum datum per animalia per tracereas conſtito, vel modo quo ſupra domino prædij ſoluitur per dominum animalium, quo ſoluto per cuſtodes domino prout in tex.

1 NOTA primo quod damnum datum prædijs tam apertis quam clauſis probatur per tracereas animalium ipſorum hic expreſſorum dummodo quod mandrile ſit
2 propè dicta prædia: alio modo probatur damnum datum agris, & terris ex forma cõſuetudinis primæ ſupr. eod. titul. ſcilicet per vnum teſtem maiorem xiiij. annis qui nõ ſit de eiuſdem rei cuſtodia, & hoc vult dicere text. vel modo, quo ſupra, & hæc ſpecies probationis per tracereas non eſt indiuidualiter, poſita per Hyppol. de Marſi. in rub. C. de probat. & iſta probatio per tracereas, de qua in text. noſtro dicitur approbat per indicium indubitatum, quaſi quod apparens tracerea intus locum, ſeu prædium alicuius propè quod eſt mandrile alterius, præſumptio eſt, quod animalia in mandrili exiſtentia dam-
3 num dederint in dictis prædijs, nam damnũ in dubio præſumitur datum à vicinis, ſicut, & furtum. Secundum Bartol. in l. ſi ita ff. de fund. inſt. inſtrum. legat. Bald. in l. pignus. C. de pigno. actio. l. ſi ita §. vlt. ff. de fundo. inſt. inſtrum. l. nequid ff. de incend. Rui. nauf. Lucas de pœn. in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ. lib. xi. Marcus deciſ. 181. num. 7. lib. 1. Ioſeph. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 472. lib. 1. vbi vide, & inquiritur facilius contra vicinos ſecundum Bartol. in l. dominus Orreorum ff. loca. Bal. in l. orreorum ff. loca. portius refert & ſequitur in concluſ. 31. lib.
4 quarto. in quinta amplia. & ibi quando vici-
5 nus præſumitur ſcire facta vicini licet ſecus ſit in furto in vicino bonæ famæ ſecundum Bald. in l. 1. in fin. C. loca. Iaſo. in l. in actionibus num. 42. ff. de in lit. iur. vbi dixi refert, & ſeq. Menoch. de arb. iud. in lib. 2. Cent. 3. caſu 208. num. 37. Calcan. conſil. 63. poſt num. 2. Tiraquell. de pen. caſu 51. Item etiam in criminalibus ex inditio indubitato quis tor-
6 quetur, & cõdemnatur, nam ſi aliquis viſus eſt exire cũ enſe euaginato è domo, in qua quis occiſus reperitur, ex tali inditio indubitato

tato proceditur ad torturã cõtra enm imo ſe-
qui põt cõdemnatio, vt dicit Blan. in ſua pra-
ctica crim. In titul. de iuditijs num. 292. No-
uell. in ſua pratic. crim. num. 8. fol. 6. Menoc.
in tracta de præſump. q. 3. num. 9. & eſt com-
munis opinio, quam refert Clarus in pratic.
crim. quæſtio. 21. verſ. ſi aliquis prout. Ibi per
eum, & ſic ſequitur ex iſta præſumptione tra
ceriæ indicium vehementiſſimum. ad con-
dennandum dominum animalium, & ad
damnum per noſtram conſuetudinem, ſicut
facta fuit condennatio per Solomonem ex
præſumptione, de qua fit mentio in c. affer-
tè de præſumptionibus extra: & an ex indi-
7 cijs indubitatis poſſit ſequi condemnatio in
8 criminalibus, & an pœnam ordinariam, vel
extraordinariam vide Clar. in quæſt. 21. ver-
ſicul. ſi aliquis, & Menoch. de arb. iud. libr. 1.
9 Cent. 3. caſu 279. num. 4. & ſequen. & an etiã
ad mortem vide latè per Michael: Graſſ. in
quæſt. 6. cap. 20. in 2. volum. commu. opi. fol.
202. vbi communem refert latiſſimè, & co-
pioſiſſimè vide no. per Menoch. in tractat. de
præſump. in quæſt. 97. lib. 1. & per Ioſeph Ma
ſcard. in tracta. probat. in concluſi. 865. nu. 2.
vbi duas commun. opin. contrarias refert, &
vltima opin. ab eo relata verior ex allegatis
per eum eſt vt non poſſit quis ex indicijs in-
dubitatis condennari pœna mortis relatus
in d. q. 21. idem tenet poterit tamen conden-
nari alia pœna vt dixi, & facit quia præſum-
10 ptiones de iure ſunt liquidiſſimæ probatio-
nes ponit regulam Duen. in regul. 60. volu.
2. vbi ampliat, & limitat tribus modis, & hoc
11 poteſt eſſe quia ſumus in re difficilis proba-
tionis, & ideo admittitur iſta probatio per
coniecturas vt dicit Alex. in conſil. 77. libr. 7.
num. 4. Marſil. in ſingul. primo ponit regulã
cum quatuor ampliationibus Duen. in regu.
12 162. volu. 2. Sed de iure per ſola facta ſeu per
veſtigia pedum nõ poteſt quis torqueri: hoc
dicit Plot. de in lit. iuran. in §. 54, nu. 6. de hoc
inditio pedum vid. Boer. in deciſ. 166. nu. 4.
lib. 1. quis autem dicatur vicinus de iure vide
latè per Menoch. de arbit. iud. lib. 1. Cent. 2.
caſu 222.

13 NOTA ſecundo, quod ſoluto dicto
damno per dominos animalium refici-
tur per cuſtodes, & famulos ipſorum domi-
norum animalium dictum damnum. quid
autem ſit de iure vt cuſtodes teneantur do-
mino ad damnum propter culpam, & impe-
ritiam ipſorum damnum datũ eſt, dic quod
14 cautela datur, vt dominus animalium tem-
pore locationis eos interroget ſi ſunt idonei,
& ſufficientes ad talem cuſtodiam: & ſi di-
cunt quod ſic, & animalium damnum dede
rint propter eorum imperitiam, & negligen

tiam agris vicinis, & locis ſupra expreſſatis,
tunc tenentur cuſtodes de eorum culpa, &
negligentia: ita Angel. in §. præterea in fin. in
ſtit. ad l. Aquil. & Natta in conſil. 79. num. 4.
dicit quod cuſtodes animalium ſemper tenẽ
tur de damno etiam ab alijs dato ſi malè ver
ſatur in cuſtodia, imo ſtante dicta cautela te-
netur de leuiſſima culpa Cagnol. in l. contra-
ctus ff. de regul. iuris Vincen. Carro. in tracta.
loca. & conduct. par. 2. in titu. de dolo, & cul-
pa. Idem Caro. in d. tract. loca. par. 3. in tit. de
varijs. & extraor. cogn. nu. 9.

15 QVAERO an cuſtodes, & argatarij te-
neãtur de morte animalium? dic quod
ſic & de damno ſi poterunt cuſtodire ſecun-
dum Bar. in l. quæ meridiem ff. locat. per illũ
text. vid. Roman. in conſil. 8. Qui dicit quod
non tenetur quis de damno, quãdo ſine eius
culpa datum eſt, ſed dic quod cuſtos debet
probare non culpam Bar. in l. ſi quis ex argẽ-
tarijs §. 1. ff. de edendo: nec ſufficit probare
ſimpliciter mortem: Emiliam. in conſil. 103.
num. 6. com. dicit ex Burſat. in conſil. 53. nu.
32. volum. 1. Vincent. Carro. in tract. loca. &
conduct. in tit. de caſibus, & peri. part. 2.

16 ITEM quæro, an iſti cuſtodes teneantur
de morte animalium elapſo tempore con
ductionis vide Iaſo. in l. ſi mora in fine ff. ſo-
lut. matrim. & quod ſic dicit text. in l. ſi quis
fundũ §. Imperator ff. loca. Ioſeph: Maſcard.
in tract. de probatio. concluſ. 265. in princip.
lib. primi. Quia culpa, & negligẽtia cuſtodis
& paſtoris mortua præſumuntur: Lucas de
pœn. in l. vlt. c. derogan. Miliano lib. 12.

17 QVAERO etiam, an cuſtodes anima-
lium eis mortuis teneantur ſi coira do-
minis ipſorum apportauerint: dic quod non
18 ſufficit apportare coira, ſed requiritur quod
probetur mors animalium caſu fortuito, vt
per Bald. in l. cum ita §. ſpecies ff. de legat. 2.
Iaſo. in l. quod te num. 13. in 3. colum. ff. ſi cer
tu. petat. Ioſeph: Maſcard. in tract. de probat.
d. concluſ. 265. In verbo Caprarium num. 7.
19 & quando tractatur de morte maioris partis
ouium, an ſufficit probare quod eo anno cõ-
muniter animalia moriebantur: dic quod ſic
ſecundum Bart. in l. muri leguli quæ eſt l. 1.
20 C. de muri legal. lib. 11. & not. quod cuſtodes
iſti, & portarum viles dicantur perſonæ not.
Crauett. in conſil. 196. num. 7. vide quæ dixi
ſupra in conſuet. prima 5. primo eod. tit. Ri-
pa in tract. de peſte in titulo de reme. ad con
ſeruan. vberta. nu. 211.

21 VLTIMO aduerte quod iſta conſuetu
do generaliter loquitur tã in locis clau-
ſis

ſis quam apertis ergo generaliter debet intelligi l. de præcio. ff de publi. in rem actio. l. nõ diſtinguemus ff de recep. arb. & per text. ibi prædia ſupradicta. & ſupra dictum eſt de prædijs tam clauſis, quam apertis: in reliquis vero intellige ſtrictè in caſibus, & rebus, in quibus ipſa loquitur, quia exorbitat à iure communi, & circa iſtam materiam animalium in pa-
22 ſcuis relictorum quomodo in publico ſint paſcua ſumenda, & pro qua quantitate, & quomodo diuidenda, vide pulchre Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Cent. 3. caſu, & quis dantur aliæ pœnæ per litteras Viceregias directas pro particularibus perſonis dominis locorũ pro ingreſſu, & damno dato locis alienis, ſed an tunc contraueniens teneatur ad omnes pœnas, vel ad illas de quibus in dictis litteris
23 ſit mentio vel in noſtris conſuetudinibus vide in ſimili Iul. Clar. in §. fi. q. 82. ſtatu. 9. vide Menoch. de arbi. Iud. lib. 2. Cent. 4. caſu 389. nu. 27. & melius de recuper. poſſeſſ. remed. 9. q. 51. nu. 338. & 386. Idem Clar. in d. §. fi. quæſtio. 85. verſ. debet etiam.

TITVLVS SECVNDVS.

De perſonis creandis officialibus, & non ſubſtituendis?

CONSVETVDO PRIMA.

NVLLVS gerat officium Ciuitatis ipſius niſi fuerit ex inde ori undus ipſe, vel vxor eius, vel qui morat' fuiſſet in Ciuitate prædicta cum vxore, & familia continuò per quinquennium vt Ciuis, & quod nullo alio priuilegio gaudeat, niſi priuilegio Catinenſium, ipſumque officium per ſe gerat, & non per ſubſtitutum.

SVMMAE.

1 *Officium Catinæ non poteſt exercere niſi ſit oriundus ex ea.*
2 *Officia Panhormi ciuibus tantum dantur.*
3 *Officialis de iure non poteſt eſſe ciuis.*
4 *Officiali durante officio eſt ciuis illius Ciuitatis vbi officium, exercet.*
4 *Officium Catinæ per ductionem vxoris conſequitur.*
5 *Vxor radijs mariti Illuſtratur.*
6 *Vxor militis vel Doctoris domina appellatur.*
7 *Viri capacitas ad vxorem porrigitur.*
8 *Fœminæ ſunt peioris conditionis, quam viri.*
9 *Fœmina ciuilia officia, vel publica habere non poteſt.*
10 *Vir aliquando nobilitatur ab vxore.*
11 *Vxor nubens Catinæ efficitur ciuis Catinæ.*
12 *Dictio nullus eſt vniuerſalis.*
13 *Vir, & vxor ſunt correlatiua etiam in pœnalibus.*
14 *Fœminæ de iure officia exercere non poſſunt.*
15 *Statutum debet interpretari vt minus lædat ius cõmune.*
16 *Correlatiuorum idem eſt ius quando militat eadem ratio.*
17 *Familia quot modis in iure capitur vſque ad nu. 20.*
21 *Conſuetudo noſtra loquitur de familia propria.*
22 *Familiæ appellatione qua veniant.*
23 *Familia qua dicatur.*
24 *Familiares qui dicuntur.*
25 *Familiares propriè qui dicantur.*
26 *Familiaritas eſt quadruplex.*
27 *Officium exercere poteſt per quinquennium habitãs in Ciuitate Catinæ.*
28 *Iudices Magnæ Regiæ Curiæ in quibus Ciuitatibus debent eſſe.*
29 *Iudicum Magnæ Regiæ Curiæ in loco quis præfertur.*
30 *Ciuis Catinæ quis quomodo efficitur.*
31 *Officiales debent eſſe perfectæ ætatis.*
32 *Statutum ſi non diceret quod officia exerceant ciues, & non exteri, an Ciues per priuilegium facti poſſint ad officia concurrere?*
33 *Statuta propriè interpetrantur.*
34 *Contrarietas euitari debet.*
35 *Statutum vnum per aliud declaratur.*
36 *Habitans Catinæ per quinquennium debet ſe gerere vt ciuis, vt poſſit habere officia.*
37 *Ciuis an dicatur per quinquennium continuè non habitans.*
38 *Dictio, per, perfectionem ſignificat.*
39 *Clara non indigent coniecturis.*
40 *Ciuis Catinæ, qui poteſt imbuxulari, à buxulo extractus quomodo poteſt officij poſſeſſionem capere.*
41 *Habitare in Ciuitate dicitur, qui in ea vxorem, & familiam relinquit.*
42 *Habitare continuè dicitur etiam, qui mittit famulos alibi.*
43 *Domiciliati an habeant forum originis: & ibidẽ quæ requirantur vt habeant officium.*
44 *Officium acceptans in aliqua Ciuitate alijs foris renuntiaſſe videtur.*
45 *Officiali ſi opponatur quod non eſt ciuis, quomodo procedatur.*
46 *Domicilio dupplici quis gaudere poteſt.*
47 *Officialis non poteſt ſubſtituere in officio.*
48 *Officialis ſubſtituens qua pœna plectitur.*
49 *Procurator ad litem an poſſit ſubſtituere.*
50 *Officiales Syracuſarum durante officio non poſſunt diſcedere de Ciuitate.*
51 *Officiales, & Rectores Ciuitatum de iure an poſſint ſubſtituere.*
52 *Subſtituti an gaudeant priuilegio ſubſtituentis.*

53 Sub-

53 Subſtitutus principis an poſſit ſubſtituere.
54 Delegatus principis an poſſit ſubdelegare cauſas mixti imperij.
55 Delegatus an poſſit ſubdelegare.
56 Officialis habens a principe ſubſtituendi poteſtatem an idoneum debeat eligere, & principi declarari.
57 Officialis cacus an officium exercere poſſit.
58 Officiales non poſſunt ſubſtituere niſi per menſem, & quando poſt menſem.
59 Vltima derogant prioribus.
60 Regni Capitulum Regis Alphonſi cap. 26. non obſtatur.
61 Obſeruantia an excuſet officiales in Syndicatu.
62 Capitaneus Cataniæ facit Vicecapitaneum nocturnum ex antiqua obſeruantia.
63 Obſeruantia antiqua habet vim legis.
64 Subſtituti tenent locum ſubſtituentis.
65 Officialis negligens in officio priuari debet.
66 Subſtituens infra meaſem, & moritur relicto ſubſtituto, an ſubſtitutus duret in officio etiam poſt menſem.
67 Subſtitutus Catinæ debet eſſe de imbuxulatis.
68 Officialis infirmus, vel aliter impeditus poteſt per ſubſtitutum officium exercere.
69 Lector an poſſit per ſubſtitutum legere.
70 Baldus Pauiæ legebat, & filium ſuum in lectionibus ſubſtituebat.
71 Subſtitutus an debeat eſſe ciuis.
72 Subrogatus ſapit naturam illius, in locum cuius ſubrogatur.
73 Pœna in officiali competit quando Ciuitas habet cõmoda pœnarum.
74 Conſuetudo noſtra an liget Curiam Epiſcopalem.
75 Statuta laicorum non ligant eccleſiam.
76 Officium verbum generale eſt.
77 Officium quibus modis accipitur, & quid portet nu. 78. 79. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88.
80 Officium procuratoris eſt viliſſimum.
89 Officium habere qua perſonæ dicantur.
90 Statuta ſunt ſtricte interpetranda.
91 Officium, & iuriſdictio idem ſunt.
92 Officialis quomodo debet eſſe.
93 Officiales a quo creantur.
94 Officiales quomodo creantur Catinæ.
95 Officialis an poſſit extrahi de buxulo an de eo debeat fieri electio.
96 Eligentes contra ſtatuti formam peccant.
97 Officialium in creatione conſuetudo attenditur.
98 Officiales electi à populo, & principe confirmati à quo ſumant iuriſdictionem.
99 Officia an quis cogatur accipere.
100 Officialis non acceptans officium, qua pœna plectitur.
101 Aduocatus cogitur patrocinium ſuſcipere.
102 Aduocatus malè conſulens facit litem ſuam.
103 Lector an poſſit cogi legere.
104 Legentes per viginti annos in ſtudijs publicis efficiuntur Illuſtres.
105 Legentes Catinæ per decem annos in ſtudijs publicis in iure, & in vſibus feudorum efficiuntur Illuſtres.
106 Lector legens non poteſt à ſuis ſcholaribus conueniri niſi petita venia.
107 Lector Dominus à diſcipulis vocari debet.
108 Officialis tenetur defendere opinionem ſui lectoris.
109 Officialis an obligetur ſuſcipere officia.
110 Procuratores cauſarum largo modo dicuntur aduocati.
111 Procuratores coguntur ſuſcipere procurationem.
112 Procurator Fiſci cogitur officium ſuſcipere.
113 Syndicus vniuerſitatis cogitur officium ſuſcipere.
114 Notarius cogitur officium exercere.
115 Tutor, & curator cogitur officium exercere.
116 Officium quod eſt vtilitate, & authoritate publicũ dicitur neceſſarium, & non recuſatur.
117 Officiales publici à buxulo extracti coguntur officiũ acceptare grauioribus pœnis.
118 Officiales abſentes debent acceptare officium infra dies octo.
119 Officiales abſentes debent acceptare officium infra menſem.
210 Meretrix an poſſit cogi ad coitum.
121 Officia, quæ non ſunt vtilitate, vel authoritate publica quis non cogitur acceptare.
122 Procurator non cogitur officium acceptare.
123 Exequutor non cogitur officium ſuſcipere.
124 Officiales exequens literas principis ſine proceſſu ſuſpendendo aliquem an peccet.
125 Officia duo quis exercere non poteſt.
126 Clericus quando non poteſt duo beneficia habere.
127 Officia duo quis exercere non poteſt quando ſunt repugnantia, ſecus quando ſunt compatibilia.
128 Clericus qui præeſt duobus beneficijs eccleſiis an debeat habere duo ſalaria.
129 Officia duo hodie etiam compatibia exercere non poſſunt.
130 Officialis quanto tempore vacare debet.
131 Officialis in principio officij debet iurare iuxta conſtit. Regni.
132 Officiales non de omni cauſa ſyndicantur.
133 Officialis an durante officia poſsit ſyndicari.
134 Officialis an poſſit cognoſcere de iniuria facta ſibi in officio.
135 Officiales in ſyndicatu quomodo excuſentur.
136 Officiales Panhormi durante officio ciuiliter conueniuntur.
137 Bannitus guidatus an poſſit eſſe officialis.
138 Ciuis natus per tranſitum, vel caſu an dicatur propriè Ciuis.

NVLLVS GERAT, ETC. Diuiditur in tres partes: In prima ponit vnũ dictũ: in 2. aliud: in 3. aliud. ſecũda eſt ibi, & qđ nullo. 3. ibi, ipſumq; officiũ.

SVMMATVR HOC MODO. In Ciuitate iſta nemo poteſt eſſe officialis, niſi

niſi ſit ex ea natus, vel vxor vel continuæ vt Ciuis per quinquennium cum vxore,& familia habitauerit nullo alio foro gaudendo, officiumq; per ſubſtitutum non gerat.

PER conſuetudinem Syracuſanam cap. 1. Incipit Ciues autē ſub rub. de Ciuib. & habitat. requiritur tempus ſeptē annorum & plus vt in ea eſt videre, & quo ad ductionem vxoris eſt ſimilis.

1 NOTA primo ex iſto text. quod in hac Ciuitate Cataniç nemo poteſt officium exercere niſi ſit ex ea oriundus ideſt natus, vel vxor eius, & per conſuetudinem Panhormitanam cap. 68. Incip. vt honor ſub rubr. de conſer. honor. municipa. fol. 47. diſponitur
2 quod Ciuibus tantum dentur officia in dicta Ciuitate etiam quo ad Caſtellanum Palacij regij, & Caſtri ad mare, & etiam clericis in Panhormitana Eccleſia de iure antem Ciuis
3 non poteſt eſſe prætor poteſtas, aut iudex, vel officialis in ſua Ciuitate propter ſuſpicionem. Ita per multa dicit Pariſ. de Puteo in tract. Syndicatus in verbo ſtatutum Ciuitatis poſt verbum Ciuilitas num. 4. fol. mihi 87. per text. in l. hi qui & l. ſi cui ff. quib. ex cauſ. maio. Idem in aſſeſſore vt per multa dicit Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Cent. 2. caſu 253. videtur ergo hoc ſtatutum contra ius commune & eſt priuilegium Ciuitatis, & ita obſeruatur
4 & de iure officialis tam ſecularis, quàm eccleſiaſticus durante officio dicitur Ciuis illius Ciuitatis in qua officiũ habet, & gaudet priuilegijs ipſius Ciuitatis, & etiam eius familia l. 1. ff. ad municip. Bal. in §. proficiſci: Pariſ. de Put. in d. verb. Ciuilitas, & verſ. ſeq.

NOTA ſecundo in text. ibi vel vxor eius
4 quod vir Illuſtratur radijs vxoris, & vir officium habere poteſt ex ea ſicut etiã tribuit exemptionem ſolutionis Doanæ licet de iu-
5 re vxor radijs mariti Illuſtratur l. mulieres c. de digni. lib. 12. & nobilitas viri, vxori datur l. fœminæ ff. de Senator. Rol. in conſ. 86. nu. 53. primo vol. Caſſan. ſuper conſu. Burg. rub. 4. §. 19. In verbo ente egens nobiles verſi. ſed pone nu. 28. fol. 187. Dec. in l. fœminæ ff. de regul. iur. nu. 7. ex eo quia vxor eſt pars corporis viri vt dicit. Idem Roland. in conſi. primo nu. 108. eod. volu. 1. cap. admonere 33. q. 22.
6 vnde vxor militis, & doctoris domina appellatur vt dicit Bar. in l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de contr. Tabiol. Dec. in l. ſicut bonis c. de in
7 ius voc. & capacitas viri ad vxorem porrigitur vt notat Bal. in l. ſi quis per illũ text. C. de naturali. liber. Imo ad filios, vt dicit Io. Montagn. in tract. de antho. magni conſiliarij nu.
8 5. cum regulariter fœminæ ſint peioris cōditionis quàm viri. Idem Doct. in l. fœminæ de
9 reg. iur. maximè quantùm ad ciuilia, & publica officia ponit regul. Duen. in regul. 308. primo volu. & 37 ſunt caſus, in quibus mulier eſt peioris conditionis viri, & 13. In quib. ſunt mulieres melioris conditionis Spec. in tit. de proc. in §. 1. vnde aliquando etiam de iure vir
10 nobilitatur ab vxore, vt qñ vxor eſt nimis nobilis ita dicit Menoch. in conſil. 126. num. 14.
11 In 2. vol. Sed an vxor nubens Catinæ efficiatur Ciuis Catinenſis; quod ſic, & dicitur verè Ciuis vt dicit Bal. in conſi. 100. volu. 5. l. cum quædam puella ff. de iuris omn. iudic. ſed an hoc ſtatutum procedat etiam in muliere? vt ſi mulier ſit ex hac Ciuitate Nata, vel vir eius vel continuè per quinquēnium habitauerit in hac Ciuitate vt Ciuis, vt dicit text. noſter poſſit officiũ exercere videtur quod ſic, quia
12 dictio nullus eſt vniuerſalis, & comprehēdit maſculum, & fœminã argumento l. quiſquis C. de re. venditio. Secundo ratione correlati-
13 uorum cum vir, & vxor ſint correlatiua, & illud quod ſtatuitur in viro, debet ſtatui in vxore, cum correlatiuorum idem ius ſit ſecũdum Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſco. & cler. quod procedit etiam in pœnalibus eſt com. opin. relata per Soarez In ſua Coll. cōmu. opin. In verbo correlatiuis.

14 IN contrarium eſt veritas nam de iure fœminæ officia exercere regulariter non poſſunt vt dicit tex. in l. fœminæ ff. de reg. iur. &
15 ibi Dec. & ſtatutum ſemper debet interpetrari vt minus lædat ius commune vt dixi ſupra: In præludijs, & caſu, quo officium exercere poſſit vt per Dec. ibi, & Ciuitas male à fœmina regeretur, vt dicit Neuizanus in Sylua nuptiali in verbo non eſt nubendum, num. 9. Non obſtat quod dixi de dictione, nullus, quoniam text. deinde declarat dicendo ipſe, vel vxor eius, & non dicit ipſa.

16 NON obſtat quod dixi qđ in correlatiuis idē ius. quoniã procedit quando militat eadem ratio, & quando ius nō cōtradicit expreſsè. Ita Euerardus in ſua Centu. in loco à correlatiuis. Sed de iure fœmina eſt prohibita ergo non poteſt extendi ad eam noſtra conſuetudo.

17 IN TEX. Ibi vel familia &c. Quæro quæ dicatur familia, & quidē familia de iure mul-
18 tis modis capitur nã, & ad res, & ad perſonas ptinet hoc nomē vt dicit tex. in l. pronũtiatio §. familiæ appellatio ff. de verb. ſignif. Quan-
19 doq; ponitur pro agnatione, & quandoque pro genere vt dicit Dec. in l. fęminæ nu. 64. ff. de reg. iu. & de hac familia loquitur Tiraqu. in tractat. retract. Liguag. in præfatio. nu. 27.

dicens familiam eſſe tanquam Ciuitatem au
thoritate Baldi ibi per eum citati, tamen fa-
20 milia propriè capitur pro perſonis patrifa-
milias iure, aut natura ſubiectis, vt dicit text.
in d.§.familiæ appellatio in verſ.in re propia
21 & ibi exemplificantur perſonæ de hac ergo
familia loquitur iſte text. vt ſi quis per quin-
quennium continuò, vt Ciuis habitauerit in
hac Ciuitate cum familia poteſt officiũ exer-
22 cere in ea, & qui veniant familiæ appellatio-
ne vide Afflict. In conſtit.iuriſgentium num.
23 19. & quæ dicantur de familia vid. Corn. in
24 conſi.206.In littera c.part. 2.& quæ dicantur
familiares vid.per Specul.in tit.de text. arbi.
§.primo verſ.Item excipitur quod eſt dome-
ſticus vide in cap.ſicut de verbor.obliga.lib.
25 6. & in cap. In literis de teſtibus, & qui pro-
pie dicantur familiares vide tex.in cap.fin.de
verbo.ſignifi.in 6 & ibi Ioan.Monac.& Do-
minic. vid. Bal. in l. 1. verſi. circa legem no
26 ſtram C.de epiſc. & cler. vbi dicit quod qua-
druplex eſt familiaritas. Quædam poteſtati-
ua, vel ſubiectiua, quædam ſocialis tertia viri
in vxorem. Quarta domini in ſeruitorem, &
ibi alias ſub diſtintiones ponit vide Card. in
clem.1.quæſtio.18.de decimis, & dicatur de
familia viri vxor, latè Tiraque.de ll.Connub.
gloſſ. prima parte prima num.31.fol.5. & an
priuilegia conceſſa illis qui ſunt de domo in-
telligantur conceſſa familiaribus vide Cagn.
in l.lecta nu.72.ff. ſi cer. petat. vide Clar.in §.
fin.quæſtio.35.

27 NOTA tertio quod licet quis nõ eſſet or
tus in Ciuitate nec vxor eius, ſed tamen
continuò vt Ciuis in Ciuitate ipſa cũ familia
habitauerit per quinquenniũ vt Ciuis poteſt
exercere officiũ in ea, & ſic fit Ciuis per habi
tationẽ quinquennij, & ita conſuetudo eſt ſi-
milis c.Regni 501.Regis Alphonſi.per quod
28 diſponitur quod Iudices Magnę Regię Curię
qui debent eſſe de vrbe Panhormi Meſſanæ,
& Catinæ debent eſſe oriũdi ex dictis Ciuita-
tibus ipſi; vel vxores eius, vel per quinquẽniũ
29 in dictis Ciuitatibus habitauerint, & quis in-
ter iſtos præferatur dicit c.Regni 92.Regis Io
30 annis, ſed quo ad hoc vt quis fiat Ciuis in hac
Ciuitate quo ad alia, & non quo ad officia ad
miniſtranda ſufficit, quod quis habitet in ea
cum vxore, & familia continuò per annum
menſem, hebdomadam, & diẽ, & alia ciuilita
te non gaudeat vt in conſue. 1.infra tit.55. di-
31 citur, & iſti officiales debent eſſe pfectæ æta-
tis.ſ.25.annorũ eſt cap. Regni Regis Martini
c.46.notatur in rubr.de mun.& honor.Itẽ in
aſſeſſoribus dicit latè Menoc.de arb.Iud.lib.
2.Cent.3.caſu 253.nu.8.præterquam in Aca-
tapanis, qui in decimo octauo anno eſſe poſ-
ſunt in noſtra Ciuitate per capitulum Bancæ.

32 SED quæro quid ſi ſtatutum hoc non dice
ret, an Ciues per priuilegiũ facti poſſint ad
officia concurrere ſtante hoc ſtatuto, quòd
Ciues officia exerceãt, & nõ exteri? dic quod
non, quia propriè Ciuis dicitur originarius,
33 & nõ per habitationem, & in ſtatutis propriè
verba debent interpetrari ita dicit Gram. in
conſil. 5.nu.3.In ciuilibus.& ante eũ Alex.in
conſi.160.vol.5.niſi in omnib⁹, & per omnia
efficerentur Ciues à ſtatuto, quia tũc verè eſ-
ſent Ciues Rol.in conſ.60.nu.27.& 28.volu.
2.vide eund. Alex.in conſi 16.nu.6 eod. vol.
& vid.quæ dixi in d.conſue.prima tit.55.quæ
34 conſue. non loquitur de officijs vt contrarie-
tas euitetur vt dicitur in l. 2. C. de vete. Iur.
35 enucl. vt vnum ſtatutum per aliud interpe-
tretur l. non eſt nouum ff.de leg. Pariſ.in con
ſil.110.num.34.num.2.& Dom.Cum.in cap.
41.Ritus nu.18.& ſcias quod officialis ad offi
cium receptũ intelligitur ſecundũ conſuetu-
dinẽ loci Abb.in conſ.16.Col.2.volu.1.Barb.
in c.quod tranſlatione de officio deleg. Iaſ.in
l.diem functo col.3.ff.de offic.aſſeſſ. & in l.vt
liberis col.3.c.decollatio.

IN TEXTV ibi vt Ciuis: Noto quod de
36 bet ſe gerere vt Ciuis habitãs per quinquẽ
nium ad hoc vt poſſit haberi officia in hac Ci
uitate, alias non ſufficeret etiam ſi per mille
annos in Ciuitate ſtaret, & qñ ſe gerit vt Ciuis
vide quæ dixi in d.conſuet.prima infra tit.55.

IN TEXT. Ibi continuò, &c. Quæro
37 quid ſi non ſtetit continuè per quinq; an-
nos, ſed pro maiori parte, an tunc dicatur Ci
uis vt habeat locum hoc ſtatutũ? de iure eſt
quod ſic. Bar.in l.cum de Lanionis §.Sabinus
ff. de fund. inſtruto inſtrum.lega. ſecus ſi pro
maiori parte dicti temporis affuerit Cœp[illegible]
in conſi.247.nu.49.

SED quia in tex ſunt poſita duo verba pri
mum dum dicit continuè, & ſic non inter
pellatim. Item verbum per quinquennium,
38 & ſic verbum futurum, & dictio per, quæ
perfectionem ſignificat: vt dixi ſupra in con-
ſuetu.prima titul. prox. ergo ſemper ſtare
39 debet quia in claris non eſt opus coniecturis
l.ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3.
& vt in omni momento ſtare debeat in Ci-
uitate ſecundum Bartol.in l. ſi quis ita per il-
lum text. ff. de fund. inſtruct. inſtrument. le-
gat: Imo plus eſt in noſtra Ciuitate per capi-
40 tulum bancæ quod Ciuis, qui poteſt in buxu-
lari ſi à buxulo extrahatur, non poteſt offi-
cij poſſeſſionem capere, niſi per ſex men-
ſes antea in Ciuitate habitauerit cum vxore,
vel familia, ſed intellige quando ſine familia
interpellatim in ea habitauerit, quaſi quod
appor-

apportauerit familiam, vel vxorem extra Ci
uitatem per aliquod tempus, etiam quod
pro maiori parte dicti tēporis habitauerit cū
ea in Ciuitate.ſecus ſi ipſe ſolus interpellatim
habuerit relicta ſemper familia, vel vxore in
41 Ciuitate nā habitare in Ciuitate dicitur, qui
in ea vxorem, vel familiam reliquerit, licèt
in ea nou ſit præſens ita Bartol. in l. prima §.
primo ff.de liber.agno. & in l. prætia §.aſſini
42 ff. de ſund. Inſtruct. inſtrum.legat. Imo ſi fa-
mulos, vel aliquos de familia ex aliqua cau-
ſa alibi miſerit tamen continuè habitare dici
tur, vt dicit Bart.in l.ſi quis ita de ſund.inſtru.
.vide omnino Pariſ.in conſil. 159.nu.16. vol.
4.vide Menoch.de arb.Iud.lib.2.Cent.1.caſu
86.num.15.& ſeq.

IN TEX. Ibi, & quod nullo alio priuile
43 gio & c. Ad hoc vt habitātes per quinquē-
nium habere poſſint officium in hac Ciuita-
te requiritur, quod alio Priuilegio, vel Foro
non vtantur, ſeu non gaudeant, & eſt confor
44 mis c.Regni Regis Alphonſi 42. vbi domici
liati non habent forum originis, in delictis,
& Ciuis per domicilium fit ibi per ſex men-
ſes: hic per quinquennium quo ad officium
tantum, ſecus quo ad alia, nam ex ſola habita
tione quis nou ſortitur forū Ciuitatis in qua
habitat niſi coſtat de animo qui per coniectu
ras videtur ita dicit Clar.in §. homicidiū ver-
ſic.ex propoſito ita Bart.in l.lex Cornelia §.ſi
quis tamen de iniu, & ſic ex domicilio proba
tur ciuilitas alias ſi quis ſtaret per mille an-
nos ſine animo non efficitur Ciuis, vt dicam
in conſuetud.vnica in tit.55. vt dicit Bar.in d.
§.ſi quis l.Cornelia, & quid quando naſcatur
per tranſitum vid.Boer.in deciſ.13. & dicam
infra eodem in fine.

ITEM eſt etiam aliud capitulū Regni Re
44 gis Fiderici 112.per quod diſponitur, quod
acceptans officium in aliqua Ciuitate, alijs fo
ris renuntiare dicitur, & alia Ciuitate etiam
45 vbi habitat officium exercere nou poteſt. Et
quid ſi opponatur cōtra officialem in captu-
ra poſſeſſionis, quod nō eſt Ciuis? vide caut.
Cœpoll.234.vbi dicit quod ſi opponatur tē-
pore electionis faciendæ quod non eſt Ciuis
quod non debet admitti, & interim debet
alius eligi vid.ibi per eum. quid autem ſit de
46 iure an quis poſſit gaudere duplici domici-
lio vid.Boer.in d.deciſio.13.

SVM in 2.parte tex. vbi ponit aliud dictū,
47 & deciſionem videlicet quod iſte Ciuis
officialis non poſſit ſubſtituere in eo ſed per
ſe gerere debet. Idem eſt per conſtitu. Regni
officia, & per conſtit. Regni duram, & diram
48 vbi ponitur pœna publicationis bonorū: Fol
ler. In ſua Practic.crim. in tit.de officio eius
49 qui vicem & c.nu.76.fol.386. & idem in pro
curatore ad cauſas & lites, qui ante litis con-
teſtationem ſubſtituere non poteſt regulari
ter l. quod quis C. de procurat. & eſt cōmu-
nis opinio relata per Turzan. In opin. 87.in
50 ptimo volu.commu.opin.fol.20.vbi limitat
& per conſuet. Syracuſanam cap. 1. In rubr.
de officialibus, vt infra tempus officij, officia-
lis non poſſit diſcedere extra dictam Ciuita-
51 tem: quòd eſt conforme iuri ibi. Bal. in l. in l.
illud ff.de officio Præſid. Pariſ. de Syndica.in
verbo licentia officijs.quid autem ſit de iure
an inferiores officiales, & rectores Ciuita-
tum poſſint ſubſtitutum, & locumtenētem
facere vid. Barto. in l. obſeruare ff. de officio
proconſul.& in l.1.§.his quibus, de legat. 3.
52 & an gaudeant priuilegio ſubſtituentis dicā
infra eodem, & an quando à ſuperiore vide
Barto.& Alex.in l.1.de leg. 3. & in d.l.1.§.his
quibus ff.de leg.3. Alex. in rubr. de offic. eius
cui Mand.eſt iuriſd. vid. Gabr.in conſil.9. &
53 an poſſit ſubſtitutus, & Vicarius Principis
54 ſubſtituere, & an ſubdelegare maximè cau-
ſas meri, & mixti Imperij, vide Doctor.in ru-
br.de officio eius cui man, eſt iuriſd.& maxi-
mè Bononiæ; vide Menoch. in libr. de arbi.
Iud.lib.1.quæſtio.54. Michael Graſſ.in quæſ.
11.cap.8.lib.2.in 2.volum. commu.opin.fol.
55 176.vbi magis com.refert quod ſic, & an dele
gatus poſſit ſubdelegare vide Menoc. in præ
dicta quæſt.54. Villalob: In ſua Coll.comm.
56 opin. In verbo delegatus num.34.& ſeq.& ſi
aliquis officiàlis perpetuus haber à Principe
poteſtatem ſubſtituendi, debet idoneum eli
gere, & principi declarare ſubſtitutum, eſt
Pragmatica Regni tertia tit.34.vol.2.

57 ET an officialis cæcus poſſit officiū exerce
re vide Bologne.in conſ.v.nu.x. vbi dicit
quod captū retinet, de nouo aūt habere non
poteſt, & ex forma cap.Regni Regis Alphōſi
58 c.26.prohibentur ſubſtitutiones, & non poſ-
ſunt fieri niſi per menſem, aut officialis fuerit
motu proprio vocatus ad Regia ſeruitia; aut
in infirmitate grauatus, vel aliter per princi-
59 pem prouiſum erit; & attenditur iſtud vlti-
mum ſtatutū, quia vltima derogāt prioribus
l.ſed poſteriores, & ibi Doct.de legibus, & c.
Regis Alphonſi ſunt facta poſt iſtas conſue-
tudines poſt multos annos, & dicam in fine
huius operis maximè, vt vnum ſtatutum per
aliud declaret, & ipſorū correctio euitetur.

60 SED an hodie ſeruetur hoc ſtatutum, &
capitulum Regni prædictū in hac Ciuita-
te? dic quod non, nā his nō obſtantib. officia-
les ſubſtituūt per plures vices infra annū dū-
61 modo omni mēſe ſubſtituātur, & iſta obſeruā-

tia excuſat officiales in Syndicatu à pœna, &
maximè ſtante facto prædeceſſoris Anch. in
c. cũ venerabilis de conſuet. Alex. in conſ. 8.
nu. 9. lib. v. & in conſi. 233 nu. 13. lib. 6. & Gra
tus in conſi. 151. nu. 23. vol. 3. Dominus Cu-
mia in Prattica Syndicatus cap. 17. nu. 66. vide
quæ dixi ſupra in Prohemio in fine, & ibi an
excuſentur in totum: ſed hæc obſeruantia
eſt in abſentibus, vel ægrotis, ſecus in præſen
tibus, & ſanis, quia ſubſtituere non poſſunt
62 niſi in cap. qui coſtituit Vicecapitaneum no-
cturnum, & in Patricio, qui in oppidis noſtris
ſubſtituit, ſeu potius creat Vice Patricios per
literas patentes eis directas ex antiquiſſima
cõſuetudine, & obſeruãtia, de qua non extat
63 memoria hominum incontrarium, quæ ha-
bet vim legis, & conſtituti l. 3, §. dictus aquæ
ff. de aq. quot. & æſtiua cap. ſuper quibuſdam
§. propterea de verbo. ſignifi. Crauett. In ſuo
64 tracta. de antiq. temp. part. 4. & tales ſubſtitu-
ti tenent eundem locum, quem ſubſtituen-
65 tes habent ſecundum Natt. in conſil. 638. nu.
8. licet in Vice Patricio cauſat non ſeruetur,
& ſcias quod officialis negligens in ſuo offi-
cio eo priuari debet Abb. & Dec. in c. dilecti
num. 18. de appell. & ibi Bald. cap. per latum
90. diſtin. vide regul. poſitam per Duen. in
verbo negligens. & in regul. 14. lib. 2. & vide
clarum in §. finali quęſt. 37. per totum, vbi de
pœna priuationis officij loquitur. vide Me-
noch. de arb. Iud. lib. 1. q. 55. nu. 7. & 8.

66 SED quæro quid ſi officialis ſubſtituens
infra menſem iuxta formam capituli Re
gni moritur relicto ſubſtituto, an ſubſtitutus
duret in officio etiam poſt mẽſem? dic quod
ſic, nam. durat ſemper dum aliter non proui-
deatur; ita Boer. in deciſ. 149. nume. 15. ne
Ciuitas careat rectore l. meminiſſe. ff. de
officio proconſul. & idem ſi a nouo officiali
literæ non præſentantur Pariſ. de Synd. in
verbo ſequitur de modo. Berthazol. in con-
ſil. crim. 71. nu. 58. vol. 1. Et ita ſeruatum fuit
in ſubſtitutionibus quondam domini Anto
nij de Auro in perſonam quondam domini
Hyæronimi de Iudice, & magnifici domini
de Inguantis. & Sãginiſio: Sed hodie raro ſuc
cedit hoc, quia ante menſem fit noua proui-
67 ſio: & ſcias quod talis ſubſtitutus debet eſſe
de imbuxulatis prout per cap. Bancæ, diſpo-
nitur, & alias in facto ſucceſſit: bene verum
68 eſt quod de iure ſi officialis eſt infirmus, vel
aliter impeditus poteſt per ſubſtitutum offi-
cium exercere, Ang. in auth. vt Clerici apud
69 proprios Epiſcopos Coll. ſexta; nec etiam le
ctor poteſt per ſubſtitutum legere, niſi per
viginti annos legerit publicè vt dicit Iaſon.
in l. quicumque numu. 12. ff. de officio eius,
cui mand. eſt iuriſd. & hic Catinę per decem
annos per capit. Regni Regis Caroli 98. niſi
conſuetudo ita dictaret, vt dicit Cæpol. in tra
cta. de edil. edict in l. illud §. qui aſſidua num.
26. vel morbo longo detinentur. Com. dicit
Soarez in verbo Doctor. nu. 103. in ſua Col-
le. com. opin.

SED per reformationes huius ſtudij Le-
ctor non poteſt legere per ſubſtitutum:
ſed in caſu longæ abſentiæ, infirmitatis, vel
mortis eligitur alius per dominos electores,
quæ longa abſentia hodie per litteras Suæ
70 Excellentiæ per octo dies dicitur. Baldus ve-
ro Pauiæ legebat, & filium ſuũ ſubſtituebat
in lectionibus: Duen. in reg. 85. nu. 6. vol. 2.

71 SED an iſte ſubſtitutus debet eſſe Ciuis
in hac noſtra Ciuitate vt in hac noſtra co
72 ſuetudine requiritur, dic quod ſic, quia ſubro
gatus debet ſapere naturam eius, in cuius lo
cum ſubrogatur §. fuerat Inſtit. de actio. l. eũ
qui §. Iniuriarum, & procedit etiam in ſtatu
to ſecundum Menoch. de arb. Iud. lib. ſecun
73 do Cent. 3. caſu 256. num. 29. & cuius officia-
lis ſint pœnæ dato quod Ciuitas habeat cõ-
moda pœnarum prout in noſtra Ciuitate of
ficiales habent. an primi officialis tempore,
quo fuit commiſſa pœna, vel fracta fideiuſ-
ſio, vel aliquis commiſit delictum, ob quod
pœnam incurſit. an ſecundi officialis, & ſic
tempore, quo petitur ex actio dictæ pœnæ;
& maximè ſi condemnatio fuit facta tempo
re ſecundi officialis vide Socc. in conſil. 70.
volum. 4. Alex. in conſil. 7. volum. 3. Roland.
Aualle in conſi. 77. in 4. volum. Boſſ. in titulo
de pęnis vbi Num. 22. communem refert tũ
vide diſtinctionẽ Alex. in l. diuortio §. ſi ver.
in fine ff. ſolut, matrim. & Tiraqnell. in tract.
retrac. conuentionel. §. v. glo. 4. nu. 26. vbi di-
ſtinguit, an ex cauſa oneroſa, vel lucratiua ali
quis officiũ habuerit, vt ſi ex cauſa oneroſa
ſit primi officialis. ſi ex cã lucratiua ſecundi.

74 ET an hoc ſtatutum liget Curiam Epiſco-
palem noſtræ Ciuitatis. quædam addi-
tio hic antiqua dicit, quod non, quia ſtatuta
laicorum non ligant eccleſiam cap. eccleſiæ
Sanctæ Mariæ de Conſti. quia Diuiſum Im-
perium cum Ioue Cæſar habet cap. ſolitę de
maio. & obed. tu autem vide Bal. in authen.
Caſſa. & irrita c. de ſacroſar ct. eccleſ. Abb. &
Doctor. in d. c. eccleſiæ Sanctæ Mariæ hoc
dubium eſt ſublatum in noſtris conſuetudi-
nibus, quia Rex noſter in calce harum con-
ſuetudinum excipit iura maioris Cathinen-
ſis eccleſiæ. ergo eam non ligat hoc ſtatu-
tum. vide tamen quæ dixi ſupra in prohe-
mio in quæſtio. decima.

QVAERO de quo officio loquatur hæc
76 conſuetudo? & præmitto in verbo, officium, quod hoc verbum generale eſt, vt dicit Philipp. Corn. in conſil. 76. In litera g. par.
77 3. & multis modis accipitur, vt dicit Decc. in rubr. ff. de officio eius cui mand. nu. 6. & tam ad publicum, quàm priuatum officium adaptabile, tam ad priuatas, quàm ad publicas perſonas glo. in l. legatis ſeruis, §. 1. ff. de lega. 3. Cagnoli in d. rubr. de officio eius cui: num. 3. & quid importet, & quibus modis capitur vide Bald. in rub. de oper. liberto. C. & per Fely. in cap. poſt ceſſionem de probatio. & glo. in l. legatis §. primo ff. legatis 3. & ibi additio
78 & aliquando capitur pro dignitate quando habet adminiſtrationem cum iuriſdictione,
79 vt in Cammarerio Papæ. quandoque pro adminiſtratione, ſiue prærogatiua, vt in Syndico, & procuratore, vt in quæſtio. 3. cap. Saluator. Geminia. in cap. ſi quem. De Procurato-
80 ri. in 6. vbi dicitur quod officium procuratoris eſt viliſſimum, vt dicit text. in §. fin. Inſtit. de excep. Dec. in l. fin. in principio ff. de regu. iur. quod, quando procedit, vide Caual. in tract. de vſufr. vxori relicto nu. 232. vid. Card. in clem. 2. §. 1. de ætat. & qualit. & qua dicantur officia Vilia dicit Cœphalus in conſ. 238.
81 Secundo Thomo: num. 9. & officium diuinum, & adminiſtrationis dicitur officium. Ita dicit Card. in d. clemen. vt hi qui ætat. & qualitat. Idem Card, in clem. prima quæſ. 29.
82 de decimis, & officia prædicta dignitate quæ ſint dicit Paul. de Caſtro in conſi. 196. In antiquis alias in conſi. 467. In nouis volu. primo.
83 Idem officium dicitur aduocati toto titulo. C. de aduocat. diuerſ. iudicio Butrius in cap. 2. depoſit. Bald. Salycet. & Alex. in l. iubemus c. de procurato. ſed officium aduocati dicitur odioſum Abb. in cap. cum Sacerdotis in principio d. Poſtubel. extra quod intelligitur in opinione, non in veritate vt per Maccagn. de Azo Guid. in tract. commun. opin. lib. 1. cap. 9. fol. 55. Quod ſatis ſeruatur in noſtra Ci-
84 uitate, & in opinione, & in veritate. Item of-
85 ficium Ambaxiatoris Alber. in 4. part. ſtatuto. quæſt. 87. Item arbitri, & arbitratoris titulo vno delegato. & ibi Abb. de officio deleg.
86 Item iu exequutis, Bald. in l. ſi quis in verbo, credo tamen ff. de Relig. Card. in clem. prima
87 in quarta quæſtione de teſta. Item tutoris, & curatoris Inſtit. de tutor. & curator. in princ. Caluac. in tract. de tutp. & curato. num. 101.
88 folio 119. Idem notarius in fine, vt dixi in cõſuetu. p. infra titulo 53. & quid importet hoc nomen, & quibus modis capitur vltra ſup. allegata. vide Anchar. Imol. & Butr. in rubr. de officio delega. Io. Franc. Pata. In tra. ætat. de Sede vacante in præludijs in verbo de of-
89 ficio; & ibi ponit quæ perſonæ dicantur habere officium, & officium etiã dicitur quod quis efficere debet ſecundum Cagnol. in d. rubr. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. nu. 4. & quid differt officium ab artificio vide gloſſ. in d. l. legatis in § primo ff. de legat. 3. Sed quia
90 ſtatuta ſunt ſtrictè interpetranda l. quicquid adſtringendæ ff. de verbor. obligat. Ideo hoc ſtatutum debet intelligi de officijs, dignitate, vel adminiſtratione aſſociatis, vt ſupradixi, & de iure ſtatuta loquentia de officijs, procedunt in eis, vt per ſuptadictos Doctores eſt videre. Et ſic ita eſt interpetrata iſta conſuetudo, vt patet in textu ibi (per ſe gerant, &
91 non per ſubſtitutum) & an officium, & iuriſdictio ſint idem vide Cagnol. in d. rubrica de
92 offic. eius num. 4. Quomodo autem debet eſſe officialis, ſeu iudex vide Foller. In Pratica crim. parte 1. In verbo ſtudeat: & de fructibus officiorum vide eundem Foller. §. In verbo de laudibus, & fructibus officiorum: Nenizan: In ſilua nuptiali in verbo quomodo iudicandum in dubio per totum maximè, num. 109.

93 QVAERO, à quo creantur officiales? dic quod à priuatis creari non poſſunt l. priuatorum c. de iuriſd. omnium iud. nec à Magiſtratibus niſi ei ſit permiſſum l. cum prętor de appellat. Menoch. de arbit. Iud. libr. 1. quæſtio. 2 num. 21. Sed a Rege, vel ab eo, cui a Rege data eſt poteſtas puta à Baronibus, Ducibus, & alijs in eorum terris, alias creati caſſandi ſunt vt dicit Afflict. In conſtit. Regni cum circa Iuſtitiæ num. 5. de ordinarijs Iudi-
94 cibus in noſtra vero Ciuitate exceptis Capitaneo, eius Iudice, à Cathapaneo vno, & vno magiſtro excubiarum omnes alij ab eadem Ciuitate creantur abſque alia Principis confirmatione, quia hæc poteſtas d. Ciuitati data eſt à Rege vt in cap. Buxuli Regis Io. pater, & a viginti nobilibus in buxulantur, & à buxulo extrahuntur die 23. Aprilis de quo buxulo vbi dicitur in d. cap. Regni Regis Ioan-
95 nis 183. & ca. 99. & an officialis poſſit extrahi ſorte, vel à buxulo, & an de eo debeat fieri electio vide Boer. in deciſ. 1. & ibi num. 73. di-
96 cit quod eligentes peccant eligendo contra
97 formam ſtatuti, & in creatione officialiũ eſt attendenda conſuetudo l. Item eorum vbi Bar. ff. quod cuiuſcunque vni no. Aret. in l. 2. §. prius colum. fin ff. de vulga. & popu. Pariſ.
98 In conſil. 13. volum. primo, & an caſu, quo officiales eligerentur à populo, & à Principe eſſent confirmati dicantur habere iuriſdictionem a populo, vel domino; & commu. opi. eſt quòd habeat ab ipſo confirmante, quam refert Michael Graſſ. in quæſt. 4. cap. 7. libr. 2. In 2. volum commun. opin. fol. 174. & non tantum officiales: Sed lectores ſtudij à no-

ſtra

ſtra Ciuitate creantur,& e liguntur, haberi tã
men debet à principe confirmatio,& ſic ha-
bent iſta,quæ ſunt de regalijs,habent tamen
à principe conceſſum,vt dixi.

99 QVAERO an quis cogatur inuitus of-
ficia ſuſcipere? dic quod quædam offi-
cia quis cogitur acceptare, quædam non ; &
quidem officia publica quis cogitur inuitus
acceptare etiam per carcerationem, vt dicũt
glo.Bald.& Saly.in l: præſes C. de ſuſpect.tu-
to.& Ang.in l.dotem ff.ſolut.matrim. & idẽ
in l.vt iudicare munerum.§.Iudicandi de mu
100 ner.& honor. vbi etiam ponit pœnam recu-
ſantis officium publicum, quia poteſt carce-
rari,vel banniri Ludo.Rom.in d.l. dotẽ pro-
ut in Iudice,qui cogitur iudicare, ſecundum
Hyppolitum in ſingul. 177.nam iudicare eſt
publicum munus l. quippe de Iud .l. nũquid
ad Trebell.Menoch.de arbi. Iud.lib.1.quæſt.
2. nu. 21. Imò pro tali cauſa poteſt inuitus e
domo extrahi quæ.l.plerique ff.de in ius vo-
cando l.ex omnibus C.de Decurio. vbi Bẽrt.
Port.in concluſ.20. limita. 8. lib. 3. In noſtra
Ciuitate literis pœnalibus pecuniarijs pœ-
nis coguntur acceptare officium vt in eod.
dicam.aliqua tamen officia inuitis in Regno
noſtro non referuntur de quibus in cap.Re-
gni Regis Iacobi nu.11.remcio fit.

101 ITEM aduocatus cogitur patrociniũ ſu-
ſcipere.vt notant Bald.& Saly.poſt Goffr.
in l.inuitus per illum tex.c.de procu.notatut
per gloſſ. in l.prima §.ait prætor ff.de poſtul.
Maximè pro pauperibus per l. prouidẽdum
§.primo C.de poſtul. Dec. in l. inuitus ff. de
reg.iur. intelliges tamen vrgente neceſſitate
ſecundum Bar. in l.ſancimus C.de aduocat.
diuerſ. Iud. Viu. In opinione 8. incipit aduo-
catus libr. 2. & cogitur conſulere ſecundum
Barr.in l.2.per illum text.& ibi glo.In verbo
cõceſſum C.de proſe.ſacr.ſcrib. lib.12. Dec.
in l.inuitus nume. 6.ff. de regul.iur. Doctor.
in tract.commun.opin.lib.2.in rep.1.cap.11.
fol.primo in 2.volum.commun.opinio.fol.
348.Viui,in d.opin.8.lib.2.vbi commu.dicit,
vbi ſcripſit, quod talis aduocatus petit ſuum
ſalarium ſecundum eius qualitatem, & con-
102 ditionem clientuli, & conſuetudinem in Re
gno per Pandettas aduocatus ſalarium taxa
tur,& an malè conſulentes faciant litem ſuã,
dic quod ſic Marc.in deciſ.649.nu.1.par.1.&
in tract.commu.opin.lib.3.tit.12.in 2. volu.
commun.opin.folio 350.num.6. Imò fit ad-
uocatis iniunctio per Iudicem, & maximè
per Syndicatorem, vt aduocationem cauſæ
ſuſcipiant ; & tali caſu contrafaciens aduo-
catus punitur dicit Menoch. in tracta.de arb.
103 Iud.lib.2.Cent.4. caſu 369. & an lector poſ-
ſit cogi legere vide præcitatos Doct. & in no
ſtra Ciuitate per nouam ordinationem Suæ
Excellentiæ in noſtro ſtudio non cogitur
quis legere: ſed in defectu legentis tunc alter
eligitur, & ſic ſucceſſit in perſonam Magnifi
ci de Porco in anno 1580. & ſcias quod Do-
104 ctores per viginti annos legentes in ſtudijs
publicis efficiuntur Illuſtres.refert commu-
nem opinio. Villalob.In ſua Coll. commun.
opinio.in verbo Doctorum num.88.vid. Me
noch.de arb.Iud.lib.2.Centu.prima caſu 68.
num.43.vbi dicit magis communem,licet à
communi diſcedat Cagno. in prohemio di-
geſtorum num. 88. dicendo, quòd iure non
105 probatur: Sed in hoc ſtudio Catinenſi legen-
tes per decem annos in iure,vel in vſibus feu
dorum gaudent priuilegio legentum per vi-
ginti annos eſt cap. Regni Regis Caroli 98.vt
ſupra dixi.

106 ET lector legens non poteſt à ſuis ſchola-
ribus conueniri non petita venia, Bartol.
poſt gloſſ.in l.ſi libertus ff.de in ius voc.& do
107 minus à diſcipulis vocari debet, & eius opi-
108 nionem ſcholaris defendere debet l. dicere
§.quamuis de arbit.l.quæſitum de fund. infr.
Ita dicit Maceagna.de Azoguid.In tract. cõ-
mun.opinio.libr.primo cap. 8.num.52.in 2.
volum.commun.opinio. fol.235. vbi alia de
bono præceptore.

110 ITEM procuratores cauſarum, qui largo
111 modo dicuntur aduocati coguntur procu
rationem ſuſcipere: Ita Fulgoſ.Paulus, Iaſo.
& Alexand. in d.l. inuitus num.3.de procur.
112 Item Procurator Fiſci cogitur officium ſu-
112 ſcipere,Ita Saly.in d.l.inuitus. Item Syndicus
vniuerſitatis cogitur officium ſuſcipere Dec.
113 In l,inuitus ff.de reg.iur. Item Notarius cogi
tur officium exercere ſecundum Bart. in l.1,
ff.de furt.aduerſ.naut.Bald.in rubr. C.de fid.
inſtrumenti dixi in conſuetudine prima titu.
53. Imò notarius nolens officium exercere
eo officio arbitrio Iudicis ſuſpendi poteſt ſe-
cundum Menoch. de arbit. Iud. d. caſu 369.
& in materia Ciuitate,& Patricio,vel eius Iu
dice cogitur.

114 ITEM tutor, & curator ad litem cogitur
ſuſcipere officium,vt dicit tex.no.& gloſſ.
in §.eſt autem Inſt.de tutel.l. necnon, & l.il-
lud ff. de tuto. & curato. dat.ab hijs Caluacc.
115 de tuto.& curato.num.283. & in effectu om
ne officium,quod eſt vtilitate,aut authorita-
te publicum, vel vtroque modo publicum
dicitur neceſſarium, & non poteſt recuſari
facit l.munerum §.iudicandi ff.de mu.& ho-
no.Dec.in l.inuitus in fine ff. de regul. iur. &
hinc eſt,quòd Patricius, Iurati, Iudices, Aca-

tapani,

tapani, Magiſtri excubiarũ, & alij officiales
117 publici à buxulo extracti coguntur grauiori
bus pœnis pecuniarijs officia acceptare, etiã
118 ſi abſentes ſint, & præſentes in dies octo, &
119 abſentes infra menſem, poſſeſſionem officij
capere debent vt ſupra dixi,vt patet in literis
Suæ Excellentiæ, & capitulis in banca regi-
120 ſtraus: & an meretrix in lupanari poſſit cogi
ad coytum reſpectu dicti officij, vide quæ di
xi in conſuetudine vnica in titu.68. & an cau
po,vel artifex, quod ſic dicit Dec. in d.l.inui-
tus ff.de reg.iuris.

121 OFFICIA vero, quæ non ſunt vtilita-
te, vel authoritate publica non cogitur
122 quis acceptare prout eſt officium procurato-
ris, vt dicitur in d. l. inuitus ff. de regul. iuris.
123 Item in exequutore,qui non cogitur officiũ
acceptare, vide plenè per Dec. in d.l.inuitus
124 ff.de reg.iur.& an officialis, quæ exequitur li
teras Principis ſuſpendendo aliquem ſine
proceſſu peccet,communis eſt,quòd non re
lata per Cagnol.in l.Velle.nu.15.ff.de regul.
iur.Villalob.In ſua Colle.commu.opinio.In
verbo officialis num.21.vide Iul.Clar.in pra-
ctic.crim.quæſt.97 in verſ. Item eſt, vbi dicit
Iuſtitiæ executionem differendam, vbi tale
mandatum iniuſtum eſſet, & ei ſcribere
debet.

125 QVAERO an iſte Ciuis poſſit duo of-
ficia exercere? dic, quod non, nec ex
forma iuris Canonici,vt dicit tex.cap.adhæc,
& in cap.de multa de preben.confirmata per
Sacroſanctum Conſilium Tridentinum cap.
126 2.de reform. ſeſſ.7. & quando de Iure Cleri-
cus poſſit duo beneficia exercere vide Boer.
in conſi.16.& d.c.2.de reform.ſeſſ.7. nec etiã
de iure ciuili vt dicit text. in l. nemo la 3.ſeu
fin.§.nec ſit conceſſum c.de aſſeſſ.nec ex for
ma capitulorum Regni Alphonſi cap. 40.&
Ioan.cap.32.& Regis Martini cap.28.nec ex
forma Pragmaticarum in Magna Regia Cu
ria quis põt duo officia exercere, vt in Prag-
matica 2.§.5.In tit.de offic.Iud.Magnæ Reg.
Cur.fol.6.& in Pragmatica quinta §.4. lib.1.
& ex forma Capitulorum noſtræ Ciuitatis
127 conceſſorum in anno 1578. Sed hoc proce-
dit quando ſunt repugnantia, ſecus quando
ſunt compatibilia ſecundum Ang.in §.cum
que hoc.In primo notab.In prohemio Inſti.
Natt.In conſ. 58. num.2. vide Lupum in al-
128 legarione 99.& an etiam Clericus, qui præ-
eſt duobus officijs, in eccleſia debet habere
duo ſalaria vide Menoch.de arbit.Iud.lib.2.
Centu.3.caſu 223.num.8. vbi dicit quòd ſic,
& etiam vult ibi quòd officiali aucto. labore
ſalarium augeri debet, ſicut eidem diminu-
to,& diminui debet cum ſalarium, & labor

recipiant diuiſionẽ per l.Scio.ff.de annuis le-
ga.& ſeruatum fuit in cauſa Magnifici Nota
rij Petri Cauallaro,& in cauſa Sp. Don Fran
ciſci la Valle Capitanei, & Patricij: Sed ho-
die,vt dixi extant literæ Excellentiæ Suæ,per
129 quas ordinatur, quod nemo poſſit duo offi-
cia exercere in Ciuitate prædicta iuriſdictio
nalia,etiam compatibilia, iuro infra annum
Syndicatus eo depoſito non poteſt aliud ex-
ercere, & eſt hoc conforme Pragmaticæ ſe-
cundæ in titu. de official. Regni non poſſeſſ.
fol. 116.

130 SED quæro quanto tempore debet vaca
re quis ab officio, vt ad illud, vel ad aliud
concurrere poſſit? dic eu, quòd ad propium
officium per duos annos vacare debet,& ad
aliud per annum in noſtra Ciuitate, quod vl-
timum procedit in officialibus iuriſdictiona
libus Sindicandis, & tam in regijs, quàm in
à buxulo extra ctis: & ita ſeruatum fuit in
officio Iudicis Capitanei in perſonam Spec.
Don Fran. Romano anno 1582. Qui non po-
tuit illud habere ex quo in menſe Aprilis in
officio Iudicis Curiæ Patricialis à buxulo ex-
ijt,iuxta formam dictarum literarũ, & Prag-
maticæ vt dixi, & eſt Regni cap. & ſcias vlti-
131 mo, quòd quilibet officialis in principio offi-
cij debet iurare iuxta Cõſtitut. Regni vt dicit
Clar.in Practi.criminali in §.Symonia in verſ.
præterea, quod nihil dedit vel promiſit pro
dicto officio imò officium pecunia mediãte
habens punitur de iure, & ex forma Pragma
ticæ ſecũdę fol.129. & in fine Syndicãtur per
Syndicatores prout per Par.de Put.& Dom.
Cumi.In tracta. Syndicatus,& eũd Clar.in §.
132 fin.quæſtio. 73. vbi dicit, quòd non de omni
cauſa ad inſtantiam Fiſci Syndicantur: & eſt
133 Cap. Regni Regis Fiderici 39. Et an durante
officio poſſint Syndicari vid. eumd. Clar. in
134 Practic.crimin.q.16.Et an poſſit cognoſcere
de iniuria facta ſibi in officio vid. eundẽ Cla-
rum in q.33.in fine,& de excuſationibus offi
cialium in Syndicatu vid.Domin. Cumiæ,&
Parid.In locis prædictis,& per conſuetudinẽ
Panhormitanam cap.83. Incipie. prætor ſub
135 rubr. quod prætor officiales Panhormitani
durante officio ciuiliter conueniuntur, quid
autem ſit de iure vide text. in l. pars literarũ
de iudi.vide cap. Regni Caroli.

137 QVAERO etiam an bannitus guida-
tus poſſit eſſe officialis? dico quod ſic,
quia durante tempore guidatici habetur pro
non bannito,& ceſſat effectus banni, Bald.in
l.ſi creditoris C. de fideicommiſſ. Gozad. in
conſi.61.Paulus de Caſt.in conſi. 199. in pri-
mo volu.Bald. in l.pœn.C. de cura. fauor. &
non poteſt directè, nec indirectè moleſtari
Iaſ.

Iaſ. in l. penul. nu. 11. ff qui ſatiſdat. coga. Orſil. ſuper 4. deciſ. Aſſlict. & eo pendente nil noui Margalo. in tract. de ſaluo condi. quia bannitus carceratus, nō dicitur bannitus Hyppol. in conſ. 9. nu. 25. & ſingul. 77. Ruyn. conſil. 85. nu. 2. 9. lib. 4 & ſortius in banno ob contumaciam, qui inducit infamiam facti, & nō iuris Bal. in l. 1. de infamib. & infamia facti nō priuat quem à dignitate quæſita, & exercitio illius ſed a quærenda. ergo &c. dixit quondā Dom. de Gullo in quodam ſuo conſilio, ſed pro & contra in banca deciſū extat in anno 1579. & in M. R C. dicto tempore litteræ pro & contra emanatæ fuerunt in cauſa, N. in anno 1578. & vera opin. videtur quod poſſit eſſe officialis per ſupradictas rationes.

138 QVAERO vltimo an in ciue nato in noſtra Ciuitate per tranſitum, vel à caſu habeat locum hoc ſtatutum & comunis eſt, quod non, quia non dicitur Ciuis illius Ciuitatis Vini. in opinio. 307. primo volum. incip. ſtatutum alicuius Ciuitatis in primo vol. comu. opin. fol. 275. Boer. in deciſ. 13. nu. 51. Aſſlict. in deciſ. 384. & comun. etiam dicit Dec. in l. heres abſens §. proinde ff. de Iud. cōtrarium tamen tenet Imol. Cuma. & Alex. in l. huiuſmodi §. legatum & ibi Iaſ. nu. 14. ff. de lega. primo Cagnol. in rub. de orig. iur. nu. 30. & magis comunem dicit Orſill. ſuper dicta deciſione Aſſlict. nu. 384. poſt nu. 3. quem Maſcard. non citat in loco infra citando conciliat tamen has opin. Maſcard. in tract. de probatio. in concluſ. 1141. nu. 7. volu. 3. vt prima & commu. opin. procedat, quando natus per tranſitū. Natus tantum fuit & nō conceptus, ſed ſi conceptus etiā fuit, vbi naſcitur originarius Ciuis illius loci, vbi naſcitur dicitur, & procedit opinio contraria; & aliter conciliat Orſill. ſuper d. deciſ. Aſſli. d. nu. 3. vt natus à caſu in aliquo loco dicatur originarius illius loci dum ibi domicilium parētes, & ipſe retinent, ſecus ſi deſerant, quod corroboratur per ea, quæ in conſuetu. vnica infra titul. 55. dicitur, & per ea, quæ ibi Orſill. ſcripſit.

ET quid de expoſito hoſpitali? dicam infra in d. conſuet. vnic. tit. 55. ſub rubr. qualiter quis efficiatur Ciuis, & qualiter cadat à ciuilitate.

CONSVETVDO SECVNDA.

ITEM ſi quis Ciuium Ciuitatis prædictę conueniatur coram Patricio, & Iudicibus Ciuitatis prædictæ, & declinauerit forum ſuum alio allegato priuilegio ipſo iure ſit excluſus ab omni Ciuilitate, officio, & honore Ciuitatis ipſius, & quod huius pœnæ denuntiatio ſit popularis: pupillis, & viduis dumtaxat exceptis, dumodo quod perhorreſcant potentiam aduerſarij, de quo ſit veriſimile perhorreſcendum: vel niſi Curiales ſint, vel familiares Regalium, & competentes Iudices habeāt in Ciuitate præſentes, vel per vnam dietā abſentes; Dummodo dicti Curiales in tribus caſibus non vtantur priuilegio huiuſmodi videlicet: in Iure pali, quæſtionibus, Iutis prothomiſeos, & quæſtionibus ſeruitutum.

SVMMAE.

1 *Ciuis noſtræ declinans forum admittit ciuilitatem.*
2 *Caſus priuationis officij qui ſint de iure.*
3 *Vita, & honor æquiparantur.*
4 *Statutum hoc an compræhendat clericum allegantē forum curiæ epiſcopalis.*
5 *Statutum hoc an loquitur de omni iure.*
6 *Priuilegiū ciuilitatis admittitur per renuntiationē.*
7 *Priuilegium conceſſum ciuitati nō poteſt renūtiari.*
8 *Inhabiles an admittuntur ad accuſandum.*
9 *Delicta publica ad iſtar priuatorum ſunt redacta.*
10 *Viduæ, & pupilli declinando forum huius Ciuitatis non admittunt ciuilitatem.*
11 *Viduæ, & pupilli habent priuilegium eligendi forum M. R. C.*
12 *Viduis, & pupillis facilius iura ſubueniunt.*
13 *Vidua in honeſtate viuens an habeat poteſtatem declinandi forum, & quid Ciuitas, & miſerabiles perſonæ.*
14 *Eccleſia, hoſpitales, viduæ, & pupilli connumerantur inter perſonas miſerabiles.*
15 *Vidua, vt ſuis priuilegijs gaudeat, debet eſſe pauper.*
16 *Vidua declinādo forum Iudex habet manus ligatas.*
17 *Declinare forum qui poſſunt in Ciuitate Cataniæ.*
18 *Curiales, & familiares regalium allegando ſuum priuilegium non admittūt ciuilitatem nec officiū.*
19 *Curiales qui ſint.*
20 *Curiales tunc non admittunt priuilegium quando habent Iudicem ſuum præſentem per vnam dietam.*
21 *Dieta de quot miliaribus intelligitur.*
22 *Dietæ duæ quot ſunt.*
23 *Dieta menſura quomodo fit, & à qua via.*
24 *Dieta connumeratur à loco domicilij.*

25 *Dieta*

25 *Dieta an intelligitur ſecundum diſpoſitionem legalem, an ſecundum conſuetudinem.*
26 *Dieta in mari quomodo computatur.*
27 *Dieta quomodo ſit ſi vna via eſt longior altera.*
28 *Viam longiorem faciens eſt in culpa.*
29 *Via tutior eſt eligenda.*
30 *Curſor diuertens à longiori uia propter prædonẽ, uel malum iter debet habere maius ſalarium.*
31 *Curiales in quibus caſibus priuilegio ſuo non lætantur.*
32 *Officiales, & familiares ſancti officij allegando aliquod priuilegium non admittunt ciuilitatem.*
33 *Portulanus, admiratus, ſecretus, & alij allegando aliquod forum non admittunt ciuilitatem.*
34 *Ciues priuilegiati gaudent priuilegio fori.*
35 *Officiales ſancti officij, & alienæ iuriſdictionis poſſunt officia regia exercere & à buxulo.*
36 *Limita vt ibi.*

ITEM SIQVIS CIVIVM ETC. diuiditur in tres partes hæc conſuetudo in prima ponit vnum dictum in 2. aliud, & in tertia, & vltima limitationes, & ſub limitationes ſupradictorum 2. Ibi, & quod huiuſmodi 3. Ibi, pupillis?

SVMMATVR HOC MODO. Allegãs forum, & priuilegium alienum declinato foro huius Ciuitatis Ciuilitate, honore, & officio excluditur, pupillis, viduis, & Curialibus exceptis, licet non curialibus in quæſtionibus iuris prothomiſeos ſeruitutum, & palis; vide ſimilem quaſi conſuetudinem in Ciuitate Syracuſana c. 1. ſub rub. de Ciuibus: & aliam conſuetudinem eius Ciuitatis ſub rub. de except. fori dicitur, quòd talis declinans non debeat audiri.

1 NOTO primo ex iſto tex. quod Ciuis no
ſtræ Ciuitatis declinans forũ ſuum alio
allegato priuilegio ipſo iure excluditur ab
omni Ciuilitate, honore, & officio ipſius Ci-
uitatis; & priuatio officij, & honoris dicitur
pœna criminalis, & de iure ſunt centũ quin-
2 quaginta caſus, in quibus quis punitur pœna
priuationis offitij, Militiæ, Sacerdotij, & di-
gnitatis, vt refert Clar. in §. fin. q. 73. in princi-
3 pio. nam honor, & vita æquiparantur l. iuſtæ
ff. de manumiſ. & vind. & Clar. in §. homi-
cidium in verſ. Idem quod multo magis, &
an requiratur ſententia cum dicit tex. Ipſo iu
re, & ipſo facto? dic, quòd ſaltem declarato-
ria requiretur, eſt commun. opin. relata per
Villalob in verbo priuatio num. 300. in Coll.
commu. opin. & dicam in conſuetudine vni-
ca infra in tit. 74.

4 SED quæro an hoc ſtatutum compræhendat allegantem forum, vel priuilegiũ Magnæ Epiſcopalis Curię, vel ipſam curiam aut Clericos Ciuitatis ipſius? vide Bald. in l. 1. §. huius ſtudij in fine ff. de Inſtit. & iur. vbi dicit quod non Barba. in cap. dilectus de reſcriptis & Barba. iu cap. fin. de foro competen. Idem Bald. in authent. Caſſa, & irrita C. de ſacroſancta eccleſia, vbi elicitur, quòd non, & idẽ Dom. Lanza, & quondam de Intriglo hic, & vide tex. & Bald. in d. authen. Caſſa, & irrita C. de ſacroſanta eccle. vbi dicit Dec. & ibi, & dixi ſupra in conſuetudine proxima, & dicam infra in conſue. fin. titulo fin. Et an hoc ſtatutum puniens declinantem fòrum procedat contra clericos vid. Maria. Socc. in cap. a nobis nu. 6. de ſent. excom.

5 ITEM quæro an hoc ſtatutum loquatur de omni Ciue ſcilicet originario perductionem vxoris, & perhabitationem quinquennij, vt in cõſuetudine proxima ſupr. eod. & anni, menſis, & hebdomadæ vt dicitur in conſuetudine prima incipien. Ciues autem infra titul. 55. dic quod ſic, quia generaliter loquitur, & ſtatutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi l. de pretio. ff. de publi. in rem actio. l. non diſtinguemus ff. de recep. arbit & tanto magis, quia limitat eadem ratio: Sed quando de iure debeat opponi exceptio declinatoria fori, dic ante litis conteſtationem, l. præſcriptiones, & l. finali C. de except. & ibi Doctores nam exceptio dilatoria ante litem conteſtatam opponi debet; eſt commu. opin. relata per Soarez in Coll. commun. opinio. In verbo exceptio num. 163. ſecus tamen ſi ſuperueniſſet poſt litem conteſtatam Afflict. in Conſtitut. hoſtis exceptio nume. 18. Maranta de ordin. Iudi. parte 6. In verbo ſecundus actus principalis eſt appellatio. num. 74. niſi cauſa eſſet concluſa, dummodo quòd exceptio dilatoria non haberet cauſam ſucceſſiuam, Felyn. in capit. dilectus el ſecundo in fine de exceptione. Item, & per tertium quandocumque opponi poteſt, Angel. in l. quidam conſulebant in fin. ff. de re Iud. peremptoria verò exceptio quandocumque opponitur dummodo ante ſententiam opponatur, vt dicit tex. in l. præſcriptionem C. de exceptio. vbi Docto.

6 ITEM hoc priuilegium Ciuilitatis ammittitur etiam per renuntiationem; nam forũ huius Ciuitatis quilibet ciuis poteſt renuntiare cum priuilegium Regis Ludouici dicat Inuiti non poſitis extrahi, & loquitur Ciuibus: vnde volentes, & renuntiantes extrahuntur; & ſic renuntiare poſſunt, & poteſt quis tali caſu, quando pri-

uilegium eſt conceſſum Ciuibus quilibet renunciare vt dicit Iaſon. In l. ſi quis in conconſcribendo C. de pact. ſecus ſi eſſet conceſſum Ciuitati, nam in pręiudicium ipſius quis renuntiare non poſſit etiam cum Iuramẽto, vt dicit Gram. in conſi. 16. In Ciuilibus, prout eſt priuilegiũ Panhormi conceſſum per eundem Regem noſtrũ Ludouicũ, vt dixi ſupra in prohæmio in principio vid. Rip. in l. 1. nu. 114. ff. ſol. matr. an autem in criminalib. poſſit iuriſdictio in pręiudiciũ officialiũ prorogari vid. clarum in pract. crimin. in q. 42.

NOta ſecundo quod iſta denuntiatio eſt popularis, quaſi quod quilibet de populo admittitur ad accuſandũ iſtos Ciues aliud priuilegium allegantes, vt priuetur Ciuilitare, & honore ſicut etiã, & alibi dicitur, quod eſt actio populica vt in §. 1. Inſtitu. de public. Iud. & in §. conſequenter inſtit. de ſuſpect. tutoribus, & ibi gloſſ.

8 SED quęro, an inhabiles admittantur ad accuſandum? in iſto caſu vide Domin. Cum. in cap. 54. Ritus nu. 133. vbi diſtinguit. Item quæro, an hoc ſtatutum procedat ſtãte Ritu in cap. 149. vbi dicitur, quòd omnia de-
9 licta publica ad iſtar priuatorũ ſunt redacta, & illi tantum admittũtur ad accuſandũ, quorũ inter eſt. fallit tamen in aliquibus caſibus ibi enumeratis, inter quos non eſt iſte caſus, ergo videtur quòd nõ procedit, nã Ritus fuit factus per regẽ Alphonſum per multos annos poſt iſtas conſuetudines, vt dixi in præludijs, & in fine conſuetudinis, leges tollunt priores l. ſed et poſteriores ff. de legibus. Sed in contrarium eſt veritas quod imo; procedat, & non ſit per ritum ſublata, nam per eumdem Ritum in c. 104. dicitur, quòd Ritus eſt compilatus priuilegijs Ciuitatum, & terrarum ſemper ſaluis. Non obſtat l. ſed & poſteriores ff. de leg. Quoniam non procedit quando primè expreſsè in correctæ remanet, vt in dict. capitulo. Ritus 104. dicitur.

10 NOto tertio, quòd pupilli, & viduæ ſi perhorreſcunt potentiã aduerſarij, & ſit veriſimile perhorreſcere, & allegant aliud priuilegium declinando forum huius Ciuitatis, non admittunt ciuilitatem, nec honorem, & in hoc eſt conformis iuri communi: Nam
11 iſtæ perſonæ habent priuilegiũ eligendi forũ principis et M. R. C. clauſũ in corpore iuris l. 1. C. quan. Imperator inter pupill. & vidu. & de iure Conſtit. Regni eſt conſtitutio ſtatuimus de officio Magiſtri Iuſticiarij, cũ facilius
12 iura eis ſubueniant, & per multa dicit Foller. ſuper Bulla de cenſibus in verbo huiuſmodi cenſus nu. 41. & an hoc ſtatutũ declinandi fo-
13 rũ habeat vidua inhoneſtè viuens, Ciuitas ipſa, eccleſia, virgo, & alię miſerabiles perſonę: & an ſufficiat iuramentũ ipſorũ de perhorrẽtia aduerſarij? de hac materia vid. per Afflict. & And. Iſer. in d. Conſtit. Regni ſtatuimus vbi
14 ad plenũ, & ſcias, quod eccleſia, hoſpitalia, pupilli, & viduę connumerantur inter perſonas miſerabiles: ita Ritus in c. 193. in fine diſponit vid. Michael Graſſ. in q. 10. c. x fol. 181. lib. 2. in 2. vol. com. opi. & quòd debeat eſſe honeſta vidua dicit Clar. in §. ſtuprum in verſi. pariter etiam com. dicit Viuius in opi. 293. Incip. ſtatutum in fauorem lib. 1. vbi dicit quod ſtatutum in fauorem viduarũ non habet locũ in viduis meretricibus: quando aũt dicantur inhoneſtæ, vel meretrices dixi in conſue. vni. infra tit. 68. ſub rubr. quod uilis mulier. Itẽ de iu-
15 re adhoc vt vidua gaudeat requiritur quòd ſit pauper refert com opi. Laur. Chirco. In 2. vol. com. opin. Cent. 5. concluſ. 5. fol. 72. facit quia pupilli, & viduæ diuites nõ cõnumerantur inter miſerabiles pſonas Alex. in cõſ. 171. nu. 14. volu. 1. addi. ad deciſ. Guid. Pap. 566. vt videtur ſentire text. noſter ibi, & quod veriſimile ſit &c. & ſic in arbitrio Iudicis remiſſum videtur ex dictis per Menoc. de arb. Iud. lib. 2. Cent. 2. caſu 85. Sed contrarium tenent Rolan. Aualle. in conſil. 76. nu. 45. vol. 1. Menoc. de arbi. Iud. caſu 66. ſub nu. 3. refert, & ſequitur Ioſeph Maſcar. in tractat. probatio. in concluſi. 1061. num. 4. vol. 2. & eſt verior, & com. opin. vt ex dictis infraſcriptis Doct. apparet, & ita ſeruatur, tu vid. Afil. in d. Conſtit. Regni ſtatuimus vid. omnino Michael Graſſ. in q. 11. & q. 10. & 12. c. x. lib 2. in 2. vol. com. opi. fol. 181. Couartu lib. practic. 99. c. 7. *Sed* conſidera ſi iſte tex. poſſit intelligi quod lurãdo ipſa vidua dicatur facta declinatoria fori, vt aliquid operetur hoc ſtatutũ vltra ius cõ-
16 mune, quod id ſeruari video, cũ facta declinatoria fori iudex habeat ſtatim manus ligatas, & non põt amplius cognoſcere de validitate ipſius declinatoriæ, vt dicit Iſer. in Cõſt. ſi quã noſtrorũ de in ius vocan. in fi. vnd. corã ſuperiore allegari poſſint, & a pęna noſtri ſtatuti
17 pupilli viduæ, & curiales tm̃ excuſantur, & poſſunt declinare forũ: alij vero qui de iure poſſunt declinare, ſi declinãt puniũtur pœna huius ſtatuti, quia excipiẽs iſtos alios cõpræhẽdit cũ exceptio firmet regulã in caſib⁹ non exceptuatis c. qm̃ frequenter, vbi Fel. in prin. extrà vt lit. nõ conteſt. l. nã quod liquide ff. de pen. lega. Pariſ. cõſ. 33. nu. 39. & ſeq. & cõſ. 35. nu. 8. & cõſ. 99. nu. 30. vol. 1. Iaſ. in l. properandũ C. de iudi. notat Foll. ſuper Bulla de cẽlib. In verbo; q̃ quidẽ executie, & excluſio vnius eſt incluſio alterius, c. nõ ne de præſumptio. Imò aliæ pſonæ miſerabiles excepta virgine

tion

non extrahunt Ciues ad hac Ciuitate, & ita
interpetratur priuilegium Ludouici, & ſer-
uatum extitit in Curia Sp. Domino Iurato-
rum. In menſe Iulij xj. Indict. 1583. In cauſa
pauperrimi Antonij Puleyo. contra No. Io-
ſeph. de Baudo me aduocato dicti de Baudo
obtinente. In eccleſia verò, & Monaſterijs
diuerſimodè iudicatum extat in d. Banca, de
quo vid. per Afflict. & Iſern. In locis præcita-
tis, & coram: In lib. pract. quæſt. c. 7. nu. 3. Cu-
mia in c. 38. Ritus.

IN verbo, vel Curiales: Nota etiam quòd
18 Curiales, & familiares regalium allegãdo
ſuum priuilegium non admittunt Ciuilita-
tem nec officium, & poſſunt de iure allegare
forum vt in d. Conſtitu. ſtatuimus dicitur, &
ibi Andr. de Iſern.

19 SED quæro qui ſunt iſti Curiales? dic quod
ſunt illi, qui ſine licẽtia ſuperioris nõ poſ
ſunt de Curia recedere, & Curiales ſunt qui
officia gerunt, vt colligitur in tit. c. de procu.
lib. 6. In auth. ſed neque Curiales C. de epiſc.
& cler. Andr. de Iſern. & Afflict. in Conſtitu.
ſtatuimus nu. 1. & 7. de officio Magiſtri Iuſti
ciarij, vid. Duen. In regul. 55. in 6. limitat. in 1.
volum. & text. noſter dicit, quod allegando
20 ſuum priuilegium tunc Ciuilitatẽ non admit
tunt quando habent Iudicem ſuum præſen-
tem, vel propè per vnam dietam, alias pu
niuntur, prout in tex. dicitur.

21 SED quæro, vna dieta de quot miliaribus
intelligitur? dic quod de viginti text. eſt
in l. 1. & ibi Doctores ff. ſi quis cautio. In tan-
22 tum quod ſi ſunt viginti duo mille, & vnus
paſſus dicuntur duæ dietæ l. 3. ff. de verbo. ſi-
gni. Tiraquell. in tract. res inter alios acta in
titulo de iud. In rebus exiget fol. 50: vel duo
dietæ intelliguntur de triginta quinque mi-
23 liaribus ſecundum Bar. in d. l. 1. ff. ſi quis cau-
tio. & talis menſuratio fit à continentibus
ędificijs, & non a porta Ciuitatis Bar. ibi & fit
per viam magis vſitatam ſecundum Bar. Ibi-
24 dem, & dieta connumeratur à loco domici
lij, Rota in deciſio. 642. In antiquis, & quo-
25 modo intelligitur dieta, an ſecundum diſpo-
ſitionem legalem, vel ſecundum conſuetu-
dinem regionis, vide gloſſ. in cap. nonnullus
in principio de reſcriptis; vbi Doctores, &
ibi Abb. communem dicit, & in cap. ſtatu-
tum §. cum verò, & per glo. & Docto. eod. ti-
tulo in 6. Bartho. Cæpolla in l. itinere 8. quæ-
26 ſtion. ff. de verbo. ſignific. C. de dieta in mari
quomodo computetur, vid. Fel. in cap. olim
verſ. demum ſcias de exceptio. & quomodo
computetur dieta, vid. Menoch. de arbi. Iud.
lib. 2. Centu. 3. caſu 206. & lib. 2. Centu. prima

27 caſu 2. num. 8. & dic vt per eum. Sed quomo
28 do fiat, ſi vna via eſt longior altera, nam faciẽ
do viam longiorem quis eſt in culpa ſecun-
dum Bald. in l. ſi tibi mandauero ff. commo-
da. vide Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. olim
de exceptio. Butr. & Imol. in cap. nonnulli de
reſcript. Ioan. Imol. in l. continuus. §. cũ
ita ff. de verbor. oblig. Bartol. in l. Imperator
de appell. Felyn. in d. cap. olim in prima colu-
29 mna in fine Abb. ibi & tamen via tutior eſt
30 eligenda licet ſit longior vnde ſi curſor diuer
tens à breuiori via, & vadis per longiorem
propter prædones, vel mala itinera, debet ha
bere maius ſalarium; Ita Bartol. in d. l. conti-
nuus §. cum via ff. de verbor. oblig. Salyc. in l.
3. C. de Naut. fœno. quos refert Ripa in §.
meminiſſe l. de pupillo. num. 16. ff. de nouo
oper. nunt. & ibi bis dixi vide Bolognett. in
d. §. meminiſſe.

31 NOTA vltimo, quòd Curiales in tri-
bus caſibus non poſſunt ſe lætari ſuo
priuilegio, vnde ſi allegauerint procedit no-
ſtra cõſuetudo ſcilicet in quæſtionibus iuris
prothomiſeos ſeruitutum, & iuris pali.

SED quæro eodem modo, an hæc conſue
tudo indiſtinctè procedat hodie dic quod
non. Imo allegando multæ perſonæ aliquod
priuilegium non admittunt ciuilitatẽ prout
32 ſunt officiales, & familiares Sancti officij cu-
33 ius ego ſum. Item priuilegiũ admiratus, Por-
34 tulani, ſecreti, & aliorum, & tamen gaudẽt vt
Ciues, vt ſi contra eos literæ veniant, in ban-
ca ire debent, & gaudent priuilegio fori, &
etiam noua ordinatio in generali colloquio
35 Panhormi de tempto anno x. Indict. quod of
ficiales, & familiares Sancti Officij, & alienæ
36 iuriſdictionis (exceptis officialibus, & familia
rib⁹ Portulani, admiratus, & ſecreti) gaudeãt
priuilegio huius Ciuitatis, & officia exercent
tam buxuli quam regia, & eſt de hoc quædã
prouiſio, Suæ excellentiæ, & ita ſeruatum ex
titit in Capitaneis videlicet in perſonã Spect.
P. S. & Donni A. P. & in perſonam Spect.
B. & A. & Spec. Patricij in perſonam Spect.
Fr. G. & in dominis Iudicibus in perſonã D.
F. & A. & in perſonam D. I. & L. In anno
1578. & 1579. 1580. & 1581. & per alias litte-
ras in Banca regiſtratas officialis alienæ iuriſ-
dictionis non poſſunt eſſe officiales d. Ciuita-
tis, præter officiales, & familiares Sancti Of-
ficij, vt ſupradictum eſt, procederet tamen
quando aliud priuilegium Ciuilitatis allega-
rent vel noſtrum renunciaſſent.

DE confuſione bonorum iugalium filijs
procreatis, & diuiſione, & ipſorum
alienatione.

TITVLVS TERTIVS.

CONSVETVDO VNICA.

VIRI, & vxoris bona à quacumque parte perueniāt, natis filijs confunduntur, & vnum corpus efficiuntur, volentibus viro, & vxore diuidere cum filijs (dumodo filij ſint maiores annis decem, & octo) vel ſi minores dato eis adhunc actum legitimo Curatore. tertia pars ipſorum bonorum debeatur Patri, altera tertia Matri, reliqua tertia filio, vel filijs procreatis ex matrimonio Iugalium præ dictorum. De ducto tamen de dictis bonis diuidendis ære alieno: Remanente parente, vel parentibus obligatis, reſeruato prædictis parentibus in vita eorum de omnibus bonis ipſis, quod poſſint quocumque obligationis, ſeu alienationis titulo (niſi alienatio, huiuſmodi cauſam habeat à delicto, vel quaſi, vel contractu fideiuſſorio, ſeu quolibet qui ex parte parentum cauſam contineat liberalem, etiam inuitis filijs facere velle eorum.

SVMMAE.

1 *Bona omnia natis filijs confunduntur, & tripartiuntur inter Patrem, Matrem, & filios.*
2 *Confuſio bonorum fit ipſo iure inter virum vxorem, & filios.*
3 *Bona acquiſita, & empta in conſtantia matrimonij, in Hiſpania ſunt communia viro, & vxori.*
4 *Et quid in Burgundia, & Francia.*
5 *Bona vnde dicantur.*
6 *Pauperes vnde dicantur.*
7 *Genitiuus importat dominium.*
8 *Nomina debitorum, iura, actiones, & annui redditus an confundantur.*
9 *Et an veniant appellatione bonorum.*
10 *Nomina debitorum, iura, & actiones, redditus faciunt tertiam ſpeciem de per ſe.*
11 *Annui redditus an veniant appellatione mobilium, vel immobilium.*
12 *Appellatione mobilium, an veniant capſæ, & dolia.*
13 *Iura collectandi an veniant appellatione bonorum.*
14 *Immobilium appellatione quæ veniant.*
15 *Mobilium appellatione quæ veniant.*
16 *Nomina debitorum, redditus, actiones, & iura in ſtatuto de eis mentionem faciente generaliter ſimpliciter veniunt appellatione bonorum.*
17 *Bonorum appellatione an veniant actiones futuræ, & ſpes ſuccedendi.*
18 *Spes incerta non venit in ſocietate.*
19 *Legitima eſt quaſi debita poſt mortem Patris.*
20 *Dictio quaſi denotat improprietatem.*
21 *Societate bonorum veniunt omnia, quæ excogitari poſſunt.*
22 *Hæreditas acquiſita an veniat communicanda in ſocietate.*
23 *Legatum acquiſitum an communicetur in ſocietate.*
24 *Bonorum appellatione an veniant ſerui.*
25 *Bonorum appellatione an veniant fructus.*
26 *Fructus an debeat tripartiri.*
27 *Feudalia bona an debeant confundi.*
28 *Ius patronatus an confundatur.*
29 *Ius patronatus an veniat appellatione bonorum.*
30 *Ius patronatus, & ſpeciale annexus, & iudicatur ſicut ſpirituale.*
31 *Ius patronatus an conſequatur vir ſi de nouo fundat eccleſiam.*
32 *Feudalia bona an confundantur natiuitate filiorum.*
33 *Feuda an veniant in obligatione generali.*
34 *Feuda in larga forma an confundantur.*
35 *Feuda hodie ſunt indiuiſibilia.*
36 *Feuda non dicuntur viri, & vxoris ſed principis.*
37 *Feudatarij habent ipſius feudi tantum vſufructum.*
38 *Argumentum à diffinitione validum eſt.*
39 *Fœminæ regulariter non ſuccedunt in feudis.*
40 *Emphiteotica bona an confundantur.*
41 *Bona alienari prohibita an confundantur.*
42 *Bona alibi poſita an confundantur.*
43 *Bona vxoris vnde præſumantur acquiſita.*
44 *Maritus exercens mercaturam an lucra illa debeat communicare.*
45 *Vxore non apportante dotem viro an bona veniant communicanda.*
46 *Filij nati ex matrimonio quando dicantur vt habeat locum hoc ſtatutum.*
47 *Natus non dicitur qui ſtatim moritur, & quando procedit.*
48 *Mulier quæ parit in 6. vel 8. menſe, & partus viuus fuerit per horam, vel per diem, vel vocem emittat, an bona confundantur.*
49 *Poſthumus natus in 6. vel octauo menſe non rumpit teſtamentum.*
50 *Poſthumus in ſeptimo nono, & decimo menſe rumpit teſtamentum.*
51 *Matri, & obſtetrici dicenti ſe prægnantem eſſe, an credatur.*
52 *Mulieri non creditur etiam in articulo mortis dicenti filium ex adulterio natum eſſe.*
53 *Mulieri non creditur quando non apparet prægnans, ſed obſtetricibus.*
54 *Filiatio neceſſaria à matre ſola probetur.*

55 Rei

55 *Rei publicæ inter eſt fanere vltimus voluntatibus.*
56 *Poſthumus à ventre ſecto extractus an dicatur natus.*
57 *Cæſar fuit extractus de ventre ſecto.*
58 *Statum hoc quod natis filijs, &c. an habeat locum ſi naſcantur mortuo patre.*
59 *Conſuetudo iſta quod natis filijs, &c. an habeat locũ ſi poſthumus eſt inutero.*
60 *Poſthumus pro nato habetur, quando de ſuo commodo tractatur.*
61 *Poſthumus eſt pars viſcerum matris.*
62 *Poſthumus impropriè filius dicitur.*
63 *Dictio habetur importat improprietatem.*
64 *Statuti verba propriè interpetrantur.*
65 *Infans non totus natus an habeatur pro nato.*
66 *Conſuetudo iſta quod natis filijs &c. an procedat in filijs adoptiuis arrogatis illegitimatis, & in ſpurijs vide nu. 97.*
67 *Filiorum appellatione in ſtatutis non veniunt adoptiui.*
68 *Mulier non læditur à viro in hoc ſtatuto: licet dos confundatur.*
69 *Commoda qui ſentit, debet incommoda ſentire.*
70 *Societas omnium bonorum per hanc conſuetudinem quod natis filijs &c. contrahitur, & habet priuilegia expreſſæ ſocietatis.*
71 *Societas inter virum, & vxorem contrahi poteſt.*
72 *Societas omnium bonorum tacitè, & expreſſe contrahitur.*
73 *Socij animarum, & corporum, maritus, & vxor ſunt.*
74 *Socij diuinæ, & humanæ domus; vxor, & maritus dicuntur.*
75 *Generatio requirit concurſum mariti, & vxoris.*
76 *Amicitia viri, & vxoris omnes antecedit.*
77 *Vxor debet operari viro, & eo mortuo hæredibus eius, ſi alimenta præſtentur.*
78 *Bona omnia viri. & vxoris communicantur.*
79 *Donatio inter virum & vxorem an communicetur, & an legatum, & fideicommiſſum.*
80 *Conſuetudo iſta quod natis filijs &c. quando procedat.*
81 *Matrimonium eſt magnum ſacramentum.*
82 *Sacramenta omnia fuerunt conſtituta poſt peccatum excepto matrimonio.*
83 *Matrimonij effectus qui ſint.*
84 *Matrimonium de iure ciuili inter pares contrahitur.*
85 *Religioſorum ſtatus hodie eſt melior matrimonio.*
86 *Matrimonium quomodo probetur.*
87 *Matrimonium quomodo contrahitur, & præſumatur.*
88 *Conſuetudo iſta, quod natis filijs an procedat in matrimonio putatiuo bona fide contracto.*
89 *Bona matrimonij bona fide contracti, & putatiui an debeant confundi, & tripartiri.*
90 *Filij nati ex matrimonio putatiuo dicuntur vere filij legitimi.*
91 *Conſuetudo iſta, quod natis filijs &c. an habet locum in matrimonijs veris, & non fictis.*
92 *Statutum de lucro dotis non habet locum in matrimonio putatiuo, & imperfecto.*
93 *Reipublicæ inter eſt, repleri liberis, & legitimis hominibus.*
94 *Reipublicæ inter eſt, dotatas eſſe fœminas.*
95 *Dos putatiua in fauorem mulieris habet dotis priuilegia.*
96 *Filius ex matrimonio præſumitur natus.*
97 *Conſuetudo iſta, quod natis filijs &c. an habeat locũ in filijs legitimatis per ſubſequens matrimoniũ, & natis in concubinatu.*
98 *Filij hodie in decimooctauo anno dicuntur maiores.*
99 *Filijs minoribus in diuiſione facienda datur curator.*
100 *Actus cum minore facti ſine curatore ſunt nulli.*
101 *Creditores an ſint citandi in diuiſione facienda vide num. 106.*
102 *Citatio requiritur in omni actu.*
103 *Citatio in abſolutione iuramenti non requiritur, & quando requiritur vid. nu. 105.*
104 *Iudex eccleſiaſticus quando cognoſcit de ſimulatione contractus.*
106 *Citari non debet, qui citatus nil poſſet dicere.*
107 *Debitores inſolidum obligati: an eorum diuiſio noceat creditoribus.*
108 *Iudicis licentia an requiratur in diuiſione facienda.*
109 *Pater ſolus obligatus nomine totius ſocietatis an poſſit de commum ſubſtantia deducere: an vero indẽnis præſtari debeat.*
110 *Vir aſſignans tertiam filijs an præiudicet vxori.*
111 *Filij non poſſunt tertiam ſuam habere inuitis parentibus.*
112 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
113 *Subrogatus ſapit naturam, in cuius locum ſubrogatur.*
114 *Diuiſio in quot partes fit, & quibus datur.*
115 *Vir in vita habet dominium, & adminiſtrationem bonorum filiorum.*
116 *Vxor poteſt dici domina ſuæ partis natis filijs de bonis acquiſitis tempore ſocietatis.*
117 *Dominium cum titulo vniuerſali transfertur abſque traditione.*
118 *Dominium, & poſſeſſio in ſocietate bonorum transfertur in ſocium ſine apprehenſione.*
119 *Vxor an poſſideat bona tradita, & donata per virũ, & an interdictum vndeui competat.*
120 *Vir, an vxor de iure dicatur poſſidere.*
121 *Vxor dicitur poſſidere bona mariti iure familiaritatis.*
122 *Vxor in bonis habet ius retentionis.*
123 *Tertia filiorum ſuccedit loco legitimæ.*
124 *Statuta à peritis ſunt condita.*
125 *Argumentum de tertia ad legitimam valet.*
126 *Legitima à fructibus non augetur.*
127 *Legitima eſt quota bonorum, & non hæreditatis.*
128 *Legitima debetur filijs ſecundum extimationes bonorum tempore mortis patris exiſtentium.*
129 *Filius poteſt petere ſupplementum ſi bona fuerunt aucta.*

130 *Am-*

130 *Ampliatur vt ibi.*
131 *Cautela circa hanc materiam.*
132 *Legitima filiorum de iure quanta ſit.*
133 *Filij exhæredati, vel incapaces an computentur in numero filiorum in legitima.*
134 *Monacus an computetur in numero filiorum in legitima.*
135 *Legata an minuant legitimam.*
136 *Legitima an debeatur ſuper iuribus, & actionibus.*
137 *Legitima ſuper quibus bonis debet aſſignari:*
138 *Filius an poſſit vnam rem eligere pro legitima.*
139 *Legitima à fratre ſorori poteſt aſſignari in vna re.*
140 *Legitima an debetur in vita patris.*
141 *Filius æquiperatur in legitima viro creditori.*
142 *Legitima dicitur quaſi res alienum.*
143 *Filia in legitima præfertur legatarijs.*
144 *Parentes de bonis poſſunt facere velle eorum.*
145 *Filius in vita patris non dicitur propriè creditor.*
146 *Filius an debeat hæres inſtitui in legitima.*
147 *Legitima an debeatur filio legitimo.*
148 *Legitimatus detrahit trebellianicam.*
149 *Legitimatio operatur ac ſi eſſent verè legitimi.*
150 *Legitimatus ob ingratitudinem perdit legitimam.*
151 *Legitimatus excludit ſubſtitutum.*
152 *Partus legitimatus rumpit teſtamentum.*
153 *Tertia ſtatutaria non debetur filijs legitimatis.*
154 *Legitimatio non irritatur per natiuitatem filiorum.*
155 *Legitimati an ſuccedant in dignitatibus, vel emphiteoſi.*
156 *Filij cum legitimantur an ſit facienda mentio de legitimis, & naturalibus.*
157 *Legitimatio poſt mortem patris an retrahatur in præiudicium ſucceſſorum ab inteſtato.*
158 *Citatio in legitimatione an requiratur.*
159 *Legitimatio filiorum quomodo fit.*
160 *Legitima debetur filijs legitimatis per ſubſequens matrimonium.*
161 *Tertia ſtatutaria debetur filijs legitimatis per ſubſequens matrimonium.*
162 *Filij legitimi per ſubſequens matrimonium dicuntur verè & propriè filij.*
163 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium excludunt ſubſtitutum.*
164 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium an poſſit ad ſacros ordines promoueri abſque diſpenſatione.*
165 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium an dicantur nati ex legitimo matrimonio.*
166 *Filijs legitimatis in articulo mortis, vel per reſcriptum an debeatur legitima.*
167 *Et quid ſi fraus interueniat.*
168 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium an tollet ius primo genito.*
169 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium quomodo procedit.*
170 *Filio arrogato debetur legitima, & quanta ſit.*
171 *Filiorũ appellatione in ſtatutis non veniũt arrogati.*
172 *Adoptiui an dicantur filij.*
173 *Tertia ſtatutaria non debetur filijs arrogatis.*
174 *Legitima an debetur filijs putatiuis.*
175 *Legitima an debetur filijs ſpurijs.*
176 *Spurij per ſtatutum non poſſunt ſuccedere niſi ad alimenta.*
177 *Spurij filius non poteſt auo ſuccedere data legitima prole.*
178 *Tertia ſtatutaria non debetur filijs ſpurijs.*
179 *Lex loquens de filijs non comprehendit ſpurios.*
180 *Filio bannito, & forindicato an debeatur legitima, vt fiſcus ſuccedat.*
181 *Fiſcus an poſſit ſuccedere in profectitijs, & aduentitijs, & in tertia ſtatutaria.*
182 *Bannitus an ſuccedat in bonis patris.*
183 *Filio delinquente in vita patris legitima non confiſcatur.*
184 *Statutum dictans patrem teneri ſoluere legitimam filio delinquenti an valeat.*
185 *Legitima filiorum an confiſcatur confiſcatis bonis patris, vel matris.*
186 *Bona quando publicantur, & quando confiſcantur prohibita alienari.*
187 *Legitima an debeatur filio deportato legitima an debeatur monaco.*
189 *Legitima an debeatur condemnato.*
190 *Legitima an debeatur filio ingredienti monaſterium, vel patre, & an a die ingreſſus, vel profeſſionis.*
191 *Legitima an debeatur filio nõ conficienti inuentariũ.*
192 *Filijs vltra legitimam an debeatur trebellianica.*
193 *Legitima prohibita an intelligatur prohibita trebellianica.*
194 *Legitima an debeatur nepoti in bonis aui.*
195 *Legitima an poſſit imponi grauamen.*
196 *Bona patris an ſint obligata pro legitima, & tertia ſtatutaria.*
197 *Tertia ſtatutaria ad hæredes tranſmittitur.*
198 *Legitima etiam non agnita traſmittitur ad quoſcunque hæredes.*
199 *Ac etiam ipſius ſupplementum.*
200 *Legitima tranſmittitur patre præmortuo.*
201 *Legitima debetur vna cum fructibus.*
202 *Legitima an debeatur tempore moræ, & mortis teſtatoris.*
203 *Fructus debentur abſque dilatione.*
204 *Veſtes, & apparatus data filio cauſa matrimonij an computentur in legitima.*
205 *Donationes propter nuptias, & iugalia computantur in legitima.*
206 *Redditus an computentur in legitima.*
207 *Feudum an in legitima computetur.*
208 *Dos materna an computatur in legitima.*
209 *Dos data à patre filio computatur in legitima.*
210 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
211 *Dos non debet eſſe minor legitima.*
212 *Dos quando eſt minor legitima agitur ad ſupplementum.*
213 *Filia incongruè dotata agit ad ſupplementum.*
214 *Filia quando dicatur incongruè dotata.*
215 *Dos vt congrua dicatur ſex requiruntur.*
216 *Legitima debetur vna cum fructibus.*

217 *Fructus*

217 *Fructus debentur deductis expenſis in eis factis.*
218 *Fructuum appellatione qua veniant.*
219 *Fructus induſtriales, & naturales qui dicantur.*
220 *Partus ancillarum non ſunt in fructu.*
221 *Filia renuntians bonis maternis generaliter an poſſit petere ſupplementum legitima.*
222 *Et quid in patre.*
223 *Filius non poteſt petere ſupplementum legitima ſi approbat in omnibus teſtamentum patris.*
224 *Legitima ſupplementum ab harede peti debet.*
225 *Actio data pro ſupplemento legitima ſequitur res hareditarias.*
226 *Conditio ex lege competit pro legitima ſupplemēto.*
227 *Legitima ſupplementum quomodo petatur.*
228 *Legitima ſupplemētum ipſo iure debetur ſi petitur.*
229 *Actio qua datur pro legitima & quanto tempore praſcribatur.*
230 *Teſtamentum nullum ius dicendi quanto tempore datur.*
231 *Filius an poſſit renuntiare querela in officioſi teſtamenti.*
232 *Teſtamenti inofficioſi querela intra annos quinque intentatur.*
233 *Teſtamento an valeat filio renunciante querelam.*
234 *Filÿs ſiue tacitè, ſiue expreſsè conſentÿs teſtamento patris à querela excluditur.*
235 *Teſtamentum an valeat quando filius prateritus conſentÿt tali prateritioni.*
236 *Filius an poſſit approbare teſtamētum patris in praiudicium aliorum filiorum.*
237 *Teſtamentum nullum ius dicendi ad omnes haredes transmittitur.*
238 *Actio pro legitima quando agitur coram arbitro an praſcribatur.*
239 *Expenſa, & libri dati filio in ſtudio, & doctoratus an computentur in legitima.*
240 *Frater an teneatur conferre libros datos à patre in ſtudio alÿs fratribus.*
241 *Et quid quando non efficitur doctor.*
242 *Donatio ſimpliciter facta per patrem filio iuramento confirmatur.*
243 *Donatio facta filio pro contemplatione clericatus an valeat.*
244 *Filius an poſſit legitimam patris petere, & hareditatem repudiare.*
245 *Filius non poteſt feudum acceptare, & hareditatem repudiare.*
246 *Limita vt ibi.*
247 *Pater in ſua tertia debet filios in aliquo recognoſcere.*
248 *Pater an habeat legitimam in bonis filÿ.*
249 *Pater in legitima debet hares inſtitui.*
250 *Mater debet habere legitimam in bonis filÿ, & an titulo inſtitutionis.*
251 *Limita vt ibi.*
252 *Subſtitutio pupillaris expreſſa an excludat matrem.*
253 *Subſtitutio compedioſa an excludat matrem.*
254 *Legitima matris in bonis filÿ quanta ſit.*
255 *Et quanta quando cum ſororibus defuncti ſuccedit.*
256 *Mater an agat ad ſupplementum legitima.*
257 *Mater quomodo ſuccedit in bonis filÿ.*
258 *Frater an debeat habere legitimam in bonis fratris.*
259 *Legitima fratris quanta ſit.*
260 *Soror an debeat habere legitimam in bonis fratris.*
261 *Frater poteſt aſſignare ſorori, & fratri legitimam in vna re.*
262 *Frater, vel ſoror, inſtituta à fratre turpi perſona an rumpat teſtamentū in totum, an quo ad legitimā.*
263 *Frater an excludatur à ſucceſſione legitima Fratris propter ingratitudinem.*
264 *Legitima a quibus perſonis debetur.*
265 *Legitima in quibus bonis non debetur.*
266 *Filius non priuatur legitima propter confectionem inuentarÿ.*
267 *Legitima per ſtatutum an poſſit in totum tolli.*
268 *Dos per ſtatutum an poſſit in totum tolli.*
269 *Mater decedens cum ganeo an debeatur legitima.*
270 *Vxor propter adulterium dote priuatur.*
271 *Amplia vt ibi.*
272 *Limita vt ibi.*
273 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*
274 *Societas an duret inter matrem, & filios ſoluto matrimonio.*
275 *Pactum an valeat vt vxor tertiam non conſequatur, & quod bona non ſint communia.*
276 *Renuntiatio fieri poteſt in contractu matrimonÿ. ſecus poſt.*
277 *Bona poſtea quaſita an veniant in communione filÿs mortuis in conſtantia matrimonÿ.*
278 *Bona tripartiuntur deducto are alieno.*
279 *Aes alienum quod dicitur.*
280 *Parentes in vita eorum de bonis omnibus acquiſitis per iugales natis filÿs poſſunt facere velle, eorū.*
281 *Et an requiratur conſenſus.*
282 *Limita vt ibi.*
283 *Pater ſicut non poteſt donare, ita nec renuntiare.*
284 *Vxor an poſſit obligare maritum pro mercantia publicè exercente.*
285 *Vxor quando dicatur publicè negotiari.*
286 *Vxor an poſſit eſſe in iudicio ſine viri licentia.*
287 *Matrimonium contrahens in alia ciuitate vbi viget alia conſuetudo: & poſtea vxorem in ſuo domicilio gerat: an bona communicentur.*
288 *Matrimonium contrahens nullo celebrato cōtractu, in alia ciuitate, an intelligatur contrahere ſecundum iſtud ſtatutum.*
289 *Et an in matrimonio metu contracto.*
290 *Matrimonium metu contractum eſt nullum.*
291 *Metus durare praſumitur.*
292 *Metus in matrimonio quomodo praſumatur.*
293 *Metus quibus modis purgatur.*
294 *Et quid in matrimonio clandeſtino.*

VIRI, ET VXORIS, BONA; diuiditur in quatuor partes iſte textus: In primo ponit vnum dictum generale: In 2. Illud modificat: In 3. modificat illud quod dicitur

dicitur ſupra in 4.& vltima ponit aliud dictũ cum modificatione 2. ibi, volentibus 3.ibi, deducto tamen. Quarta ibi, reſeruato prædictis.

SVMMATVR HOC MODO, natis ex matrimonio filiis bona omnia cõmunicantur, & tripartiuntur in patrem, matrem, & filios deducto ære alieno reſeruata poteſtate parentibus de eis alienandis prout in ea pro debitis ipſis remanẽtibus obligatis.

SIMILIS eſt conſuetudo in nobili Ciuitate Meſſanæ conſuet.1. & 3. de qua conſuetud. Meſſanæ, & Regni mentionem facit Boer. in conſi.1.nu.5.qui dicit quod ab Imperatore Fiderico fuit facta, & Panhormi per cap.43.ſub rubr.de dotibus,& hæreditatis diuiſione elapſo anno cum filiis natis, vel ſine bona confunduntur tantum,in quibus vir,& vxor, vel vtile vel directum dominium habent,vel quaſi,& non actionem: & in inſula Melitenſi,& in Regno noſtro, vt infra dicã, & in multis aliis partibus, vt dicit Abb. in c. ſignificauit de donat. Inter vir. & vxor. extra latè Caſſan.ſuper conſue.Burg.rubr.4.c.2.In verbo Panor. fol. 132. & in verbo, fœminæ Mariæ,qui loquuntur de conſuetudine, per quam bona diuiduntur inter virum,& vxorẽ ex acquæſt.& ſic in ſimili.

IN TEX. Ibi,viri quomodo capiatur hoc nomen vir, & ſi differt à marito dicam infra in conſuet.vnica tit.21.ſub rubri. quando pater,vel mater nu.1.

1 NOTO primo, quod in ſummario dicitur, quod natis filiis ex matrimonio bona omnia à quacumque parte peruenientia confunduntur,& tripartiuntur in patrẽ, matrem,& filios.Idem etiam dicitur in conſue. Vnic. Incip. ſi quidem proles infra titul.12. &
2 confuſio fit ipſo iure l.1.& 3. §. cum ſpeciali-
3 ter & l.ſi ſocietatem ff.pro Soc. & in Hiſpania acquiſita, & empta in conſtantia matrimonii ſunt communia viro,& vxori,vt dicit
4 Duen.in regul.2.lib.1.In Burgundia,& Francia,vt dicit Caſſa.In loco ſupracitato? Si verò filii nati non eſſent, non præcederet hæc noſtra conſuetudo:ſed haberet locum conſuetudo vnic, Incipi. quod vxor teſtari poſſit infra tit.16.Nam ceſſante conditione huius cõſuetudinis remanet illa alias ius commune, Caſſan.ſuper conſuet. Burg.in rubr. 4. §.2.In verbo ceſſante folio 133.

5 IN TEXT. Ibi, bona dicuntur à beando quia beant homines l.bonorum la pri-
6 ma ff de verbo.ſignific.& è contra pauperes miſeri dicuntur,Bald.in l.vltima C.qui bonis cædere poſſ.& iſta bona pro facultatibus accipiuntur,& multa de bonis,& de diuitiis,& paupertate dicit Tiraquell.in l.ſi vnquam in verbo bona in principio de reuocand. donatio quod videtur ſentire text.noſter dũ dicit
7 viri, & vxoris bona,quia genitiuus importat dominium l.ſi domus §.fin. ff. deleg. primo Docto.in rubr. de nouo oper. nuntiatio. l.ſi domus §.fi.ff.de leg.primo Aret.in prohem. Inſtit.num.7. Angel.in conſi.261.col.2.Card in conſi.30.Alex.conſi.35.num.14.volum.4. Roman.in conſi.180. & importat proprietatem l.2.§.locum ff.de religioſ.& ſump.ſune. Cagn.in repe.rubr.de officio eius cui mand. eſt iuriſd.num.11. Quæ regula limitatur multis modis per Duen.in regul.9.lib.2.maximè ſtante communi vſu loquendi, vbi com. dicit Fall.1.Sed quomodo in tex. noſtro capiatur infra patebit: & ſecundùm ea, quæ dicã intelligas:ſed contrarium diſponitur per Cõſuet. Syracuſanam cap. primo incipie. bona ſub rubr.de bon.patri. per quam non cõfunduntur bona inter virum,& vxorem, etiam natis filiis.

QVAERO in primis,text. noſter dicit, quod bona omnia à quacumque parte peruenientia natis filiis ex matrimonio con-
8 funduntur,an debeant confundi nomina debitorum,iura,& actiones,& annui redditus?
9 & ſic an nomina debiturum, iura, actiones, & annui, redditus veniant appellatione bonorum mobilium,& ſtabilium non veniunt nomina debiturum, nec iura, nec actiones, vt dicit Guid. Pap.in deciſ.499. & deciſ. 291. Dec.in conſi.237.Alex.in conſil. 45.nu.14.& ſeq.volum.primo Capell.Tholoſ. deciſ.315. quæ deinde loquitur remiſſiuè, refert com. opinio. Villalob.in ſua Coll.commun.opin. In verbo donatio.num.141. Soarez in verbo bonorum num.41. qui etiam loquitur in ſtatuto magis commu.dicit Clar. in §.donatio. quæſt.19. verſic. pariter etiam amplia etiam ſi loquitur eſſet generalis, vel vniuerſalis magis commu.etiam dicit Caluac. de vſufr.mu-
10 lier.reli.num 83.Nam faciunt tertiam ſpeciẽ de per ſe,eſt commu. op in.relata per Ioan. Ficard.in addit. ad Villalob: In verbo nomina num.14.in Coll.commu.opin. in primo volum.commu.opinio.fol.138.& eſt magis cõmun.opinio.quam refert Portius in conclu.
11 x. lib.3. Et an annui redditus veniant appellatione mobilium,& immobilium, vide Foll. ſuper Bulla de cenſib. In verbo huiuſmodi cenſus nu.24.vbi dicit quod etiam inter ſtabilia connumeratur Abb.in cap.nonnulli extra de reb.eccle.non alien. & ibi publicè legendo dixi,vid. Port. in d. concluſ. decima lib.3.

Rolan.

Roland. Auall. in conſil. 65. nu. 33. volu. 1. &
in conſi. primo nu. 125. & ſeq. volu. 3. vid. Fi-
car. in add. ad Villalob: In verbo redditus an
niſi poſt nu. 51. In primo volum. com. opin.
fol. 190. Ibi redditibus annuis Menoch. de ar
bit. Iud. lib. 2. Cent. 3. caſu 171. num. 34. & an
12 dolia veniant appellatione mobilium, dic
quod ſic Ioſeph. Ludo. In deciſ. 61. num. 34.
13 uolum. 2. & an veniant iura collectandi ap-
pellatione bonorum mobilium, vide Ro-
14 land. Auall. in conſi. 1. nu. 150. volu. 3. & quæ
veniant appellatione imobilium vide per Ti
raq. In tract. retract. Lignag. §. 1. glo. 7. nu. 88.
15 & ſeq. & quid appellatione mobilium vide
de hijs Caſſan. In conſuet. Burg. rub. 4. §. 2. In
verbo, ſemme mariee in verſi. Sed nunc pro
complimento nu. 9. & ſeque. fol. 135. & quæ
veniant ſub legato omnium bonorũ mobi-
lium, & inmobilium vide Calua. de vſuf. mu
16 lier. reli. nu. 83. Sed quia in iſta conſuetudine
fit mentio de bonis generaliter, & ſimplici-
ter, ideo veniunt, & nomine debitorum, red-
ditus, actines, & iura, ita Dec. in conſil. 251.
nu. 4. Fanus in tract. de pignoribus membro
3. ſecundæ par. nu 8. quod procedit non tan-
tum in obligatione expreſſa ſed etiam tacita
eſt communis opinio relata per Soarez in
ſua Coll. com. opin. In verbo bonorum nu.
39. In 1. volu. com. opinio. & quid de iuribus
in corporalibus vid. Alex. in conſi 6. Caſſa. in
loco præcitato in verſ. quid autem tenet Io.
& appellatione bonorum dicit quòd veniũt
ea quæ ſunt in actionibus, petitionibus, &
perſecutionibus l. bonorum in fi. ff. de verb.
ſignific.

17 ITEM quæro an veniant appellatione bo
norum actiones futuræ, & ſpes ſuccedẽdi,
puta quia maritus, vel vxor habẽt patrem ſu-
perſtitẽ, an talis ſpes, & ſucceſſio debeat cõ-
fundi, ſi maritus præmoriatur patri ſuo antè
18 acquiſitam ſucceſſionem: & puto, non quia
ſpes in certa non venit in ſocietate omnium
bonorum ſecũdũ Bar. in his poteſt ff. de acq.
hæred. in 3. Coll. nu. x. Ibi Alex. in 2. colu. nu.
5. Soarez in Coll. com. opi. In verbo bona fu-
tura nu. 38. vbi commu. dicit, & quid in obli
gatione generali vid. Afflict. in deciſio. 335.
nu. 2. & ibi Orſill. vide fan. in d. tract. de pign.
& idem in legitima de iure communi ſecun
dum Bartol. in l. fin. ff. de liber. agnoſc. & per
eund. in l. penultim §. ſed nec impuberi ff. de
19 Coll. bono. & licet ſit quaſi debita poſt mor-
tem patris l. 3. cum glo. de iur. & fact. igno. &
Bat. in d. l. prima tamen dicitur quaſi quæ di-
20 ctio in proprietatem ſignificat notatur in l.
hoc, & ibi Bar. ff. de inoff. teſta. & ſtatutũ ſtri-
ctè, & in propriè intelligitur inveris bonis de
bitis l. 3. §. hæc verba ff. de negot. geſt. vide
Imo. in conſi. ſuo ſuper hanc conſuetudinẽ,
ſed hoc de iure cõmuni in legitima aliud tñ
credo in noſtra Ciuitate vt dicitur in conſue.
mortua matre infrà tit. 19. vide Pau. de Caſt.
in l. ſi marito ff. ſolut. matri. Afflict. deciſio.
21 382. Sed in ſocietate bonorum omniũ, pro-
ut hic, & infra dicam veniunt omnia, quæ ex
cogitari poſſunt prout dicit Rolan. in conſil.
22 54. nu. 51. vol. 3. & in conſ. 35. In 1. volu. & an
hæreditas acquiſita veniat cõmuuicanda vid.
Caſſan. ſuper conſuet. Burg. In rubr. 4. §. 2. In
verſ. alia num. 6. fol. 135. & an legatum, vide
23 Imo. in loco præcitato verſ. quid veniat, nu. 4.
fol. 36. Roland. in d. conſi. 54. In fin. volu. 3. &
cõſ. v. nu. 44. in fi. 1. vol. & dic quòd in noſtra
conſuetudine communicantur per li verbũ
a quacũq; parte. Sed per conſuet. Panhormi-
tanam cap. 43. actiones non confundũtur, vt
24 ſupra dixi, & an ſerui veniãt appellatione bo
norum, dic quod ſic, quia in bonis noſtris eſ-
ſe dicuntur Bal. in l. liber. multa cumulat Ti-
raquell. in l. ſi vnquã verbo donatione largi-
tas quæſt. 17. nu. 323. vide ibi per eum.

QVAERO vlterius circa iſtam mate-
25 riam, an veniant appellatione bono-
26 rum fructus, vt debeant confundi, & tripar-
tiri, an vero ſint viri tantum? dic quod ſunt
viri, & non vxoris de iure communi per l. ſi
diuiſione ff. ſolut. matrimon. & l. pro hono-
tibus C. de iur. dot. Sed in materia iſta ſtatua
ria ſecundum quam matrimonia reducun-
tur ad iſtar ſocietatis omnium bonorum,
dic quò ad neceſſitatem victus ſunt viri, quo
ad reliqua ſunt Societatis Bald. in l. fin. C. de
Coll. & quę veniant appellatione fructuũ di-
cã infra eo. In materia legitimę filiorũ & an
27 bona ſeudalia in noſtra conſuetudine cõpre
hendantur, dic quod non Tiraq. de retra. Li-
gnag. §. 1. gloſſ. 2. dicam infra eod. num. 32. &
an emphiteotica dic quod ſic idem Tiraque.
in d. tract. d. §. 1. gloſſ. 3. num. 2. & veniunt in
generali obligatione eſt commu. opinio re-
lata per Afflict. In deciſ. 191. nume. 3. Mi-
chael Craſſ. In quæſtio. 1. capit. 16. lib. primo
in 3. volum. commun. opinio. fol. 146. vid. in
eod. num. 42.

28 ET an ius patronatus confundatur, &
procedat text. noſter dicit quod ſic per
ea quæ dicit Abba. in capitulo ex literis
propè finem nume. 12. de iur. patron. &
Doctor. in cap. primo eod. titu. vid. Lamber.
In articulo 3. ſequ. princip, 2. parte primi lib.
propè fin. fol. 171. In tract. de iure patron. &
quod confundatur ius patronatus facit illa
ratio quia præſentatio dicitur eſſe in bonis
vt dicit Bal. In conſil. 32. lib. primo, & Panor.
29 in d. c. ex literis vbi dicit, quod venit appella-

tione bonorum refert, & ſequitur Tira. in l. ſi
vnquam de reuoc. donat. in verb. donatione
30 nu. 355. Sed cōſidera quia ius patronatus eſt
ſpirituale annexum, & iudicatur ſicut ſpiri-
tuale cap. quanto de Iud. vnde vide pro ſo-
lutione huius dubij ea quæ dicit idem Tiraq.
In loco prædicto nu. 133. & ſeq & in tract. de
legibus Connubi. In gloſſ. 9. nume. 5. fol.
31 271. Et quid ſi denouo fundaret vir, & vxor.
vel alter ex ſocijs conſenſerint dic quod etiā
efficitur patronus idem Lamb. in d. tracta.
de iur. patro. In articul. 22. in primo 3. part.
lib. 1. fol. 27.

32 SED an bona feudalia debeant tripartiri,
& ſic confundantur natiuitate filiorū vir-
tute huius ſtatuti ſimpliciter loquētis (bona
omnia) & dic quod non prout dicit Bald. in
cap. primo qualiter olim feudum por. alien.
& melius de inueſtit de alienatio. feud. §. fi-
nal. Alex. in conſil. 170. In prima colu. volu.
2. & conſil. 48. eod volu. & in l. etiam ff. ſolu.
matrimon. Franciſ. Aret. in conſi. 3. & perpe-
petrum in conſil. 76. Caſſan. ſuper conſuetu.
Burg. rubr. 4. §. 2. In verbo le femme mariee
verſ. limita nu. 14. quia non veniunt ſub gene
ralitate verborum vt infra dicam, & præcita-
ti Docto. dicunt.

33 SED an feuda veniant in obligatione ge-
nerali dic quod non latè Tiraquell. de re-
tract. Lignag. §. 1. gloſſ. 3. nume. 3. vid. Dom.
Cum. in repet. cap. ſi aliquem in verbo in an
tiquis ponit regulā quod non veniant Duen.
in reg. 317. lib. primo vbi dicit quod feudum
nec generaliter nec ſpecialiter nec tacitè nec
expreſſè obligari poteſt latè Tiraquell. in
tractat. de retract. Lignag. §. primo gloſſ. 3.
num. 6 refert commun opin. Michael Graſſ.
in q. 8. cap. 2. lib. 2. in 2. volum. commu. opin.
fol. 157. Sed ponen. quinque Fall. remiſſiue
Duen. in d. regul. 217. Et quid ſtante Ritu in
obligatione Banci vbi obligata dicuntur vid.
Dom. Cum. in d. cap. 19. Ritus & an pro dote
vel dodario feuda inſtricta forma obligari
poſſint dicam in inconſue. vni. tit. 13.

34 ET an feuda in larga forma, & alienabilia
ſtante capitul. Regni volentes de aliena.
feudi in cap. Regni Regis Federic. capit. vi-
geſimo octauo, confundantur dic quod non.
35 Nec diuiduntur imo feuda per dictum ca-
pit. ſunt indiuiſibilia quæ alias de iure po-
terant diuidi vt in capitu. primo §. præterea
de prohib. alien. per feud. per verba in dicto
text. poſita ibi in vnam eandemque perſo-
nam vbi Doctor. Ita exemplificando tenet
Dom. Lanz. in d. cap. volentes in 4. notat. &
in his non habet locum hoc ſtatutum, & ra-
36 tio eſt quia feuda non ſunt bona viri nec vxo
ris ſed principis habentis directum domi-
37 nium, & feudatarij habent vſumfructum
patet in diffinitione feudi ibi proprietate do
mino retenta Clar. in §. feudum quæſ. 10. 4.
38 a qua licet arguere Euerard. In loco à diffini-
tione ita Bald. In præludijs feud. quæſtio. 3.
Andr. Iſern. in titul. de prohibit. alien. per
Fidericum in §. præterea ducatus vide Spec.
in titulo de locat. in §. nunc aliqua verſic. 71.
& verſic. ſequent. vide Bartol. in l. 1. § nec Ca
ſtrenſe ff. de Coll. bonorum laſo. in l. 2. num.
18. Carta de iure emphi. Iſtam quæſtionem
deponit Ioan. Ant. Canniz. noſter Siculus in
dict. cap. volentes: In verbo explicitis fol. 33.
vide Tiraquell. In tract. de retract. Lignag. di-
cto §. 1. gloſſ. 2. nume. 4. facit etiam quia in
39 feudis non ſuccedunt fœminæ regulariter
ut dicit cap. 1. de ſucceſſ. feud. & cap. primo
de grad. ſucceſſ. Duen. in regul. 98. uolum.
ſecundo ubi quatuor modis limitat. & quod
de iure in feudis non ſuccedunt fœminæ ui-
de Tiraquell de legibus connub l. prima gl.
5. num. 78. In Regno Siciliæ tamen non da-
tis maſculis fœmina maior nata ſi maritata
non eſt ſuccedit in feudis ut in cap. Regni Re
gis Iacob 33. incip. ſi aliquem de ſucceſſ. ſen-
do ubi Dom. Cumia meus compatriota ſcri
40 pſit, & an emphiteotica bona confundantur
Bald. in auth res quæ C. communia de legat.
num. 14. uidetur dicere quod non niſi dicas
quod ſtante quia ueniunt appellatione bo-
norum ut dixi ſupra uerſi. & an bona feuda-
lia confundantur durante re, emphiteotica,
& non in præiudicium domini directi: nam
dominus directus ex diuiſione non præiudi-
catur quia omnes inſolidū conueniri poſſint
& uno non ſoluendo totum ius Canonis ut
in commiſſum cadat Afil. in decil. 153. Alex.
in l. 4. §. Cato. ff. de uerbor. oblig. Dec. in con
ſil. 263. & per illa uerba à quacumque parte
in text. poſita quia ſecundum communem
uſum loquendi bona propia dicuntur quod
in ſtatutis attenditur ut dixi ſupra in prohe-
mio propè finem in 5. quæſt. & in conſuetu.
unic. infrà tit. 42. quæſt. 2.

41 QVAERO etiam an in hoc ſtatuto ue-
niant bona prohibita alienari, & uincu-
lata uide Bald. in d. auth. res quæ C. commu-
nia de legat. & Barto. in l. ea lege C. de cond.
ob cauſam, & in auth. excipitur C. de bo. quæ
liber. laſ. & alios in §. Diui l. filijs ff. de lega. 1.
ubi dixi.

42 ET an ueniant bona alibi poſita, & ſic an
ſtaturū extendatur extra territoriū uide
Bal. in l. cūctos populos de ſum. tri. & fid. Ca
th. in l. mercatores, & add. ibi. C. de merc. &

merc

nierc uide Caſſa. ſuper cōſu. Burgun. rub. 4. §.
20. In verb. des droit verſ. licet iſta conſuetu.
fol. 190.

QVAERO per noſtrā conſuetudinē cō-
municatur dos vxoris, & bona omnia p
eam acquiſita à quacunq; parte perueniant
43 ſed vnde præſumantur acquiſita bona vxoris
in conſtantia matrimonij dic in dubio ex bo
nis mariti cauſa ſcandalum euitandi l. quin-
tus ff. de donation. Inter vir, & vxorem Cra-
uett. in conſil. 61. nume. 7. Pariſ. in conſil.
80. num. 8. volum. primo fallit tamen ſi mu-
lier eſſet negotiatrix Bello. in conſil. 17.
nume. 11. fallit etiam vt per Roland. in con-
ſil. 90. nume. 22. volum. 2. vide regulam cum
ampliat. & limitat. per Porci. poſitam in
concluſ. 14. libr. primo. Et per Menoch. in
tract. præſumpt. in præſumpt. 51. libr. 3. Ma-
ſcard. in tracta. probatio. in cōcluſi. 214. incip.
Bona. vol. 1.

44 ITEM quæro an lucra debeant commu-
nicari ſi maritus ex eis ſecit mercaturam
vide pernum. In ſuo conſi. nondum Impreſ-
ſo incip. & quia primo dicitur vbi diſtinguit
hoc modo ſecundnm Bal. in l. ſi Patrus C. cō
mnnia vtri. iud. & in titul. de duob. frat. quod
aut proprio aut nomine ſocietatis contraxit
ſi propio, & tunc lucrum debet eſſe pro-
prium l. Titius, & Meuius §. altero vbi Barto.
ff. de adminiſtrat. tuto. glo. in d. l. ſi patrus: Si
vero communi nomine contraxir qui perpē
di poteſt ex libro rationum vel ex verbis
contractus, & lucrum tunc debet eſſe cōmu-
ne arg. l. Neſſennius ff. de negotijs geſtis, & in
dubio communi nomine contrahere præſu-
mitur arg. l. poſt mortem §. fi. ff. quando ex fa
cto tut. & ita intelligas vide Io. Lup. in rep. c.
per veſtras col. 34. etiam de dona. inter virū,
& vxorem. Sed ego dico quod in caſu noſtrę
conſuetudinis ſemper communicatur quia
ſunt ſocij omniū bonorū ergo omnia lucra,
& damna ſunt communia, & ita dicit d. l. ſi
patruus vbi gl. In verbo non omnium, & vi-
de quæ Baldi. Ibi dicit, & omnino Menoch.
in conſi. 122. nu. 17. & 19. volu. 2. & in conſil.
12. volum. primo nu. 6.

45 SEd quæro quid ſi vxor non apportauit do
tem viro an bona veniant cōmunicanda
vide quæ in ſimili dicit late Caſſan. ſuper con
ſuetud. Burgund. in rubric. 4. §. 2. In verſicu.
quid ſi mulier in verbo le ſemme, & mariee
fol. 153. & licet ibi teneat contra opinionem
ſuam quod non lucratur argentum. Ego
contrarium teneo in caſu noſtræ conſuetu-
dinis quia textus noſter dicit viri, & vxoris
bona a quacunque parte peruenientia natis
filijs ex ipſo matrimonio iugalium confundā
tur, & tripartiantur nam natio filiorum ſuf-
ficit an bona confundantur vt dicit conſuet.
vnica in tit. 12. & ſic natio ſufficit vt bona cō-
fundantur, & faciunt pro iſta opin. rationes
poſitæ, ibi à Caſſaneo, & non obſtat text. in
§. fin. in auth. de none lig. Secun. num. 6. quia
loquitur in lucro nuptiali, & ita etiam reſpō
detur ad textum in auth. nihil C. de pact. Si-
46 cut dicitur quod matrimonium eſt cauſa lu-
cri dotis à ſtatuto dati Dec. in l. In eo ff. de re-
gul. iuris Bald. in auth. ex teſtamento C. de
Coll. Roland. in tractat. de lucro dot. quæ-
ſtio. 49. & quod cauſa lucri ſit matrimonium
dicit Dec. In l. in eo quod ff. de regul. iuris
Bald. in auth. ex teſtamento colum. penult.
C. de Coll. Soccyn. In conſil. 222. libro 2. &
hic natiuitas filiorum, & Caſſan. Ibi loqui-
tur in bonis acquiſitis, & non in terminis
conſuetud. noſtræ: & intellige textum pro-
ut dictat vt bona omnia uiri & vxoris tan-
tum communicentur natis filijs non autem
bona filiorum puta, aduenticia vel alia ſed in
eis remanet diſpoſitio iuris communis l. pri-
ma C. de bon. quæ lib. ita expreſsè voluit Do.
Lanza in quondam ſuo conſilio de quibus
dicam in conſu. vnica tit. 19.

46 IN TEXTV ibi natis filijs: Quæro quan
do dicantur filij nati ex matrimonio vt ha
bear locum hoc ſtatutum vt bona confun-
dantur, & tripartiuntur dic quod filius di-
citur natus eo ipſo quod naſcitur, & vo-
cem emittit licet illico moriatur vt dicit
gloſſ. in l. ſecunda C. de poſthum. hæred. In-
ſtitu. & l. cum vxori. C. quando dies legati
ced. & text. in l. 3. C. de poſthumis hæred.
Inſtitu. Qui dicit quod ſi viuus naſcatur par-
tus licet illico moriatur vel in manibus ob-
ſtetricis vel alio modo vocem emiſerit ſi ad
monſtrum non declinat rumpit teſtamen-
tum quaſi quod dicatur filius poſthumus na
tus refert commun. opinio. Orſill. ſuper de-
ciſ. Afflicti 236. poſt num. primum, & illud
47 quod dicitur quod natus qui ſtatim mo-
ritur non dicitur natus procedit in feuda-
libus ſecundum Caſſa. in conſil. 19. nu. 8. & 9.
vel quando viuere non poterat per ea quæ
ſtatim infra dicam.

48 SEd quid ſi mulier peperit in 6. vel 8. mēſe
qui viuere non poteſt ſecundū ea quę ſcri
pſit Menoc. in loco in ſtatim allegādo, & par
tus viuus fuerit per horam vel per diē vel vo-
cem emitrat an bona confundantur vt dica-
tur filius natus, & quidem Dec. in conſ. 623.
nu. 1. & 3. dicit quod ſic. Cœpoll. in conſ. 60.
Boc. in deciſ. 200. per text. in d. l. vxoris C. de
poſth. hær. inſtitue. Rolā. in tractatu de lucro

dot.quæſtio.49.num.9.vbi dicit quod ſufficit
quod poſthumus ſit natus etiam in 8. menſe
vt rumpat teſtamentum patris iterum facit
quia ſtatutum de lucro dotis habet locum
matrimonio momentaneo. Sed incontrariũ
49 eſt veritas nam non dicitur natus qui natus
viuere non poteſt l.inteſtato §.fin.ff de ſuis,
& legitimi: hæred. Pariſ.in conſ. 56.nu.5.vo
lu.2.vbi nu.9.dicit commu.Tiraqu.in l.ſi vn-
quam in verbo ſuſceperit liberos nu. 167.&
nu.209.Cœphal.in conſi.221.nu.12. volu.2.
niſi tetigerit de ſettimo menſe ſaltem duos
dies vt dicit d.l.inteſtato §.fin.& ibi glo. not.
& Pau.de Caſt.in l.pe.c.de ſent.paſſ.facit l.ſe
ptimo menſe ff.de ſtat.homin. Idem in octa
uo menſe vt dicit Affl.in deciſ.230. per totã.
Clar.in §.teſtamentum q. 45. vbi dicit quod
49 talis poſthumus in ſexto vel octauo menſe
non rumpit teſtamentum & habetur pro nõ
nato, & ei ſuccedi non poteſt, & refert ma-
gis com. & licet multi Docto. teneant con-
tra Afflict.tamen com. eſt cum eo prout vi-
dere eſt per Orſill.ſuper dicta deciſ.236. Af-
flict.quam refert. Pariſ.in conſi.56.nu.9.in 2.
volu.vide de hoc omnino Menoch. in lib.de
arbit. Iud. lib.2.Centu.1.caſu 89. num. 34.&
Tiraqu.in d.l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit
50 num.25.ſecus ſi natus eſſet in ſeptimo menſe
nono,& decimo vt dixi quia tunc viuere po-
teſt vt dicit ibi Pariſ. & Menoch. Ibidem nu.
34.non obſtat dictum Roland.Quoniã pro-
cedit in pœnam teſtatoris non inſtituentis
poſthumum. Item,& contra eius dictam eſt
d. magis commu.opinio.rel.per Clar.in d.q.
45.ex Socc.Iunio.in conſi.35.num.5. libr.ſe-
cundo,& ex Craue.in conſi.210.nu.5.nec ob
ſtat etiam illud quod ipſæ Roland.concludit
de matrimonio momentaneo quoniam ab
initio non fuit momentaneum ſed poterat
durare. Imo cum hac intentione contrahi-
tur vt notatur in diffinitione matrimonij, &
glo in verbo Auguſtus in prohæmio iſti: Se-
cus in nato in 8. vel 6. menſe quia viuere ab
initio non poteſt per ſupradicta,& magis cõ
mun.dicit Clarus in d.quæſt.45.in verſ.final.
vt dixi.

51 SED an credatur matri dicenti ſe parien-
tem in 6.vol.8.menſe Curt. Iun. in conſil.
14.nu.4.volum.1.qui ſequitur Afflict.& eum
refert Orſill.vbi ſupra ante nu. 2. dicit quòd
ſic. & ibi Orſil. dat modum probandi partũ
viuum eſt text.in l.cum quidam in §.quod di
citur ff.de acquir. hæred. ſed videtur obſtare
quod vult Clar in d. §. teſtamentum quæſt.
45.in fine vbi dicit quod creditur iudicio ob
ſtetricium partum in tali tempore natũ non
poſſe viuere item non credatur matri aſſeren
ti ſe pregnantem text. in l. 1. ff. de ventr.in
poſſ.mettend.tenet, & Boer. deciſ.220.in fi-
ne. refert commu. opinio. Io. Ficard.in add.
ad Villalob: In verbo mulier nu.145.volu.1.
commu.opin.fol.138.Imo,obſtetricibus pe-
ritis cum iuramento deponentibus creditur
Maſcard.in tracta. de probatio.in concluſio.
1208.nu.6. volu. 3. & in ſimili loquitur refe-
rendo commu. opinio. Soarez in verbo filij
52 nu.182.& ſi mater eſſet in articulo mortis,ei
non creditur dicendo filium ex adulterio na
tum eſſe Boer.in deciſ.299.nu.4.& 8. Rolan.
conſi.41.vol.4.quod aliquibus rationibus &
authoritatibus corroborat Duen. in reg. 91.
libr. 2. vbi limitat tribus modis refert com-
mun.opinio.Turzan.in opinio.120. Incip.di
ſceptatio. In primo volum commun. opin.
folio 28.Soarez in d.verbo filius nu.182. Sed
ſi cum matre concurrit vna obſtetrix proba-
tur prægnans Maſcard.in d.tracta.de probat.
d.concluſ.1208.nu.11.vol.3.

DEDI ſi volumus tenere primam partẽ
poterint ſaluari Orſillus, & Curtius re-
ſpondendo ad dictam l. prima de ventr. in
53 poſſeſſ. mittem. Quod procedit quando nõ
apparet prægnans mulieri quia tunc ei ſolo
non creditur ſed obſtetricibus vel ei cũ vna
obſtetrice vt dixi vt mittatur in poſſeſſionem
ventris nomine iuxta tex. in d.l.prima.Secus
quando coſtat quod eſt prægnas ſed dubita-
tur de quanto tempore cum filiatio neceſſa-
54 ria à matre ſola probatur Menoch. de arbit.
Iud.lib.ſecundo Centur.1.caſu 89.nu.3. vel
in d l. prima tractatur de contra tabulando
teſtamentum, & ſic ſumus in odioſis cum
55 rei publ.intereſt fauere vltimis voluntatibus
& Soarez non loquitur in iſtis terminis, & il-
lud quod dicit Soarez. Duen. & Boer.in d.de-
ciſ. In locis præallegatis procedunt vt exclu-
datur delictum quoad fauorem teſtamenti,
& reipublicè vt Iul,Clar.in d. quæſtio.45. lo-
quitur de dicto obſtetricium partum viuere
vel non poſſe ſed in hac q. concludendo di-
cas veritatem eſſe in contrarium quod ſoly-
matus dicto non creditur filium eſſe natum
in 6.vol.octauo menſe cum ſæpius mulieres
hoc decipi poſſint vt dicit poſt alios Boer. in
d.deciſ.220.in fi.quem ſequitur Burſa.in con
ſil.63.num.21. ſed in hoc creditur obſtetrici-
bus phyſicis vel alijs in arte peritus quod ſi di-
cto ſtatur etiam ſi per verbum crede vel iu-
dicio ſuo crederent Pariſ.in conſil.56.nu.12.
lib.2.Burſa.in d.conſil.63.nu 20. refert & ſe-
quitur Ioſeph Maſcard.de proba.in concluſ.
805.incip.filius volum.2.& in d. concluſion.
1208.incip.prçgnantia vol.3.in dubio autem
filius ex vxore quæ aliquandiu a viro abfuit
in 9.& non in 7. menſe natus præſumitur
Boer.de conſi.162.nu. 52. Item dicto matris
ſole

ſole non ſtatur partum fuiſſe abortiuum ſed peritis in arte Alciat. ait in conſil. 23. nume. 5. Tomo tertio libro. 9. Clarus in dict. §. teſtamentū quæſtion. 45. in 51. Maſcard. de probation. in concluſio. 1145. nume. 22. Incip. partus volu. 3. vbi num. vigeſimotertio dicit ad probandum partum non eſſe abortiuum tres teſtes omni exceptione maiores adhiberi debere, & ibi ad plenum ſcripſit de hac quæſtione, & quomodo debet articulari ſuper hoc, & ſine difficultate probari poſſe partum in 6. 7. vel 8. menſe natum quando conſumato matrimonio vir poſt duos vel tres dies moritur ibidem Maſcard. num. 22. & 23 ſcripſit.

56 ET quid de extracto à ventre fetto prout
57 fuit Cæſar vt dicit glo. In prohæm. inſtit. & ff. an eo ſic extracto habeat locū hæc materia conſuetudo & Tiraqu. in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos num. 139. dicit quod ſic multos Doctores citando imo natus dicitur etiam in materia odioſa Gabriel. in conſ. 55. num. 8. quod tunc intelligo ſi naſcitur in tempore quo viuere poteſt per ſupradicta Gabr. in d. conſi. 55 nu. 10. vel ſi cū ſectus fuerit ſtatim perierit, & mulier nullum ſignum pariendi habuerit Calua. conſi. 23. nu. 4. Tomo 3. lib. 9. Fortius hac conſuetudo non procedit quando liberi naſcuntur mortui quia nati non dicuntur nec liberi appellantur l. qui mortui. ff. de verb. ſignifi.

58 QVAERO etiam an habeat locū hoc ſtatutum ſi filij naſcantur mortuo patre, & ſic in poſthumis dic quod ſic per text. in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. & præterea Doc in l. qui in vtero ff. de ſtat. hom dicūt filiorum appellatione, & poſthumum contineri & eſt tex. in §. fin. Inſtit. qui teſta. tut. dare poſſ. l. nomen filiarum ff. de verbo. ſignifi. corroboratur illa ratione quia poſthumis legitima debetur quia in vtilibus pro natis habentur d. l. qui in vtero. de ſtat. hom. igne. in rep. aute. ex cauſa nume. 278. C. de libe. præte. Ioſeph Ludo. in deciſ. 11, nu. 29. & iſta tertia ſuccedit in locū legitimè vt dicā infra eo. num. 123. conſ. 11. præterea, & poſthumi ſuccedunt ab in teſtamento ac ſi nati eſſent in vita patris l. 1. ff. de lib. & poſthu. vbi cōmun. Doct. Michael Graſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato q 4. nu 4. & dicit hæres inſtitue. alias totum eſt nullum d. l. 1. de lib. poſth. clauis in §. affin. q. 45. & habent omnia priuilegia quæ habet ſuus hæres §. ita demum verſi. poſthumi, inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtat. defe. & eſt commu. opi. rela per Michael Graſſ. in §. ſuitas q. 4. nu. 4. vbi dicit quid retrotrahitur eius natiuitas ante tempus mortis patris, & commu. refert ex Pinello. in rubr. de bon. matern. nume. 37. part. 2. quòd intelligitur in poſthumo nato viuo legitimo, & legitimo tempore nato idem Graſſ. in §. ſucceſſio. ab inteſtato quæſtio. 1. num. 4. de quo dixi ſupra eo. nu. 46 & maximè hoc procedit quia durāte viduitate dicitur mulier eſſe in matrimonio per ea quæ infra dicam in hac conſuetudine num. 274 Sed contrarium tenet Alex. in conſi 207. num. 14. volu. 6. vbi dicit quod vidua non dicitur propriè vxor. Itē bona mortuo viro non dicuntur bona mariti ſed hæredis l. pul. alin. ff. de regul. iu. l. cum hærede. ff. de acqui. poſſeſſ. Item ſocietas morte eſt finita l. actiones §. morte ff. pro ſoci. §. ſoluitur in ſtit. eo. tu non recedas à prima opin. & conſil. Alex. non obſtat quia non loquitur in terminis noſtris imo idem Alex. in d. conſil. 27. num. 26. vbi reſpondet contrarijs dicit quòd lucra cum vxore communicantur etiā mortuo viro ergo ratione prædicta venit hoc ex natura ſocietatis cum ſocietas non ſit ſoluta vt dixi, & in hoc caſu dicuntur bona viri: & vxoris etiam viro mortuo cum ſocietas duret & mulier, dicitur eſſe in matrimonio vt dixi vide quæ dixi in conſu. 1. infra tit. 12. in fi.
59 ſed an dum eſt in ventre habeat locū hæc cō-
60 ſuetudo videtur quod ſic quia poſthumus pro nato habetur l. qui in vtero ff de ſtat. homin. l. quod dicimus ff. de verbo. ſignificat. cum de eius commodo agitur ſed dic quod non nā
61 poſtumus dum non eſt natus eſt pars viſcerū
62 matris l. cum inter c. de fideicom. Itē in propriè dicitur filius. Menoch. de arbi. Iud. lib. 2. Centu. 1. caſu 57. num. 8. & in caſu 357. lib. v. Centur. 1. Duen. in regul. 23. volum. 2. In 2. ampliat: & non dicitur propriè natus quia
63 dictio, habetur, importat in proprietatem. &
64 eſt in ſtatutis propriè verba ſunt interpetranda vid. etiam Tiraq in d. l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos num. 105. & ſeque. C. de reuoca. donat. vbi num. 150. loquitur in ſtatuto & ibi tenet num. 145. quod non dicitur natus & in conſuetudine noſtra dicit natis filijs, & alibi in conſuet vnic. tit. 12. dicitur cuius natio & c. vide Duen. in d. regul. 23. nu. 3. volu. 2. & nume. 5. vbi dicit quod in his quæ ſunt ſtricti iuris non habetur pro nato, vnde vt habeat locum hæc conſuetudo expectatur ipſius partus mulieris, & natiuitas poſthumi Ioſeph Ludouic. in d. deciſ. 11. nume. 30. lib.
65 1. ſecus ſi naſcatur vt dixi, & quid ſi infans non ſit totus natus vide ibi Tiraque. nu. 156.
66 & an procedat in filijs adoptiuis vel arrogatis, & an in legitimatis per ſubſequens matrimonium vel reſcriptum, & an in ſpurijs dicā infra eod. tit. in verbo in text. Ibi reliqua ter-
67 tia num. 153. & num. 160. & quod adoptiui non veniant appellatione filiorum in ſtatutis

tis dicit Tiraq.in d.l.ſi vnquam in d. verbo ſu
ſceperit nu.7.quod procedit maximè in tex.
noſtro vbi dicitur ex ipſo matrimonio iuga-
lium natis filijs.

68 ET nota quod per hoc ſtatutum non dici
tur lædi mulier à viro licet dos confunda
tur l. de fideicommiſſo C.de tranſa. l. ſi ea C.
de vſur.argum. l. ſi pater puellæ C. de in offi-
69 cio teſta. nam qui ſentit commodum debet
ſentire incommodum l.ſecundum naturam
ff.de reg.iur.eſt etiam text. in auth. æqualitas
70 C. de pact.conuentio. vnde iam inter eos eſt
contracta ſocietas omnium bonorum per
hanc conſuetudinem l.alimenta §,fina. ff. de
alim.& ciba.legat. Caſſan. ſuper conſuetud.
Burg.rubr. 4. §. 9. In verbo le femme mariee
verſ.ſunt ergo fol.134.vbi dicit quod talis ſo-
cietas habet priuilegia ſocietatis expreſsè.
71 Nam vxor cum viro ſocietatem contrahere
poteſt Menoch.in conſil. 154. num.15. In 2.
volum.Imo.in l.rei iudicatæ §.ſocero ff.ſolu.
matrimo.Tiraquell.de retract.Lignag. §.20.
glo.vnica num.4. & dicam ſtatim cum ſocie
72 tas omnium bonorum tacitè,& expreſsè cō-
trahitur ſecundum Dec.in rub.c.qui teſta.fa-
cer.poſſ.num.17.& eſt commun.opin.relata
per Villalob.in ſua Coll.commun. opinio.in
verbo Societas in primo volum. commun.
opin. num. 65. & Matthei iure conſultus in
verbo ſocietas in primo volum. commun.
opin.fol.336.& per Laut.Chirco.In concluſ.
41.num.3.Cent.4. volum. 2. commun.opin.
fol.60. Imo inter coniuges poteſt melius cō
trahi ſocietas quàm inter extraneos vt dicit
benedictus in repeti.c.Raynutius in verbo,&
vxoris nomine num.281.de teſtament. vnde
in iſta ſocietate omnium bonorum tria con
currere debent primo communio omnium
bonorum,& earum promiſſiua poſſeſſio ſe-
cundo lucrorum ex quacumque parte ac dā
norum,& onerum communioneni 3.de ſu-
per lucratis inter eos rationem non reddere
ita Bart. ſcripſit in l.ſi patruus C. com. vtriuſ.
Iud.Anchar.conſi.302.Rom.conſi.291.Cra-
uett.in conſil.286.Cœphal. conſi.340. num.
12.volum.3.& conſil.243.nu.13.vol.2. com.
dicit Menoch. in conſil. 12.volum. primo ,
quomodo autem debita dictæ ſocietatis ſol-
ui debeant dicam infra in conſuet.vnica titu.
25. & hoc ſtatutum etiam minores ligat vt
dixi ſupra in prohemio q.8.Imol. in d.conſi.
73 ſuo.ſi ſocij animarum,& corporum ergo bo
norum , & dicuntur vir , & vxor vnum cor-
pus,& vna anima Roland.in conſ.primo nu.
107.vol.primo dicitur expreſsè in cap.ad mo
74 nere 33.quæſt.2.& dicuntur ſocij diuinæ, &
humanæ domus l.aduerſus C.de crim.expil.
hæred.Menoch.in conſil. 122.nu.13. volu.2.
Neuizan.in Silua ſua nupti. In verbo eſt nu-
75 bendum : Nam in generatione concurſus
vtriuſque requiritur Duen. in regul.187. vo-
lum.2.& multa de vnione,& amicitia viri &
vxoris,& matrimonij dicit, Neuizan. in d.Sil
ua nupt.In verbo eſt nubendum num. 99.&
76 nu.106.& ſeq.& amicitia viri,& vxoris om-
nes ante cedit quia ſunt vnum corpus,& vna
Caro.Tiraqu. in l.ſi vnquam in verbo liberi
num.108.de reuocat.donat.& quidam dicūt
quod non valet vt ſocietas ſed vt donatio in
ter virum, & vxorem quæ de iure non tenet
licet morte confirmetur l. cum hic ſtatus §.
ſed & ſi inter virum , & vxorem ff. de donat.
inter vir,& vxor: vel iuramento vt dicit Cla.
in §.donatio.q. 5. ergo odioſa eſt ſecundum
Bald.in l.cunctos populos ff. de Iuſtit. & iur.
ſed non placet opinio hæc per ſupradicta , &
maximè quia conſuetudo noſtra dicit volen
tibus viro, & vxore, & filijs diuidere ergo in
vita communicantur,& tripartiūtur & quia
expreſsè dicit quòd communicantur bona
77 natis filijs ex ipſo matrimonio,& vxor vti ſo
cia viro operari tenetur, & eo mortuo hæ-
redibus eius ſi alimenta præſtant Duen. in
regul.99. in 2.vol.dixi in conſuet.vnica infra
tit. 15.Et veritas eſt quod inter ſe eſt contra
cta ſocietas vt dicunt communiter noſtrates,
& Doctor.ſupra citati,& Imol.In quoddam
ſuo conſil. quod facit in inſula Militenſi , &
78 ideo omnia bona venient communicanda à
quacumque parte peruenlant refert cōmu.
opin.Laur.Chirco.in concluſ.42.Centu.4.in
79 2.volum.commun. opinio.& an donatio in-
ter virum,& vxorem veniat communicanda
& an legatum , & fideicommiſſum vid. Caſ-
ſan.ſuper conſuet.Burg.in rubr.4. §.2.in ver-
bo le femme mariee.In verſ. quid veniāt nu.
133. In conſuetudine noſtra dic quod com-
municantur per illud verbum in text. poſitū
à quacumque parte nam ibi Caſſan. loqui-
tur de conſuetudine quæ quæſtum commu-
nicare vult.

80 ET hæc conſuetudo noſtra procedit quā
do matrimonium eſt contractum ſecun
dum conſuetudinem hanc vel Regni vel ſim
pliciter quia tunc ſecundum regionis con-
ſuetudinum contractum intelligitur not. in
cap.de Francia de ſponſal.& matrimon. vbi
Abb. & alij Antoni Platamon. in quondam
ſuo conſilio viro impreſſo.dummodo quòd
non ſit inter magnates contractum quia a
communiter accidentibus ſecundum iura
communia contrahunt à quo licitum eſt ar-
guere.l.certi conditio §.5.nummos ff.ſi cere.
peta.l.certi iuris C.de Iudi. Hyppol.ſingul.1.
& Euerard. in loco à communiter acciden-
tibus imo tale matrimonium nobilium non
poteſt

poteſt per teſtes probari ſed tantum per ſcri-
pturam docuit Bal. in rubr. de reſcrip. num. 2.
qui ad hoc citat text. in auth. maximi C. de in
di. Marſil. in rubr. de probat. num. 22. Ioſeph
Maſcar. in tracta. probatio. in concluſ. 1019.
in verbo matrimonium volum. 2. vnde in eis
non proceditur hæc conſuet. nec quando ſe-
cundum iura communia, & vt vulgo dicitur
alla græca fit quia tunc non procedit noſtra
conſuetudo ſed iura communia & matrimo
nium intelligitur legitimum quando eſt ſe-
cundum iura Romanæ Eccleſiæ contractũ
vt dicit Imol. in dicto ſuo conſil. ſuper cõſue-
81 tudine iſta, & matrimonium eſt magnum Sa
cramentum, & primum à Deo in Paradiſo
terreſtri inſtitutum vt in Geneſi. capit. 2. di-
82 cit, Alex. in conſ. 56. volum. 4. & ante pecca-
tum. alia vero ſacramenta poſt peccatum.
Item omnes gentes vtuntur eo ſecundum
Abb. in cap. fin In 2. colu de frigid. & maleſi.
83 Barba. In conſil. 27. volum. primo, & ex eo
tres fines, & effectus, & maximi fructus ve-
niunt. Primus finis eſt quia ex eo homo ge-
neratur vt in auth. de nup. in princ. & l. prima
ff. ſolut. matrimonij Franciſ. de Curt. in conſi.
9. & in conſil. 35. & multa in laudem matri-
monij dicit Lucas de penn. in l. mulieres col.
5. & vid. c. de incolis libr. x. Neuizan. in Silu.
nupt. in verbo eſt nubendum, & in verbo te-
pi non eſt nubendum num. 9. Caſſan. rubr. 4.
fol. 125.

SECVNDVS effectus eſt ſupplemen-
tum, & ſubſidium humanæ naturæ ſicut
in Geneſ. cap. 2. vbi dicitur non eſt bonũ ho-
minem eſſe ſolum, & ſic vt liberi creſcentur
ibi creſcite, & multiplicamini l. prima ff. ſo-
lut. matrim.

TERTIVS finis eſt vt euitetur malicia
carnis vt Apoſtolus ad Corinth. capi. 7.
dicit, & matrimoniũ hic accipitur pro coniũ
ctione corporali ibi procreatis quomodo au
tem accipiatur matrimonium de iure vide
Caſſan. in conſue. Burg. rubr. 4. §. In verbo le
femme mariee in veri nec vult. nu. 28. fol.
84 Abb. in conſ. 1. num. 4. volum. 1. & matrimo
nium de iure ciuili debet fieri, & contrahi pa
ri vt dicit Barb. in conſi. 6. vnde non eſt bonũ
quod domina nubeat ſuo ſeruitori, & affini
latè de hoc per Neuizan. in Silua nupt. in ver-
85 bo nube pati, & dic vt ibi ſed de iure Sacroſã
cti Conſilij Tridentini ſtatus religioſorũ, &
celibatus, & virginum melior eſt, & matri-
monium cum ſit quid facti non præſumitur
niſi probetur ita ſcripſere Bart. in conſil. 42.
lib. 1. Corne. in conſi. 68. num. 13. lib. 5. Alex.
in conſi. 150. num. 1. & in conſi. 154 nu. 2. lib.
6. Dec. in l. ſi emancipati num. 3. C. de Colla.
vbi dixi, & in conſi. 1310. Pau. In conſi. 59. &
in conſi. 61. lib. 4. Socc Iuni. in conſi. 86. nu. 5.
Menoch in conſi 199. nu. 2. lib. 2. & in tracta.
præſump. lib. 3. præſump. 1. in princ. & quo-
86 modo probetur matrimonium vid. Alex in
conſi. 150. num. 10. vol. 5. vid. Pariſ. in conſil.
13. nu. 18. cum ſeq volu. 2. & in conſil. 15. nu.
33. & 34. eodem volu. & probatur per duos
teſtes etiam fœminas vt dicit Roland. A uall.
in conſi. 93. num. 4. volu. 3. licet non probetur
per anuli apportationem, per famam, & co-
habitatiouem eſt com. opin. relata per Socc.
in conſil. 39. & aliàs tamen, probatur matri-
monium magnatum vt dixi vide nouiſſimè
latè, & pulchrè per Ioſeph Maſcard. in tract.
probatio, in concluſ. 1019 & ſeq. vol. 1. Quo-
87 modo contrahatur, & per quæ verba, & quo
modo præſumatur vid. Bello. in conſi. 88. Pa
riſ. In conſi. 55. nu. 14 volum. 4. latè per Me-
noch. in tracta. de præſumptio. lib. 3 de præ-
ſump. prima, & an poſſunt verba ex poſt fa-
cto interuenire, & an ad literas contrahatur
vide ibi, & in conſuetud. vnic. in titul. 15. Sed
88 quæro an procedat hæc noſtra conſuetudo
in matrimonio putatiuo pura quia fuit con-
tractum publicè, & bona fide ſaltem ex par-
te vnius tantum poſtea fuit repertum quod
non potuit contrahi vel propter conſangui-
nitatem affinitatem vel aliud impedimentũ
& ex eo matrimonio fuerint nati filii an bo-
89 na debeant confundi, & tripartiri modo quo
in textu noſtro dicitur, & videtur quod ſic
per ea quæ dicit Abb. in cap. 2 num. 3. extrà
de don. Ant. vir. & vxorem, ſequitur Barb. In
cap. iurauit de probat. & in cap. ex literis de
pigno. Io. Lupp. in reper. rubr. de donat. int.
vir. & vxor §. 36. verſi. amplia tertio prædicta
Ruyn. in conſi. 100. volum. 3. Caſſan. conſ. 49.
facit l. 2. C. de poſt. hære. inſtitue. ad eo quod
matrimonio præpicto putatiuo ſeparato bo-
na venirent diuidenda ſecundum Abb. in d.
c. 2. de do. int. vir. & vxor. Tiraq. latè in tracta.
dell. connu. gloſſ. 8. nnme. 270 & facit quia
90 filij ex tali matrimonio nati dicuntur: & ve-
rè legitimi dummodo quod matrimonium
non ſit clam deſtine contractum vt dicit Ro
land. in conſi. 93. nu. 21. volum. 3. & ideo tam
quam filij ſuccedunt quia legitimi dicuntur
91 vt dicit Rip. In reſponſo 217. Sed dic quòd in
noſtra conſuetudine hæc non procedant cũ
ſtatutum noſtrum loquatur de matrimonio
quod debet de vero; & ſic non ficto intelligi
per l. quidquid abſtringenda ff. de verb. obli.
Sed matrimonium putatiuum non dicitur
verum propter impedimentum præcedens
vt dicit Roland. in d. conſil. 93. num. 21. volu.
3. ad hoc ergo vt habeat locum hoc ſtatutũ
requiritur quod filij ſint nati ex vero matri-
monio, & dicit Io. de Imol. in conſil. ſequ. in
prin.

princip. Alex. in conſil. 207. nu. 14. volu. 6. &
adduco eumdem Roland. in d. tract. de lucr.
dot. in q. 97. nub. vbi magis communem opi
92 nionem Doctor. eſſe dicit quod ſtatutum de
lucro dotis non habet locum in matrimo-
nio putatiuo & imperfecto vbi comprobat
ſeptem medijs, & maximè per ea quæ dicit
in vltima comprobatione nu. 13. & tenendo
hanc partem poterit reſponderi ad aducta
pro prima parte affirmatiua quod procedunt
fauore filiorum quo ad legitimationem vt
poſſunt ſuccedere, de iure in bonis patris vt
euitetur illegitimatio filiorum quod eſt fa-
93 uore reipublicæ quia rei publicæ intereſt re-
pleri liberis, & legitimis hominibus vt dicũt
Rip. & Moder. in l. prima ff. ſolut. matrimon.
Cum tanta contra baſtardos iura exclamant
vt in cap. ſi gens. Anglorum diſtinct. 56. &
per Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 8. §. 3. In ver
bo le baſtard. ou. baſtard. & non obſtat dictũ
Abb. quoniam contra eum in mareria ſtatu-
ti eſt magis commu. opin. relata per Roland.
in d. q. 97. maximè quia in caſu noſtro poterit
tractari de præiudicio vxoris cum tractatur
de diuidendo eius dotem, & tertiam aſſignã
dam filijs: vnde debet fieri interpettatio in fa
uorem mulieris, & eius dotis, & reipublicæ
cum reipublicæ intereſt dotatas eſſe fœmi-
nas l. 1. ff. ſolut. matrim. cum multis congeſtis
per Iaſ. & Rip. ibi licet quando filij ex matri-
monio naſcuntur non debet conqueri vt ſu-
95 pra dixi ſicut dicitur quod dos putatiua ha-
bet priuilegia dotis fauore ipſius mulieris, &
non in eius odium vt dicit Roland. in quæſt.
96 97. nu. 19. & tali caſu filius præſumitur natus
ex matrimonio Roland. in conſil. 49. nu. 27.
& latius in conſ. 11. nu. 3. & 4. in 4. volum. vbi
multiplicetur ampliat Duen. in regul. 344.
vol. primo incipi. filius natus vbi ampliat etiã
ſi in mortis articulo ſi mater dicat quod fuit
inceſtuoſus vel adulterinus refert com. Soa-
rez in ſua Coll. commuu. opinio. in verbo fi-
lius num. 182. nam filij ob bonam fidem pa-
rentum legitimi iudicantur cap. 2. vbi Abb.
extra qui filij ſint legitimi, & eſt commu. opi
nio. quam refert Porc. ponendo regulam cũ
tribus ampliationibus, & quatuor limitat. In
concluſ. 39. lib. 4. vid. eumdem Porc. in con-
cluſ. 18. libr. primo vid. tamen pro ſupradicta
quæſtione Tiraq. de ll. conmo. gloſſ. 8. quæſt.
97 37. nu. 234. & an hoc ſtatutum procedat in fi
lijs legitimatis per ſubſequens matrimoniũ,
& natis in cõcubinato videtur quod ſic quia
verè filij legitimi ſunt, & ſui. Barto. in l. is qui
pro emptore ff. de vſu cap. Iaſo. in l. vnica C.
quando non peten. part. pet. accre. vbi dicit
quod habeur iura ſuitatis Raman. in l. neceſſa
rijs ff. de acquir. hæred. & dicuntur verè legiti
mi Caſſan. ſuper Conſuet. Burg. rubr. 8. §. 3. In
verbo le baſtard. out. baſtarde verſ. primo
enim fol. 287. quia matrimonium verum fuit
inter coniuges, & dicuntur verè legitimi ex
matrimonio nati, ſed conſidera quia non fue
runt procreati ex matrimonio iugalium vt
dicit ex noſter nec in matrimonio legitimo
vt noſtrates intelligunt eum ſed nati fuerunt
in concubinatu vnde ſuccedit doctrina bru-
ni quòd ſtan. maſ. in 12. arti. 4. q. verbo tertio
limitatur Roland. in conſi. 200. num. 32. vol.
2. qui dicit pro non diuiditur ex legitimo ma
trimonio nati vide quæ dixi infra eod. num.
160. & in hoc ſtatutum loquens de filijs com
prehendat, & legitimatos vid. com. & magis
commu. opinio. relatas per Villalob: In ver-
bo ſtatutum nume. 122. Et an procedat hæc
conſuetudo in filijs natis ex matrimonio
metu contractu uel clam deſtino dicam in-
fra eod.

NOTO ſecundo quod volentibus uiro,
& uxore diuidere filijs maioribus xviij.
annis uel minoribus dato curatore bona tri-
98 partiuntur ut in ea, & ſic uocantur filij maio
res ſi ſunt in 18. anno. in tantum quod non in
digent curatore, & idem eſt ex forma Conſt.
Regni minorum iura de reſtit. minor. & per
cap. Regni Caroli 22. & cap. 78. de iure aut&
dicuntur in 25. anno. ut in titulo de mino. ff.
& dicam in conſuet. unica infra tit. 20. ſub ru
bri. quò caſu filius efficitur ſui iuris, & mino-
99 ribus uerè filijs pro tali diuiſione facienda da
tur curator legitimus ut dicit text. noſter &
100 bene. nam alias diuiſio eſſet nulla cum actus
cum minore facti ſine curatore ſint nulli l.
clarum C. de autho. præſte. & ibi Doctor. ſi-
cut nec iuditium ualet ut dicit Vant. In tract.
de nullitate proceſſ. In tit. de null. & ex defe-
ctu Iud. nu. 28. & eſt cap. Regni Regis Caroli
78. per quod diſponitur quod minores con-
trahere non poſſunt etiam cum iuramento
ſine Curatoris uel Iudicis authoritate aliàs
ſunt ipſo iure nulli contractus, & Notarij pu
niuntur nec pater in re, propia authoritatem
interponere poteſt §. ſi inter inſtitu. de auth.
tutor. l. unica C. ne quis in ſua cauſa, & arg. l.
omnibus. C. de teſtibus.

IN textu ibi uolentibus diuidere quæro
101 an in iſta diuiſione ſint citandi creditores
102 uidetur quod ſic. quia in omni actu requiri-
tur citatio partis l. de unoquoque ff. de Iud. l.
nam ita Diuus ff. de adopt. l. ſi quando C. de
teſti. cap. olim de teſti. clementi. paſtoralis de
re iudic. C. Eccleſia Sanctæ Mariæ in fin. de
conſtitution. capit. 5. de cauſa poſſ. & pro-
prieta. Incontrarium eſt ueritas quod imo
non requiratur citatio creditorum: Nam
hæc diuiſio non eſt actus præiudicialis ſed
poſt

eſt quoddam præambulum ad agendum vt ſciant quanta ſit, portio eorũ bonorum, & iam dicitur incõſuetudine quod ſit deducto ære alieno remanentibus parentibus obligatis ſicut in ſimili dicitur in mittendo hæredẽ in poſſeſſionẽ nullo citato creditore de quo vide allegata per Alex. in l. fin. C. de ædi. Diui:
103 Adria. toll. Idem in abſolutione a iuramẽto per quam non naſcitur ſtatim reſciſſio contractus ſed tantum habilitatur abſolutus ad agendum, & ideo non eſt neceſſaria citatio creditoris quia eſt quoddam præambulum ad agendum ſecundum Anton. de Butr. & Docto. in cap. creditores extra de iur. iurand. & in cap. tuos de vſur. Afflictus in deciſ. 220. nume. 10. vbi refert magis communem opinionem non eſſe neceſſariam citationem in abſolutione à iuramento quicquid dicat Vrſill. Ibi nume. 11. Idem tenet Roland. Auall. in conſil. 59. in eta. num. 28. volum. primo & in conſil. 14. volum. primo vbi commu. dicit, & in conſil. 13. nume. 38. eod. volum. refert commu. Villalob: in ſua Coll. commu. opin. In verbo citatio nume. 45. dicit etiam Curtius Iun. in conſi. 152. & ita in noſtra magna, Epiſcopali Curia ſeruatur, & in curia Tholeſana. & eſt commu. Practica, & magis com. opinio. quam refert idem Roland. Aualle in conſil. 2. num. 6. volum. 2. & Ioſeph. Ludou.
104 In deciſio. 18. num. 2. & 3. lib. 1. & tunc iudex eccleſiaſticus cognoſcit de ſimulatione con tractus eſt commu. opinio. relata per Viui. in
105 opinio. 158. volum. 1. ſecus ſi petitur abſolutio ad effectum reſcindendi contractũ ex toto quia citatio requiritur Villalob: in verbo citatio nu. 45. Roland. in d. conſil. 2. nu. 6. & quod quando non inferatur præiudiciũ non citato non requiratur citatio, & actus nõ eſt nullus dicit Bald. in l. ab eo C. quomodo, & quando, vul. inuo. in c. humilis de maiori. & obedi. Alex. in conſi. 86. volu. 2. Oldr. in conſ. 299. Hyppo. de Marſi. ſig. nu. 30.

106 ALIA vero eſt ratio quare non requiritur citatio creditorum in tali diuiſione facienda quia creditores ſi citati eſſent non poſſent contradicere per omnia ſupra allegata ergo citatio non requiritur. Ita dicit Paul. de Caſtro. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & Abb. in cap. cum contingat de iur. iurand. In add. extra Hyppol. in d. ſingul. 30. Afflict. in deciſio. 178. in quinto dubio, & Vant. in tracta. de nullit. proceſſus in titu. de nullitate ex ſect. citatio num. 20. & in titulo, quibus modis ſententi. nulli. repu. poſt nume. 107. Natt. in conſil. 173. nume. 10. volum. primo Gramma. deciſ. 36. nume. 71. Ioſeph. Ludou. in deciſ. 17. nume. 11. part. prima refert commun: opin. Soarez. In ſua Coll. commu. opinio. In verbo citatio nu. 60. non obſtat l. de vnoquoque, & alia iura ſupra citata. Quoniam non procedunt in caſu noſtro, ex omnibus ſupra dictis, & ad plenum eſt videre de ea per porc. in concl. 43. lib. 1. fallent. nu. 9.

107 SED quid ſi iſti vir, & vxor ſint debitores inſolidum obligati an eorum diuiſio noceat creditoribus vide allegata per Bertach. in tracta. Gabell. & par. principal. quæſt. 4. facit totus titulus res inter alios acta C. facit l. non debet ff. de regul. iur. facit quod dicit Afflictus in ſimili in deciſione 183. incipien. videtur ubi dicit quod non, & concludo quod creditoribus non ſit præiudicium in ſua obligatione quia alteri per alterũ non debet iniqua conditio inferri l. non debet de reg. iur. l. ius noſtrum ff. eo. & res inter alios acta non præiudicat toto tit. res inter alios acta. C.

108 SED quæro an licentia Iudicis requiratur in iſta diuiſione ſcribentes antiqui hic dicunt quod noſtra conſuetudo hoc videtur dicere dum dicit: dato ad hunc actum legitimo curatore, & ſe remittũt ad ea quæ dicunt Doctor. in l. ſolent ff. de alime. & ciba. legat.

TV dicas quod quando filij eſſent minores 18. annis debet eis dari curator ad diuiſionem vt legitime fiat vt dicit noſtra conſuetudo, & tunc requiritur Iudicis licentia cum diuiſio ſit alienationis ſpecies vt dixi infra in conſuetudin. ſequent. & bona minorum non poſſunt alienari. l. magis puto. §. ne paſſim ff. de rebus eorum. quando vero ſunt maiores, & tunc non requiritur nam ſatis datur modus diuidendi in noſtra conſuetudine.

109 SED an pater qui obligatus eſſet nomine totius ſocietatis poſſit tantumdem de tota ſubſtantia communi ſibi retinere, & deducere: an vero ſufficit quod indemnis præſtetur ab vxore, & à filijs: dic quod ſi debitũ eſt ſub conditione vel in diem, & tunc ſufficit quod indemnitatis cautio præſtetur: aut ſtatim debetur: vel eſſet condemnatus vel teneretur uigore inſtrumenti guarrentigiati vel actus habentis exequutionem paratũ: vel eſſet ve proximo condemnandus, & tũc põt ſibi deducere ita eſt tex. in l. omne æs, & l. ſeq. ff. pro Soc. Iaſo. in l. frater à fratre num. 20. in repet. ff. de cond. indeb. comm. dicit Cagnol. in d. l. frater à fratre nume. 95. qui licet teneat contra indebito puro ſint inſtrumento guarrentigiato. Tamen eſt contra text. in l. ſi ſocij ſumus ibi quemadmodum ſi præſens quod ego publice tenui in d. l. frater a fratre contra Cagno. per d. text. cui ipſe non re-

ſponder ibi quemadmodum ſi præſens. Et confirmo quia male peteretur ,quod reſtitui deberet l. dolo facis de regul. Iur.Item quia circuitus ſunt euitandi Doctor.in rubric. ſolut. matrimonio. Nec obſtat commodum inter vſuriorum vt ibi ipſe dicit quoniam,nō habetur in conſideratione quia præſens debetur : iniudicando tamen a communi non eſt recedendum.

110 PRAETEREA quæro an ſi vir aſſignet filijs eorum tertiam, an præiudicat vxori: vide Caſſan.ſuper conſuet.Burgu.in rubr. 4. §. 9. In verbo femme mariee in verſicul.
111 Sed quid erit nunc. 5. & aduerte quod iſta diuiſio fit ſi voluerint parentes , & mater aliàs, filij non poſſent eos cogere ad diuidendum , & ſic non poſſunt tertiam ſuam habere inuitis parentibus , & ita etiam dictat con ſuetud. Meſſanenſis capitulo tertio dictans vtroque parente viuente filius etiam factus maior de bonis communibus portionem
112 petere non poteſt : nam illi ablatiui abſoluti : volentibus viro, & vxore important conditionem vt dicit text. in l. à teſtatore ff. de cond. & demonſtr. Iaſon. in repetit. rubric.ff ſolut.matrimon.Roland.in conſil.90. nume. 10. & conſil. 65. numè. 26. & 23. volum. 3. & conſil. 30. nume. 12.volum.4. Parit. in conſil. 81. nume.7.& conſil.97. nume. 86. In primo volum. & in verſic. 9. numero 60 & conſil 12. & conſil. 22. nume. 90. volum.2.& conſil. 34. nume.6. volum.3. & patet in conſuetudine prima infra titul. 19. vbi mortua matre , filij habent ſuam tertiam ergo non ante ad iſtar legitimæ quæ peti non poteſt inuito patre eo viuente vt infra ſtatim dicam in materia legitimæ ſi enim legitimam filius petere non poteſt inuito patre vt infra dicam in materia legitimæ : &
113 cum ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius loco ſubrogatur . §. fuerat. inſtitution. de action. cum ſimilibus ergo . Item in eo quod loco legitimæ eſt vt infra dicam, & tenet expreſſè Imol. in d. ſuo conſil. licet ius quod habeant ad illud tranſmittant vt ibi in fine dicit, & patet etiam in fine noſtræ conſuet. dum dicitur quod parentes in vita eorū poſſunt facere velle eorum de bonis communibus inuitis filijs.

114 NOTO tertio quod diuiſio fit in tres partes vna datur matri altera patri reliqua filijs procreatis , & alio modo fit diuiſio de iure vt in authen. nouiſſima C. de inoffic. teſtamen. & in authen. ſi qua mulier C. de ſacro.ſanc. eccleſ. & infra dicam in materia legitimæ,nam non data hac conſuetudine dos præcipua remaneret morte viri matrimonio ſoluto pro vxore l. 2. ff. ſolut. mattim li-
115 cet in vita habeat vir dominium , & adminiſtrationem l. dote ancillam, C. de rei vend.c. cum ſimil. vbi Doctores.

116 QVAERO an vxor poſſit diei domina, & poſſeditrix ſuæ partis ſubſtantiæ tertiæ ſtatuariæ natis filijs licèt adhuc non fuerit facta diuiſio nec habeat adminiſtrationem dic quod ſic ita dicit Imol. in ſuo conſilio quod fecit in Inſula Melitenſi Doctor. in l. prima titul. ſecundo. ff. pro ſocio Iaſon. in l. ſi ſocius ff. ſi cert. petat. qui dicit quod hoc procedit in quæſitis tempore prædictæ ſocietatis ſecus de quæſitis poſt. Alexan. in l. 3. §. Incertam ff. de acquirend. poſſeſſ. vide eumdem Alexan. in l. poſſideri. §. ex pluribus
117 num. ff. de acquiren. poſſeſſ. nam dominiū. Cum titulo vniuerſali transfertur abſq; traditione l. ſi ager vbi Bartol §. de rei vendit. & Bartol. in l. traditionibus. C. de pactis nume.
118 5. & quod dominium , & poſſeſſio in Societate omnium bonorum transferatur in ſocium ſine apprahenſione dicit text. in l. ſecunda, & ibi gloſſ. ff. pro ſocio, & vide ibi dictam gloſam.

119 ET quid de vxore cui bona ſunt donata per virum,& tradita an dicatur poſſidere, & ei competat interdictum vnde vi text. in l. prima §. deijcitur ff. de vi, & vi armor. dicit quod ſic vbi Docto. vid. per Iaſon. in l. prima
120 §. ſi vir ff. de acquir. poſſeſſ. & quis dicatur de iure poſſidere vir vel vxor vide Alex. in l. poſſideri §. ex contrario, & in l. Pomponius §. in dotem, & in l. qui iure familiaritatis ff. de acquirend. poſſeſſ. Paul. de Caſtro in conſil.
121 106. In antiquis,& vxor dicitur poſſidere bona mariti iure familiaritatis vt dicit dicta leg. iur. familiaritatis Roland. In conſil. 77. nume. 26. volum. primo licet ſine authoritate Iudicis poſſit propria authoritate poſſeſſionem capere virtute pacti ſoluto matrimo
122 nio, & habet ius retentionis Ludouicus in decil. 61. volum. ſecundo, & dixi in conſuet. vnic. titul. 14. vt dicit Domin. Cumi. in capitu. Ritus 40. Incipien. in caſu autem ſpolij num. 302.

123 NOTA quarto ex tex. ibi reliqua tertia filio vel filijs quod hæc portio ſtatutaria ſuccedit in locum integræ legitimæ filiorum vt dicit Bald in l. maximum vitium nu. 13. Co. de liber. præteritis dicit conſuet. 1. Incipie. parte vero infra tit. 8. vbi vocatur debita iure naturæ,& in conſuet. vnic. infra tit. 19. incipiē. mortua matre in fine Abb in conſil.
124 63. volum. 1. & iam ſtatuta ſunt cōdita a peritis qui hoc conſiderauerunt vt dicit Bald, in

cap.

125 capit. primo de vſib. feud. & de hac tertia ar-
guitur ad legitimam vt not. in l. prima. C.
de indic. vidu. tollen. de iure vero commu-
ni legitima debetur filijs ex ſubſtantia pa-
tris non autem in pecunia numerata l. cum
ſcimus. §. repletione, l. de inoffici. teſta-
126 ment. vbi Doctor. communiter, & ideo fru-
ctus non augent legitimam quicquid erat de
Iure Canonico ſecundum Angel. in l. Papi-
nianus §. vt ſi quis in principio ff. de inoffic.
teſtamen. communem dicit Viui. in opinio.
133. Incip. filij libr. 1. vide Iaſo. in autho. no-
uiſſima C. de inoffic. teſtamen. & debetur
de iure naturali l. cum ratio ff. de bon. dan-
na. commu. dicit Pieus: In repet. l. in quar-
127 tam nume. 117. ff. ad l. Falcid. & legitima eſt
quota bonorum, & non hæreditatis l. Papi-
nianus §. 4. ff. de inoffic. teſtam. refert com-
mun. opinio. Villalob: In ſua Collett. com-
mun. opinio. In verbo legitima nume. 56.
Viui. In opinio. 199. primo lib. magis com-
mun. dicit Alexan. In l. omnibus §. ſi patro-
nus nume. 2. ff. ad Trebellia. Michael Graſſ.
in § legitima quæſtio. 1. num. 2. hinc eſt quod
non dicitur filius ſuccedere in legitima ſola
vt per Alexan. in l. quia poterat nume. 10. ff.
ad Trebellia. Iaſo. in l. vnde parens C. de in-
offic. teſtamen. & infra dicam Afflict. deci-
128 ſio. 162. nume. 3. & legitima debetur filijs
ſecundum æſtimationem bonorum quæ
fuerunt tempore mortis patris l. cum quæ-
ritur ff. de inoffic. teſtamen. Ita Dec. in con-
ſil. 616. Alexan. in conſil. 132. nu. 6. volum.
4. Caſſan. ſuper conſuetud. Burg. rubr. 7. §.
2. In verbo ou nepeult in verſiculo nota er-
go fol. 230. eſt commun. opinio relata per
Lauren. Chirco. In concluſ. 18. num. 4. Cen.
131. volum. 2. commun. opinio. fol. 40. & tem
129 pore aſſignationis vnde ſi bona fuerunt au-
cta non refert nec poſſunt filij ſupplimen-
tum petere. Ita Alexan. in conſil. 181. nu-
me. 1. volum. quinto, & ibi nume. 4. dicit
130 hoc procedere ſi non iuraſſent plus non pe-
tere, & ſic etiam ſine iuramento filius re-
nuntiaſſet legitimæ, & eſt commun. opi-
nio. relata per Boer. In deciſio. 62. nume.
14. & in conſil. 180. nume. ſecundo eodem
131 volum. vbi ponit cautelam vt pater in te-
ſtamento relinquat aliquid puta nummum
& dicat volo quod ſis contentus de eo quod
dedi in vita, & ratio eſt quia pater fingi-
tur tunc mortuus. Ita Curt Senio. conſil.
final. nume. 3. vbi commun. dicit: Sed Soa-
rez in ſua Colle. commun. opinio. In ver-
bo legitima nume. 73. & ſequen. vbi refert
communem dicit quod tunc procedit quan
do filius iuramento renunciaſſet legitimæ
& eſt magis commun. opinio. relata per
Viui. In opinion. 200. libro primo vide tu
Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis num. 38. de
conſtitut. & in ea filij inſtitui debent §. aliud
quoq; cap. in auth. vt cum de appelli cogno.
l. dico. 3. infra eo. nu. 146.

132 QVAERO circa hanc materiam quan-
ta ſit legitima filiorum de iure commu
ni, & quomodo intelligatur illud quod eſt
tertia illius quod quis habiturus eſſet ab in-
teſtato iuxta auth. nouiſſima C. de inoffic. te
ſtament. & dicit Afflictus in deciſ. 162. vide
Ioan. Cora. In repet. leg. filium quem ha-
bentem nume. 178. C. famili erciſc. & quid
quando ſunt quinque filij, & quid quando
ſunt plures vide Salycet. & Doctor. in d. au-
the. nouiſſima C. de inoffic. teſtamen. Bald.
in conſil. 94. nume. 2. in 2. volum & Ro-
land. in conſil. 19. volum. 3. & quanta ſit
legitima quando filius eſt vnus Cuman. in
conſi. 35. vbi dicit eſſe tertiam totius hæredi-
tatis vide Alexan. in conſil. 197. nu. 5. volu. 6.
& quanta ſit quando eſt vnus filius, & quan-
do tres & quando quatuor dicit Dec. in con
ſil. 99. In principio Ruyn. in conſil. 194. in fi-
ne lib. 2. Paul. Caſtr. in conſil. 51. volum.
primo Dec. in conſil. 526. nume. 11. Alex.
in conſil. 168. nume. 3. volum. 7. Guglielm.
de Benedict. in conſi. 6. volum. primo, Pariſ.
in conſi. 30. num. 3. lib. 3. Paulus Caſtren. in
l. parentibus nume. 2. C. de inoffic. teſtamen
133 & an filij exhæredati vel incapaces compu-
tentur in numero filiorum in legitima vide
Iaſ. in auth. nouiſſima nu. 47. de inoffic. teſta.
nouiſſime per Michael Graſſ. in §. legitima q.
134 7. & quid quando filius eſt monacus ordinis
minorum vide Boſſ. in tit. de bono. publi. nu.
135 2. & ſeq. & an legata minuant legitimam dic
quod non etiam quod eſſent ad pias cauſas,
auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccl. nec li
bertates relictæ Doctor. in l. Papinianus §.
quarta ff. de inoffic. teſtam. commu. dicit Ti-
raquell. in d. l. ſi vnquam in verbo donatio-
ne largitus num. 330. & an legata pro reſtitu
tione male ablatorum, & exoneratione cō-
ſcientiæ dic quod ſic Socc. in repe. l. moribus
in pe. Collu. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. vid.
quæ dixi infra in conſue. vnic. tit. 7. & an legi-
136 tima debeatur ſuper iuribus, & actionibus vi
137 de Cran. in conſi. 109. vbi dicit quod ſic & ſu
per quibus rebus ſit aſſignanda legitima à
patre filio, & an in pecunia vide Menoch.
138 in libro primo de arbitr. Iudi. libr. 2. Cent.
2. caſu 163. & an filius poſſit vnam rem eli-
gere pro legitima, & commun. opinio. eſt
quod non poteſt propria authoritate ſed Iu-
dicis arbitrio fieri debet per notata per Dec.
in conſi. 186. nume. 9. volu. 2. refert, & ſequi-
Laurent. Chirco. In litera L. in concluſ. 17.
Cent. 2. in 2. volum. commu. opinio. fol. 40.

fuerit ei relictum ex teſtamento ſi clauſula vt
ibi per eum interuenerit.

IN contrarium eſt veritas quod imo legi-
timatio per reſcriptum debetur legitima
Iure naturæ. Sicut filio legitimo, & eius ſup-
plimentum ſine grauamine, & ad ſuos hære-
des tranſmittit. Ita per infinitas authoritates
concludit Roland. Auall. in conſi. 96. nu. 50.
& ſeq. volum. 3. vbi commu. dicit Pariſius in
conſi. 7. volum. 2. refert commun. Soarez in
verbo legitimatio nu. 101. & quod legitima-
148 to debeatur legitima. & detrahat Trebellia-
nicam com. dicit Matth. Iur. conſul. in Coll.
commu. opin. In verbo legitimatus in primo
volum. commun. opinio. fol. 328. Dec. in con
149 ſil. 257. & ſic legitimatio iſta operatur tam-
quam ſi nati eſſent legitimi veri ſecundum
Ruyn. In conſi. 161. col. 8. volum. 2. refert cō-
munem Clar: in §. teſtamentum quæſtione.
150 84. Sed propter ingratitudinem ea priuatur
eſt commu. opin. relata pèr Villalob: in ver-
bo filius num. 82. In primo volu. commun.
151 opinio. fol. 100. Et legitimatus per reſcri-
ptum excludit ſubſtitutum eſt magis, com.
opin. rela. per Iaſ. in l. generalitet §. cum autē
col. pe. C. de inſtitu. & ſubſtitu. idem, & quan
do per ſubſequens matrimonium legitima-
tis commu. dicit Ruy. in conſi. 163. nu. 6. vol.
3. Gabriell. in concluſ. 1. nu. 32. 33. circa de le-
gitimatur lib. 6. & ita ſeruat M. Curia, & facit
ſeruatum in cauſa illius de la Cominella cū
Hoſpitale Ciuitatis Meſſanæ, & per Conſi-
ſiſtorium me iudice confirmata ſententia in
152 1590. anno menſe Ianuarij vide Math. Iure.
cōſul. In loco prædicto, & legitimatione filij
naturalis vel ſpurij rumpitur teſtamentum
& idem ſi prætereatur vel exerhedetur com-
mu. Clar. in §. teſtamentum d. q. 84.

153 DE tertia vero noſtra aliter dicendum
eſt quia non dicuntur propriè nati filij
ex matrimonio. Ita dicit Socc. Iun. in conſil.
65. volum. 1. colum. penultim. Tiraquell.
in l. ſi vnquam nu. 160. C. de reuocan. donat.
nec bona fuerunt confuſa natiuitate filiorū
ex matrimonio, & ideo dico quod non debe
154 tur. Sed legitimatio non irritatur per natiui-
tatem filiorum commu. dicit Dec. in d. conſ.
155 576. nu. 5. & an legitimati ſuccedant in digni
tatibus vel emphiteoſis vide latè per Porc. In
concluſ. 37. lib. 2. & per Gabriel. in d. tit. de le-
156 gitimatione, & an cum legitimantur filij ſit
facienda mentio de filijs legitimis, & natura-
libus regula eſt quod ſic quæ ampliatur quin
que modis, & limitatur vndecim modis per
157 Porc. in conſi. 7. lib. 6. Gabriel in d. tit. de legi-
ti concluſ. 6. & an legitimatio facta poſt mor
tem patris retrahatur ad ſucceſſionem alijs,
medio tempore mortis patris ab inteſtato
quæſita vide Turzan. In opin. 166. incip. quæ-
ritur in primo volum. commun. opin. fol. 38.
158 & an in legitimatione requiratur citatio vide
Matth. Iur. Conſul. in Coll. commun. opinio.
In verbo legitimatus in primo vol. fol. 328.

159 QVOMODO autem fiat legitimatio
filiorum vide latè per Caſſan. ſuper con
ſuet. Burg. rub. 8. §. 5. in verbo des ſucceſſions
des baſtards in verbo Ludouicus, & ſeq fol.
290. & per Gabriel. in d. tit. de legitimatione
concluſ. 1. 2. 3. & 6. dicam infra in titulo de
crea. notario.

160 SED an legitima debeatur filijs legitima-
tis per ſubſequens matrimoniū dic quod
ſic quia dicuntur verè, & propriè filij nati ex
matrimonio ita per multa iura, & authorita
tem dicit Duen. in reg. 350. & maxime am-
pli. 1. Rip. in l. ſi vnquam nu. 86. C. de reuoc.
donat. refert com. Soarez in verbo legitima
in nu. 124. vbi dicit quod ad omnes iuris effe-
ctus dicuntur legitimi, & legitimis debetur
tertia vt dicit Roland. in conſi. 96. multo for-
tius, & legitimatis per ſubſequens matrimo-
nium, & de legitimatis per ſubſequens matri
monium vide Gabriell. In conſil. 21. incipie.
Sebaſtianus vbi cumulat multa de ſic legiti-
161 matis, & ideo debetur tertia iſta ſtatutaria
nam ſuccedunt ab inteſtato. nō tantum de iu
re ſed etiam in ſtatutis eſt com. opin. rela. per
Abb. in cap. tanta qui filij ſint legi. refert, & ſe
quitur Michael Graſſ. in §. ſucceſſio ab in te-
ſtam. quæſt. 19. nu. 6. quia propriè & verè filij
nati legitimi per ſubſequens matrimonium
dicuntur vt dicit Duen. in d. amplia. prima re
gul. 350. & ſuccedunt in feudis eſt com. opi.
relata per Clar. in §. feudum quæſtio. 82. per
Por. In concluſ. 86. libr. 4. vbi limitat multis
modis, & per Michael Graſſ. quæſtio. 10. cap.
5. lib. 2. in 2. volum. commu. opin. Imo legiti-
mati per ſubſequens matrimonium exclu-
dunt ſubſtitutum eſt magis commu. opin. re
lata per Iaſ. in l. generaliter in colu. pen. C. de
Inſtit. & ſubſtit. refert, & ſeq. etiam in legiti-
mato aliter, Porc. In concluſ. 38. lib. 4. vid. ta-
men per eundem Michael Graſſ. in quæſtio.
10. in cap. 5. lib. primo in 2. volum. commu.
162 opinio. fol. 170. & quid ſi priuilegium feudi
dictet pro te, & filijs de tuo corpore legiti-
me deſcendentibus an legitimati per ſub-
ſequens matrimonium ſuccedunt excluſo
legitimo magis commun. quid non refert
Menoch. conſi. 10. Rimi. conſi. 222. num. 68.
Ioſeph. Ludou. commu. opi. concluſ. 26. Ale
163 xan. conſi. 5. in 7. vol. & filius legitimatus per
ſubſequens matrimonium poteſt ad Sacros
ordines beneficia, & Epiſcopatus abſque de
ſpan-

ſpenſatione Summi Pontificis promoueri
Rip.in d.l.ſi unquam C.de reuoc. dona.com
muu.dicit Michael Graſſ. in quæſtio.1. capit.
165 5.lib.1.in 2.volum.commun.opinio.ſol.170.
& an iſti filij legitimati per ſubſequens ma-
trimonium dicantur nati ex legitimo matri-
monio & quidem Roland. Auall. In conſil.
100.nu.32.in 2.volu.dicit quod non quòd in
telligit ibidem Roland. num.13. & 14. in di-
ſpoſitione hominis ſecus in diſpoſitione le
gis uel ſtatuti non contra ius commune,
item intellige procedere ſupradicta in filijs
non adulterinis idem Soarez in d. verbo legi
tima num.128. Duen.in d.regul.350. in 3. li-
mit.Idem Graſſ.in tract.ſucceſſ. ab inteſt.§.le
gitima quæſt.3.num.3. & quid quando alter
coniugum ignorabat impedimentum vide
166 Duen.in d.limit.3.Gabriel. in concluſio.2.in
tit.de legitimatione lib.6.matrimonium cō-
tractum in articulo mortis uel per decrepitū
167 & quid ſi fraus interuenit vide Gabriel. in d.
conſil.24. Neuiza. In Sil. nupt. In uerbo ſeni
non eſt nubendum refert commu. opin. Mi-
chael Graſſ.in q.7.cap.5.lib.2.in 2.uolu. com
mun.opin. vbi dicit quod filij naturales legi-
timantur per ſubſequens matrimoniū etiam
in articulo mortis vel à ſene decrepito con-
tractum, & idem Duen.in d.regul.350. in pri
ma limit.commu.in matrimonio in articulo
mortis contracto dicit Alex. in quæſt. ſi quis
poſthumos col.1. ff de lib. & poſthum. Ga-
briel.in concluſ.1.nu.18.in d.tit. de legitima
com etiam dicit. Idem Duen.in d.Regu.350.
limit.prima niſi talis legitimatio eſſet facta in
fraudem legatariorum uel fideicommiſſario
rum, & multa de legitimato per ſubſequens
168 matrimonium, & an tollat ius primogenito
refert commu.opin. Ibi Graſſ. quæſt.9. quod
non, & quomodo procedat legitimatio per
ſubſequens matrimonium, & cap. tanta qui
filij ſint legitimi, & in quibus caſibus locū ha
beat dictum C. tanta uide Port.in conclu.85.
lib.4. vbi latè, & Gabriel in d.tit.de legitima-
tione in d.conclu.1.& 2.& ſequen. lib.6. vbi
hanc regulam multis modis ampliat, & li-
mitat.

170 QVAERO an filio arrogato de iure
debeatur legitima dic quod ſic, & eſt
quarta pars l. Papinianus §. ſi quis impubes
ff. de inoffic. teſta. & quanta ſit iſta quarta vi-
de Ripa in l.ſi arrogator ff.de adopt. & d.§.ſi
quis impubes ff. de inoffic. teſta. vide omni-
no gloſſ.in §.cum autem impubes in uerbo.
Item inſtit.de adoption. & Doctor.ibi & Sil-
ueſt.num.17. ubi nu.16.In finem refert com-
munem quartam eſſe ſuæ partis, & non om-
nium bonorum, & ſic quartam tertiæ partis
ad iſtar naturalium, & ipſe poſtea contrariū
tenet aſſignando multas rationes, & in ſtatu-
171 to quod non veniant appellatione filiorum
dicit Tiraquell.in d.l.ſi vnquam nu 64. C.de
172 reuoca. donat. & an adoptiui filij veniant
vide latè per Tiraquell. in d. l. ſi vnquam in
verbo ſuſceperit liberos num.2.& ſeq.ꝗ dic
quod in noſtra conſuetudine non veniunt
quia non ſunt propriè filij, & veri ſed ficti, &
ſtatutum de veris filijs intelligi debet l.quic-
quid abſtringendæ.ff.de verbo.obliga, & ſta-
173 tutum noſtrum expreſsè requirit rationem
filiorum ex matrimonio vnde noſtra tertia
ſtatutaria filio arrogato non debetur.

174 ET an filijs putatiuis natis ex matrimonio
putatiuo debeatur legitima dic quod ſic
quia ſuccedunt, & dicuntur legitimi vt per
Rip.in reſpo.217.Roland.in conſil. 93.volu.
3. an autem tertia ſtatutaria, & per conſe-
quens an in eis habeat locum hoc ſtatutum
noſtrum vid.quæ. dixi ſupra eod. in verſ. ſed
quæro nu.88.

175 ITEM quæro an filijs naturalibus vel ſpu
rijs de iure debeatur legitima dic quod nō
ſecundum gloſſ.in l.penult.ff.de bonor.poſſ.
contr.tab. quam ſequuntur Alex. & Aret. In
locis prædictis, & per Rip. in d. l. ſi vnquam
nu.70. de reuoc. donat. Imo ſpurij per ſtatu-
176 tum non poſſunt ſuccedere, & tale ſtatutum
non valeret niſi quo ad alimenta eſt com-
mun. opin. relata per Villalob: In verbo fi-
177 lius nu.122. in ſuà Coll. com opin. Ita nec ne
pos ex filio ſpurio licet ſit ex matrimonio na
tus poteſt ſuccedere auo data legitima prole
nec aliquid ex teſtamento aui capere eſt cō-
munis opin. relata per eumdem Villalob: in
178 d. loco nu. 125. & tertia noſtra ſtatutaria in-
dubitanter etiam non debetur quia natis fi-
lijs ex matrimonio debetur dum dicit natis
ex matrimonio lugalium cum matrimoniū
179 debet eſſe legitimum, nam lex loquens de fi-
lijs non comprahendit ſpurios Rip. in d. l.ſi
vnquam num.66. C.de reuoc.donat.& de ali
mentis ſpurijs præſtandis, & naturalibus di-
cam infra in conſuet. vnic. titu.22. & Ripa in
d.l.ſi vnquam nu.68. dicit quod debentur de
iure tamen filij naturales nati ex concubina
ſoluta in domo maritali affectu detempta nō
datis deſcendentibus legitimis nec vxore ſuc
cedunt in duabus vncijs hæreditatis, & ſic in
ſexta parte, & ex teſtamento in totum.auth.
licet C.de natur.libe.Bal in tract. ſucc. ab in-
teſta.Ioſeph. Ludo.in deciſ.38.nu.23. in pri-
mo volu. 2. intellige quod filio naturali non
debetur legitima in bonis patris in bonis ve-
ro matris filio naturali debetur quia ſucce-
dit etiam cum legitimis Michael Graſſ. in §.
legitima q.3. nu.2.

180 ET an debeatur legitima filio foriudicato
vel bannito vt in ea ſuccedat Fiſcus, &
poſſit illam petere dic quod non. Ita Alex.
in conſi.25 num.15.lib.primo Ruyn.in conſi.
49.nume.4. volum.3. Curt.Iun.in conſi.182.
nu. 9.communem dicit Viuius in opin.199.
lib.primo in primo volum. commun. opin.
fol.242.Clar.in §.finali in practic. crimina. q.
181 86.vbi an Fiſcus poſſit ſuccedere in profecte-
cijs, & aduenientijs vid. Boſſ.in titu. de bon.
publi.In principio. & idem crederem in no-
ſtra tertia quia vltra quod ſuccedit in locum
legitimæ ut dixi,& ſubrogatum : Sapit natu-
ram Ritus in cuius locũ ſubrogatur dicto §·
fuerat Inſtit. de actio.text. noſter dicit quod
tunc aſſignatur tertia filijs, ſi parentes diuide
re voluerint quia in vita eorum poſſint face-
182 re velle eorum, & an bannitus ſuccedat vide
Alex.in conſi.26.volum.primo, & poteſt aſ-
ſignari ratio quia legitima in vita patris non
debetur, vt ſupra per multa dixi vide Corn.
184 in conſi.291.nu.1.volum.2.& quod filio de-
linquenti in vita patris legitima non poſſit
confiſcari dicit commu. Michael Graſſ.in q.
22.cap.5.lib.1.in 2. volu. com. opin.fol.171.
Soarez.In verbo legitima nu.69. Matth.Iur.
conſul.in ſua Coll.commu.opinio. In verbo
legitima in primo volu.com. opin. fol. 350.
185 in verſi.pater non tenetur, & quid ſi ſtatutũ
dicit quod pater teneatur ſoluere legitimã
filio delinquente communis eſt : quod tale
ſtatutum valet quam refert idem Graſſ.in lo
co prædicto quæſtio.13.Clar.in d.§.fin. quæ-
ſtio.86.verſ.& hæc quidem Viui. in opi. 291.
incip. ſtatutum diſponens libr. 3. vbi limitat
ſex modis,& tunc deberetur.

183 ET quid ſi fuerũt cõfiſcata bona patris vel
matris an etiã ſit cõfiſcata legitima filio-
rum dic quod non ita Boſſ.in tit.de bonis pu
bl.num.10.refert comm. Soarez in ſua Coll.
commu. opinio. In verbo legitima num.22.
Clar.in §·fina.q.56.verſ.videndum eſt Duen.
in regu.356.amplia.2.lib.1.& per conſeqnẽs
non confiſcatur tertia filiorum, & ita ſerua-
tur hodie quia delinquente patre,& bannito
eius tertia tantum confiſcatur, & iam con-
ſuetudo iſta in fine dicit quod non poſſunt iu
gales contrahere ſuper bonis communibus
186 in caſu delicti vel quaſi. quando autem bona
publicantur, & quando veniant in publica-
tione bonorum prohibita alienari vide per
Clar.in d §.fina.quæſtion. 78. per totam vid.
Boſſ.in tit.de bono.publi.Afil.& Iſer. in con
ſtitu. Regni grandis vtilitas : de pœna contu-
macie in crimina.p.2.conſtitutio loquitur de
bonis bannitorum cõfiſcandis,& infra quod
tempus in Regno.

187 QVAERO modo an filio deportato
188 debeatur legitima, & an filio Monaco
Ordinis Minorum dic quod non ità Gozad.
189 in conſi.43.nume. 4.Sicut nec condemnato
eſt commu.opin.relata per Matthæ.Iur.con
ſult.in Coll.commu.opin.In verbo legitima
in verſ.pater non tenetur in 1.vol.com.opin.
fol.330,ex Cœpoll.conſ.58.

190 ET an filio ingredienti monaſterium, &
quid etiam patre ingrediente monaſte-
rium, & an à die ingreſſus vel profeſſionis
vid.gloſſ.in §. illud in auth. de mona. & quæ
habentur in auth.ſi qua mulier in fin.C.de ſa
cr.ſanct.eccleſ.& per Petrum Ancha.in cap.
Ioannes de delict.puero.vbi Io. Ana.Docto.
in cap.ſcimus de regul.Corſet. In verbo legi
tima, & eſt communis Canoniſtarum ani.
quod debetur legitima filio ingrediente mo
naſteriorum : ſed legiſtarum quod non quæ
plus placet Iaſo. refert hanc com. in l. ſi qua
mulier num.55.C.de ſacr.ſant. eccle.comm.
vero opinio eſt quod patre monaſterium in
grediente filio legitima debetur Michael
Graſſ.in quæſtio.24.cap.5.libr.2. in 2.volum.
com.opi.fol.172.allega.cap. ſcimus de regu
laribus Viui.In opi.199.In fin.lib.1.

191 SVCCESSIVE quæro an filio non cõ-
ficienti inuentarium debeatur legitima
dic quod ſic eſt com.opin. relata per Soarez.
In ſua Coll.commu.opin.In verbo filius nu.
237.Villalob: In ſua Coll.commu.opinio.in
d.verbo filius num.107.In primo volu.com.
opin.fol.167.Secus autem in Trebellianica,
& ibi dicit Soarez. num. 138. com.etiam di-
cit multos Doctores citando Michael Graſſ.
in lib.ſententia in §.legitima q.45. licet vltra
vires hæreditarias teneatur ita in præcitato
loco nu.2. Graſſius ſcripſit.

192 QVAERO an filijs vltra legitimam de-
beatur quarta Trebellianica aut falci-
dia dic quod ſic per cap.Raynutius, & capit.
Raynaldus de teſtam.extr.& in cap. ſuper de
teſtam.in 6.refert commu.opinio.Soarez.in
ſua Coll.commu. opin. In verbo filius num.
223.Roland.in conſi.5.in princ.volum.4.vbi
com.etiam dicit,& quod ex generali conſue
tudine in toto orbe ſeruatur etiam in terris
Imperijs vt dicit Cagnol.poſt alios in l. Papi
nianus §.meminiſſe.ff.de inoffic.teſta. quam
193 refert Roland.in d.conſi.5.& ibi an tacita pro
hibitione itelligatur prohibita trebellianica.

INCONTRARIVM eſt alia cõmu-
nis opinio quam refert Dec.in conſil.55.
num,8.vbi dicit quod filius eodem tempore
non poteſt detrahere quartam Trebelliani-
cam

cam,& legitimam idem dicit Pariſ. in conſi.
64.num.3.lib.7.Curt.Iun.in conſi.16.nu.12.
Crauett.in conſi.106.lib.2.Crau.in conſi.vlti
mo in fine Paul.Caſtr.& Cagnol.in l.Papinia
nus §.meminiſſe ff.de inoffic.teſtam.refert eã
magis communem Alex.in conſil. 26. nu. 7.
libr.primo.

PRO ſolutione dic quod quando filius
eſt grauatus reſtituere partem hæredita-
tis poteſt duas detrahere quartas vnam legi-
timæ alteram vero Trebellianicæ, & proce-
dit prima opinio: aut vero eſt grauatus reſti
tuere totam hæreditatem, & tunc non detra
hit Trebellianicam ſed legitimam tantum.
Ita refert communem opin. Villalob. In ſua
Collett.commu.opin.In ver b.filius nu.108.
& ſeq,Viui.In opin.204.lib. primo vel dic.Se
cundo quod prima opinio procedit quando
fideicommiſſum eſt conditionale vel ſuſpen
ſiuum : Secunda quando fideicommiſſum
eſt parunm,& ſic eodem tempore nõ detra-
huntur dicit Viuius in opin.prædicta 204. vt
ſupra.Ita rubr.in conſimil.11.nu.20.& ſequi
tur Roland.Auall.in d.conſil.9. In principio
vol.4.Alex.in d conſi.26.nu.12.vbi magis cõ
munem dicit. Sed ſtãte conſuetudine prima
infra titu.23.filius hæres inſtitutus non detra
hit falcidiam,& quid de Trebellianica, & an
prohiberi poſſint ibi dicam.

194 QVAERO an nepotibus, & pro nepo-
tibus debeatur legitima in bonis aui vel
pro aui patribus vel matribus mortuis dic
quod ſic Doctor. com. in auth.nouiſſima.C.
de offic.teſtam.per text.in §.1.in auth.de hæ-
red. & Salui.

ET an nepoti debeatur legitima in bonis
aui ſi mater moritur viuente auo, & re-
nunciat dic quod ſic ex perſona propria eſt
communis opin.relata per Villalob: In Coll.
commu.opin.In verbo nepos nu.11.vbi limi
tatur ex Decio ſi interueniat iuramentũ ſed
nihilominus ſtante etiam iuramẽto poſſunt
ſuccedere ex perſona propia Io. Ficard. in ad
ditio Villalob: vid.Michael Graſſo in §.legiti
ma quæſt.4.nu.2.an autem poſthumo debea
tur legitima dixi ſupra eo. nu.58.

QVAERO eamdem materiam in ſe-
195 quendo an legitimæ poſſit imponi
grauamen, & per conſequens tertiæ iſtæ ſta-
tuarie per parentes regula eſt quod nõ l.quo
niam in prioribus C. de inoffi. teſtam.& pro
cedit etiam in legitima parentum vt dicit
Guid.Pap.in deciſ.478. & etiam procedit di-
cta regula in legitima fratris turpi perſona à
fratre inſtituta Michael Graſſo in §. legitima
quæſt.39.nu.2.& nu.3. & ampliatur dicta re-
gula duodecim modis, & limitatur viginti
octo modis per Porc.In concluſ.42.libro pri
mo vide Villalob: In verbo pater nu. 30. vbi
dicit quod ad tempus prohiberi poteſt eis
per patrem. Ita Clar.in §. final. quæſtio.28.
in verſ.Item quæro,& per Soarez.In eodem
verbo pater num.80.& ſequi. In verbo legiti
me vide Iaſo.in repet. l.filiusfam.§.Diui.el ſe
cundo nu.17.ff. de legat. 1. quem §.nunc re-
peto publicè vide quæ ibi dixi.

196 ITEM quæro an pro legitima, & tertia
iſta bona patris ſint obligata commu. opi.
eſt quod non quam refert Michael Graſſ. in
quæſt 20.cap.2.lib.2.In 2.vol.commu. opin.
fol.172.& magis com.dicit Portius in cõclu.
12.lib.6.Ripa in d.§.Diui.num. 26. Sed bene
competit hypotecaria contra tertios poſſeſ-
ſores quando hæres non poſſidet in tantum
quod ſufficiat ad legitimam vel quando à pa
tre eſſet in teſtamento filio legata vt dicit Af
flict.in deciſ.162.nu.7.vide Gram. in deciſio.
90. & an idem ſit in ſupplimento legitimæ
dicam infra eodem titulo in verſicu. & nota
num. 225.

QVAERO quod ſi moriuntur filij reli-
197 ctis filijs an iſta portio ſtatutaria, & ter-
tia quæ debetur filijs in locum legitimæ traſ-
mittatur ad hæredes, & ſic ad filios dic quod
198 ſic quia legitima etiam non agnita traſmitti-
tur ad quoſcnmque hæredes per l. ex facto
§.2.de hæred.Inſtit.Alex.in conſi.55. colum.
3.lib.2.Anchar.in conſi.323.num.1.Ang.in l.
quamquam ad l.Falc. & etiam ad extraneos,
Dec.in conſil.81.colu. prima primo dubitet
conſi.312.num.5.Roland.in conſi.76.vol.1.
Duenn.in regul.53.vol.2.vbi commun. dicit
in Trebellianica de quã vide Rolan.in d.con
199 ſil. 28. vbi limitat tribns modis, & traſmitti-
tur ſupplementum: Ita Saly.in l.ſcimus nu.4.
C.de inoffic.teſtam.Dec.in l.ſi maritus nu.4.
vt Inſtit.de hæred. quæ ab inte.de fer. §. nul-
la, cum potiſſimum cum tractatur de matre
quæ non habet liberos in poteſtate §. fœmi-
næ Inſtit.de adoptio, & habetur in l. 2. cum
glo.C.de hijs qui aut.apert.tabul.

ET quia ſequitur quia pater viuens habet
vſum fructum dictæ tertiæ patris quaſi
dicat non mater, & hoc confirmatur in ea
21 parte quæ peruenit à matre, quia filius in bo
nis maternis habet proprietatem, pater vſū-
fructum l.prima C.de bon.matern.non con-
firmatur quia quæ peruenerunt à patre vide
licet: quia illa ſunt profetticia hodie nihil
eſt mutatum imò totum debet acquiri patri
etiam quo ad proprietatem vt l. cum opor-
tet in principio. C. de bon.quæ liberis. Item
in alio diſcrepat de iure communi quoniam
pater, & filius ſuccederent alicui vel veniunt
ad diuiſionem bonorum, & aliorum ſibi, &
patri ob venientium pater numquam habet
vſufructum in parte obuenta filio vt eſt text.
gloſſ.Inſtit.de hæred.quæ ab in teſt. de fer.&
not auth.excipitur.C.de bon. quæ lib. & ſic
dictum ſtatutum in aliquibus eſt conforme
in aliquibus diſcrepat ab illo.

24 HIIS autem poſitis pro intellectu, &
mente intrinſeca dicti ſtatuti tempeſti-
uum eſſe arbitror ad caſum noſtrum conde-
ſcendere, & videtur quod dicta Domina An
tonia poſſit petere partem tertiam tangentē
ad dictum Henricum maritum ſuum quia
poteſt dici eius hęres cum ſit hęres filiorum
25 dicti Henrici quia hæres hæredis teſtatoris
eſt hæres l.paterfamilias ff.de vulg. & pupill.
ſubſtit.& l.ſi quis filium §.primo ff. de acqu.
hæred. & quod poſſit petere patet quia Do-
minus Henricus nullum ius ſeparatum habe
ret in dictis bonis eorum parentum eorum
matrimonio conſtante tamen habebat virtu
te ſtatuti ius de præterito concretum licèt
non ſit ſeparatum vt dicimus in domino ſeu
proprietario qui habet vſumfructum cauſa-
lem, & ſic non ſeparatum, & ſic non forma
lem vt l. vtifrui ff.ſi vſufruct.peta.& not. in l.
vſufru.ff.ſolut. matrimo.Ita dicit Bart. in l.ſi
poteſt in principio ff.de acquir.hæred. colu.
2.Sed negari non poteſt quod tunc de præ-
ſenti conſtante matrimonio habet ſpem, &
ius, & ſi matrimonium inter ſuos parentes
ſoluatur vt patet per ſupradicta, & maximè
per verbum debetur, & tunc ſuccedit regula
quod diſpoſita in ſtatuto habentur per inde
25 ac ſi eſſent in contractu: nam de pacto ſeu
contractu ad ſtatutum arguitur, & eſſent bo-
na argumentatio vt not. In rub. C.de defeat.
Dec in lib.6. l.non impoſſibile ff.de pact.Bar.

in l.omnes populi.ff.de Iuſt & iur. Sed quan
do aliquid debetur ex contractu, & iam con
ditionali quæ verificari habet ex euentu con
ditionis traſmittitur ad hæredes §. ex condi-
tionali Inſtit.de verbo.obliga.vbi not.In tali
caſu noſtro hæc acquiſitio tertiæ partis ex
forma ſtatuti quæ debet fieri dicto Henrico
ſub iſta conditione ſi matrimonium fuerit
ſolutum inter parentes dicti Henrici debet
traſmitti ad ſuos hæredes ſed dicta Antonia
eſt in effectu eius hæres.

SECVNDO pro iſta parte facit quod di-
cimus de dote in ſimili pone quod mulier
quæ dedit dotem decedit, & conſtante ma-
trimonio nam dubium eſt vt ſupradixi vtrū
conſtante matrimonio fuerit aliquod ius ſi-
bi quæſitum ad dotem repetendam vt not.
in l.ſi cum dotem §. 1.ff.ſolut. matrim. & ibi
Bart. plenè vnde ex l. poteſtate ſtatim ſoluto
matrimonio eſt orta actio hæredibus mulie-
ris quas res petere poteſt infra annum vel in
continenti iuxta l.prima §.ex actio, C.de rei.
vxor.actio. ſiue interuenerit ſtipulatio hære-
26 dis ſiue non quia lex ſupplet ſiue fingit ſtipu
lationem de reſtituēdo d.l.1.§.1.& ibi Doct.
& not.in l.1.ff.ſolut.matrimon. & in §.fuerat
Inſtitu. de actio. ſic ergo erit in caſu noſtro
quod dictum ſtatutum facit acquiſitionem
filijs, & dicit pro eis debeatur dicta tertia de-
bent enim dicta verba intelligi cum aliquo
effectu vt in l. prima §.fina. ff. quod quiſque
iur. vel ſi nullum eſſet quæſitum fruſtatorie
poſita non eſt credendum quod ſuper filijs
in anibus verbis ſtatuentis vſi fuerint l. am-
pliorem.C.de appellat. Ideo credendum eſt
27 quod vnum: quodque cum miniſterio poſi-
tum intelligatur in dicto ſtatuto vt aliquid
operentur l.ſi quando ff.de leg.primo, & l.ſi
quando C.de inoffic.teſt.& l.4 §.prętor ait ff.
de damn.infect in d.l. ſi quando ibi in verbis
teſtatoris.Item in contractibus vt not.Bar.in
rub.C.de contrah. empt.

QVARE non debemus diſcedere à ver
bis ſtatuti quia vt dicit Bald.In cap.1.de
vſibus feud.ſtatuta vt plurimum ſunt facta, &
condita à iuris peritis, & dictum verbum de-
betur iuris intelligitur cum effectu appoſitū
ergo neceſſario ſequitur quod id quod debi
tum ſit dicto filio & potiſſime quia dictum
ſtatutum non differt a legitima, & ſic poſſu-
28 mus dicere eadem, ratione quia alia tertia
quæ matri non ſit loco dotis priuilegiatæ ſed
loco legitimæ poſſunt dictam partem quæ
poſſit ſapere naturam legitimæ l. ſuper cum
§.iniuriarum ff.ſi quis caut.quę debetur etiā
reiectis conditionibus, & diebus l. quoniam
in prioribus C.de inoffic.teſtamēt, ita etiam

traſmittitur ius ad dictas filias ſuas, & demũ
ad eius vxorem, & hæredem dictarum filia-
rum l.fin. C. de hæred. Inſtitu. eſt aduerten-
dũ quod iſta portio habet ſnam legitimam
tanquam excedentia, & exceſſa tertia eſt vt
in legitima filiorum in contractu excedit le-
gitimam ſi ſunt filij plures in numero vltra
quia deberetur eis, & in bonis matris, & in
bonis patris aliquod ius eſt acquiſitum, & ta
men legitima eſt tertia vel dimidia de ea quę
dabitur ab inteſtato poſt mortem parentum
authen.nouiſſima C.de inoffic. teſtam. ergo
neceſſario ſequitur quod de vno poteſt ar-
gui ad aliud vt not.in l.1.C.de in dict. & Iud.
toll. & potiſſima ſunt vera quoniam licet di-
catur de iure Ciuili filium in vita patris nullũ
ius habere in legitima vel in eo quod eſt lo-
co legitimæ l.pen.cum ſimil.ff.de libe.agno-
29 ſcen. & tamen de Iure Canonico filius dici-
tur habere ius in bonis patris Bald. In auth.
ingreſſu C.de ſacroſanct. Eccl. In verbo quar
to nota quod filij, & Salycetus in verbo quæ-
ro quinto, & quo tempore.

30 PRAETEREA ſicut ſocietas inter plu
res ſi fuerit vnus ex ſocijs mortuus fini-
tur nec ſocietas tranſit ad hæredes. §. morte
Inſtit. pro ſocio tamen licet ius ſocietatis nõ
31 tranſeat ad hæredes tranſit actio pro ſocio,
& aliæ actiones hæreditariæ tranſmittuntur
in l.vinum §.in hæredem ff.pro ſocio, & not.
Iud §.morte: ſed dictus Henricus habebat in
vita ſua ſocietatem, & communem cum ſuis
parentibus in dictis bonis, & licet non habe-
ret ius ſeparatum tamen habebat à cõtrario
ius concretum, & in communi licet non in
particulari vt dicitur debebit communitatis
quod eſt diuerſorum, & ſingulorum vt l. In
tantum ff.de rer.diuiſ.§.vniuerſitatis, & l. ſed
ſi hac §. qui manumittit. ff. de in ius vocand.
32 ergo, & tale ius tranſmittit maximè ad ſuam
poſterioritatẽ l.1.co de in hijs qui ant. apert.
tab. & de dictis filiabus deſcendit ad dictam
33 Antoniam quoniam filij prædicti ius, & hæ-
reditatem paternam etiam non agnitam vt
ſunt hæredes traſmittunt ad deſcendentes l.
apud, cum ſua nia. C. de ſuis, & legitim. &
non eſt mirum quia tranſmiſſi ſunt ad quoſ-
cunque hæredes etiam extraneos l. ex milita
ri §.finali ff de milit. teſtam. cum l. ſi conuene
rit vbi Bar. & Ange. in l. venditæ ff.de acquir.
hæred. igitur &c.

PRAETEREA quod ſit verum quod
in vita parentum ſit acquiſitum ius pro-
34 batur quoniam mater ſi præmoritur filio,
cum proprietas ſpectat ad filium licet vſufru
ctus ad patrem ex quo ſequitur licet pater
moritur licet mater vixerit non tamen in bo
nis patris mortui ſed etiam in bonis matris
viuæ debetur ſibi tertia, & pleno iure etiam
vſufructus quia quando mater moritur pa-
tre viuo clarum eſt quod dicta tertia, & ſic
pars ex bonis patris viuentis filio debetur
quo ad proprietatem ſupra reſeruatur vt in
fine dicti ſtatuti ergo neceſſario dicendũ eſt
quod dictum ſtatutum voluit expreſſe quod
in bonis parentum etiam viuentium acqui-
ratur ipſi filio, & ipſe ius habebat marito. Ceſ
ſat diſpoſitio iuris de qua in l.fin. de lib. agn.
vbi Doctor. vbi neceſſario ſequitur quod il-
lud ius, videlicet tertia iura, & actiones tranſ
fert ad ſuos hæredes vt l. penult. C. ſi certi
petat.

PRAETEREA de mente dicti ſtatuti
dictus Henricus in vita parentum parauit
ſibi dictum ius ſuper dictis bonis pro tertia
parte ſicut obſequium paratè filijs debet eſt
text. in l. nec ei in fin. ff. de adoptio. Ibi obſe-
quio parare ergo ſi ibi præparauit ſcire vt
præparatum ad filios ſuos tranſiuit l. ſi quis
filium ff.de inoffic.teſtam.l.poſthumus eod.
titulo cum §.fina. & cum l.ſequ. & ibi plenè
35 notatur ex inde poteſt inferri quod cum vir
vxor, & filij eorum omnes dicuntur eſſe ſo-
cij, & inter eos eſt contracta ſocietas, & qui-
libet ſociorum partem tertiam dictorũ bo-
norum videlicet maritus tertiam, & filij om
nes aliam tertiam ſequitur quod vnus ex di-
36 ctis ſocijs videlicet maritus non potuit vltra
tertiam ſuam obligari alteri vel alienare ſine
conſenſu vxoris ſeu conſortis, & ſocij l. Ne-
mo §.primo cum ibi not. ff. pro ſocio ex quo
ſequitur quod cum ipſa vxor dicatur cõmu-
nicaſſe dicto ſuo marito tertiam ſuæ dotis;
Ita, & econtra maritus dicitur communicaſ-
ſe tradidiſſe dictæ ſuæ vxoris tertiam partem
ſuorum bonorum, & ſic tertia pars bonorũ
mariti quæ intelligitur communicata, & tra
dita dictæ mulieri iuxta l.3.ff.pro ſocio vt ſu-
pradixi ſuccedit in locum ſuæ partis ſuæ do-
tis ergo dicitur ſapere naturam dotis dicto
37 §.iniuriarum, & per conſequẽs ſicut ipſa mu
lier habet tertiam hypothecam, & ſtipulatio
nem pro dote licet de hijs ſibi non præuide-
rit l.1.§.1.C.de rei vxor. actio. præfertur cre-
ditoribus viri l.vbi adhuc. C. de iure dotium
& l.fina. cum ibi not. C.qui potio. In pigno.
38 habea. Ita mulier præferri debet alijs credi-
toribus mariti in dicta tertia parte quæ intel-
39 ligitur eſſe communicata vxori, & iſta ter-
tia pars vxoris quæ ſuccedit, & ſubrogata eſ-
ſe dicitur cum priuilegijs, & hypothecis do-
tis ſtipulationibus, & prælationibus ſuis fa-
cit quod notat. In l. aliam C. de nouat. & l.
Stichum, & l. emptor eod.titulo, & l. prima
§.hæc actio. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe, &
ibi

ibi Dominus Bartholus, & ita Conſulo finis, Ioannes Imola V. I. D.

TV autem vide de iſta conſuetudine quę dixi ſupra tit. proximo.

TITVLVS QVARTVS.

De conceſſa marito, & Patri alienatione bonorum mobilium.

CONSVETVDO VNICA.

MARITO tamen, & Patri licebit ignaris, & in vitis vxore, & filijs diſtrahere, & alienare bona mobilia communia inter eos, niſi ſaltem conſtet opinione communi, dictum maritum vel patrem eſſe diſſipatorem bonorum communium prædictorũ. Hoc tamen vxori prohibitum. Immobilia verò marito ſine conſenſu, vxoris aliena re non licet.

SVMMAE.

1 *Vir in vitis filijs, & vxore poteſt alienare omnia bona communia mobilia.*
2 *Et quid de iure communi.*
3 *Dotal.s res an poſſit alienari.*
4 *Maritus an poſſit remittere iniuriam factam vxori.*
5 *Iniuria facta vxori cenſetur facta viro.*
6 *Iniuriarum actio competit etiam vxori.*
7 *Iura, & actiones non veniunt appellatione mobilium.*
9 *Seruis non fit iniuria.*
10 *Vxor non poteſt cogi a viro remittere iniuriam ſibi factam.*
11 *Pater poteſt remittere iniuriam factam filio.*
12 *Iniuria facta filio magis dicitur facta patri quã filio limitatur nu. 13.*
14 *Legitima filij an includatur in alienatione huius ſtatuti.*
15 *Vir quando alienat bona mobilia an in ſua tertia computetur.*
16 *Vxor etiam mobilia non alienat.*
17 *Vir diſſipator non alienat bona mobilia in vitis vxore, & filijs.*
18 *Diſſipatorem eſſe maritum quomodo probetur.*
19 *Teſtes quot requirantur ad probandum opinionem communem.*
20 *Fama publica per duos teſtes probatur.*
21 *Filij an agent contra patrem diſſipatorem petendo ſuam tertiam.*
22 *Filius cogit patrem diſſipatorem pro legitima.*
23 *Filij an agent contra patrem diſſipatorem ad diuidendum.*
24 *Vir diſſipator an alienat bona, vxore, & filijs non ſe quarelantibus.*
25 *Matrimonium quomodo dicatur.*
25 *Alienatio per maritum notorie diſſipatorẽ an valeat.*
26 *Prodigus, & diſſipator etiam publicus bona alienat ante interditionem.*
27 *Prodigo non intercedit administrationem lex ſed iudex.*
28 *Adminiſtratio interdicta prodigo cum non ſit ancõtrahere poſſit remiſſiuè.*
29 *Prodigo datur curator.*
30 *Citatio prodigi an requiratur quando datur curator quod non.*
31 *Prodigus alienando ſine curatore cum iuramento nõ obligatur.*
32 *Iuramentum non ligat prodigum.*
33 *Prodigalitate ceſſante an ceſſat alienationis prohibitio.*
34 *Vxor non poteſt alienare bona mobilia ſine conſenſu viri.*
35 *Correlatiuorum idem ius eſt quod intelligit quando militat eadem ratio.*
36 *Maritus ſine conſenſu vxoris non alienat bona mobilia.*
37 *Alienatio eſt patrimonij diminutio.*
38 *Alienationis verbum multis modis capitur.*
39 *Alienatio propriè dicitur quando transfertur vtile Dominium tantum.*
40 *Locatio ad longum tempus an dicatur alienatio.*
41 *Locatio ad decem annos dicitur longum tempus.*
42 *Locatione de nouennio in nouennium dicitur alienatio.*
43 *Locatio ad vitam dicitur perpetua.*
44 *Compremittere non poteſt qui non poteſt alienare.*
45 *Vniuerſitas non poteſt compromittere.*
46 *Diuiſio eſt ſpecies alienationis.*
47 *Feuda in Regno ſunt indiuiſibilia.*
48 *Donatio dicitur alienatio teſtari an poſſit alienare prohibitus.*
49 *Praſcribi, & vſu capi non poſſunt quæ ſunt prohibita alienari.*
50 *Subiugare an poſſit qui alienare non poteſt.*
51 *Permutare eſt alienare.*
52 *Statuti verba ſunt ſtrictè interpetranda.*
53 *Prohibitionis materia eſt odioſa.*
54 *Alienationis probibitio quomodo capitur in ſtatutis.*
55 *Extenſio in ſtatutis quomodo fiat.*
56 *Extenſio in ſtatutis fit quando militat eadem ratio in caſibus æquiperatis.*
57 *Subiugare an poſſit maritus ſine conſenſu vxoris.*
58 *Verbum ſuis, importat dominium*
59 *Redditus iuxta formam Bullæ ſine conſenſu vxoris an poſſit maritus alienare & nu 61.*
60 *Annui cenſus an connumerentur inter mobilia vel ſtabilia.*

62 *Annui*

61 *Annui redditus Bullares ſunt perpetui.*
63 *Maritus ſine conſenſu vxoris an poſſit renuntiare ſucceſſioni patris.*
64 *Donatio inter virum, & vxorem regulariter non valet fallit nu 68.*
65 *Vir, & vxor quos contractus ad inuicem facere poſſunt.*
66 *Sponſus an poſſit donare ſponſe.*
67 *Anuli, & iugalia an poſſint dare ſponſe.*
69 *Fideiubere an poſſit maritus ſine conſenſu vxoris.*
70 *Alienare prohibitus non intelligitur prohibitus ex cauſa neceſſaria.*
71 *Dos à viro etiam vxore conſentiente alienare non poteſt.*
72 *Fallit ſtante iuramento.*
73 *Vendentes vir, & vxor, & ambo fatentes pecuniã habuiſſe an ad ambos præſumatur pecuniam perueniſſe eſt communis quod ad virum tantum.*
74 *Mutuum factum viro, & vxori viro pecuniam perueniſſe præſumitur, & quomodo.*
75 *Conſenſus vxoris in alienatione bonorum ſtabilium à marito facienda an requiratur pro forma, & num. 77.*
76 *Statuti qualitates debent ad impleri, & verificari.*
78 *Vir eſt dominus dotis.*
79 *Mandato æquiparatur ratificatio.*
80 *Parta ſunt in actu vel incontinenti poſt actum fieri.*
81 *Statim dictio quomodo intelligitur.*
82 *Conſenſus tacitus vxoris in alienatione bonorũ per maritum ſufficit ſed contra nu. 84.*
83 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus, & nu. 89.*
85 *Conſenſus ſictus in ſtatutis non ſufficit.*
86 *Verbum videtur importat fictionem.*
87 *Conſenſus expreſſus dicitur ex diuturna patientia & ſcientia.*
88 *Sollemnitates in actu requiſitæ præſumuntur.*
90 *Feudi in alienatione ſufficit conſenſus domini tacitus ſecundum com. opin.*
91 *Poſſeſſio an transferatur ex alienatione nulla.*
92 *Bona quæ ſeruando ſeruari poſſunt an poſſit per vxorem alienari alienatione probibita.*
93 *Bona quæ ſeruando ſeruari non poſſunt quæ ſint remiſſiue.*
94 *Præſcribi non poſſunt alienari prohibita limitatur nu. 95. & 96.*
97 *Maritus vendens rem dotalem an teneatur de euictione.*
98 *Alienatio à marito facta bonorum ſtabilium ſine cõſenſu vxoris an annulletur in totum aut pro ſua tertia valeat.*
99 *Sententia an requiritur in reſciſſione alienationis bonorum ſtabilium ſine conſenſu vxoris facta.*
100 *Dominij tranſlatio an impediatur in alienare probibitis.*
101 *Declaratoria requiritur etiam ſi in ſtatuto ſit clauſula ipſo iure.*
102 *Maritus an poſſit agere contra alienationem à ſe factam ſine conſenſu vxoris.*
103 *Vir an dicatur vxoris procurator.*
104 *Maritus etiam in vita vxore pro ſe agit.*
105 *Maritus an poſſit exigere vxoris debita.*
106 *Maritus cum conſenſu vxoris alienat bona ſtabilia.*

MARITO TAMEN ET PATRI diuiditur iſte tex. In quatuor partes. In prima ponit vnum dictũ. In 2. illud limitat. In 3. ponit aliud dictũ. In 4. & vltima aliud 2. Ibi niſi conſtet ſaltem 3. Ibi hoc tamen vxori, 4. & vltima ibi immobilia.

MARITVS ſolus non diſſipator alienat mobilia communia: & immobilia cum conſenſu vxoris vxor vero ſola nec mobilia alienet, hoc dicit in ſumma iſte tex. & per conſuet. Siracuſanam incipie. maritus ſub rubric. de non alien. etiam conſentiente vxore bona dotalia ſtabilia alienare non poteſt vir niſi neceſſitate imminente liberis nõ extantibus.

NOTO primo ex iſta cõſuetudine quod
1 vir in vitis filijs, & vxore poteſt alienare
omnia bona communia mobilia, & ſic licet
per conſuetudinem proximam ſupra titul. 33
fuerit dictum quod natis filijs in conſtantia
matrimonij bona tripartiuntur, & vna pars
eſt viri alia vxoris, & alia filiorum, & parẽtes
in vita eorum poſſunt facere velle eorum de
omnibus bonis nũc declarat quomodo poſſunt facere velle eorum prout in ea quaſi bona ſtabilia ambo poſſunt alienare ſcilicet vir
& vxor vir ſolus bona mobilia vnde fructus
alienare poteſt quia appellatione mobilium
continentur latè Tiraquell. ſcripſit in tractat.
de retract. Ligna. §. 1. glo. 7. nu. 47. & ſequen.
2 vxor autem non poteſt vt hic dicitur: & quid
ſit de iure? & quidem vir ſolus poteſt alienare bona mobilia vxoris quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & dicam infra eod. & in nora. v. verſi. quæro etiam nu. 92. & quid quando dantur inextimata, & quid quando extimata vid. Io. Fabr. & Porc. in §. 1. Inſtit. quib.
alien. licet vel non vid. Caſſan. ſuper conſuet.
Burgu. rubr. 4. §. 3. In verbo le mari. In verbo
3 conſtant verſi. Io. Fabr. fol. 178. & res dotalis
alienari non poteſt niſi ſeruetur forma auth.
ſiue a me, C. ad Vell. eſt comm. opinio relata
per Iaſ. In l. prima nu. 33 ff. ſolut. matrimo. referi, & ſequitur Michael Graſſ. in q. x. c. 6. vol.
2. com. opinio. fol. 114.

4 SED quæro an maritus poſſit remittere
iniuriam factam vxori, & ſic talem actionem alienare ſicut poteſt alia mobilia ea in
vita alienare, & prima facie videtur dicen-
5 dum quod ſic quia iniuria facta vxori cenſe-

tur

tur facta viro,& ei actio competit l.2.§.fin.ff.
de iniur. Natta.in conſi.6.volum. primo Ro
land in conſi.24.nume.39. volum.primo re-
fert communem Iul.Clar.in §.iniuria: in ver
ſic. Item iniuria Soarez: In ſua Coll.commu.
opin. In verbo vxori nu.121.vbi refert etiam
communem opinionem.

SED incontrarium eſt veritas primo quia
in d.l.1.§.fin. de iniur.dicitur quod mari-
6 to competit actio iniuriarum tamen compe
tit etiam vxori,& non viro tantum quo caſu
ſolus non poteſt remictere imo ipſæ text.di-
cit quod vnius actio per alium non tollitur.

SECVNDO per hanc conſuetudinem
eſt data poteſtas marito alienandi bona
7 mobilia ſed iura, & actiones non veniunt ap
pellatione bonorum mobilium quia ſunt
tertia ſpecies de per ſe, vt plenè notatur in l.
à Diuo Pio §.in venditione ff.de re iud.& di-
xi ſupra in conſuetudine vnica titu.proximo
in primo notar ergo, &c. & non obſtant iu-
ra ſupra allegata quoniam procedunt, & eſt
verum quod iniuria facta vxori cenſetur fa-
cta viro, & non econtra quãdo eſt citra mor
tem vt dicit tex. in l.2.ff.de iniur. Bald. in l pri
ma nume. 35. C.qui accuſ.non poſſ. Doctor.
in l.r.§.fina. ff. de iniur. ſed non ſequiturper
hoc quod non ſit etiam facta vxori nam ſer-
9 uis tantum non dicitur facta quia de iure Ci-
uili pro nihilo reputantur §.ſeruus Inſtit. de
iniur.l.quod attinet ff.de regul. iur. & ſic ſo-
lus maritus non poteſt remittere iniuriã ſed
ipſa iniuriata remittit: Ita ſentit Clar. In ſua
Pratic.Crimina.in § fin.quæſt.58.verſ. viſum
10 eſt imortali caſu vxor non poteſt cogi remit
tere iniuriam quia offenſus non tenetur re-
mittere in foro fori vt dicit Clar. in d.§. fina.
quæſt.58.verſi.vltimo. & ſic vir poteſt remit
tere actionem quæ ſibi competit non autẽ
11 illam vxori competentem pater vero de iu-
re poteſt remittere iniuriam factam filio in
poteſtate exiſtenti modo quo dicit idẽ Clar.
in d.§.fin.quæſtio.58.verſi. quæro numquid
Soarez: In ſua Coll.commu.opinio. In ver-
bo pater num. 26. ratio eſt quia iniuria facta
12 filio magis videtur facta patri quam filio Iaſ-
fred. deciſio, 16. vbi dicit etiam in viro filio
13 hoc facere poſſe vbi etiam Clar. limitatur
tam hæc concluſio quando iniuria eſt facta
filio à coniuncto prout idem Soarez: In ſua
Coll.commun.opinio. in d. verbo pater nu.
27. dicit.

14 SECVNDO quæro an legitima filij in-
cludatur in tali alienatione vide Bart. in l.
hæreditarium ff.de bon.authorit. in d. poſſi.
Iaſo.in auth. vnde C.de inoffic.teſtamen. vi-
de quæ dixi ſupra in dicta conſuc. vnica titu.
proximo nu.280.

15 SED quæro per cõſequens an in caſu quo
vir alienat bona mobilia computentur
in ſua tertia vel in tertijs communibus ma-
tris & filiorum: videtur quod in omnibus
bonis communibus per l. ſed, & ſi lege §.
adeo autem ibi ſed in propoſita. ff. de petit.
hæred. Sed contrarium videtur dicendum
quod imo in tertia ſua tantum per l. ſi vnus
ex ſocijs,& l.iure ſocietatis ff pro Socc.& ad
text.in d. §. conſuluit reſpondetur quod ibi
contrahens dilapidator vel alienator errore
ductus alienauit quia in bona fide erat ideo
ſuccurritur ei in caſu vero noſtro expoſito
& ex certa ſcientia alienat ſciens ad ſe nõ per
tinere totum ſed tertiam ideo vir contrahit
contra iura, & ſic eſt in mala fide præſumpta
per l.quemadmodum,& ibi Bar.C. de agric.
& cenſi.lib.11. vbi quilibet præſumitur ſcire
16 ſtatuta vt in prohemio dixi mulier enim etiã
mobilia non alienat ratio eſt de qua in con-
ſuet. ſeq. dicitur ergo &c. & an ſaltem vxor
de mobilibus de tertia ſua poſſit alienationẽ
facere dicam in conſuet. ſequen. præfatam ta
men concluſionem intelligerem quando eſ
ſet magna alienatio nam vnus ex ſocijs etiã
omnium bonorum nõ poteſt plus parte ſua
alienare ſecus ſi de paucis tractetur quia mi-
nima non conſiderantur Soarez: In verbo
minimis. In ſua Coll. com.opin.

17 NOTO ſecundo quod vir non poteſt
alienare bona mobilia in vitis vxore, &
filijs quando conſtat ſaltem opinione com-
muni eſſe diſſipatorem, & ſic poteſtas data
marito limitatur in tali caſu per iſtam cõſue
tudinem, & maximè per illud verbum niſi,
nam dictio, niſi, eſt limitatiua præcedẽtium
vt dicit Pariſ.in conſi.13.num.22.volum.1.&
quod ſit dictio modificatiua dicit Meno. de
arbi. Ind.quæſt.54.nume.20.& quod in text.
noſtro dicitur idem eſt de iure communi
Duen.in regul.137.volum.2.& ibi limitatur
& de patre diſſipatore dicam infra in cõſuet.
vnic.titu.19.ſub rubr.quando, & quam por-
tio.num.74. & quia prodigalitas non præſu-
mitur ſicut nec alij naturæ deffectus Maſcar.
in tracta.de probatio. In concluſ.1234. Incip.
prodigalitas volu. 3. Ideo talis qualitas pro-
bari debet,& tali prodigo per prætorem da-
tur curator l.1.ff.de cura. fu. & l. Is cui bonis
ff.de ver.obligat.

VNDE tertio quæro quomodo debet
18 coſtare quod maritus eſt diſſipator in
text. noſtro dicitur quod ſaltem opinione
communi probetur, & ſic ad minus debet
pro-

probari opinione communi vnde non negatur quia poſſit probari per inſtrumēta teſtes & alias ſpecies probationum de quibus per Hyppol in rubr. C. de probatio. ſed an minus hoc modo probatur quia dictio ſaltim iſtud importat ſecundum Pariſ. in conſil. 34. nu. 7. volum. 3. vnde poteſt probari per omnē ſpeciem probationis ad minus ſufficit probatio quod eſt diſſipator quia communiter. Ita reputatur, & iudicatur reddendo rationē quia ſunt vicini vt voluit purp. in l. 1. num. 108. ff. ſi cert. ſpetat. contrariū tamen de iure eſt quod imo debent deponere teſtes de actibus quibus infertur quem eſſe dilapidatorem vt videlicet deponant nimis luxurioſè viuere vel luſiſſe vel donaſſe vel precijs vilibus, & ſine cauſa bona ſua alienare. Ita Bertand. in conſ. 222. nu. 3. lib. 3. Item de iure non ſufficit probari de publica voce, & fama ſed debent teſtes deponere cum cauſa ſcientiæ etiam non interrogati Alex. in conſil. 72. num 9. libr. 1. ſed in caſu noſtræ conſuetudinis dicas quod ſufficit probari dilapidatorem ſecundū, vulgi opinionem prout in ea dicitur quia tractatur de modico præiudicio in iſto caſu ſicut dicitur quando mulier agit contra virū pro dote conſtante matrimonio Bart. in l. ſi e conſtante num. 10. ff. ſolut. matrimonio ita ſcripſit Ioſeph. Maſcard. in tractat. de probation. in concluſ. 515. In verbo dilapidatorem vol. 1. & quando quis dicatur bona dilapidare vide Boer. in deciſ. 61. num. 4. & quomodo probetur prodigalitas, & econtra quem non eſſe prodigum latè ſcribit. Idem Maſcard. in d. cōcluſ. 1234. vol. 3.

19 QVARTO quæro quod teſtes requirantur ad probandum talem opinionē dic duo per c. In omni negotio de teſtib. & per text. in l. vbi numerus ff. de teſtibus cum ſimili. ſicut etiam dicitur de probatione famæ publicæ quod duo teſtes ſufficiunt ad eā probandam dicendo publicè audiuiſſe quā opinionem Bald. contra Bartol. refert communiter obſeruari Clar. in §. fin. quæſtio. 27. verſic. ſciendum eſt, & ver. debent etiam Burſa. magis commu. dicit in conſil. 87. num. 47. Caſſad. deciſ. 3. nu. 7. licet multum hanc quæſtionem diſputent Doctores de qua per Maſcard. in d. tractat. proba. in concluſ 74. Incipi. fama. volu. 2. vbi diſtinguit contrarietates vt add. vel Bertazol. conſil. crimi. 162. in littera B. volum. 1. cum ergo in hac conſuetudine non dicitur numerus teſtium ſufficiunt duo teſtes per ſupradicta.

20 (line beside "mæ publicæ")

21 QVINTO quæro an filij in caſu quo pater eſt diſſipator vt ſupra agent contra patrem petendo ſuam tertiam hoc ſtatutum non dicit ergo remanet in diſpoſitione iuris communis vnde pro iſta quæſtione vide Bar. in l. ſi conſtante in principio. In quæſtio. 9. ff. ſolut. matrim. & in l. non autem. ff. de bonis quæ liber. vide Duenn. in regul. 356. In ampliat. prima. & dic quod ſic: Nam tali caſu
22 filius poteſt cogere patrem ipſi aſſignare legitimam laſo. in l. ſi conſtante num. 199. ff. ſolut. matrimon. & iſta tertia ſuccedit loco legitimæ vt ſupra dixi. Sed ſi eam diſſipat filius, pater non tenetur iterum dare ſed alimenta aliquando, ita Turza. In opinio 181. Incip. an pater in primo volum. commun. opinio fol. 43. vide ibi per eum dicam in d. Conſuet. vni. ca infrà tit. 19.

23 SEXTO quæro an tunc agent filij ad diuiſionem videtur quod ſic per ea quæ dicit Gramma. deciſ. 7. vbi non obſtante mandato teſtatoris fit diuiſio inter fratres ſi bona deteriorantur refert commu. opinio Soarez: In ſua Coll. commu. opinio. In verbo filius num. 203.

24 ET quid ſi vxor vel filij non ſe quærelant de marito et patre diſſipatore an poſſit interim alienare bona videtur quod poſſit prout dicit Gramma. in conſi. 127. nu. 12.

25 SEPTIMO quæro quid ſi conſtat notoriè quod maritus eſt diſſipator notorietate facti vel iuris fortè per ſententiam latam prout dicit Gramma. in conſi. 71. In ciuilibus num. 71. per Boſſ. in tit. de carcerato fideiuſſore num. 17. Natt. In conſi. 138. num. 21. per Porcium in concluſ. 44. limit. 12. volu. 2. Iul.
25 Clar. in §. fi. quæſtio. 9. an tali caſu valeat alienatio facta per maritum diſſipatorē hoc modo probatum ante quam inter dicatur adminiſtratio vide diſtinctio. Bald. in l. 1. C. de cura furio. quam reiectis alijs opinionibus ſequitur Angel. in §. Item prodigus Inſtit. de teſta. vide text. in l. libera ff de pecul. & in l. ſi cum Cornelius, & ibi Bar. ff. de ſolut. & Moder. in l. is cui bonis ff. de ver. oblig.

26 ET quod ante quam interdicatur adminiſtratio iſti diſſipatori, & prodigo poſſit alienare bona iſta mobilia de iure etiam ſi eſſet publicus, & palam prodigus eſt magis cō mun. opinio. quam refert Soarez in ſua Coll. commu. opin. In verbo prodigus nu. 322. & Villalob. In ſua Coll. commu. opinio. etiam in eodem verbo num. 343. In primo volum. commu. opinio. folio 157. com. etiam quod requiratur declaratoria inter dictionis adminiſtrationis dicit Viui. In opi. 246. incip. prodigo lib. primo, & in opin. 240. ſub eod. ver-
27 bo lib. 2. & ratio eſt quia prodigo non interdicit

dicit adminiſtrationem lex ſed iudex l. Iu-
lianus ff.de cura. furio. refert commu. opin.
Boer. in deciſio.123.nume. 35. & quid in te-
ſtamentis an poſſit teſtari vid. Clar. in §. te-
ſtamentum quæſtio.33. & quod non ſufficit
declaratum fuiſſe prodigum ſed debet eſſe
interdicta adminiſtratio refert communem
opinionem Michael Graſſ.in 2.volum.com-
mun.opin.lib. primo quæſtio. 31. ſolio 132.
Lauren.Chirco.In concluſ.95.num.30.,Cen
tu 3.In verbo prodigo folio mihi 52.in 2. vo
lum.commu. opinio. & quid ſi fuerit inter-
28 dicta adminiſtratio cum re, vera non ſit pro-
digus an contrahere poſſit vide eumd. Mi-
chael Graſſ.in quæſtio.30.cap.in 2.vol. com,
opinio fol.131.

29 ET prodigo datur curator vt in gloſſ. in l.
prima C.de cur.furio. Michael Graſſ. Ibi-
dem, & prodigus citandus eſt in datione cu-
ratoris commun. dicit Claud. de Saiſell.in l.
is cui bonis colum.4.ff.de verbor. obligat.&
in praxi obſeruari dicit.Cagnol. in l. furioſi
circa fin.ff.de regul.iur. Viui. In opinio. 245.
Incip.prodigus libr.1.Sed ad hoc vt detur cu-
rator ſufficit quod ſit declaratus prodigus
eſt commun.opinio. relata per eumd. Graſſ.
30 in d.loco quæſtio.29.ſed an in tali declarato-
ria requiritur citatio ipſius prodigi Iaſon. in
l.ne quicquam.§.vbi decretum colum.9.di-
cit quod non Tiraquell. In tractat. res inter
alios acta çart. 4. & idem in furioſo vt ibi Ti-
quell. dicit Port. In concluſ.43. In limit. 7.
libr. primo.

SED circa hæc aliud crederem ſtante no-
ſtra conſuetudine quæ dicit quod ſaltem
ſi coſtat opinione communi eſſe diſſipatorē
non poteſt alienare vir bona mobilia vt ali-
quid operetur vltra ius commune quod ta-
men intellige prout intelligit idem Graſſ. in
d.quæſtio.31.libro primo in 2. volum. com-
mun. opinio. fol. 132. quando eſſet diſſipa-
tor publicus, & contraheret in modum
prodigalitatis vt ibi dicit, & ita intelligo
commun. relatam per Tiraquell. in dicto
tractat. res inter alios acta in fine. Et quid
31 ſi prodigus iuret alienationem ſine cura-
tore an obligetur commun. eſt quod non
Bartol.in l.is cui ff. de teſt. licet contrarium
tenet Aret. & Roman. ibi ita Michael:
Graſſ.in 2. volum. commun. opinio. lib. 1.
quæſtio. 32. folio 132. Et an prodigus cui
interdicta eſt adminiſtratio teneatur ad ob-
ſeruantiam contractus qui per ſe non vale-
bat, ſi iuramentum interuenit commun.
eſt quod non obligatur relata per Turza.
In opinione 183.Incipien. valde in 1. volum.
commun opinio. ſol. 44. & quod iuramen-
32 tum non ligat prodigum dicit com. Villa-
lob:In Coll.com opi.In verbo iuramentum
nu.148.& an prohibita adminiſtratione poſ-
ſit agere Boe.in conſ.45.nu 3.dicit quod nō
& an poſſit teſtari,& dicit quod ante prohibi
tam adminiſtrationem teſtatur ſecus eſt poſt
tu vid.Clar.in d.§ teſtamentum q.33. & quid
ſi eſt ebrius dic quod non valet ebrij contra-
ctus glo.in c.vnuſquiſque 22.quæſtio 4. Cœ-
po.in l.Labeo in §.Idem Iulianus num.34.ff.
de ædil.ædict.

33 SED an ceſſante prodigalitate ceſſat pro-
hibitio alienationis dic quod ſic, & abſq;
ſententia ſecundum Rip.in l.In ſuis bonis ff.
de verb. oblig. quod intelligitur quando no-
torie coſtat ceſſare, communem dicit Tira-
quell.In tractat. Ceſſante cauſa: In verbo in-
terdictionis cauſa ceſſante nu.120. Idem Vil-
lalob: in loco præcitato in verbo prodigo
nu.334.Sed an ſi non eſt diſſipator vir. Sed ea
bona alienat cauſa delicti vel quaſi ſeu cōtra-
ctu fideiuſſorio vel ex cauſa liberali valet
alienatio dic quod non nam tali caſu poteſt
dici etiam diſſipator per ea quæ notat. In l.ſi
conſtante ff.ſolut. matrimonio. Item quia ſi
in talibus caſibus etiam cum vxore non po-
teſt alienare vt ſupra.In conſuetud. proxima
in fine dicitur ergo vir ſolus non poteſt: ar-
guendo à maiori ad minus vt notat in auth.
multo magis C.de ſacr.ſant. eccleſ. quod in-
tellige non quoad tertiam viri quæ eam ex
delicto vel fideiuſſione aut cauſa liberali alie
nat vt in conſuetudine proxima dicam ita
tenet quædam addictio hic antiqua, nam in
re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter etiā
ab vtendo l. in re mandata. C. manda.cum
ſimil.

34 NOTO tertio quod vxor non poteſt
alienare bona mobilia ſine conſenſu vi
ri, & ſic declaratur conſuetudo prima ſu-
per titulo tertio vbi eſt permiſſum viro, &
vxori in vitis filijs facere velle eorum vt pro-
cedat in vxore, & viro ſimul alienantibus
eum vnum ſtatutum per aliud declaratur:
ſed quare eſt diuerſum in vxore eum vir
poſſit alienare bona mobilia ſolus quan-
do non eſt diſſipator vxor vero non poteſt
cum ſint correlatiua vir, & vxor, & diſpo-
ſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alte-
ro l. fina. de Iudic. vide rollend. l.fina. ff. de
accept. & l. prima C. de cupreſſis libro vn-
decimo. Reſpondeo quia fuit diſpoſitum
expreſsè per conſuetudinem quia diuerſa
ratio militat in viro quam in vxore: nam
vxori eſt prohibitum, ne propter ſexus fra-

gilitatem decipiatur in alienatione per ea
quæ not. in §. primo. Inſtitut. quibus alien.
licet vel non Dec. in l. fœminæ. ff. de re-
gul. iur. multa dicit in ſimili Tiraquell.
de legibus. Connubil. in l. prima gloſſ. pri-
ma nume. 27. quod non procedit in viro, &
de iure etiam tali caſu cum militat diuer-
ſa ratio diſpoſitum in vno correlatiuorum
non cenſetur diſpoſitum in altero Baldus
in conſil. 6. volum. quinto Euerard. In ſua
Centur. in loco à correlatiuis argumen. 76.
imo per conſuetudinem proximam ſequen-
tem eadẽ ratione prohibetur mulier ſine vi-
ri conſenſu ſe obligare vt ibi dicam, & an
procedat hæc conſuetudo in muliere alie-
nante ſine conſenſu viri matrimonio per di-
uortium ſeparato Gabriel. in conſi 161. nu-
me. 17. dicit quod non, & dicam in conſue-
tudine ſequente.

NOTO quarto ex iſto text. quod ma-
36 ritus non diſſipator licet poſſit alienare
bona mobilia: tamen bona ſtabilia ſolus alie
nare non poteſt quia requiritur conſenſus
vxoris nam regulariter nemo ex ſocijs po-
teſt plus parte ſua alienare l. nemo ff. pro ſo-
ci. & damnum per vnum ex ſocijs non in-
fertur alteri ſocio l. ſi fratres. § fin. vbi not.
ff. pro ſoci. & ius noſtrum ſine facto noſtro
à nobis auelli non poteſt l. ius noſtros ff. de
reg. iuris cum ſim.

SED nunc quæro quando dicatur aliena-
tio fieri, & de qua alienatione loquitur
37 hæc conſuetudo, & dic opinio quod aliena-
tio eſt patrimonij diminutio l. ſi ſponſus. §.
38 maritus ff. de donat. int. vir. & vxor. & alie-
natio quatuor modis capitur in iure proprijſ
ſima propria in propria, & in proprijſſima
ſecundum Bald. in auth. hoc ius porre-
ctum column. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bar-
ba. conſil. 15. colum. 3 libr. 1. Ioſeph: Ludo-
uic. in deciſio. 93. nume. 13. lib. 2. primo alie
natio proprijſſima dicitur quando domi-
nium directum alienatur pro vt dicitur in l.
prima. C. de fundo dota. Baldus in capitulo
penul. §. aut ſi libellatio: In vltima column.
quibus mod. feud. amict. & dicit Socc. in re-
gul. 11. Incipien. alienare prohibitus Fall. 3.
Soarez communem dicit in verbo alienatio
nume. 138 & ſic quando res venderetur to
to titulo. ff. de emptio. venditio. donaretur
toto titulo de donatio. & alijs modis de qui-
bus per Doctor. in rubr. quando alien. licet
vel non inſti. & de alien. iudic. inuitum cau-
ſa fac.

39 SECVNDO modo dicitur propria alie
natio quando transfertur vtile dominiũ
tantum vtputa quando datur res ad emphi-
teoſim vt in l. 1. C. de iur. emphit. Ange. in §.
ab ea ff loca. Meno. h. de arb. Iud. lib. 2. Cent.
prima caſu v. nu. 4. Tertio modo dicitur in
propria quando alienatur vſufructus vel ſer-
uitus conſtituitur Rodoan. de bonis eccleſ.
non alie. rub. 1. fol. 3. num. 11. vide Iaſo. in §. ſi
in fraudem Inſtitut. de actio. & quid quando
transfertur ius hypotecæ vel pignoris vide in
auth. de non alie. §. alienationis glo. in l. pen.
vide Salycett. Co. de iure emphyt. & in l. fin.
C. de rebus eccleſ. non alien. quæ quidem in
proprijſſima quarto modo dicitur Socc. in d.
regul. 11. In verbo alienare Fall. 3. & largè ac
cipitur in l. perinde ff. ſi certum petat. l. 1. §.
primo quæ in fraud. cred. latè per Rodoan.
in tracta. de reb. eccleſ. non alien. rub. 1. fol.
3. nume. 11.

40 ET an locatio ad longum tempus dicatur
alienatio Soccyn. in ſuis Fall. in verbo
alienare prohibitus in dicta regul. 11. Fall. 3.
dicit quod ſic, & quod propriè dicitur alie-
natio dicit etiam Menoch. de arbit. Iud. lib.
2. Cent. 1. dict. caſu v. num. 1. communem di-
cit Alex. in conſi. 114 nu. 5. lib. 3. & ad longũ
41 tempus dicitur de iure locatio ad decem an
nos eſt com. opin. relata per Soarez in d. ver-
bo conductor nu. 197. & ideo in conductore
ad longum tempus trãſfertur vtile dominiũ
& poſſeſſio, & ſtatutum de poſſeſſore loquẽs
verificatur in eo. Alexan. in l. ſi quis ante ff. de
acq. poſſ. Bal. in cõſ. 325. in fi. lib. 1. Ful. in cõſi.
1. niſi pactum contrarium fiat Bald. in c. lite-
ræ num. 6. delat. Vincenr. Carrott. in tractat.
locati. par. 2. in tit. de effectibus locati. ad lon
gum tempus.

42 ET an locatio de nouennio in nouenniũ
dicatur alienatio vide Alex. in conſ. 104.
vol. 3. nume. 6. qui dicit quod ſic refert com.
Soarez: in d. verbo conductor in ſua Collet.
com. opin. nu. 198. Rodoa. in tract. de reb. ec-
cle. non alien. In lectura extrauagantis ambi-
tioſe: In verbo item ex præmiſſis fol. 34. nu.
20. vbi etiam communem dicit: item loca-
43 tio ad vitam perpetua dicitur, & ſic aliena-
tio l. 1. ff. pro ſocio Socc. conſil. 15. col. pen.
in fin. vol. 3. Hoſtienſ. in c. nulli de reb. eccleſ.
non alie. vbi dixi Dec. in conſi. 104. in fine, &
vide Gabriel. in titulo de locati. libr. 3. con-
cluſ. 2. Item locatio ad beneplacitum facta
dicitur perpetua, & ad longum tempus Bec.
in conſi. 35. nu. 20.

ITEM dicitur alienatio quãdo cõpromitti
44 tur: quia compromittere non poteſt quia
non poteſt alienare: ita Capic. In deciſion.
193. & compromiſſibile non eſt quod non
eſt

eſt alienabile Ripa in rubrica de iudi. nu.8 t. extra Alex.in conſ.32.nu.primo lib.2. qui loquitur in tutore, & curatore, & Prælato qui non poſſunt alienare ſine ſuperioris decreto nec compromittere: & qui non poteſt de re, liberè diſponere non poteſt compromittere dicit Ripa vbi ſupra Dec.in conſi.475.In fine commu. dicit Soarez in ſua Coll. commun. opinio: In verbo compromittendi nu. 160.

45 Idem etiam in vniuerſitate quæ non poteſt ſine ſollennitatibus compromittere Capicc. In deciſio.93.Socc in conſi.95.num.9. & 10. vol.3.nec etiam tranſigere ita Alexan.in cõſ. 32.Soarez:In ſua Coll.com.opi.In verbo trã ſactio nu.291. latè de hac materia dicit Rolã. in conſi.26.volum.primo nu.16.vide Rodoa. in d.tract.de reb.Eccl.non alien. In verbo venire etiam fol.41.

46 ITEM diuiſio eſt ſpecies alienationis in tantum quod prohibitus alienare prohibetur,& diuidere.Ita Socc.Iun. in conſil. 48. nume. 4. volum.primo Ia ptima C.ſi aduerſ. tranſact. vbi Bald. Gozadinus in conſil. 58. nume. 13. Pariſius in conſil. 34. nume. 39. libr. 2. Gratus in conſil.264.vide Rodoan. in dict.tractat.de reb. Eccleſ. non alien. rubr. 1. In verbo venit fol. 40. vbi nume.9. dicit quod non procedit: in feudo Menoch.de arbit.Iud.lib.2.Centu.2.caſu 171.num.35.(ſed non intelligas in feudo dignitatis cap.1.§.pręterea ducatus de prohibit.alien.per Federic. nec in alijs feudis in noſtro Regno cum om-
47 nia ſint indiuiſibilia vt dicitur in cap. volentes de alien.feud.& ibi Dom.Lanc.& dixi in repet.capit.prædicti:) nec etiam procedit in diuiſione iudiciali ſecundum Bald.in l.prima C. ſi adnerſ. tranſact. vide Crauett. in conſil. 264.nume. 8.vbi dicit quod etiam neceſſaria diuiſio dicitur alienatio tu tamen in hoc vide Cœphal.in d.conſil. 466.In fin.& quando dicatur diuiſio alienatio neceſſaria, & quando non dicit Cœphal. in conſil. 195. nume. 25.libr.2.vide de hijs Menoch.de arbit.Iudic. libr.2.Cent.2.d.caſu 171. inſolutum dare eſt etiam alienare etiam in ſtatutis Tiraquell.in tractat.de vtroque retra.§.1.gloſſ.14. num.4. in fin.quæ dicam in eo. num.70.

48 ITEM donatio dicitur alienatio ſecundum Anchar.in conſil.102.Roland. in cõſil.2. nume. 104. volum. primo,& an prohi-
49 bitus alienare dicatur prohibitus teſtari vide notata in l. ex hoc ædicto. ff. de alienat. Iudic. mutand. cauſ. fact. Bartol. & Iaſon. in l. filius familias. §. Diui. ff. de legat. primo Afflictus in deciſion. 260. & quomodo capiatur in teſtamento vide per Soccin. In conſilio.75. & dic quod alienationis appellatione venit ſucceſſio ex teſtamento l. ſi quis.§. certum. C. de ſecund. nupt. licet ſecus ſit in ſucceſſione ab inteſtato d.§.certum Rodoanus in tractat. de reb. eccleſ. non alien.In verbo hæredem fol.22. comm. dicit multa cumulando,& conſil.diuerſorũ Doctorum niſi in alienationis prohibitione eſſent poſita verba prægnantia puta(quomodocumque &c.)Ita Grat.in conſi.68.num.6. lib.2.Menoch.In conſil. 141.nu.36 Cœphal. in conſi.150.num.32.volu.2.vide tamen Alexan.in conſi.120.num.5.volum.1.& Iaſo. in d.l.filiusfamilias §.Diui num.136.In 2.lettura. ff.de legat. 1. vide latè de hac quæſtione per Gabriel.Incip.de fideicomiſſ. concluſ.2. lib.4. Maſcard.in d.tracta.probatio. in cõclu-
49 ſio,1236.nu.45.vol.3.Item,& vſucapi,& pręſcribi non poſſunt quæ ſunt prohibita alienari Roland. in d. tractat. In verbo: Item appellatione fol.5.per l.alienationis verbum ff. de verbo.ſignifi.commun. dicit Io.Ficard.in addi.ad Villalob.In coll.com.opin.In verbo alienatio nu.83.In primo vol.com.opinionũ fol.67. dicam in eo.nu.94.

50 ET an ſubiugare poſſit qui non poteſt alienare,& ſic an maritus poſſit ſubiugare ſine vxoris conſenſu, & an renuntiare ſucceſſioni patris infra dicam eod.nu.57. & nu.63.

51 SED an permutare dic quod non quia permutatio eſt alienatio Bald.in authen. res quæ C.communia delegat.Paul. de Caſtr.in conſi.16.Rodoan.in d.tract.de rebus, eccleſ. non alien.rubr.1.verſic.venit etiam fol.7.vbi dicit idem in promiſſione de alienando, & præſcribendo in verbo item ſub vocabulo. Item ſub nomine fol. eod. & ibi ſucceſſiuè vid. omnia quæ veniant appellatione alienationis ibi.

ISTIS ſic præmiſſis quæro de qua alienatione loquitur iſte tex.& videtur quòd de proprijſſima alienatione, & ſic marito prohibetur dominium directum transferre: nam
52 ſumus in ſtatutis vbi propriè, & ſtrictè ſunt interpetranda verba l. quidquid abſtringendæ ff.de verbo.obligat.l.conſtitutiones ff.ad municipat. l.3.§.hæc verba ff.de negot. geſt. Barto. in l.omnes populi ff.de Iuſti.& iur. & quod verbum alienare debeat intelligi in ſtatutis odioſis ſtrictè tenet Ang.in l.ſi benignus ff.de legib.Socc.in conſilio 75.in 2. colum.1. volu.Rodoa.in tract.de rebus eccl. non alie. rub.1.nu.9.fol.3.

53 ET ſecundo quia ſumus in materia prohibitionis alienationis quæ eſt odioſa l. nõ vſque ff. ſi quis apar.manumiſſ. vt notat. in l.

filiusfamilias §. Diui ff. delegat. ergo ſtrictè
debet intelligi quia odioſa ſunt reſtringenda
& fauores ampliandi C.odia de reg. iur. in 6.
l.cum quidam ff.de liber.& poſthu.

SED in contrarium eſt veritas quod imo
loquitur iſta conſuetudo de alienatione
etiam propria per quam etiam non transfer-
tur dominium directum, & de hypoteca bo-
54 norum primo quia quando prohibitio alie-
nationis concernit fauorem alicuius, & tũc
in ſtatutis ſub verbo alienationis compræhē-
ditur, & translatio vtilis dominij pignus hy-
poteca, & obligatio. Ita Neguſant. in tract. de
pignoribus. In 3. membro 2. part. nu. 7. Abb.
in capitul. nulli num. 13. extrà de reb. eccleſ.
non alien. In caſu ergo noſtro iſta prohibitio
facta marito non eſt odioſa. Imo fauorabilis
reſpectu vxoris, & filiorum nam alienarētur
eorum bona quia eſſet contra ius nam incon
ſue. 1. ſupr. titu. 3. dixi quod natiuitate filiorũ
bona communicantur, & diuidantur in tres
partes quia inter eos eſt contracta ſocietas
ergo, &c. nam vnus ſocius etiam omniũ bo-
norum non poteſt alienare plus parte ſua d.
l. nemo ex ſocijs ff. pro ſocio.

ITEM poteſt corroborari alia ratione nã
dato quod eſſemus in correttorijs, & odio
ſis, prout non ſumus, tamen in correttorijs
55 fit extenſio quando vnum venit ſublatà ſi-
gnificatione alterius ſecundum Alex. in l. 2.
ff. de legat. primo in prima colum. & quomo
do iſtud procedat vide per Imol. in l. ſi vero
§. de viro in 5. colu. ff. ſolut. matrim. Alexan.
in conſi. 207. nu. 30. volu. 6. per Socc. in rub. ff.
ſolu. matrim in prima colu. & in conſil. 152.
in 3. ſubſcriptione: Neguſ. in d. tract. de pign.
In primo mēbro nu. 9. vide quæ dixi ſupr. In
præludijs in 4. q prin.

56 ITEM quia in ſtatutis quando militat ea-
dem ratio in caſibus æquiperatis fit exten-
ſio etiam in correttorijs vt dicit. Roland. in
conſi. 27. volu. primo num. 6. In caſu ergo no
ſtro militat eadem ratio in pignore in effe-
ctu ſicut in tranſlatione directi dominij quia
ſemper alienarentur bona vxoris, & filiorũ
pignorando ergo diſpoſitum, in vno cenſe-
tur etiam diſpoſitum, & in alio vnde ex his
concludamus quod maritus prohibitus alie-
nare bona ſtabilia ſine conſenſu vxoris intel-
ligitur prohibitus alienare quocunque mo-
do de ſupradictis.

NON obſtant incontrariũ adducta quo-
niam vnica ratione tolluntur vt proce-
dunt in ſtatutis pœnalibus, & odioſis vbi fit
ſtricta interpetratio ſecus in caſu iſto vbi tra-
ctatur de fauore vt dixi ſupra. Ita reſponſum
eſt etiã per dicta Neguſ. in d. trac. de pignori-
bus: In 3. membro ſecundæ partis nu. 73. &
ita intelligitur Rodoan. in d. tract. de reb. ec-
cleſ. non alien. rub. 1.

57 SED quæro an poſſit maritus ſine cõſen-
ſu vxoris ſubiugare, & ponere cenſum ſu
per bonis prædictis ſtabilibus Foller. ſuper
Bulla in verbo huiuſmodi cenſus ſuper reb.
num. 22. tenet quod non vt duret ſemper ſe-
cus autem durante matrimonio quia talis
ſubiugatio valet ſed ego aliter credo ſtante
noſtra conſuetudine nam Bulla dicit quod
cenſus Bullares debent imponi ſuper rebus
58 ſuis quod verbum, importat dominium vt
dicunt Doctor. ſuper Bull. prædicta ſed bona
non ſunt ipſius viri tantum ſed vxoris, & filio
rum, & inter eos eſt ſocietas contracta, &
maximè per ea quæ idèm notat Foller. ibi
nu. 25. conſ. 21. ſed an quo ad tertiã ſuam poſ
ſit ſubiugare de rigore noſtra cõſuetudo ſen
tit quod non quia eſt alienatio, & eſt facta ſi-
ne conſenſu vxoris, & ſic non poteſt ſolus vẽ
dere cenſum quia ſocius obligando bona ſo
cij quæ in communi habet non præiudicat
ſocio in l. 1. vbi Bal. C. ſi com: res pigno. data
ſit præterea Bulla vult quòd imponatur cen
ſus ſuper bonis ſuis ſed vir non habet niſi par
tem in bonis prædictis vt dicit Imola in con-
ſil. citato in conſue. vnica quinta tit. 3. vbi etiã
dixi ergo, &c. in tex. in l. ſi conſiſtit §. fi. ff. qui-
bus mod. pignus vel Hyppo. ſolui. & Doct.
qui eum legunt procedunt in mera Hyppo-
teca & non in contractu Bullari, & ſic in ſta-
tuto in quo requiritur de neceſſitate quòd
res ſit nota ſubiugatis vt dixi, & ſubiugatio
eſt contractus emptionis, & venditionis vt
ſcribētes ſuper Bulla dicunt, & ſic aliena-
tio per ſocium fieri non poteſt dict. l. ne-
mo ex ſocijs, & d. l. prima de æquitate tamē
ſeruatur quod quo ad tertiam ſuam ſubiuga
tio valet per d. l. nemo ex ſocijs pro ſoc. &
idem dicerem in omni alia alienatione, & ita
ſeruatur vide quæ infr. eod. in quinto not. In
verſi. quæro an conſenſus in fine, & in verbo
item, ſi vero ſubiugatio prædicta contineret
vtilitatem ſocijs aliud eſſet, & dic, vt dixi
in inconſue. vnica, vnde ſoluenda ſunt debi-
ta, titu. 25.

ET an maritus ſolus poſſit imponere ſer-
uitutem dic quod nõ quia eſt alienatio vt
dicit Rodoan. in d. tract. de reb. eccl. non alie.
in rubrica prima: In verbo quando vero fol.
18. vide Foller. In loco præcitato, & an poſſit
hyppotecare, & ſic an appellatione aliena-
tionis veniat hyppoteca dicit. Neguſant. de
pignoribus in tertio membro ſecundæ par-
tus

tis nume. 73. & dixi ſupra eodem nume. 54. & ſequent.

SED quæro an maritus poſſit alienare red
59 ditus iuxta formam Bullæ ſine conſenſu
60 vxoris,& ſic an cenſus annui redditus connumerantur inter mobilia vel ſtabilia,& prima facie videtur quod poſſit, & quod inter mobilia connumerantur per l. iubemus l. 2. C. de ſacr.ſanc.Eccl.& ibi Bald. notat. in princ. & in §.1.in auth.de non alien.vbi glo & Angel.in l.hac ædictali §.15. Illud C. de ſecund. nupt.Imol.in cap.nulli col.fin.de reb. eccle. non alien.& in cap.2.eod.tit.Cemin.in conſ. 40.refert commun. opin.Portius in concluſ. xj.libr. 3.In princip.vel ſaltem redditus ſunt tertia ſpecies de per ſe, & non connumerantur inter ſtabilia nec mobilia vt dicit Panor. in d.cap.nulli.colu.3.verſ. quid autem de rebus eccle.non alien.quem ſequitur Alex. in addit.ad Bartol.in l. Mouentium ff. de verb. ſignifi.Foller.ſuper Bulla de cenſibus in verbo huiuſmodi cenſus nu. 24. ergo non ſunt per hanc conſuetudinem prohibiti alienari, & ſic remanent in diſpoſitione iuris communis l.commodiſſime ff.de libe. & poſthu.

61 SED incontrarium eſt veritas quod imo maritus ſine conſenſu vxoris non poſſit dicta iura cenſualia alienare per ea quæ infrà ſtatim dicam, & ad contraria reſpondetur quod licet procedant non tamen ſic indiſtinctè ſed quando redditus ſunt temporales ſecus ſi ſunt perpetui aut ad lõgum tempus: Ita limitatur d.regul.per Feder.de ſen.in cõſil.11.Bald.in l.priuilegia circa finem C.de ſacr.ſant.Eccl.Angel.& Alex.in l. ſi conſtante ff.ſolut.matrim Pariſ.in conſil.56. volum.3. Ruyn.in conſi.82.volu. 2. Item reſpondetur alio modo quod quando redditus ſunt trahẽdi ad alter vtrum inter mobilia connumerãtur,& multis argumentis,& ſimilibus prob. Folle.In loco prædicto num.16.& ibi etiam
62 concludit quod annui redditus Bullares ſunt perpetui licet poſſunt reddimi per rationes ibi per eum adductas dicit pulchrè Io.Ficard. In addit. ad Villalob: In verbo annui redditus num.103. In ſua Collett. commu. opin. fol.69. & quid de iuribus in corporalibus dixi ſupra in conſuetud.prima titu.3.In primo Not.in prima quæſtio.& quod connumerãtur inter immobilia, dicit etiam Rip. in 7. reſpo.Port.In concluſ.xj.in fin.libr.3. Sed an poſſet retrouenditionem cenſus facere quando debitor Bullaris vellet ſe redimere à cenſu etiam ſine conſenſu vxoris vide Paul. de Caſtro in conſil. 183. numero ſecundo volum.1.

63 QVAERO an maritus ſine vxoris conſenſu poſſit renuntiare ſucceſſioni patris vide Socc.in conſi.230.volum.2.& nu.1. & 2.& vid.quæ dicam infra in conſuet. ſequ. nu. 55. ſed an prohibitus alienare prohibeatur,& ſe obligare perſonaliter dic quod non l.alienatum ff.de verbor.ſignifi.& l.ſi profundo C.de tranſa.

QVAERO etiam an maritus poſſit alienare bona ſtabilia dando ea vxori, & ſi loquimur in donatione de iure regulariter
64 quidem donatio inter virum,&vxorem non valet ſed de morte confirmatur per tex.l.penul.C.de dona.int.vir. & vxor. quod optima ratione introductum eſt ne nimio amore ſe adinuicem ſpoliarent, & hoc procedit non tantum in donatione inter viuos per d.l.1. & l.donationes quas parentes C.eo. & toto tit. ff. eod. ſed etiam in donatione cauſa mortis ſecundum glo.in l.2. In princ. in verbo legatum ff. de dote priuilegiata refert commun. opin. Didac.Couarr.In rub. de teſta.in 3.parte num.2. & quid in donatione mutua quando ad inuicem faciunt vide latè per Caſſan.ſuper conſuet. Burgund.rubr.4 §.7.In verbo le mariee le femme in verſi.Iſtud etiam erat,&
65 in verſi.ſequ.fol.157.& quos contractus poſſunt vir, & vxor ad inuicem facere vide eum dẽ Caſſan.In locis prædictis,in verſi. mihi vi-
66 detur, & an ſponſus poſſit donare ſponſæ ante confirmatum matrimonium,& quid ecõtra dic quod ſic etiam in contractu matrimonij dicunt Bald.& Salyc.in l.fin. de donat.ante nupt.l.penult.ff de donat int. vir. & vxor. Caſſan.in loco prædicto verſi.quantum autẽ
67 fol.159. & quid de anulis, & iugalibus datis ſponſæ vide Clarum in §.donatio. quæſt.10.
68 Sed licet regulariter naturalis donatio non valeat vt dixi tamen iuramento confirmetur ita Alex.in conſi.8.num.3.libr.2.refert com. opinio.Imol.in cap. cum contingat poſt nu. 89.extra de iur.iur.Iul.Clar.refert etiam eam communem in dicto §.donatio quæſt. 9 reiecta alia contraria, & quomodo hæc procedant vide eundem Clarum in d.quæſ.9.vbi in verſi.ſcias autem etiam dicit quod confirmatur morte mariti dummodo pro interueniat in vita mariti vera vel ficta dictio tamen de iure contrahunt vir,& vxor vide Tiraque.de leg. Connub. In verbo de ſommari nu. 111. fol. 154. vltra Caſſan. in loco præcitato vnde cum iuramento dare poteſt tertiam ſuã vxori maritus,& econtra per ſupradicta.

69 ET an maritus poſſit fideiubere dic quod non quia fideiuſſio eſt alienatio Rodoanus in tracta.prædicto de reb.eccle.non alie. in verbo alienatio fol.44. & tãto magis quia in

in conſuetud. vnica ſupra tit. 3. expreſsè hoc dicitur & vide quæ dicuntur in conſuetud. vnica infra tit. 25. & cum dare in ſolutum ſit alienare quòd etiam in ſtatutis procedit vt dixi ſupra eo. nu. 47. ex Tiraquell. de retra. §. 1. gloſſ. 14. num. 4. Ioſeph Ludou. in deciſ. 6. num. 9. parte prima ergo ſtabilia dare inſolutum maritus ſine vxoris conſenſu nō poteſt.

70 ET an maritus alienare prohibitus intelligatur prohibitus ex cauſa neceſſaria dic, quod non additio ad Villalob: In verbo alienatio nu. 98. quod dicit procedere ēt in ſtatuto Cœph. in conſ. 261. nu. 34. etiā quod ſtatutū expreſsè prohibeat: ſed ſi alienationis prohibitio eſſet facta per verba quoquomodo aliud eſſet ſecundum Rolā. in conſi. 2. nu. 36. volu. 4. Cœpha. in conſil. 153. num. 36. Sed in materia conſuetudinis tractatur de alienatione bonorum communium, & an ſaltim pro parte alienantis valet dicam in eodem num. 98. & dixi ſupra eo.

NOTO quinto ex iſto tex. quod vir bona ſtabilia cum conſenſu vxoris poteſt alienare de iure tamen vir, etiam cum con-
71 ſenſu vxoris non poteſt alienare dotem ſecū dum Bald. in l. fin. ff. de iur. dot. tamen valet alienatio per vxorem viro conſentiente, vt dicit Bald. & ibi Bartol. in l. prima ff. ſolu. matrimo. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. in rub. 4. §. 4. In verbo dos ſol. 240. verſic. ad vnum vide Ioan. Fabr. & Port. in §. 1. Inſtit. quib. alien. li-
72 cet vel non ſed aliud ſtante iuramento, & de hac quæſtio. vide latè per Campeg. in tracta. de dot. par. 4. q. xj. in fine.

SED tunc quæro an ſi ambo vendunt ali-
73 quod prædium, & ambo fatentur pecuniam accepiſſe an ad ambos præſumantur perueniſſe dic quod non ſed ad virum tantū eſt commu. opinio. relata per Soarez in ſua Collect. commu. opinio. In verbo vxor num. 112. vnde mortuo viro vxor ab hæredibus petere poteſt ita Grat. in conſi. 90. & 91. Bologn. in conſi. 45. Bald. & Salycet. in auth. ſi qua mulier C. ad Velle Ruyn. in conſi. 299. Rola. A uall. in conſi. 64. num. 4 volum. primo vbi commu. dicit Boer. deciſio. 23. Afflictus deci-
74 ſion. 209. Idem quando ſimul accipiunt mutuum niſi probetur in vtilitatem vxoris verſum ibi Rolaud. nu. 9. Campe. in d. tractat. de dote par. 4. q. x. in fine vbi dicit quod debet aliter conſtare quam per teſtes. pecuniam verſam eſſe in vxoris vtilitatem.

75 QVAERO an conſenſus vxoris in alienatione dictorum bonorum ſtabilium per maritum facta requiratur pro forma ad ſollemnizandum actum ipſum alienationis an vero ex poſt facto poſſit interuenire, & videtur quod pro forma requiratur quia conſuetudo noſtra dicit quod in alienatione bonorum ſtabilium per maritum facienda requiritur vxoris conſenſus vnde cum pro forma requirans. In ipſo actu interuenire debet quia quando aliquid datur pro forma ſi ommittitur actus vitiatur in totum etiam quod ſit omiſſa in modico ſecundum Bald. Imo. & alios Doctor. in l. pe. ff. de legib. & poſthum. Iaſo. in conſi. 165. volu. 2. & in conſi. 91. col. 1. eod. volu. nam forma eſt indiuidua ſecundū Rolan. in conſi. 72. num. 34. & poſthu. 64. vol. 3. & conſil. 33. num. 8. & ſeq. eo. volum. & in conſi. 30. num. primo, & ſequent. eodem volum Doctores leggentes ritum in principio & maximè Domin. Cum. In præludijs ipſius ritus.

76 SECVNDO quia ſtatuti qualitates ad vnguem debent adimpleri, & verificari ſecundum Socc. in conſi. 55. 2. volum. Tiraq. in tract. retract. Lignag. §. 8. glo. 7. In princip. & debent pro forma ſeruari Iaſo. in l. prima nu. 17. & ſeq. ff. de liber. & poſthum. Roland. in d. conſil. ſupra citatis, & dixi ſupra in prohemio in quæſt. 17.

INCONTRARIVM eſt alia opinio
77 quod imo in actu per quem alienantur bona ſtabilia per virum ſufficit quod interueniat ex poſt facto conſenſus vxoris, & per cōſequens quod non requiratur pro forma nā talis conſenſus vxoris non requiritur pro integrando perſonam ipſius viri alienātis quia eſt iam de iure habilis vir ad alienandum, & eſt legitimus adminiſtrator bonorum vxoris, & matrimonij vt dicit Lucas de Penna in l. quicumque C. de re milita. libr. 12. Afflictus
78 in deciſion. 160. nu 4. Imo eſt dominus dotis l. dote ancillam. C. de rei vxo. actio. nec eſt prohibitio ſimplex ſed reſpectu bonorum vxoris ex quo vxor habet partem in illis bonis per conſuetud. vnica titul. 3. ſed de iure non datis filijs, vnde talis conſenſus vxoris merito non requiritur per viam authoritatis pro forma nec in ipſo actu ſed per viam præiudicij ſecundum quandam additio: hic quæ allegat text. glo. & Docto. in l. ſi is C. de præd. mino. & Paul. de Caſtr. in l. ſi me §. ſed ſi non mihi ff. de acquir. poſſeſſ. Bar. in rubric. de rei vxor. actio. Im. in l. pen. §. quæſitum ff. ad Trebell. vbi Alex. in fine adde ego eumdē Paul. de Caſtr. in conſi. 276. In primo volum. Item cum tractatur de præiudicio ipſius vxoris, & de eius commodo, & incōmodo poteſt conſentire ex poſt facto per multa concludit Tiraquell. de ll. Connub. In verbo conſentirent glo.

glo.6 nu.5.fol.221.vbi commu.dicit.In ſimi-
li dicit Roland.in conſi.22.num. 45. volum.
3.quod eſt etiam de iure vt in d.conſue.dixi,
nec per talem alienationem a marito factam
cum conſenſu poſtea vxoris præſtito nunc
præiudicantur filij in eorum tertia quia hoc
eſt diſpoſitum per conſuet. vnicam ſupra ti-
tulo proximo, quòd parentes in vita eorum
inuitis filijs prout bona alienare prout in ea.

ET tanto magis hæc opinio procedit ma-
ximè quando in iſtis inſtrumentis aliena
tionis maritus ſe obligat de ratho pro vxoris
conſenſu eam ratificare facere dictam aliena
tionem iuxta formam Ritus prout quotidie
fit.Nam tunc vxoris conſenſus interueniens
retrohabitur per ea quæ habentur in l. cum
dotem §.1.ff de ſolutionibus l. ſi debitum §.
ſi procurator ff.rem rat habe.Dec. in l. ſem-
per qui non prohibet num 6.ff.de reg. iu.vbi
79 dicit quod mandato æquiperatur per tex. in
l.quod ergo in princi. ff.de his qui no.infam.
in l.1.§.quoties de vir Vianna. c. cum ad ſedē
de reſtit.ſpol.in fi. (quod procedit re integra
ſecundum Bald.& Salyce. in l.2.ad Macedo-
nia: Alex.in conſi.78.lib.5.) Ita in ſimili ſen-
tit Crauett In tracta.de indemnit.mulier.nu.
12. & maximè ſi conſenſus incontinenti in-
80 teruenisset cum paria ſunt in actu fieri vel in-
continenti poſt actum gloſſ.in l.Pomponius
§.rati ff.de procu Hyppo.in l.prima §. Diuus
Antonius in vltima colum. ff. de quæſtio. &
81 iſtud ſtatim poteſt intelligi infra duos men-
ſes vel intra decem dies vt dicit a dummode:
In Enchiri.parium vel ſimilium in primo vo
lum.commun.opinio.fol.465. In verbo fieri
tu vide Menoc.de arb.Iud.lib.2. Cent. prima
caſu 27. vide quæ dixi ſupra in conſuetudine
6.ſupr.tit. r.

NON obſtant incontrarium adducta &
primo nō obſtat primum dubium per
quod forma debet ſeruari ad vnguem, &
quod pro forma videatur introductus cōſen
ſus vxoris quoniam reſpondetur verum eſſe
quod formam debere ad vnguem ſeruari, &
ſi omittitur vitiatur actus, ſed in noſtra con-
ſuetudine: negatur quod requiritur pro for
ma per ſupra dictas rationes. Imo aliquando
forma ad impletur per æquipollens per Ale
xan.in l.fin.nu.3.C.de procura.& quod tem-
pore neceſſitatis poſſit ad impleri per æqui-
pollens, & per multa concludit Rolan. in cō
ſil.30.nu.13.volu.3.

NON obſtat quod ſtatuti qualitates de-
bent ſeruari, & verificari quoniā in tex.
noſtro videtur qualitas ipſius ſtatuti ad im-
pleta, & verificata eo ipſo quod ex poſt facto
interuenit rathi habitio vxoris quia vxor ſu
præiudicat in parte ſua ſuper illis bonis vt di-
cit Crauett.in d.tractat. de indemnit. mulier.
num.12. nam quilibet poteſt renuntiare iuri
proprio l.ſi quis in conſcribendo C. de pact.
& ita ſeruatur, & interpetratur hæc conſue-
tudo, & in tali conſenſu vxoris interuenire
debet authoritas viri vt in conſuetu.ſeq.dici-
tur vbi de authoritate nu.34 dicam.

SED prima opinio poſſet ſubſtentari de
rigore iuris quando vxor non conſenti-
ret quia ſtatutum ita vult quod ad unguem
obſeruari debet vt dicit Roland.in dicto con
ſil. 72. nume. 64. & maximè quia ſtatutum
hoc debet declarari per aliud ſtatutum ſci-
licet per conſuet. vni.titu. 6. vbi in caſu mor
tis eſt licitum cuilibet iugalium diſponendi
de tertia ſuā inter viuos non poteſt niſi aliter
conſentiat vt dicit conſue. noſtra, & infra ſta
tim dicam, & tenaciter ſtandum eſt verbis
ſtatuti vt in prohæmio dixi licet de æquitate
poſſet ſubſtentari ſecunda opinio vt ſaltim
poſſit ſuam tertiam alienare vt ſupradixi, &
dicam in eod.nu.98. In verſi. quæro, & vxo-
re conſentiente ex poſt facto alienatio in to-
tum valeat vt dixi.

82 SVCCESSIVE quæro an valeat aliena
tio bonorum ſtabiliū per maritum facta
cum conſenſu vxoris tacito puta per præſen-
tiam, & taciturnitatem, & primo videntur
quod ſic per illam iuris regulam quod qui ta
cet conſentire videtur l. ſi remunerandi §. ſi
paſſus,& l.qui patitur ff. mand. quia paciētia
coniuncta cum ſcientia facit vt conſenſus prę
ſumantur l.2.cum ibi nota.per Barto. Co de
acquir.poſſeſſ. & in l. Item quæritur §. fin. ff.
loca.Dec.in conſi.409.Aret.conſi.126.nu.2.
Iaſ.in l.procurator ff.de condi.indeb. Natta.
conſil. 274. nume.11.volum. 2. Dec. & om-
nes in l. ſi certis annis. C. de pact. Item per
83 aliam regulam iuris quod taciti, & expreſſi
par eſt uirtus. l. cumquid. ff. ſi cert. petat.
84 cum ſimil. Incontrarium eſt veritas quod
imo non ſufficit tacitus conſenſus ſed ex-
preſſus: nam in ſtatutis qui tacet non dicitur
conſentire ita Iaſon.in l.quæ dotis nu.103.ff.
ſolut.matrimo.vbi dicit quod pro ſollennita
te requiritur conſenſus expreſſus quando à
ſtatuto conſenſus requiritur imo debet for-
maliter poni,cum conſenſu vxoris, & vir alie
nat prout quotidie fit. Ita Roland. in conſil.
69.num.23.de hac quæſtione vide Caſſan.ſu-
per Conſuetud.Burg. In rubr.4. § 6. In verbo
le mari le femme vert. Item quæro nu.7. fol.
158.& in loco prædicto vert. ſed quæro fol.
160. & in verſ. quicquid ſit vbi dicit quod nō
85 ſufficit tacitus conſenſus quia fictus eſt, & in
ſtatu-

ſtatutis requiritur verus conſenſus: & dicit quod talis conſenſus eſt pro forma Caual. in tract.de tuto: & cura.nu.121.fol.80.& num. ſeq.& in terminis dicit Tiraquell. de legibus Connub.glo.7.num.14.& ideo notarij in inſtrumentis dicunt præſente, & conſentiente tali vxore &c. & quibus modis dicatur conſenſus expræſſus vide Bartol.in l.prima ff.de vulg & pupill.ſubſtit.& Caſſan.in d loco nu. 31. & quod conſenſus expræſſus dicatur verus conſenſus dicit Dec.in conſi.308.& Tiraquell.de legib.Connub.d. gloſſ.7. nu. 71.fol. mihi 231.prætereà in hijs quæ requirunt expreſſum conſenſum, & actum verum vt in ſtatutis ſola pacientia non præſtat cōſenſum Barto.in l licet in prima col.C. de iure delib. C.cum pro paruulis de conſecra. diſtin.4.Capra conſi.55.nu.45.

NON obſtant incontrarium adducta de lege ſi remunerādi §. qui paſſus,& l. qui patitur. ff. mandat. Quoniam reſpondetur, quod non procedit in ſtatutis vbi ſit ſtricta interpetratio,& propria l.quicquid abſtringendæ ff.de verbo.oblig. cum ſimilib. ſæpius allegatis: ſed qui tacet conſentire videtur, &
86 non conſentire dicitur quia verbum,videtur in proprietatem,& fictionem ſignificat nota in l.1.§.deieciſſe ff.de vi & vi arm. & conſenſus tacentis dicitur fictus prout Docto. dicſit in locis ſupra adductis & dicitur in l. ſi vero cum remunerandi §.Idē Pomponius ff.manda.& Iaſo.in l.quæ dotis nu.61.Ita Alex. in l. 1.§.voluntatem nu.3.ff.ſolu.matr.& in termi nis ſtatuti noſtri quaſi communem dicit Vi- ui.in opin.296.Fall.x.

ITEM non obſtant dictæ l.ſi remunerandi §. qui paſſus, & l. qui patitur ff. mand. quoniam procedunt dicta iura quando taciturnitas, & pacientia præſtatur in reſpiciente commodum mentis ita Alexan.in d.l.quæ dotis num.30.nec ob.l.2.vt ibi not. per Bart. C.de acquiren. poſſ. quoniam nō procedunt in ſtatutis vbi ſit ſtricta interpretani,& expreſſus conſenſus requiritur per ſupra dicta bene verum eſt quod ſi cum taciturnitate, & præſentia concurrit pacientia diuturna, & ſcientia tunc dici poſſet vxorem expræſſe conſentire, & idem operari conſenſum expreſſum quod tacitum licet in hoc variauerit Bald. vt dicit Alexand. in l.2.ſi.voluntatem in prima colum.ff.ſolut.matrimon.& ibi refert, & ſequi. partem affirmatiuam tamquam magis
87 communem, & quod conſenſus expreſſus dicatur ex diuturna pacientia, & ſcientia dicit Iaſo.in d.l.quæ dotis num. 85. & ſequitur Natta.in conſi.98.num.11.volum. primo,& allegatur pro hoc text.in l.ſi filius,& ibi Bar. & Bald.C.de peti.hæred. Alexan. in conſ.79. num.16.in 2.colu.primo volum. Tiraque.de legib.Connub.gloſſ. 7.num.40.qui loquitur in terminis ſtatuti, & ex diuturna pacientia, & ipſæ præſumantur ſollemnitates interueniſſe in actu per l.ſi filius C.de peti. hæred.de quibus vid.no.per Crauett. in tract. de antiq. tempor.par.4.Bald.in l. prima C. qui admitt. & ibi Iaſ.in colum.4. Tiraque .de legib.Connub.fol.122.vbi de magis commun. reſtatur refert: & ſequitur Gabrie.in tit.de præſump. concluſ.prima num.5.libr. primo qui loquitur de conſenſu à ſtatuto in actu requiſito vt ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumatur, & ſollemnitates præſumptæ dicūtur veræ probatæ vt dicit Couarr.in reg. malefidei §.4.num.2.Crauett.de antiq. temp.par.1. In verbo viſo de forma num.37.& 38.fol.mihi 100. quod procedit etiam in ſtatutis Menoch.de recuper.poſſ.remed.15.nu.400.niſi ſtatutum requireret apertam vel manifeſtā probationem ſecundum Natt. In conſi.181. nume.18.

89 NEC obſtat etiam regula ſupra firmata.l.cum quid ff.ſi cer.petat.per quē tex. fuit dictum quod taciti,& expræſſi par eſt virtus quoniam non procedit in ſtatutis vbi ſit propia ſtricta, & vera interpetratio l.3.§.hæc verba ff.de negot. geſt.ergo,&c.Ita Dec.in d. l.cum quid nume. 3.vide Tiraquell.de legib.
90 Connub.glo.7.nume.49.In alienatione vero feudi ſufficit conſenſus tacitus cum præſentia domini eſt com. opinio relata per Io. Ficard.in addit. ad Villalob: In ſua Coll. commun. opinio. In verbo alienatio nume. 98. In 1. volum. commun. opinio. fol.68. An autem ſufficiat conſenſus vxoris generalis quibus vis contractibus datus viro vide Tiraquell. in dict. tractat. de legibus Connub. gloſſ. 7. nume. 113. Quæro an hoc ſtatutum procedat ſi vir ſine vxore contrahit cum perſonis non ſubditis ipſis ſtatutis? vide regulam cum ampliat. & limit. per Port. In concluſio. 25. libr. quinto. Sed quæro an in caſu quo in alienatione bonorum ſtabilium per maritum facta non interuenerit conſenſus vxoris nec a principio nec ex poſt facto nec tacitus cum patientia vt ſupradixi an tali caſu ementi vel contrahenti tranſ-
91 feratur ſaltim poſſeſſio tocius rei venditio, & an talis bona fide emens faciat fructus ſuos vide nota. per Iaſon. in l. prima §. ſi vir vxori in vltima column. ff. de acquirend. poſſeſſ. & an transferatur dominium ex iſto contractu nullo, & an poſſeſſio vide per Caſſan. ſuper conſue. Burg.in rub.4.§.7.verſ. & aduer-

te;

te in verbo le mari,& le femme fol.157.& in
verſi.aduerte, & dic quod dicitur eſſe in do-
lo emens contra formā ſtatuti dixi ſupra eo.
nu.81.& dicam infra nu.94.& nu.98.

92 QVAERO etiam an vxor alienare pro-
hibita bona mobilia intelligatur prohi-
bita alienare bona quæ ſeruādo ſeruari non
poſsūt com.eſt quod nō Aret.in c.prælatorū
nu.10.de accuſ.Villalob:in ſua Coll.com.op.
In litera A nu.28.in 1.vol.com.opi.ſol.67.ſed
an idē fit in noſtra cōſuetudine vbi tractatur
de alienatione bonorū communiū aliud cre
derē niſi in vtilitatē ſocietatis per ea quæ di-
cā in conſue.vni.incip. debita infra tit. 25.&
93 quę ſunt res quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt
dicit Rodoa.de reb.eccl nō alie.rubr.de alie.
rerū quæ ſeruando ſeruari.&c.fo.61. nu.29.

ITEM quęro an talia bona ſtabilia alienata
per virum ſine vxoris conſenſu vel bona
mobilia alienata per vxorē præſcribanturvel
94 vſucapiuntur dic quod non regulariter quia
prohibita alienari prohibentur præſcribi. Ita
Bar.in l.vbi lex,& ibi glo.ff.de vſuca.l.2.C.de
vſucap.pro empt.Ang.in l.pen.C.de præſcri.
long.temp.Io.Imo.in l.filiusfamilias §. Diui
ff.de legat.primo Io.de Aret.Cyn. & Bart.in
l.fi.C.in quibus in caſibus in integ.reſt. nō eſt
neceſſ.Bal.in l.1.in col.9.C.de ſeru.fugit.Ro-
do.in d.tract.de reb.eccl.non alien.In verbo
itē appellatione in fi.fol.5.Rip.in l.filiusfami
lias §. Diui ff.de legat.primo Rolan. in cōſ.3.
nu.39.vol.1.Cœph.in conſi.296.nu.25.com.
dicit,& Io.Ficar.in addi.ad Villalob:In verbo
alienatio.nu.83.& magis com.teſtaturGabr.
in tit.de præſcrip.conclu.13.nu.3.lib.5.vbi la
tè de hac materia.

SED Rodoanus in d.tract.de reb. eccl.non
alie.in rub.de exig.rer.eccl.alie.nu.38.fol.
89.magis com. contrariā videtur apportare,
& Bal.in tract.de præſcr.In 5.par.v.part.prin.
nu.35.verſ.4. quæro com. dicit ſed cōcordat
has opiniones contrarias idem Gabriel in d.
concluſ.13.nu.2.& 3.vt prima opinio proce-
dat in præſcriptione longi tēporis ſecūda ve
rò in præſcriptione lōgiſſimi tēporis, & Vil-
lalob:in d.verb.pręſcriptio nu.259.& ſeq.idē
dicit in præſcriptione immemorabili, & in
præſcriptione xx.annorū cū bona fide ſed di-
cas in hac quæſtione qđ ſtante ſtatuto iſto
emens partē ſtabiliū vxoris è viro ſine ipſius
mulieris cōſenſu vel à muliere ſine viri con-
ſenſu , & ſic contra hoc ſtatutū eſſet in mala
fide Guid.Pap.ſingu.181.& 259.in fin.Corn.
in conſ.243.d.vol.2.Ruy.conſ.60.nu.28.vol.
1. Ideo non præſcribit longe nec longiſſimo
tēpore vt ſcriptū reliquit Plot.in l. ſi quando
nu.226.verſ.decretū C.vnde vi,cum cōtraue
niens ſtatuto dicatur peccare vt dicit Caual.
in tract.tuto.& cur.nu.168.fol.mihi 115.per
tex in c.2.& maiorit. & obed. & latè dicit ex
hoc malā fidē pręſumi Maſc.in tract prob.in
cōcluſ.1000.inci.mala fides n.9.& n.36.vol.2.

FALLIT primo d. Regula quòd bona alie
nari prohibita præſcribi nō poſſunt,qn̄ ta-
lia bona fuerunt alienata ab alio quā a prohi
bito alienare ita Cyn.in d.l.fin.in quibus caſi-
bus reſtit.in integ.non eſt neceſſaria,& gloſſ.
not in l.1.C.de ſeruis fugit.

96 FALLIT ſecundo dicta regula niſi interue
niat ſcientia illorū contra quos præſcribi-
tur quia videntur tacitè conſentire Cyn. in l.
1.in 3.oppoſi.C.de ſer.& a qua videCraue.in
tract.de antiq.tēp.par.4 Secus data ignorātia
quia tali caſu nō adeſt cōſenſus illorū cōtra
quos præſcribitur ſecundū gl.not.in l.1.de in
integ.reſti.& in l.2.vltima col:C. de iure em-
phi.vid.tu Bal.in l.1.ee ſer.fugit.& Fulgo.in l.
1.C.de præſcriptione: longi temp.prout inſi-
mili dicitCraue.de antiq.temp.par.3.limitat
etiā alio modò Rol.in d. conſ.3.nu.83.vol.1.

QVAERO etiam an emptor bonorum
ſtabiliū per maritū ſine vxoris cōſenſu
alienatorū poſſit ſtipulari ſibi de euictione
argu. quod nō quia talis ſtipulatio non valet
quando ſcit conditionem creditoris per not.
per Bal in l.ſi familiæ C.famil.herciſ. & in l.ſi
97 is in fin.C.de præd. mino. & an maritus ven-
dens rem dotalē teneatur de euictione vide
Alex.in cōſ.154.nu. 3. vol.6. vbi magis com.
dicit quod ſic ſaltim qn̄ emptor ignorabat eſ
ſe dotalē,& ibi an faciat emptor fructus ſuos.

ITEM quæro ſi maritus alienat bona ſtabi-
98 lia ſine cōſenſu vxoris an talis alienatio ſit
nulla in totū an ſaltem quo ad tertiā mariti
quam habet virtute conſuetudinis prædictæ
ſupra titul. 3. valeat dic quod pro parte viri
vendentis valet quo vero ad alias duas par-
tes ſcilicet vxoris, & filiorum non conſentiē
tium non valet nec tenet alienatio : ita con-
ſuluit Dom.Antonius Lancz. In quodā ſuo
conſilio 68. per rationē quia prohibitio alie-
nationis facta reſpectu certæ perſonæ illā nō
ægreditur vnde alienatio nō valet quo ad eā
quo vero ad aliam perſonam ſcilicet viri alie
nantis valet vt allegat text. in l. ſi is quem C.
de præd.mino.& l.1.C.de bon mat. Barto.&
poſt eum Bal.in l. poſt mortem ff. de adopt.
& Pau.in l.nō dubium poſt nu.10.C. de legi.
Angel.in §.primo inſtit.quib.ex cauſ. manu.
& ita fuit deciſum in Magna regia curia inter
Magnificū Do.Laurentiū Bulano,& Magn.

notarium Vincentium lo Burgio in anno 6. Indict. 1578. In reſciſione alienationis vide la tè per Caſſan. in conſuet. Burg. in rubr. 4. §. 1. in verbo le femme Soit, verſ. ponamus fol. 127. vide quæ dixi ſupra eo. in 4. not.

SED quæro an talis actus ſit nullus Barto. Bal. & Iaſ. in l. non dubium C. de legib. dicunt quod ſic etiam quod ſtatutum non procedit annullando pulchrè dicit Cœph. in cõſ. 207. nu. 22. nam ſtatutũ poteſt prohibere alienationẽ, & impedit dominij trãſlationẽ Bar. in l. filiusfamilias §. Diui el 2. nu. 11. vbi Iaſo. nu. 106. com. dicit, & ibi Rip. & Bologn. vide Caſſa. in conſue. Burg. in rubr. 4 §. 7. In verbo le mani, & le femme in verſ. aduert. fol. 157. de æquitate tamẽ ſubſtentatur quo ad partẽ mariti alienãtis per ea quæ dixi ſupra eo. nu. 81. verſ. ſed prima opinio a. nu. proximo.

99 QVAERO an in nullitate iſtius cõtractus bonorum ſtabilium ſine conſenſu vxoris alienatorũ requiratur ſententia dic quod ſic per d. l. ſi is in verbo rem ipſam C. de præd. mino. no. in ca. inter cætera in verbo cauſam de re iud. vnde alienatio tenet donec ſit perſona eam reuocare volẽs ita dicit Bal. in cõſ. 174. col. 2. vol. 5 de quo vid. ſcripta per Caſſ. ſuper conſue. Burg. rub. 9. §. 10. in verbo lombes des maiſmort, verſ. quantum ad ſecũdũ nu. 7. folio 312. & an alienare prohibitis im-
100 pediatur domini tranſlatio vid. eumd. Caſſa. in loco prædicto in verſiculo quia hic num. 12. folio eodem 312. & dic quod ipſa alienationis prohibitio ſi eſt facta in vltima voluntate impeditur dominij tranſlatio gl. in l. ea lege C. de conditio. ob cauſam, & in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de verbo. oblig. Sed ſi fiat in actibus inter viuos non impeditur licet alienans teneatur ad intereſſe Iaſ. in l. filiusfamilias §. Diui nu. 68. ff. de legat. primo in prima lectura niſi prohibitio eſſet facta cum clauſula ipſo iure vel de re, etiam de iure prohibita ita Ripa in d. §. Diui num. 79. per ſtatutum vero impeditur vt dicit Bart. in d. §. Diui nu. 11. vbi Iaſo. & Rip. & dicam in conſuet. vnic. in tit. 45. & dixi ſupra eo.

ET hoc quod dixi procedit etiã ſi per hoc ſtatutum eſſet dictum quod ipſo iure alie-
101 natio ſit nulla nam tali caſu etiam requireretur declaratoria vt dicit Felyn. in cap. Rodulfus num. 45. de reſcript. additio ad deciſ. Tholoſan. 320. per cap. cum ſecundum de hæret. in 6. & maximè procedit ad priuandum quẽ ſuis bonis ſecundum Gram. deciſ. 101. Hyppolit. in §. ægredior in Practic. criminali de qua quidem quæſtion. dicam in conſuetud. prima infra titulo. 73. Incipient. ſi iudex ſub rubric. de obſeruan. dictarum Conſuetud.

102 QVAERO etiam an maritus poſſit agere nomine vxoris contra alienationem, à ſe factam, & ad reuocationem alienationis prædictæ com. eſt quod ſic quam refert Villalob: in Coll. com, opinio. In verbo maritus nu. 12. In primo volu. commu. opin. fol. 132. vno nomine ſuo Gram. deciſ. 93. Cœphal. in conſi. 272. nu. 54.

QVAERO circa hanc materiam an de
103 iure vir dicatur procurator vxoris, & poſſit pro ea agere dic quod Burgundiæ eſt conſuetudo quod ſic quam refert, & ponit Caſſaneus in prædictis conſuet. in rub. 4. §. In verbo le mari: quid autem ſit de iure, & quid ſi opponatur quod non eſt maritus vide plenè per eumdẽ in loco præcitato vbi pulchrè dicit quod ſic per l. ſi maritus C. de procur. & ibi in verſi. Incontrarium nu. 8. fol. 142. vbi quærit quid de promiſſore viri an poſſit pro vxore comparere, & ibi etiam dicit quid de marito putatiuo, & quid de ſponſo, & an teneatur præſtare cautionem de rato num. 10. fol. 144 verſ. ſed aduerte, & ibi num. 38. dicit
104 quod etiam in vita vxore vir agit pro ea, & ibi quid ſi maritus eſt minor vide Tiraquell. de legib. Connub. glo. 8. in verbo de ſommari: quæſt. 5. fol. 247.

105 VLTIMO quæro an maritus poſſit exigere debita vxoris ſine mandato ſeu cõſenſu ipſius dic quod non eſt tex. ad literã in l. cũ maritum tuum C. de ſolut. nam licet ius dictet quod maritus poſſit agere pro vxore per d. l. ſi maritus C. de procur. tamen non intelligitur quod poſſit debita exigere ſecundum Caſſa. rub. 4 §. v. In verbo le muriſans. verſ. & ideo nu. 48. fol. 142. in conſuet. Burg.

NOTA etiam vltimo quod vir cum cõ-
106 ſenſu vxoris bona ſtabilia alienare põt, & hoc intelligitur natis filijs, & ita per cõſuet. vnic. tit. 3. ſupra ſub rub. de confuſio. bon. diſponitur: non natis a utem filijs an res dotales poſſint alienari dixi ſupra eod. vir autem ſua bona alienat cum hypoteca tamẽ pro dote, & ſic remanet in diſpoſitione iuris communis ſed per conſuetud. Meſſanæ cap. 19. diſponitur quod res ſtabilis dotalis non ſuſceptis liberis per eos alienari nõ poteſt ſub forma ſequenti. Rem ſtabilem dotalem nec vir cum conſenſu vxoris non ſuſceptis aut non extantibus filijs vendere vel alienare poſſunt niſi vigente magna neceſſitate diſcuſſa, & cauſa cognita per Curiam Meſſanæ, & quæ ſit iſta magna neceſſitas dicam

infra

Infra in conſuet. vnic. tit. 36. & an procedat dicta conſuetudo ſtante iuramento dicam infra eodem titulo 7.

TITVLVS QVINTVS.

Quod non liceat vxori ſine voluntate viri alicui ſe obligare.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD vxori prohibitũ ſit ſine voluntate mariti tam ex cauſa dotis, donationis, quàm alia qua vis cauſa ſe alicui obligare, & ſi facta fuerit obligatio, ab obligatione ipſa ſi conueniri contingerit abſoluatur, & ſi ſolutum fuerit: per maritum tamquam indebitum repetatur, niſi pro redemptione mariti (ſi fortè maritus ab hoſtibus in carcerem detineri contingerit) idem poſſit, & Mater pro redemptione filij detempti ab hoſtibus ſi Maritus eſt abſens.

SVMMAE.

1 *Vxor non poteſt ſe alicui obligare ſine viri conſenſu.*
2 *Mulier an contrahere poßit ſine viri conſenſu, & an diſtrahere nu. 8.*
3 *Vxor alienans ſine conſenſu viri an teneatur.*
4 *Mulier ſine Mundualdo an poßit dominium transferre.*
5 *Statutum Ferrariæ de mulieribus non ſe obligantibus.*
6 *Statutum de mulieribus non ſe obligandis eſt fauorabile.*
7 *Mulier an poßit fideiubere remiſſiuè.*
8 *Mulier an poßit ſine conſenſu viri renuntiare, & liberare debitore communis quod non.*
9 *Statutum quod mulier non poßit contrahere quomodo procedat remiſſiuè.*
10 *Alienatio comprahendit donationem.*
11 *Donare cauſa mortis prohibitus non poteſt alienare & nu. 13.*
12 *Secus in ſtatuto prohibente contrahere ſecundũ magis com. opinio.*
14 *Donatio cauſa mortis an æquiperatur contractui.*
15 *Vxor an poßit facere alemoſinam ſine conſenſu viri.*
16 *Elemoſinã de rebus dotalibus non poteſt facere vxor ſine viri conſenſu, & an de male ablatis nu. 18.*
17 *Mulier contrahere prohibita de fauore animæ omnia offerre poteſt.*
19 *Dictio de alia, intelligitur de ſimili.*
20 *Dictio quocumque modo vel qualitercumque non patitur interpetrationem reſtrictiuam.*
21 *Vxoris obligatio an teneat ſi conſenſus viri ante cõtractum perfectam interuenit.*
22 *Conſenſus ſemel per virum præſtitus an reuocari poßit.*
23 *Conſenſus viri an ab initio requiratur an vero ſufficit ſi interueniat ex poſt facto, & 26.*
24 *Feudi in alienatione ſufficit quod conſenſus ex poſt facto interueniat, & eſt magis commun. opinio.*
25 *Conſenſus viri an requiratur ad validitatem Iudicij quando vxor agit.*
27 *Vxor quando poßit ſtare in iudicio ſine viri conſenſu remiſſiuè.*
28 *Obligatio vxoris ſine viri conſenſu an valeat ſi vir habuit noticiam de ea. & non contradixit.*
29 *Conſenſus viri obligationi vxoris an poßit per nuntium præſtari remiſſiuè.*
30 *Procuratrix an poßit eſſe extraiudicium vxor ſine viri conſenſu.*
31 *Beneficium an poßit præſentari per vxorem ſine viri conſenſu.*
32 *Vxor ſine viri conſenſu an poßit tranſigere compromittere vel inimicitiam remittere.*
33 *Vir & vxor an poßunt ſimul contrahere.*
34 *Authoritas à ſtatuto requiſita in ſpecie debet in inſtrumento poni*
35 *Conſenſus tacitus viri in obligatione vxoris non ſufficit.*
36 *Vxor viro requiſito, & reluctante an poßit ſe obligare.*
37 *Vir poteſt cogi à Iudice conſentire obligationi per vxorem ex iuſta cauſa facienda.*
38 *Vxor an poßit contractui vel obligationi conſentire ſine viri conſenſu.*
39 *Obligatio per vxorem ſine viri conſenſu facta an morte confirmetur.*
40 *Actionis natio per Principem tolli poteſt, & nume. 54.*
41 *Dolus, & fraus in noſtra conſuetudine præſumitur.*
42 *Alienum ſcienter capiens dolum committit.*
43 *Statutum ſcriptum quilibet ſcire præſumitur.*
44 *Banni promulgati ſcientia præſumitur.*
45 *Vxoris obligatio ſine conſenſu viri putatiui an valeat remiſſiuè.*
46 *Vxor an poßit ſe obligare ſine viri conſenſu cum iuramento.*
47 *Statutum an poßit tollere iuramentum, & nu. 52.*
48 *Clauſula decreti annullatiua non poteſt renuntiari cum iuramento.*
49 *Forma non ſeruata actus eſt ipſo iure nullus.*
50 *Vxor contrahendo ſine conſenſu viri peccat.*
51 *Abſolutio iuramenti multum operatur.*

53 *Princeps ſecularis an poſſit ſuper iaramento contrahere.*

55 *Renuntiare an poſſit mulier ſine conſenſu viri.*

56 *Mulier, & minor an debeant de eorum beneficio certiorari, etiã ſtante iuramento magis communis eſt quod non.*

57 *Mulier & minor decem, & octo annorum per cap. Regni prohibiti contrahere an cum conſenſu viri contrahere poſſunt.*

58 *Statutam vnum non tollit ſollemnitates alterius.*

59 *Alienare, & obligare an ſit idem.*

60 *Vxor ſine viri conſenſu ſe obligat pro reddimendo eo ab hoſtibus?*

61 *Dictio, niſi, ſtat limitatiue.*

62 *Filius non reddimens patrem ab hoſtibus cap. tum eius ſucceſſione priuatur, & ab eo exhæreditari poteſt nu. 64.*

63 *Redemptionis captiuorum materie vbi tractetur remiſſiuè.*

65 *Filius pro aliquo maleficio ſi eſt captiuus vel carceratus an poſſit ſe obligare ſine conſenſu viri pro eo liberando.*

66 *Vxoris in bonis parafrenalibus an poſſit ſe obligare.*

67 *Conſuetudo generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

68 *Matrimonio conſumato vxor propriè dicitur.*

69 *Vxor faciens conditionem ſuam poteſt ſine conſenſu viri.*

70 *Tranſactio ſuper alimentis eſt probibita ſed non eſt probibita quando facit tranſactionem ſibi vtilem num. 71.*

72 *Procurator Cæſaris poteſt tranſigere in Conſulto Principe ſi facit conditionem Cæſaris meliorẽ.*

73 *Malier an poſſit ſe obligare ſine conſenſu viri in obligatione deſcendente ex delicto.*

74 *Mulier ſine conſenſu mariti vel conſanguineorum an poſſit ſe obligare obligatione deſcendente ex lege.*

75 *Hæreditatem an adire poſſit vxor ſine conſenſu viri.*

76 *Statutum probibens mulierem non poſſe ſe obligare procedit in hæreditatis aditione ſecundum communem.*

77 *Statutum loquens de contractu extenditur aliquando ad quaſi contractum.*

78 *Alienare probibitus an intelligatur prohibitus ex cauſa neceſſaria.*

79 *Mulier principaliter probibita contrahere an intelligatur probibita in conſequentiam.*

80 *Tutrix an poſſit eſſe mulier ſtante ſtatuto quod non poſſit ſe obligare.*

81 *Bannitus ſi eſt maritus an poſſit vxor ſine eius conſenſu contrahere vel obligare.*

82 *Maritus ſi eſt diu abſens an mulier poſſit contrahere ſine eius conſenſu remiſſiuè.*

83 *Statutum prohibens mulierem contrahere poſſe ſine conſenſu propinquorum non procedit quando contrabit cum patre ſecundum com. Imo magis com. opinionem.*

84 *Filius cum patre contrahens metu contrahere præſumitur.*

85 *Statutum loquens in contracta an habeat locum in diſtractu.*

86 *Mulieres nobiles, & comitiſſe contrahunt in iudicijs, & extra ſine Mundualdo.*

87 *Vir an poſſit conſentire contractui vel obligationi pro ſe facta.*

88 *Statutum annullans contractum minoris ſine conſenſu propinquorum contrahentis procedit eo volente.*

89 *Statutum probibens mulierem contrahere poſſe limitatur multis modis remiſſiuè.*

90 *Fideiubere an poſſit probibitus contrahere.*

91 *Obligatio facta per vxorem marito an confirmetur per iuramentum.*

92 *Maritus an poſſit committere alicui conſenſum præſtandum vxoris obligationi.*

93 *Matrimonium an poſſit per ſtatutã probiberi vt non poſſit contrahi ſine conſenſu patris.*

94 *Vxor ſine conſenſu viri procuratrix extra iudicium eſſe an poſſit.*

95 *Statutum quòd mulier non poſſit contrahere ſine propinquorum conſenſu multis modis limitatur.*

QVOD VXORI ETC. diuiditur in tres partes: In prima ponit vnam deciſionem: In 2. ampliat deciſionẽ duobus modis: In tertia limitat eam etiam duobus modis ſecundo: Ibi, & ſi facta fuerit obligatio tertia, & vltima ibi, niſi pro redemptione.

SVMMATVR HOC MODO. vxor ſine mariti conſenſu non poteſt ſe alicui obligare ex quacumque cauſa, & ſi fiat obligatio nullum effectum habebit niſi tractetur de liberando maritum vel filium ab hoſtibus per conſuetudinem Meſſanæ cap. 27. Incipi. vxor diſponitur etiam quod non poteſt vxor ſine voluntate viri ſe obligare cuius conſuetudinis verba hæc ſunt.

VXOR ſine viri ſui authoritate nec ſe nec ſua obligare poteſt ſed cum ſui mariti authoritate ſuſceptis filijs obligari poteſt ſi pro communi vtilitate vel neceſſitate obligatio contracta fuerit mulier virum non habens ſe, & ſua bona obligare poteſt.

ET ex forma Pragmaticæ Regni non poſſunt mulieres pro quacumque cauſa etiã priuilegiata de perſona ſe obligare, & notarij tales obligationes facientes puniuntur vt in Pragmatica 6. nu. 24. Tho. 1. fol. 106.

1 NOTO primo ex iſto text. quod vxor non poteſt ſe alicui obligare ſine conſenſu

ſenſu viri ſui,& procedit in omni obligatio-
ne vt dicam , & ratio poteſt eſſe ne mulier
propter ſexus fragilitatem decipiatur §. pri-
mo Inſtitu. quibus alien. lic. vel non iuſta
ea quæ notat Dec. in l. fœminæ maximè nu.
43. ff. de regu. iur. Fulgoſ. In conſi. 39. Tiraqu.
de leg. Connub gloſſ. 4. num. 37. & iſta ratio
pro expreſſa habetur cum alia non datur in
in noſtra Couſuetudine Franc. de Aret. in l.
murum ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 2. C. de
adoption.

2 ET an de iure contractus factus à mulie-
re ſine conſenſu viri valeat vel ſit ipſo iu
re nullus vide nota. per Iaſo. in l. non dubium
nu. 16. & 17. C. de legib. Felyn. in cap. ſicut de
re iud. latè de hac materia per Caſſan. ſuper
Conſuetud. Burgund. in rubr. 4. §. primo: In
verbo le ſemme Soit: in verſi. ponamus fol.
126. nume. 1. & ſequen. dicam infra eod. ſed
quid ſtante noſtra Cõſuetudine, & dic quod
eſt nullus ipſo iure quia per hanc Conſuetu-
dinem eſt clauſula prohibitiua vt ſentit Caſ-
ſan. Ibidem vbi etiam dicit quod poſſunt cu-
mulati petitiones ſcilicet peto declarari nul-
lum contractum, & ſi quid eſt reſcindatur vi
de latè per Tiraquell. de legib. Connub. glo.
3 4. nu. 12. & an vxor teneatur in foro conſciẽ-
tiæ quando alienat ſine conſenſu viri dicam
infra eod. in 2. notab. & etiam ex forma con-
4 ſtitut. Regni mulieres viuentes iure Longo-
bardorum, & Francorum ſine Mundualdo
non poſſunt dominium transferre notatur
in conſtitu. Regni obſcuritatem de in integr.
reſtit. mulier. & ibi gloſſ. & text. & an Mun-
dualdus tenetur de dolo, & culpa dicit Affl.
in deciſi. 260. per totam licet Pernus in con-
ſil. 9. dicat quod dicta conſtitutio non eſt in
vſu in Regno noſtro.

5 ET ſimile ſtatutum eſt Ferrariæ per quod
diſponitur quod mulier non poteſt ſe
obligare ſine conſenſu conſanguineorũ de
quo facit mentionem Crauett. In titu. de in-
demnit. mulier. & in ſimili materia ſtatuti lo
quitur Decius in conſi. 110. vbi quærit an ta-
le ſtatutum tollat aliàs ſollemnitates alterius
ſtatuti, & dicit quod non, & Mediolani Pa-
piæ Franciæ, & in multis partibus quòd opti
ma ratione eſt introductum vt dicit Tiraqu.
de legib. Connub. glo. 8. In verbo de ſommari.
nu. 4. fol. 245.

6 PRIMO quæro an hæc conſuetudo ſit
fauorabilis, & ædita in fauorem mulierũ
dic quod ſic, & latè debet interpetrari, & cõ-
præhendit etiam acceſſoria obligationis, &
extenditur. Ita per multa dicit Crauett. in d.
tractat. de indemnit. mulier. num. 8. & ſeq. in
tracta. de antiq. tempo. & vide in ſimili ſtatu
to circa obligationem Fulgo. in conſil. 39.
Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubr. 4. §. 1. verſi.
7 dic quod iſta fol. 127. & an poſſit fideiubere
in contractu vide per Tiraquell. In tract. de le
gibus Connub. gloſſ. 4. nu. 14. fol: 13. & ideo
8 iſta conſuetudo extenditur in dicto actu ex
identitate rationis argum. gloſſ. in l. 3. §. iu-
dicio ff. contr. iudi. tut. Bald. in rubr. extra de
iur. iur. & in quaſi contractu, & ſic in addit-
tione hæreditatis Iaſon. in l. Barbarius Filip-
pus colum. 6. ff. de offic. Præt. Caſſau. In loco
prædicto nume. 6. & 7. & in nu. q. 13. & ſequ.
dicit procedere. In renuntiatione, & libera-
tione commu. dicit quod ſic in ſtatuto pro-
hibente contrahere Iaſo. in d. l. more nn. 37.
Michael Graſſ. in quæſtio. 10. c. 3. volum. 2.
commu. opin. fol. 107. & in alijs caſibus vt ibi
per eum ſed quæ dicam infra in 2. notab. in
verſi. an autem, & in 4. not. limitat. 6. vide la-
tè Tiraquell. de ll. Connub. gloſſ. 5. In princ.
In verbo contracter, & in gloſſ. 8, In quæſtio.
25. fol. 214.

ET de materia huius Conſuetud. vide per
Bar. & Docto. in l. ſi vnus §. pactus ne pe-
9 teret ff. de pactis, & quid ſi per noſtram Con-
ſuetudinem diceretur quod non poſſit vxor
ſine conſenſu viri contrahere vid. Soarez: In
ſua Coll. commun. opinio. In verbo mulier
num. 243. & in fi. & in quinto nota: In verſic.
Item ſtatutum, & Tiraquell. in d. tract. de le-
gib. Connub. glo. 8. vide addict. Alex. ad Bar.
in l. ſi vnus §. pactus ff. de pactis Bald. in rubr.
C. de contrahen. emptio. num. 25. dixi ſupra
eo. poſt num. 8.

SECVNDO nota. In text. Ibi donatio-
nis, quod noſtra conſuetudo dicit quod
vxor ſine conſenſu viri non poteſt ſe alicui
obligare tam cauſa dotis quam donationis
not. Secundum Domin. Feder. de Campi-
xan. hic quod ſi per iſtud ſtatutum non eſſet
expreſſum quod vxor non poſſit ſe obligare
ex cauſa donationis bene poſſit ſe obligare:
& allegat Franc. de Aret. in conſil. 54. in prin
cipio. Secus autem ſi diceret quod non poſ-
ſit alienare vxor quia tunc non poſſet dona-
10 re: nam alienatio compræhendit donationẽ
C. nullus de reb. eccleſ. non aliter ſecundum
Dom. Lance. & quod donare ſit alienare di-
xi ſupra: in Conſuetud. proxima num. 48. In
terminis dicit Rodoan. in tract. de reb. eccle.
non aliena. rubr. prima. In verbo nec dona-
tio fol. 11 vbi dicit quod multo magis eſt
quam venditio tu vide Tiraquell. de ll. Con
nub. gloſſ. 5. nu. 43. In verbo contracter, & an
11 de iure procederet hæc conſuetudo in dona
tione cauſa mortis Anchar. in conſi. 384. di-

cit

cit quod ſic, & quod prohibitus per ſtatutus
contrahere ſine conſenſu alicuius prohibe-
tur, & donare cauſa mortis dicit, & Soarez:
In verbo mulieres:nu.243.vbi com. dicit.

SED in ſtatuto prohibente contrahere in
12 contrarium eſt magis com. opin. vt dicit
Viuius in opin.296.In 2.limitat. In primo vo
lum.commu.opinio.& dicit Soarez: in dicta
Coll.commu. opin. in verbo mulieres num.
244.vide Tiraque.in d.tract.de leg. Connub.
glo.5.nu.64.& ibi nu. 57. an procedat in do-
natione præſumpta,& ibi quid in donatione
remuneratoria,& ibidem in quæſt. 2. nu.43.
13 & ſequ. fol.201.& an procedat in donatione
cauſa mortis vid.Socc.in conſil. 112.lib.pri-
mo Abb. in conſil. 40. volum. 2. Tiraquell.
dell. Connub. in d. verbo contracter gloſſ.v.
num. 64. vbi an prohibita donatione ſit pro-
hibita donatio cauſa mortis ibidem per Ti-
raquell.num.80. & quid quando ſtatutũ vte
retur verbo contrahere vide ibidem in d.gl.
num.63. & iſta quæſtio poteſt pendere ab il-
14 la quæſtione an donatio cauſa mortis æqui-
peretur contractui vel vltimæ voluntati de
qua per Clar.in § donatio quæſt.5.vide eum
dem Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo do-
nationis largitas num.145.C.de reuoc.dona.
dixi infra in conſuet.vnic.tit.16. ſub rub.quo
modo vxor teſtari poſſit in bonis dotalibus
in 2.not.ſed non recedas in hoc à magis com
muni in ſtatuto loquente per verbum con-
trahere vt ſupradixi in noſtra Ciuitate ceſſat
hoc dubium per conſuetud. vnicam tit.pro-
ximo vbi in caſu mortis licet cuilibet iuga-
lium de tertia ſua diſponere: an autem hæc
conſuetudo procedat in donatione remune
ratoria vide Tiraquell.In l. ſi vnquam in ver-
bo omnia vel partem aliquam nu. 30. C. de
reuoc.donat.

15 QVAERO an ſtante iſta conſuetudine
vxor poteſt facere ælemoſinam ſine cõ
ſenſu viri vide Bartol.in l.prima ff. rer.amot.
Abb. noſtrum Catinenſem Archiepiſcopũ
Panhormitanum in cap. ſi quis extra de furt.
glo.in cap. eſt tranſmiſſa de Dec. & in capit.
non dicatis 12.quæſt.1.Angel. In ſua Sũma:
In verbo ælemoſina §.2.Cilentum in ſuo Cõ
feſſion. In verbo ælemoſina vbi concludit
16 quod non poteſt de rebus dotalibus dare ſi-
conſenſu viri: ſecus de parafrenalibus vide
Tiraquell.in d.tract.de legib. Connub.glo.v.
in quæſtio.24 num 218.fol.220.Caſſan in cõ
ſuet.Burgund.rubr.prima §.v.In verbo ſe al-
cun in verſic. tertius caſus num.35.fol. 48.&
quid ſtante noſtra conſuetudine ſupra tit. 3.
per quam omnia bona ſunt tripartita, & per
conſuet. vnic. tit. proximo mulier nõ poteſt
alienare ſine conſenſu viri, & de bonis alie-
nis non eſt dubium quod non poteſt facere
ælemoſinam cum diceretur potius facere de
bonis furatis, & ſic non poteſt de tertia filio-
rũ, & mariti facere ælemoſinam, ſed de ſua
tertia dic quod ſic vt ex ſupra allegatis colli-
gitur vel dicas quod fauore ælemoſinã pro
17 anima ſua de ſua tertia omnia deo offerre po
teſt etiam ſine conſenſu mariti commu. di-
cit Viui. In opi. prædicta 296.In prima limit.
& poteſt offerre eccleſiæ omnia bona ſua
abſque cõſenſu viri nõ obſtante ſtatuto pro
hibente contrahere ſine conſenſu propin-
quorum vt ibidem per Viui. in dict.limit.pri
ma quod intellige.de tertia ſua,& non de ter
tijs mariti,& filiorum vt dixi.

18 ET an vxor poſſit facere ælemoſinam de
male ablatis ſine conſenſu viri, & quid
de extortis prætextu officij vide gloſſam in
cap. ex tranſmiſſa de decimis, & quid ſtante
conſuetudine prima infra titulo 7.ibi dicam:
& an vxor poſſit rem mariti commodare,&
vſque ad quod tempus l. ſi conſtante §.vxor
ff.ſolut.matrim. dicit quod ſic marito ſcien-
te ad modicum tempus vide tu Menoch. de
arbi.Iud.lib.2.Centu. prima caſu 25. Tiraqu.
in dicto tract.de legib.Connub.glo. 5. quæit.
23.nu.17.fol.220.

NOTA ibi in text. vel alia quauis cauſa
intelligit hic quædam apoſtilla de ſimi-
li arg.eorum quæ dicit Bart.in l.ſed & ſiquis
§.quæſitum column. vltima in fine ff. ſi quis
Caut.per rex.in cap. ſedes de reſcript. Bal.in
l.2.num.6.C.de ſeru.fugit.qui loquitur in ſta
tuto puniente pro aliquo ex caſu pena pedis
19 vel alia dictio, alia debet intelligi de ſimili,&
non pecuniaria facit quod not.Bar. in l.Bali-
ſta ff.ad Trebell.Pariſ. in conſil. 29. nume.7.
ſecundo vol.

ET quia iſta conſuetudo loquitur per ver
bum vel alia quauis etiam dic quod com
præhendit omnem donationem etiã in pro-
priam.& ob cauſam in qua ſe obligat ex idẽ-
ptitate rationis quæ compræheuditur ſub ex
preſſa ſaltem ſublata ſignificatione vocabuli
ſecundum Alex.in l.2.ff.de legat.nu. 3. & in
l.cætera §.ſed ſi quis nume.4.ff eod.nam hic
ſumus in caſu fauorabili vt dixi ſupra eod.in
d. quæſtio. prima nam quoties ſtatutum lo-
20 quitur per dictionem quomodocumque,&
qualitercumque vel alia quauis ſimili tunc
non patitur interpetrationem reſtrictiuam
ſecundum Saly.in l. ſi ſerui nu.9. c. de noxa.
Grat.conſi.68.nu.6.libr.2.Menoch.in conſil.
141.num.36.Cœphal.in conſi.150.num.32.
volum.2.

SED

21 SED quæro quid ſi interuenit conſenſus
viri à principio non tamen fuit ſequuta
obligatio poſteà ipſa vxor ex cauſa obligat
an tenet obligatio Caſſan. In loco ſtatim al-
legando in verſi.dic nu.6. fol.130.dicit quod
talis conſenſus non poteſt interponi ſuper
actu futuro,vide Tiraquell.de legib.Connu.
glo.6.num.1.fol.221.& quid ſi vir ſemel pr̨e
22 ſtitiſſet conſenſum an poſſit deinde illum re
uocare vide Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.
4.§.1. in verbo le femme ſoit in verſi. Intelli-
ge num.13.fol.130.& an requiratur iſte con-
23 ſenſus ab initio an vero ſufficiat ex poſt facto
ſuperuenire quidam Dominus Intriglio.hic
dicit quod debet præcedere allegat. Bart. in
l.ſin autem plures ff.aqua plu.arce.Iaſo.in l.ſi
quis mihi bona §.iuſſum nu.45. ff. de acquir.
hæred. Sed dic quod poteſt etiam ſubſequi
quia à pari procedunt conſenſum à princi-
pio interueniſſet ex poſt facto ſuperuenire
per ratihabitionem cap. ſollemnitate 63. di-
ſtin.C.cum nos C.ſugeſtum de iur. patro. &
l.finali. C. ad Maced. capit. ratihabitionem
de regul.iur.in 6. tu vide Ioan. Lup. in repet.
capit. per veſtras de donat. inter vir, & vxor:
Caſſan.in conſuet.Burg.d.rubr.4.§.1.in verſi.
Intellige vide ſupra in conſuet. proxima vi-
de latè per Tiraquell.de legib.Connub. glo.
24 6.in verbo conſentiente in principio. In feu-
dorum autem alienatione eſt indubitatum
quòd ſufficit quod ex poſt facto domini con
ſenſus interueniat eſt magis com. opin.rela-
ta per Andr.de Iſer.in cap.1.nu.13. de prohi.
feud.alien.per Feder.Lauren.Chirco.In con-
cluſ.51. Centur.prima in 2.volum.commu.
opin.fol.15.

ITEM quæro an talis conſenſus viri requi
25 ratur ad validitatem iudicij caſu quo mu-
lier ageret ſine conſenſu viri Paul. de Caſtr.
in conſi 276.In prima par.dicit quod non ſed
ſolum requiritur ratione intereſſe mariti, &
propterea dicit ibi quod poteſt quandocum
que conſenſus interuenire, & ſimiliter ſi nõ
26 contradicat, & quod valeat contractus ſi cõ-
ſenſus poſteà interueniat dicit Crauett. de
indemnit.mulier. nu. 11. tu vide de hac quæ-
ſtione latè Tiraq.de legibus Connub. glo.6.
nu.22.& 37.fol.225.

27 QVANDO autem vxor poſſit ſtare in
iudicio ſine conſenſu viri. & in quibus
vide Ioan. Lup.in repet.cap.per veſtras colu.
163.de dona.int.vir. & vxorem, & in poſſeſ-
ſorijs poteſt etiam in iudicio ſine viri conſen
ſu ita Menoch.de recuper. poſſeſſione in pri-
mo remed.num.429.Sed quod ſi vxor certio
28 rauerit virum vel vir habuit noticiã de obli-
gatione, & non contradixit an præſumatur
conſentire, & obligatio valeat dic quod ſic
ita Salyc.in l.filius C.ad Maced.& quid ſi vir
29 conſentiat per nuntium vel per Epiſtolam
vide Caſſan.d.rub.4.§.5.In verſ. vtrum & ſe-
quen.per totum fol.146. Tiraq.de legib.Con
nub.gl.5.nu.206.fol. 219. per totum tu vide
quæ non dixi ſupra in conſuet.proxima.

30 ET quid ſi mulier ſic conſtituta procura-
trix extra iudicium an poſſit eſſe ſine con
ſenſu vxoris, nõ obſtante ſtatuto noſtro pro
hibente obligationem dic quod non prohi-
betur,& poteſt eſſe dicit Tiraquell.de legib.
Connub.d.glo.5.quæſtio.15.num.172.& an
31 poſſit tranſigere vel compromittere aut præ
ſentare in beneficio ſine conſenſu viri vide
ibidem per Tiraquell. quæſtion. 26. & 25.
32 & an vxor poſſit remittere inimicitiam vide
Tiraquell.in d.tract.de legibus Connub. l. 1.
gloſſ.prima nu.6.vide quæ dixi ſupra in con-
ſuet.proxima.

SED quæro an ſi vxor contrahat cum vi-
ro in ſimul non tamen dicitur in ipſo con
tractu quod ſe obligat cum conſenſu viri an
ſit ſtatuto ſatisfactum quæ lam additio hic
antiqua dicit quod ſic, & allegat Salyc.in l.fi.
colu.fin.C.ad Maced, Ang.& Imol.in l.is qui
hæres §.fin.ff.de acquir.hæred.Socc.in conſi.
220.& in conſil. 221.nu.13. in 4.volum.& ſi
34 per ſtatutum requiratur authoritas debet in
ſpecie in inſtrumento poni, Rolan. in conſi.
26 vol.4.eſt magis commu.opi.relat.per Iaſ.
in l.ſi quis mihi §.iuſſum nu.13.ſequen. Gar-
ganeus,in patrocin.43.num 17. reprobandæ
aliam commu.opin.vt ibi per eum, Duen.In
regul.65.volu.primo,& an conſenſus in no-
ſtra conſuetudine requiratur pro forma dixi
ſupra eod.& in conſuet.vnic.ſupr.tit. proxi-
mo, & vide Gabriel in conſil.2.& Caſſan.ſu-
per conſuetud.Burg.In rubr.4.§.7. in verbo
deſdroit, & appar in verſic. numquid autem
fol. 161. & an in noſtra conſuetu. poſſit capi
pro authoritate vide Tiraquell.in d. tract. de
48 QVAERO an hoc ſtatutum extenditur ad bona etiam extra territorium tetis exiſtentia vel compræhēdat forenſes hue teſtantem vide Villalob: In verbo ſtatutum nu.105. vbi dicit quod ſic referendo comm. opinio: ſed Ioan. Ficard. in additio.Ibi refert magis com.contrariam ex Alex.in conſi.19. vol.6.& ibi Io.Ficard.tranſit cum Villalob:& opinio:Iaſ.vide pulchre per eundē Io. Ficar. in addict.ad Villalob: In ſua Coll.com. opin. In verbo teſtamentum nu.57.

NOTO vltimo quod filio in aliquā partem etiam minimam per patrē vel matrem inſtituto de tertia ipſorum parentum non datur falcidia nec repletio legitimè vt ſupra dixi in 2.nota:per hanc ergo conſuetudi-
49 nem eſt ſublata falcidia ſed an per teſtatorē falcidia tolli poſſit dic quod ſic eſt com. opinio quam refert Iul. Clar. in d. §. teſtamentū quæſtio.73.verſ. ſed quæro.

50 ITEM falcidia in multis caſibus etiā ceſſat,& primo ceſſat falcidia vbi viget æs alienum,& funeris impenſa,& præcia ſeruorum manumiſſorum.§.cum aut Inſtit.ad d.l. Falc. Item falcidia ceſſat in legato inſtrumenti.l. ſi prædiorum C.ad l.Falcid.Item ceſſat in dote quia mulier rem ſuam habere videtur l.cum dotem ff. eod. Item in libertatibus: item in relicto bonorum ſubſidio l.de legitima C.de inoffic.teſtamen. l.ſcimus. Item in relictis ad pias cauſas auth.ſi mulier C.ad l. Falcid. Port. In concluſ.24.libro 6.Item Falcidia ceſſat iure prohibita alienari per legatarium ſeu fidei commiſſarium particulares ita Rolan.in cōſil.9.nu.14.vol 4. vbi com. dicit vid.gl.in l.in teſtamento C.ad l.Falcidiam.

SED quæro an ceſſat Falcidia ſi hæres non confecerit inuentarium, & illud fraudauerit videtur prima facie quod non ſecundum Doctor. in l. teſtamento. C. eodem tamen incontrarium eſt veritas quod imo ſi hæres non confecerit inuentarium vel illud defraudauerit priuetur Falcidia prout eſt gloſſ. in d.l. teſtamento C. eod. & text. in §. fin.& ibi gloſſ.in auth.de hæred.& Falcid.Roland.In conſil.27.In primo volum.& in conſil.5.num.33.4.volu m. Gratus in conſi. 159. nu.5.volu.1.Bero.conſi.93.nu.10.in fi. & 14. volu.2.Rolan.in tract.de confectio.inuentar. par.3.In verbo hæres fol.132.

51 SED an ceſſat trebellianica ſi hæres non fecerit vel fraudauerit inuentarium magis com.opinio: eſt quod ſic quam refert Villalob: In ſua Coll.commu.opin.In verbo inuentarium nu.93.& in verbo teſtator nume. 79.& ſequent.& Soarez: In ſua Colle. com. opinio: in eod. verbo nume. 170. Incontrarium eſt alia magis com.opinio. quam refert Roland. Auall. in d.conſil.5.in fin.volu.4. qui reſpōdet ad dictam magis communem opinio: dic vt ibi per eum commu. & veriorem dicit hanc partem Ioan.Ficard.in addittio.ad Villalob: In Coll.commu.opi.In verbo Trebellianicæ nume.126.& an trebellianica poſſit à teſtatore prohiberi magis commu. opinio eſt quod ſic relata per Dec. in conſi.181. Alex.in conſ.5.in fin.vol.3.Villalob: In verbo fide Commiſſarius nu.54.& Soarez: In verbo trebellianica nu.306.Clar.in §.teſtamentum q.61.Maſcar.de probatio.concluſ.1389. vol. 3.Gabriel.in titul.ad Trebell. concluſ.prima libr. 4. fol.419.vbi magis commu.dicit idem Villalob: In verbo teſtamento nu. 77. Fallit tamen in liberis primi gradus eſt magis com mu.opinio relata per Mar.Socc.in conſi.137 Matthæus Iureconſult. In verbo trebellianica in 1.vol.com.opi. fol.342. Idem Villalob: In verbo teſtator nu.78.vbi diſtinguēdo contrariæ opin.reſpondet ex Dec.conſ.480.licet alia opi.contraria ſit cōmunis vt dicit ibi Matth.Iur.conſul.vide ibi per eum: nā prima verior eſt:eam com.etiā dicat Io. Ficard.in add. ad Villalob: In Coll.com,opi.in verbo quarta nu.2.in 1.vol.com.opi.fol.160.& an filius nō
53 conficiens inuētarium priuetur legitima dixi ſupra in conſue.vnic.tit.3.nu.266.

54 ITEM quæro an ceſſat falcidia,& trebellianica ſi teſtator vel ſtatutum dicat relinquo talem rem integram, & indiminutam: Dec. in conſi.445.nu.23.dicit quod ſic:& ibi quid in filijs primi gradus: ſed Boniornus in d.l.precibus dicit quod Bald.minus conſiderate loquitur quam Pau.de Caſt.in cōſ.77.nu.3.vol. 2.& Bettan.in conſ.280. vol.3. ex quibus habes plenius diſtintionē,conſ.144.& Iaſ.in cōſil.148 nu.14.eod.volu.vbi poſt multos Doctor.relatos tenet contra Bald. & ibidem Iaſ. tenet in conſil.146.& Paul. de Caſtr. in conſil. 28. volum. 2. vbi dicit quod eſt neceſſe quod expreſſè prohibeat: ſed prima eſt com munis vt dicit Dec.in conſ.495.nu.13.qui allegat Ale.in conſ.5.lib.3.nu.10. com. ēt dicit Pariſ.

Pariſ. in conſil. 21. volum. 3. colum. 4. & in
conſil. 54. colum. 5. in fin. eod. volum. Cra-
uett. in conſil 174. nume. 161. dicit neminem
ab hac opinio. diſſentire et ſequitur Gabriel
in titul. ad Trebellia. concluſio. 7. libr. 4. fol.
55 424. & quid in filijs primi gradus vide Fran-
ciſ. Curt. in conſil. 16. colum. penult. qui re-
fert Alexan. atteſtantem commu. opinio. ta-
men vide plenè per Ripa in l. Centurio nu-
me. 129. ff. de vulgo, & pupill. ſubſtitu. & om
nino Soarez: in ſua Coll. commu. opinio. In
verbo Trebellianica nu. 313. qui tenet cum
Alexan. ind. conſil. 5. lib. 3. Villalob: In ver-
bo fideicommiſſarius num. 55. vbi commu.
dicit, etiam quando teſtator mandauit reſti-
tui plena hæreditas vel quicquid ad hærede͂
peruenerit vide quæ dixi infra in conſuetud.
56 vnica titul. 15. & Trebellianica non detrahi-
tur ab hærede inſtituto ad ſolam vtilitatem
alterius eſt commun. opinio. relata per Ga-
briel: in conſil. 128. nu. primo, & ibi quæ re-
quirantur, vide quibus verbis intelligatur ta-
cite prohibita Trebellianica per Ioſeph. Ma
ſcard. de probatio. in conſi. 1389. vol. 3.

57 ET an ſi teſtator mandat reſtitui hæreditatem ſub conditione an hæres interim faciat fructus ſuos præcipuos an vero computentur in quartam Trebellianicam in extraneo ſiue in patre quod dicti fructus computantur in Trebellianica eſt commu. opinio relata per Ripa in l. fideicommiſſariam num. 31. ff. ad Trebellianicam, & tex. in l. iubemus C. ad Trebellian. ſed filijs grauatis de reſtituendo hæreditatem fratribus nõ computantur fructus in quartam dicit d. l. iubemus Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Centu. 3. caſu 256. nume. 49. & nume. 32. & limitat ibi & ibi num. 49. quid de patre: & idem in Falcidia dicit Crauett. In repet. l. 1. nu. 148. ff. de lega. 1. quam legem nunc publice repete de mane Catinæ legens.

58 NOTO vltimo quod ceſſat repletio legitimæ, & cõditio ex lege quæ datur de iure pro legitima prout eſt commu. opinio quam refert Soarez: In verbo filius nu. 234. prout in text. & ratio eſt poſita in 2. notab. & de replettione legitimæ, & de ipſa legitima dixi ſupra in conſuetud. vnic. titul. 3. in 4. not. nume. 123.

TITVLVS SEPTIMVS.

Qualiter poſſit maritus in vltimis ſuis de communi ſubſtantia extrahere male ablata, & male acquiſita, & qualiter ei credatur.

CONSVETVDO VNICA.

RESERVATO, & conceſſo patri, & marito tantum inuitis filijs, & vxore ſuis, quod poſſit de rota communi ſubſtantia primo, & antequam de bonis ipſius diuiſio inter eos fiat extrahere, & ſatisfacere pro liberatione animæ ſuæ male ablata, & male acquiſita per eum poſt contractum, & conſumatum matrimoniũ inter iugales eoſdem. De quibus male ablatis ſtabitur tantummodo patris, & mariti, iuramento tempore ſui diſceſſus, ſeu conditi teſtamenti.

SVMMAE.

1 *Male ablata de communi ſubſtantia reſtituuntur.*
2 *Anima cunctis rebus anteponitur.*
3 *Animæ fauor eſt attendendus.*
4 *Anima corpori præfertur.*
5 *Confeſſio facta parte abſente non probat amplia. nume. 6.*
7 *Fallit quando fit ad exonerandum conſcientiam.*
8 *Confeſſio ſine cauſa non valet fallit nu. 9.*
10 *Immemor ſalutis æternæ quis nõ p̃ſumitur, et nu. 20*
11 *Peccatum non remittitur niſi reſtituatur ablatum.*
12 *Legitima nõ minuitur fauore piæ cauſæ fallit. nu. 13.*
14 *Matrimonium fit præcedentibus admonitionibus in eccleſia.*
15 *Coppula carnalis non requiritur de iure communi ad validitatem matrimonij.*
16 *Iuramento patris tempore ſui diſceſſus ſtatur de male ablatis.*
17 *Iuramentum eſt ſpecies probationis.*
18 *Iuramento probantur quæ in animo conſiſtunt.*
19 *Iuramentum quotuplex ſit remiſſiue.*
20 *Ignorantia iuramento probatur.*
21 *Fugitiuum eſſe debitorem iuramento probatur.*
22 *Conſultor, & notarius iuramento recuſantur.*
23 *Iuramento partis quando ſtetur remiſſiue.*
24 *Iuramentum in litem quando præſtetur, & quæ requirantur remiſſiue.*
25 *Probatio contra iuramentum vigore ſtatuti præſtitum an admittatur.*
26 *Iuramentum non tranſit in rem iudicatam ſecundũ magis com.*
27 *Statutum quod credatur iuramento alicuius intelligitur defectu aliarum probationum.*
28 *Statutum quod credatur dicto alicuius cum iuramẽto an valet.*
29 *Exculpatio offenſi elidat inditia nu. ſeq.*
32 *Dictio, tantum ſtat taxatiue.*

33 *Iuramentum mulieris non eſt adeo, firmum ſicut viri intellige nu. 38.*
34 *Vxor an poſſit furari marito, & dare pauperibus.*
35 *Maritus vigore ſtatuti qui poteſt teſtari an poſſit donare.*
36 *Maritus an poſſit de bonis mobilibus de communi ſubſtantia legare.*
37 *Correlatiuorum idem eſt ius.*

RESERVATO &c. diuiditur in quattuor partes iſte tex. In prima ponit dictum in 2. Illud ampliat: In 3. reddit rationem: In 4. dat modum probationis 2. Ibi in vitis filijs 3. Ibi pro liberatione: quarta, & vltima. Ibi de quibus.

SVMMATVR HOC MODO. marito tantum conceditur de cōmuni ſubſtantia pro exoneratione ſuæ animæ ſoluere male ablata etiam in vitis vxore, & filijs & ſtetur in hoc eius iuramento: Similis eſt conſuetudo in Ciuitate Siracuſarum in cap. 1. in fin. ſub rubr. de bono. patrimo. & in Nob. Ciuitate Meſſanæ cap. 48. Ita diſponitur non eſt nouum quia de conſuetudinibus, & ſtatutis ſcriptis, & non ſcriptis quantumque veterrimis inter litigantes noua quæſtio ſeu dubietas oriatur: Sed ſicut nouæ quæſtiones, & dubitationes emergunt ita, & noua debent deciſionum medicamenta præſtari: vniuerſitas igitur Meſſanenſis deliberato cōſilio, & omnibus ſollennitatibus quæ ad hoc requiruntur obſeruatis, antiquam conſuetudinem Meſſanæ quæ dictat quod viri, & vxoris bona &c. hoc modo interpetrata eſt, vt ſublatis lucris ſordidis, & male quæſitis de reſiduo tantum præfatis patri, & matri, & filijs tertia debeatur propter quod ſi teſtator: idemque maritus, & pater in vltimis ſuis vel quolibet mortis periculo conſtitutus vel conſtituendus in breui puta ad bellum vel alio vbi immineat mortis periculum ſit iturus iurauerit de ſordidis lucris ſeu male quæſitis ſe aliquid habere illud vel tantundem de vniuerſo patrimonio tamquam reſtitutioni ſubiectum ſicut, & alia conſtantis matrimonij debita deducantur per ipſum patrem vel per quem ipſæ ſtatuerit illis à quibus oblatum fuerit vel pijs locis reſignandum, & reſidua tantum vxori, & filijs ac patri per tertiam diuidantur ne maritus, & pater in perpetuum lugeat, & vxor, & filij inrationabiliter lucrifaciant aliena Si vero non ſit in vltimis vel mortis periculo conſtitutus vel in breui cōſtituendus ſed in ſenectute vel ſenio quo caſu non eſt veriſimile ipſum vt ſuæ ſalutis immemorem deierare, & iurauerit vt prædictũ eſt. Lucra ſolita, & male quæſita ſe habere: Ita demum de medio ea detrahat, & incontinenti ideſt infra menſem ad tardius manualiter reſtituat ſicut ſuperius eſt expreſſum.

NOTO primo ex iſto ſtatuto quod licet natis filijs bona diuidantur in tres
partes quarum vna datur patri altera matri
reliqua vero filijs vt dicit conſuetudo prima
tit. 3. Item licet non poſſit vir ſolus alienare
bona ſtabilia vt in conſuetu. prima ſupra tit.
4. diſponitur, tamē ſecus eſt in vltima volũta
1 te in ſatisſactione malè ablatorum quia po-
teſt de eis diſponere, & bona alienare in ſa-
tisfactionem ipſam, & deducantur de tota
communi ſubſtantia, & ſic etiam de tertijs
vxoris, & filiorum quia eis in vitis ſoluit
de eis male ablata, & ratio poreſt eſſe quia
fit pro exoneratione conſcientiæ. & animæ
2 vt dicit noſtra conſuetudo nam anima ante-
ponitur cunctis rebus l. ſancimus C. de ſacro
ſanct. eccleſ. c. cum infirmitas de penitent. &
remiſſ. Tiraquell. in tractat. piæ cauſæ in præ-
fatio. fol. 9. iux. dictum Euang. (quid prodeſt
homini ſi vniuerſum mundum lucretur, ani
mæ vero ſuæ detrimentum paciatur.) Nam
3 fauor animæ attenditur vt dicit Pariſ. in con-
ſil. 51. nume. 59. in 4. volum. & anima præfer-
4 tur corpori d. l. ſancimus in fin. C. de ſacroſ.
eccle. Roland. in conſi. 5. volum. 3. nume. 14.
capitu. ſolitæ §. prætereà in fin. de maior. &
obe. vnde Virgilius dicit in Aeneidos. Igneus
eſt illis vigor, & cæleſtis origo. præſumitur,
enim vnumquemque ſibi magis, & animæ
ſuæ quàm cæteris voluiſſe proſpicere argu.
l. 1. C. de patrib. qui fil. ſuos diſtraxe l. præſes,
vbi glo. C. ſerui. & aqua d. c. infirmitas. Ma-
ſcard. de probation. In concluſ. 1171. volum.
3. vbi declarat in quibus caſibus quo ad pro-
bationem pia cauſa ſic priuilegiata, & hinc
5 eſt quod licet confeſſio facta parte abſente
non probat teſte. Abb. in rubr. de pact. num.
63. l. certum §. ſi quis abſente ff. de conf. & in
l. fin. ff. de interrog. action. quod ampliatur
6 etiam ſi eſſet in iudicio Paul. de Caſtr. in d §.
ſi quis abſente nihilominus fallit quando fit
7 ad exonerandum conſcientiam vt dicit Fely.
in cap. olim de reſcrip. Hyppol. In ſing. 202.
Afflict. in deciſ. 164. Socc. Iun. in conſil. 245.
8 nu. 6. in 6. volum. ſicut dicitur quod confeſ-
ſio facta ſine cauſa non valet vt dicit Hyppo.
in ſingul. prædicta, & in Practic. crimi. §. poſt
quam num. 211. & in l. prima §. prætereà de
9 quæſtio. tamen in vltimis valet idem Hyppo
ly. in rubr. de probatio. nume. 80. Socc. conſi.
73 num 4. volum. 3. Nam multum operatur
confeſſio in vltimis cum non præſumitur
10 quis in memor ſalutis æternæ ita Menoch.
in conſi. 39. num. 12. & 68. volum. 1. & dicam
infra eodem nume. 29. quia non remittitur
pecca-

11 peccatum niſi reſtituatur ablatum cap. cum
tu: extra de vſuris, & legatum pro male abla
tis dicitur pium Bald. & Angel. in l. hæredi-
tas §. defuncto ff. de petitio. hæred. & non eſt
gratuitum ſed neceſſarium glo. in cap. quam
quam in verbo poſſunt acquitere de vſuris
in 6. & licet fauor piæ cauſæ, non minuat le-
12 gitimam vt in auth ſi qua m alier C de ſacro
13 ſanct. eccle. tamen pro exoneratione conſciẽ
tiæ, & ſic pro reſtitutione male ablatorum
diminuitur Socc. In l. moribus col. pen. ff. de
vulg. & pupill. ſubſtitut. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam: In verbo libertis nu. 83. C. de reuoca.
dona. fol. 57.

NOTO ſecundo quod iſta male ablata
& acquiſita per matitum ſint facta poſt
contractum, & conſumatum matrimo-
nium vt intelligit hic text. dummodo con-
tractus eſſet cum benedictione in eccleſia
præcedente, & debent præcedere admoni-
14 tiones in eccleſia, & coram ea interroga-
tiones in faciem eccleſiæ, cap. cum inhibitio
declan. deſpon. prout ex forma ſacroſancti
Conſilij Tridentini diſponitur Seſſio. 24. cap.
1. de reform. matrim. licet de iure communi
ad validitatem matrimonij non requiratur
15 coppula coniugalis ſecundum Bald. in l. deo
nobis C. de epiſcop. & cler. & hoc probatur
dupplici ratione primo quia text. dicit quod
male ablata ſoluantur ex acquiſitis poſt con-
tractum matrimonium, & conſumatum, &
ſic iſta duo coppulatiue requiruntur per di-
ctionem, & quæ copulat vt notat: in rubr. ff.
de Iuſtit. iur. & ſic requiritur etiam quod ma
trimonium ſit carnali coppula conſumatũ.

SECVNDA ratio quia text. dicit quod
ante quam ſit diuiſio bonorum inter iu-
gales, & filios, pater poteſt de communi ſub
ſtantia male ablata ſoluere: ſed non ſit diui-
ſio niſi natis filijs, & tunc bona communicã
tur vt dicit conſuetudo prima ſupra tit. 3. er-
go conſumato matrimonio procedit cõſue-
tudo iſta vnde infertur quod hoc ſtatutum
procedit conſumato mattimonio, & natis
filijs quia tunc dicuntur communicata bona
& ſit diuiſio vt ſupra dixi, & dicitur tunc cõ-
munis ſubſtantia prout text. noſter dicit.

NOTO tertio in text. Ibi de quibus ma
le ablatis ſtabitur, & cætera quod de
iſtis male ablatis ſtatur, & creditur iuramen-
16 to patris tempore ſui diſceſſus, & ratio eſt fa-
uore animæ vt dicit text. noſter, & ſupra di-
xi, & ſic in hoc caſu probatio ſit iuramento
& dicitur propriè probatio hic quia in caſi-
bus in quibus à lege vel à ſtatuto præſtatur
iuramentum dicitur vera probatio l. ſi quan
do C. vnde vi. C. fin. quod met. cauſ. Maſcard.
In tractat. probatio. quæſt. 9. nume. 11. lib. 1.
Viui. In loco ſtatim allegando licet regulari-
ter non eſt propriè probatio ſecund. com.
opin. relatam pro eund. Viui. In opinio. 186.
17 Incip. iuramentum lib. 1. & iuramentum eſt
ſpecies probationis vt dicit Hyppol. de Mar
ſil. in rub. de probatio. num. 119. & multi alij
caſus ſunt qui probantur iuramento, & pri-
18 mo probantur iuramento ea quæ in animo
conſiſtunt vt dicit glo. ſing. in §. alie. Inſtit. de
actio. quam ad hoc allegat Io. Anani. in cap.
ſignificaſti colu. 2. de homicid. & ibi Felyn. in
d. rubr. de probat. nu. 122. Crauetta in conſil.
8. nu. 22. Menoch. In libro de arbitr. Iud. in d.
caſu 186. nu. 5. lib. 2. Centu. 2. & iſtud iuramẽ
tum debet eſſe de veritate, & non de affectio
19 ne, & quotuplex ſit iuramentum dicit Ma-
rant. de ord. iud par. 6. in q. actu & dixi in re-
petitione rubricæ ff. de in litem iurando.

20 ITEM ignorantia probatur iuramento,
& quomodo vide per Caſſan. In conſue-
tud. Burg. rubr. 1. §. 8. In verbo ecce ergo nu.
3. Menoch. in d. loco, item debitorem eſſe fu
21 gitiuum idem Menoch in d. lib. ſecundo Cẽ
22 tu. 2. caſu 87. Item conſultor, notarius, & pro
curator iuramento recuſantur vti ſuſpecti
Anch. in conſi. 202. Rol. conſi. 31. nu. 24. in 3.
vòl. vide Alex. in conſi. 104 2. vol. & alij ſunt
caſus prout per Hypp. in d. loco & multi alij
caſus ſunt de iure in quibus ſtatur iuramen-
23 to partis de quibus triginta quinque caſus po
nit Caſſan. in rubr 1. §. 5. In verbo ſe alcun
24 quiet, fol. 2. & quando in litem iuratur, &
quæ requirantur vide per Iaſo. & Docto. in l.
in actionibus de in litem iurando vbi publi-
ce dixi Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Cent. 2. caſu
207. & 208. prout dicit ad plenum Plotus. In
ſuo tracta. de in litem iurand. l. ſi quando C.
vnde vi ſed an contra iſtud iuramentum pa-
25 tris admittitur probatio incontrarium per
filios vel vxorem pro intereſſe eorum Felyn.
in cap. propoſuiſti num. 3. de probatio. dicit
quod ſic etiam quod eſſet lata ſententia vir-
26 tute talis iuramenti quia non tranſit in rem
iudicatam eſt com. Imo magis com opinio
quam refert Plotus in tractat. de in litem iu-
ran. §. 49. nume. 26. & eſt ratio quia ſtatutum
27 intelligitur defectu aliarum probationum vt
dicit idem Plotus in d. §. 49. nu. 26 qui loqui-
tur in ſtatuto, & iuramento in litem com-
munem etiam dicit Soarez: In ſua Collect.
commun. opinio. In verbo iuſiurandum, &
quod amictatur probatio inco ntrarium di-
cit Angel. in l. qui reſtituere ff. de rei vendi.
Iaſo. vero in §. ſed iſte num. 95. dicit quod ſi
cauſa eſt nimis præiudicialis amittitur pro-
batio in contrarium ſi vero eſt pauci. mo-

menti

menti non admittitur refert, & ſequitur. Io-
ſeph Maſcard.in tracta.probat.in concluſio.
94.nu.12.vol. 1.vide in in conſue.vnica tit. 32.
28 & tit.71. nu.19. & quid ſi ſtatutum noſtrum
dictaret quod crederetur ſimplici dicto mari
ti an intelligatur ſine iuramento dic quod
non ſed requiritur iuramentum ita dicit Iaſ.
in l.apertiſſimi nu.24.C.de Iud.

29 SECVNDA ratio quare crederetur iu-
ramenro patris eſt quia moriens non præ
ſumitur mentiri nec imemor ſalutis æternæ
vt dicit Menoch.in d. conſi.39.l.1.C.ad l.Iul.
repetund.Gramm.in conſi.65.nu.1. Anchar.
conſi.157. Gramm. deciſ.34. nu.37. Marſill.
conſi.109.nu.30.Cœph.conſi.76. num. 34.&
30 hinc eſt quod exculpatio offenſi in vltimis
elidit indicia, & facit quod reus torquendus
non torquetur vt dicit Gramm.in conſil.65.
nu.1.Hyppol.in conſi.17.nu.10.& in ſingul.
22.& dicit Boſſ.in tit. de fauor. defenſ. nu.10.
quod plus operatur exculpatio offenſi quã
inculpatio.Marſill.in pract.crimi.in §. reſtat,
circa fin.& Maſcard.in tracta. probatio.in cõ
cluſi.1130.nu.14.dicunt exculpationem à cõ
demnato in furia facta tunc prodeſſe inculpa
to quando nulla coniectura præſumptio aut
indicium contra inculpatum adeſt, vide
Clar.in pract.crimi.in q.52.verſi. poteſt etiã,
& inculpatio facit indicium contra reũ Bal.
conſi.25.volum.1.Maſcard.de probatio.con
cluſ.1074.volum.2.Marſil. conſi.5.num.14.
Grammat.deciſ.42.nu.7. intelligendo tamen
prout vult Clar.in pract.crimi.q.21. verſi. aſ-
ſertio vulnerati.

SED quæro quare patri tantum, & non
vxori datur hęc facultas cum eadem ratio
31 militat nam bona iam ſunt confuſa item tra
ctatur etiam fauore animæ vxoris ergo videtur
idem ius l.illud ff ad l. Aquil. cum ſimili-
bus reſpondetur quod tex.noſter viro,& pa-
tri tantum dat ergo non alijs datur iſta facul
tas ſatisfaciendi de commune ſubſtantia nã
32 dictio tantum ſtat taxatiuè ita Annibal: in
repet.l.naturaliter nu.20.in 5. volum. repet.
fol.mihi 245.& in rubr. ff. ſolut. matrim.nu.
224.in 3.volum. reper.mihi fol.28.de iſta di-
ctione taxatiua vide Crauett.de antiq. temp.
nu.112.fol.132.& ratio poteſt eſſe quia vxor
à communiter accidentibus non negotiatur
33 ſicut vir item quia iuramentum mulieris nõ
eſt adeo firmum ſicut viri vt notat: Dec.in l.
fœminæ.ff.de regul. iur. nu.3. cum ſimilibus
ergo non militat eadem ratio poterit bene
vxor de tertia ſua male per eam ablata reſti-
tuere per §.diſponat. in auth. de nupt. & per
conſuet.vnic.ſupra tit 6.

34 SED an vxor poſſit furari marito, & dare
indigenti,& an vxor poſſit facere ælemo-
ſinam de bonis mariti vide Hoſt.in rubr. de
pœnit.& remiſſ.§.quibus verſi.quid de agen
tibus pœnitentiam, & dicit quod non niſi à
marito eſſet dictum vel conſentiret: & Bart.
in l.1. ff. rer. amot. dicit quod de bonis com-
munibus poteſt dare: ſed de bonis mariti po
teſt viro permittente Caſſan. ſuper conſue-
tud. Burgund. rubr. 1. §. 5. In verbo ſe alcun
commet. in verſicu. tertius caſus nu.33. fol.
48. vide de ælemoſina ab vxore facienda
quæ dixi, ſupra in conſuetud. vnic. titul. 5.
35 Et an maritus poſſit donare in caſu quo po-
teſt virtute ſtatuti teſtari de bonis commu-
nibus vide plene per eundem Caſſan.in rub.
4.§.4.In verbo le mary: nume. 12. fol.140.&
in d.rub.4.§.9. In verbo le femme quæ eſt in
verſi.quid autem nu.3.fol.174.& an poſſit de
36 communi ſubſtantia de in mobilibus relin-
quere legata dic quod non quoad portionẽ
vxoris, & filiorum, & ideo poſſunt vendicari
dato quod eſſent ſoluta legata in vita patris
de portione vxoris, & filiorum ita dicit Caſ-
ſan.ſuper conſuetudin.Burg. in d.rubr.4.§.9.
In verbo le femme qui eſt in verſi. quid autẽ
nu.3. fol. 173. alias in verbo deſdroit, & ap-
paragens Maringe: verſi.in caſu conſuetudi-
nis huius vt dixi.

TITVLVS OCTAVVS.

De ſucceſſione bonorum parentum, ab in-
teſtato defunctorum, & collatione fa-
cienda.

CONSVETVDO VNICA.

PATRE VEL MATRE ab inteſtato præmortuo, filio vel filijs ſuperſtitibus vel ſuperſtite ex vno vel diuerſis matrimonijs: altero parentũ ſuperſtite tertia pars hæreditatis paréntis præmortui cædat filio vel filijs in poteſtate ſeu familia exiſtentibus, & ſic ijdem filij habeant duas partes vnã debitam eis iure naturæ ſeu conſuetudinario,& aliam iure ſucceſſionis parentis ab inteſtato defuncti: & ſi filij vel filiæ, emancipati vel dotatæ voluerint cum eiſdem fratribus vel ſororibus in poteſtate vel familia exiſtẽ-

tibus

tibus vt prædicitur ad ſucceſſionem dicti parentis ab inteſtato defuncti venire, cum fratre debeant bona quæ cunque quæ à parentibus acceperint tam ex cauſa dotis, emancipationis, quam alia quauis cauſa lucratiua cōferre, quod ſi facere noluerit à ſucceſſione huiuſmodi parentis excludantur.

SVMMAE.

1 Filij ſuccedunt in 3. patris ab inteſtato mortui.
2 Ab inteſtato quibus modis dicatur pater decedere.
3 Inteſtatus dicitur decedere qui teſtamentum facere non poteſt ſecundum com. opin.
4 Statutum faciens mentionem de ſucceſſione ab inteſtato omnem ſucceſſionem comprahendit.
5 Pupillus ab inteſtato defunctus dicitur ſi ita eſt communis vſus loquendi.
6 Statutum de ſucceſſione loquens aliter quam ius cōmune quomodo intelligatur.
7 Filij habent duas tertias vnam iure naturæ aliam iure ſucceſſionis materna vel paterna.
8 Succeſſionis prima cauſa eſt filiorum.
9 Quod procedit etiam in feudis.
10 Deſcendentes aſcendentibus præferuntur in ſucceſſione.
11 Liberorum ſex ſunt ſpecies.
12 Homicida priuatur ſucceſſione illius quem occidit.
13 Statutum loquens de inteſtato an habeat locum in cauſa teſtati.
14 Filij emancipati non aliter ſuccedunt patri niſi conferant cum ſuis.
15 Emancipati filij olim de iure communi non ſuccedebant.
16 Filij ſui, & emancipati æqualiter in bonis patris ab inteſtato defuncti ſuccedunt, & nu. 19. vbi com. refertur. & nu. 21.
17 Emancipatus ſine cauſa ex hæreditatus vel præteritus teſtamentum patris rumpit.
19 Emancipatorum, & ſuorum differentia etiam hodie eſt, & nu. 24.
21 Tranſmiſſio hæreditatis et ſuis fit non ab emancipatis ſecundus com.
22 Bonorum poſſeſſionem etiam hodie eſt neceſſe in aliquibus caſibus petere.
23 Baſtardi non ſuccedunt parentibus.
25 Spurij non poſſunt ſuccedere parentibus nec ſtatuto fieri poteſt ſecundum com fallit nu. 28.
26 Spurijs alimenta relinqui poſſunt.
27 Succedere verbum large capitur pro omni ſucceſſione.
29 Succedere non dicitur filius in legitima.
30 Ius adeundi vel in miſcendi tempore xxx. annorum præſcribitur intelligi nu ſeq.
32 Emancipati vt ſuccedant cum ſuis conferre tenētur.
33 Collactio olim ab inteſtato tantum fiebat.
34 Collactio quid ſit & quare fuit inuenta & quibus modis capitur remiſſiue.
35 Dos venit in collatione.
36 Dotis collatio fit pront dos reperitur tempore mortis niſi extimata fuiſſet dicta dos.
37 Dos ſuccedit in locum legitimæ.
38 Donationis & dotis collactione.
39 Donatio facta à patre filio quando eſt ſimplex non confertur.
40 Donatio facta à patre filio ob benemerita confertur.
41 Donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij an confertur.
42 Donatio facta à patre filio in præmium emancipationis confertur.
43 Donatio iurata an conferetur.
44 Collatio quando ceſſat.
45 Collactio regulariter fit inter deſcendentes aſcendentibus ſuccedentes.
46 Donatio facta ſimpliciter filio emācipato confertur.
47 Legatum dicitur cauſa lucratiua.
48 Bona quæ non veniant in collatione.
49 Bona caſtrenſia vel quaſi non conferantur.
50 Dotes quas filij à ſuis vxoribus habuerunt non conferuntur.
51 Libri dati à patre filio non conferuntur & nu 67. nec expenſæ facta in ſtudio.
52 Donatio facta à patre filio cauſa ſtudij nō confertur.
53 Pater ſaure ſcientiæ tenetur præſtare expenſas in ſtudio & libros emere.
54 Donatio facta filio cauſa ſtudij valet ſecundum com. opin. fallit nu. ſeq & nu. 56.
57 Milicia à patre empta filio & donata confertur ſed contra ſecundum com. opin. nu 58.
59 Fideicommiſſum an confertur.
60 Collactio nō habet locum in ſucceſſione collateraliū.
61 Collactio non fit quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus ſecundum com. opin.
62 Collactio non fit niſi de bonis illius de cuius ſucceſſione agitur.
63 Collattio non fit niſi de bonis profectitijs.
64 Collatio non fit de bonis alienari prohibitis.
65 Diuiſio eſt quadam alienatio.
66 Collatio in noſtra conſuetudine an fiat de omnibus bonis.
68 Pater cogitur emere libros filio ſcholari pro ſtudio.
69 Libri dati à patre filio ex cauſa ſtudij ex cauſa onceroſa venire dicuntur.
70 Dona ex cauſa oneroſa non conferuntur.
71 Dos, & ſtudium æquiperantur.
72 Collatio in quibus caſibus ceſſat remiſſiue.
73 Donatio ob benemerita non eſt proprie donatio.

PATRE vero &cæt. Diuiditur in quatuor partes iſte text. In prima ponit deciſionem in 2. ex ea infert in 3. ponit aliam deciſionem in quarta

quarta, & vltima aliam 2. Ibi & ſic ijdem 3. ibi & ſi filij 4. & vltima ibi quod ſi fortè.

SV.M M A T V R hoc modo parente ab inteſtato præmortuo filij in poteſtate licet ex diuerſis matrimonijs nati, & ſuccedũt & ſic habent duas partes vt in tex. & emancipati ſuccedere volentes bona omnia conferre teneantur alias à ſucceſſione excludantur ſimilis eſt conſuetudo Panhormi cap. 43. ſub rubr. de dot. & hæred. diuid. & per aliam conſuetud. in cap. 48. In verbo quod ſi parentes ſub rubr. de ſucceſſ. ſilio. adinuicem, & cæt. Et ſimilis eſt eriam conſuetudo in no. Ciuitate Meſſanæ in hoc quod pars præmortui parentis cædat filijs, & habent duas partes vnã iure naturæ, & aliam tertiam parentis præmortui vt in Conſnetud. prima cap. 4 ſub rubr. defuncto patre vel matre ab inteſtato pars præmortui cui cadat verba cuius hæc ſunt. Præmortuo patre vel matre ab inteſtato filio vel filijs viuentibus cum patre vel matre ſuperſtite pars præmortui cedit filijs, & ſic ijdem habent duas tertias partes bonorum vnam debitam: iure naturæ alteram parentis præmortui.

1 NOTO primo quod patre ab inteſtato mortuo: In ſua tertia ſuccedunt filij etiam ex diuerſis matrimonijs in poteſtate exiſtentes.

2 SED quæro quibus modis quis dicatur
inteſtatus decedere dic quod propriæ qua
tuor modis, primo enim modo dicitur quis
inteſtatus decedere ſi nullo modo fecit teſta
mentum: ſecundo ſi fecit, & nemo ex eo hæ
res extitit: tertio modo ſi teſtamẽtum quod
fecit irritum, & annullatum eſt quarto mo-
do dicitur quis inteſtatus quando fecit teſta-
mentum, & non iure fecit eſt tex. expræſſus:
In §. primo Inſtitu. de hæred. quæ ab inte. de-
fer. l. 1. C. de ſuis, & legi. hære. l. inteſtatus ff. de
verbo. ſign. fic. com. dicit Michael Graſſ. in §.
ſucceſſio ab in teſta. quæſt. 1. & quod illæ qui
non potuit facere teſtamentum dicatur inte
3 ſtatus decedere refert commu. opin. Soarez:
In ſua Coll. com. opinio. In verbo inteſtatus
nu. 166. hæc ergo conſuetudo noſtra loqui-
tur quocumque modo de ſupradictis inteſta
4 tus parens quis decedat: facit quia ſtatutum
faciens mentionem de ſucceſſione inteſtati
compræhendit omnem ſucceſſionem ita Pa
riſ. in conſil. 22. nu. 47. volum. 2. & compræ-
hendit furioſos, & ſimiles vt in d. conſil. 22.
5 dicit idem Pariſ. Idem in pupillo ſi in parti-
bus defuncti eſt ita communis vſus loquen-
di refert commun. Viui. in opin. 260. volum.
2. Incipien. ſtatutum in partibus, & dic vt ibi
per eum, & dicam infra in conſuet. vnic. titu.
ſequen. 29. magis com. opin. tamen eſt quòd
tales qui teſtamenti factionem non habent
inteſtati dici non poſſunt nec ſub ſtatuto de
inteſtato loquente compræhendant quam
dicit Alex. in l generaliter nu. 3. C. de inſtitu.
& ſubſti. com. opin. etiã dicit Bal. in conſ. 475.
par. 3. refert, & ſequitur Michael Graſs. in tra-
ctat ſucceſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.
1. patet, & cum ſtatutum noſtrum loquatur
de ab inteſtato, & com. eſt quòd pupillus
etiam compræhendatur quam refert Ca-
gnol. in l. emancipatos de Colla. Gozad. con
ſil. 35. alia communis eſt contrarium rela.
per Dec. in conſi. 496. concordat has cõmu-
nes contrarias idem Graſſ in d. §. ſucceſſio ab
inteſtato quæſt. 1. nume. 5. vt prima proce-
dat dato communi vſu loquendi: vbi com.
dicit ex Viuio in opin. incip. ſtatutum in par-
tibus lib. 2. opin. 260.

6 SED quæro quid ſi ſtatutum de ſucceſſione ab inteſtaro loquens aliter quam ius commune diſponat an extendatur ad bona extra territorium ſtatuentium: quomodo hoc intelligatur vide Michael Graſſ. in quæſ. 16. cap. 3. lib. 1. in 2. volum. com. opi. fol. 106. & Curt. Senior in conſi. 13. num. 15. qui dicic quod ſtatuta circa ſucceſſiones ſunt ſeruãda, & non ſunt amplianda nec reſtringenda ſecundum eund. Curt. in conſ. 35. nu. 33.

7 NOTO ſecundo quod filij habent duas
tertias vnam iure ſucceſſionis paterne
vel materne prę̨mortui aliam vero iure natu
ræ debita quæ eſt tertia quæ eis debetur vir-
tute conſ. vnicæ ſupra titul. 3. quæ in locum
legitimè ſuccedit vt ibi dixi ideo dicit text.
iure naturæ per l. oratio ff. de bonis damna.
l. nam, & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam.
Socc. in conſi. 150. in 6. colum. verſic. confir-
matur vide Abb. in conſil. 63. col. 1. volum. 1.
vbi dixit quod debetur iure communi quia
ſuccedit in locum legitimæ, & ſapit eius na-
turam dixi ſupra in d. conſuet. vnica titul. 3.
nu. 125. & de iure etiam in bonis parentũ ab
inteſtato defunctorum prima cauſa ſucceſ-
8 ſionis eſt filiorum vt dicit tex. in §. 2. Inſtit. de
ſucc. quæ ab in teſt. defec. & in auth. eo. tit. la-
tè per Bal. in tract. ſucceſſio. ab inteſt. in prin-
cipio Roland. Auall. in conſi. 96. in principio
volum. 4. quod procedit etiam in feudis, &
eſt com. opinio ſecundum 3. Zaſium. In tra-
cta. de feud. par. 8. Clar. in §. feudum quæſtio.
10 79. nam in ſucceſſione deſcendentes præfe-
runtur aſcendentibus l. ſi matre C. de ſuis, &
11 legit. & ibi Doctor. & liberorum ſex ſunt ſpe
cies, & de ſucceſſione prædictorum, & de di-
ctis gradibus vide latè per Bald. in d. tractat.
ſucceſſ.

ſucceſſ. ab inteſt. per Caſſan. ſuper Conſuet. Burg. rubr. 7. §. primo: In verbo ſucceſſions in verſi. aduerte, & ſequẽ. fol. 228. Sed quid ſi filius occidat patrem an ei ſuccedat Iul. Cla. in §. homicidium verſicu. priuatur etiam fol. 25. dicit quod priuatur ſucceſſione. Idem dic tu, & in nepote filio patricide quia in bonis aui non ſuccedit eſt commu. opinio: relata per Villalob: In verbo hæres nume. 26. qui allegat Boer. In deciſ. 25. nume. 8. Laurent. Chirco: in conſil. 53. cap. in l. x. nu. 26 In primo volumine commu. opinio. fol. 30. vbi dicit quod fiſcus ſuccedit: & idem in qualibet ſucceſſione occiſi homicida priuetur vt dicit Clar. in d. verſ. priuatur etiam.

13 IN TEX. ibi ab inteſtato an autem ſtatutum loquens de inteſtato, & de ſucceſſione ab inteſtato: habeat locum in cauſa teſtati vide Pariſ. in conſil. 78. nume. 21, volum. 2. & in conſil. 22. nume. 70. eodem vol. vbi quod non.

14 NOTO quod non aliter filij emancipati, & ipſæ filiæ dotatæ admittuntur ad ſucceſſionem parentis præmortui cum filijs in familia exiſtentibus niſi conferant bona eis data prout in text. dicitur, & ſic non ſuccedunt ſimpliciter, de iure autem dic. circa ſucceſſionem filiorum quod filij ſui tan-
15 tum ſuccedebant olim de iure ciuili emancipati verò pro extraneis reputabantur d. §. 2. Inſtitut. de hæredit. quæ ab int. defer. & admittebantur de iure Prætoris ad poſſeſſionem bonorum vt dicit text. in §. emancipati Inſtitut. eodem titul. & non ad hæreditatem quia prætor hæredes facere non poteſt §. quos autem Inſtitut. de bonorum
16 poſſeſſ. ſed hodie ſuccedunt æqualiter ab inteſtato de iure ciuili ad hæreditatem per §. nullum in authen. de hæred. ab inteſtat. venient. & Soarez: In Coll. commu. opinio: in verbo filius num. 241. vbi dicit quod ſi emãcipatus ſine cauſa ſit præteritus vel exhæredatus teſtamentum rumpit, & quod ſuorum
17 & emancipatorum nulla ſit in ſucceſſione
18 differentia commu. Villalob: In Coll. com. opinio: In verbo ſuorum. nume. 159. eſt ta-
19 men differentia in hoc quia teſtamentum in quo filius ſuus eſt præteritus eſt ipſo iure nullum abſque eo quod filius illud rumpat: teſtamentum vero in quo filius emancipatus eſt præteritus non eſt ipſo iure nullum ſed venit annullandum filio emancipato petente ſecundum commu. opinio: relatam per Iaſ. in auth. ex cauſa nu. 8. C. de liber. præt. & per eundem Soarez: In ſua Coll. cõmun. opinio. In verbo filius nu. 247. vbi etiã
20 refert com. opinio: quod filius emancipatus hodie ſuccedit ſicut ſuus ab inteſtato: Item
21 etiam eſt differentia in tranſmiſſione hæreditatis vt refert commun. Viuius: In opinio: 91. volum. primo, & in alijs caſibus relictis per Iaſon. in l. ſi emancipati in fin. C. de coll nam rationibus ſupradictis fuit introducta collatio vt per Iaſon, & Dec. in rubr. C. eo. de coll. & hodie etiam eſt neceſſe petere bo
22 norum poſſeſſionem de iure Prætorio in aliquibus caſibus de quibus per Clar. in §. teſtamentum quæſtio. 43. verſic. ſed pone, & in alijs caſibus eſt etiam inter filios emancipa-
23 tos, & ſuos differentia vt dicit gloſſ. in l. ſi emancipati; In verbo venientem in medio, C. de coll. & ibi Iaſon. vide latè not. per Michael Graſſ. in tractat. ſucceſſ. in §. bonorum
24 poſſeſſio. in quæſt. 5. Sed an filij baſtardi vel ſpurij ſuccedant parentibus communis eſt
25 quod ſpurij non ſuccedunt nec ſtatuto fieri poteſt Docto. in c. in præſentia de probat. Io. Duran. in tract. de art. teſtan. in caſu 14. Villalob: In Coll. com. opin. In verbo ſpurij nu. 96. Viu. In opi. 298. Incipit, ſtatutum lib. 1. vbi
26 com. dicunt niſi in caſu alimentorũ vel ſi in-
27 ſtituantur ſub conditione in tempus quo capere poſſint vt ibi per Villalob: & Io. Ficar. in additt. ad eum, & quomodo vide latè per Bal. in d. tract. de ſucceſſ. ab inteſta. & per Caſſan. in Conſuetu. Burgun. rub. 8. § 2. In verbo le Baſtardes verſ. 1. & ſequen. fol. 284. & quid ſpurijs relinquere poſſit, & de eiuſdẽ materia vide per Ioſeph Ludo. in deciſi. 18. lib. 1.
28 & verbum ſucceſſio vel ſuccedere intelligitur large pro omni ſucceſſione, & de iure ciuili, & de iure Prętorio, & tam ex teſtamẽto quam ab inteſtato l. ſi C. vnde legi. no. in l. 1. & 2. C. de ſucce. ædict. vide Socc. in conſ. 150.
29 in 2. vol. & in conſi. 30. ſed legitima filius nõ dicitur ſuccedere quia venit ad eam ſolam vt dicitur in l. quoties C. de hæred. inſtit. & per Doct. in l. qui ſe patris C. vnde liber. & in l. ſi
30 quis filium C. de inoffi. teſtam. vide quæ dixi ſupra in Conſu. vnica ti. 3. in 4. notab. nu. 123. & quanto tẽpore præſcribatur iure adeundi & inmiſcendi hæreditati dic per xxx. annos ſecundum glo. in l. licet C. de iur. deliberan. Iaſo. in l. 1. C. qui admitt. & in l. 1. C. quando non peten. part. peten accreſ. quod intelligi-
31 tur ex primo capite vnde liberi qui habent alios 60. annos ex alijs duabus capitibus ſcilicet vnde agnati, & vnde cognati ſecundum Alex. in d. l. licet vbi refert com. opinio. Viui. In opinio 146. libr. 1. In verbo hæreditatem Soarez: In eodem verbo nu. 15. & ſeq & in verbo filij nu. 263.

32 NOTO quarto quod filij emancipati volẽtes ſuccedere in tertia parentis præmortui cum filijs in poteſtate ſeu in fami-

collatio imo fauore ſcientiæ pater tenetur
præſtare filio expenſas in ſtudio, & libros
emere vt dicit tex. in l. de bonis §. non ſolum
ff. de carb. edict. duen. in regul. 372. volum. 1.
54 & donatio tamen facta filio per patrem cau-
ſa ſtudij valet eſt commu. opinio. relata per
Villalob: In ſua Coll. commun. opinio. in d.
verbo donatio d. nume. 128. & Soarez: in
eod. verbo nume. 208. dicit magis commu.
Iaſon. in l. 1. ff. ſolut. matrimo. nume. 52. vide
Chirco. in d. concluſio. 27. fol. 48. & ibi ma-
gis commun. refert filio Doctorato in vita
patris, & ſtatim allegabo conſil. Roland.
16. in 4. volum. limitatur tamen dicta com-
munis, & magis commun. per Villalob: in d.
55 nu. 128. vt non procedat in peruerſo ſcholari
licet ibi in fine refert communem contra di-
ctam limitationem quod imo priuilegium
conceſſum ſcholaribus compræhendit etiã
diſcholes, & Ripa ibi per eum allegatus nil
dicit de collatione facienda ſed de donatio-
56 ne: fallit etiam in filio qui Doctoratum ante
mortem patris non adeptus fuit ſi filius erat
laicus ſecus ſi clericus ita Roland. in conſil.
16. nume. 5. in 4. volum. & an ſi pater emit mi-
57 litiam filio illam conferat Roland. Auall. in
conſi. 70. nu. 19. in 4. volum dicit quod ſic ſed
quod equi, & res pro militia empti à patre
58 & datæ filio non conferantur com dicit Soa-
rez: in d. verbo filius nu. 230. dic vt ibi per eũ
Rip. in l. in quartam nu. 163. ff. ad l. Falcid di-
ſtinguit de militia conferenda, & an confera
tur quod à patre filio clerico datur pro con-
ſequendo ordines ſacros vide Crauett. in
conſil. 136.

59 SED quæro an fideicommiſſum confera-
tur videtur quod nõ quia dicitur res one-
roſa, & non lucratiua ita Rolan. in conſi. 43.
nu. 25. volum. 4. & quod ſtante adequatione
legatorum de qua in l. 1. ff. de lega. primo, &
l. 2. C. cumu. de legat. & Doctor. ibi cogita, &
vide Roland. qui loquitur in d. fideicommiſ-
ſo vniuerſali quia legata particularia particu-
laribus ſunt adequata vt in d. l. 1. no. Doct. &
non particularia vniuerſalibus ſed dic quod
facta reſtitutione filio quo ad eum cui facta
eſt reſtitutio non dicitur amplius onus, &
ideo confertur nam onus dicitur quoad ro-
gatum vt in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
vulgar. & pupill. per Roland. infra alleg.
dicitur.

60 ITEM collatio non fit nec habet locum
in ſucceſſione collateralium Docto. om-
nes in d. l. emancipati C. de Colla. Affli. in de-
ciſio. 161. Item collatio non fit inter filios, &
extraneos l. fin. C. communia vtriuſq. iud. nec
minus inter extraneos Iaſo. & Cagnol. in d. l.
emancipati. C. de Coll. nume. 25. & quid col-
61 latio non fiat quando aſcendentes ſuccedũt
deſcendẽtibus eſt commu. opinio relata per
Villalob: in verbo collatio nu. 100. Cagnol.
in dict. l. ſi emancipati nume. 112. & licet Ia-
ſon in d. l. ſi emancipati num. 28. teneat con-
tra communem tamen illud facit cauſa ar-
guendi, & dictam communem Laur. Chir-
co tenet in concluſ. 42. Cent. 1. In verbo col-
latio nu. 16. in 2. volumine commun. opi. fol.
24. & nos publicè legendo d. communem ſe
quuti fuimus in repet. ad l. ſi emancipati in
anno præſenti 1582. reſpondendo obiectis Ia
ſonis vt in mea lectura eſt videre.

62 ITEM collatio non fit niſi de bonis illius
de cuius hæreditate agitur vt dicit Pariſ. in
conſil. 130. nume. 6. volum. primo & etiam
text. noſter dicit (quæ à parentibus habue-
runt.) Et ſecundum gloſſam magnam in ver
bo venientem in d. l. ſi emancipati. C. de
coll. Inter emancipatos, & ſuos: & inter ſuos
cum emancipatis, & inter emancipatos cum
63 ſuis non fit collatio niſi de bonis profectitijs
tamen vide Bartol. ſuper d. gloſſ. qui eam
declarat, nam de iure nouiſſimo profecti-
cia tantum conferuntur eſt text. in l. fin. C.
de coll. vide Bolognett. in d. gloſſ. in d. ver-
bo venientem in l. ſi emancipati nume. 40.
64 Item collatio non fit de bonis alienari pro-
hibitis quia confuſio inducit diuiſionem, &
65 diuiſio eſt quædam alienatio vt dicit Bartol.
in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obli.
& qui prohibetur alienare prohibetur agere
communi diuidendo l. ex Caſtrenſis ff. de Ca
ſtr. pecul. dixi ſupra in Conſuet. vnic. titu. 4. in
3. not. in verſ. Item diuiſio ergo &c.

66 SED quid ſtante noſtra conſuetudine an
conferantur omnia à patre donata vel ex
quacunque cauſa eis peruenientia ſtantibus
illis verbis (à quacunque cauſa lucratiua) &
videtur quod ſic vt aliquid operetur vltra ius
commune ſtatutum cum de iure communi
in donatione erat diſpoſitum in l. vt liberis
C. de Colla. & per commun. opinio: ſupra ex
Villalob: ſcriptum ſed in donatis cauſa ſtu-
dij filio dic quod non fauore ſcientiæ per ra-
tiones adductas per Duen. vbi ſupra, & alia
poteſt aſſignari ratio quia, & ſi ex forma iu-
ris donata omnia conferuntur vt dicit tex. in
auth. ex teſtamento C. de collatio. & tamen
Doctores præcitati dicunt quod libri dati fi-
lio ex cauſa ſtudij non conferuntur: Ita hic li
cet conſuetudo noſtra dicat vel alia quauis
cauſa lucratiua non tamen conferuntur ma-
ximè quia ſtatutum reſtringitur, & interpe-
tratur vt minus lædat ius commune vt dixi
ſupra in præludijs, & dicit Roland. in conſil.

68. nume. 15. & 17. volum. 4. idem in conſil. 80. nume. 19. eodem volumine: Alia ratio aſſignatur a Iaſo. in l. filiæ licet C. de collat. quia in tantum libri dati filio Doctori vel doctorando, ſunt præcipui quod pater non poteſt reuocare talem donationem ſed intellige hanc quæſtionem vt ibi per eum vbi limitat duobus modis, & per Duen. in
68 regul. 222. vnde à deo ſunt debiti quod pater cogitur eos emere vt dixi ſupra eo. verſic. & fauore ſcientiæ, vt dicit Iaſon. in d. l. filiæ li-
69 cet in fin. C. de colla. ergo non perueniunt ex cauſa lucratiua quia dicitur filius creditor, & pater debitor cum cogi poſſit, & ſic non dicuntur dari ex cauſa lucratiua ſed debitor. Inſuper alia poteſt aſſignari ratio quia iſti libri, & expẽſe factæ, & date filio in ſtudio dicuntur ex cauſa onerosa not. in l. aduocati C. de aduoc. diuerſi iudi. quia æquiperantur bonis quaſi Caſtrenſibus vt dicit Iaſo. in d. l. filiæ licet, vnde non conferuntur quia text. noſter dicit quod conferuntur ex cauſa lu-
70 cratiua, & non oneroſa, & eſt communis opinio relata per Soarez: in d. verbo filius d. nu. 229. & tenet expreſsè Duen. in d. reg. 222. in 3. limitatio.

71 ITEM de eis debet fieri ſpecialis mentio ſicut in dote cum æquiperantur vt per Iaſ. in l. 1. nu. 32. & ibi Rip. nu. 140. ff. ſolut. matr. Item extraneus hæres non confert Bar. & Iaſo. in l. ſi emancipati. C. de collat. & ibi Cagn. & Bologнet. nec ille qui non vult ſuccedere confert d. l. ſi emancipati ibi tanquã ab inteſtato venientem l. ſcire C. de coll. & ibi Iaſo. In prima colum. refert, & ſequitur Caſſan. in conſuetud. Burgund. in rubrica 7. §. 5. In verbo le teſtateur in verſic. ſeptima ergo nu. 69.
72 fol. 249. & in loco prædicto vide in quibus ceſſat collatio vbi ponit ſeptem regulas vt ſu pradixi, & iam text. noſter hoc dicit ibi (ad ſucceſſionem prædicti defuncti ab inteſtato interuenire alias excluduntur non conferentes) vt in fine text. noſtri dicitur, & pro hoc facit illa ratio qui vult habere commodum debet ſentire incommodum l. ſecundum naturam. ff. de regul. iur. cum ſimili.
73 Et idem credo in donatione propter benemerita vt non conferatur quia non dicitur propriè ex cauſa lucratiua Bartol. in l. frater a fratre in fin. ff. de cond. indeb. Clarus in §. donatio in quæſt. 3. vbi commu. dicit & ibi vide an debeat de benemeritis coſtare, & ſtatutum noſtrum dum de bonis donatis loquitur intelligi debet de propriè donatis. l. quicquid abſtringende ff. de verb. obligatio. cum ſimilib.

TITVLVS NONVS.

De ſucceſſione bonorum filij, & fratris.

CONSVETVDO VNICA.

SI quis aut qui filiorum, liberati à patria poteſtate morte, vel emãcipatione patris, aut remanentes or fani morte matris, poſt mortem alterius parentis infra pupillarem ætaté, (aut etiam maiores effecti) nullo per eos condito teſtamento deceſſerint liberis non relictis, fratres, & ſorores ex eodem matrimonio ſumpti viriliter, & ne poteſt in ſtirpes, (ideſt omnes in locum patris eorum) veniát ad ſucceſſionem eorum cum altero paré tum ſuperſtitæ, alijs fratribus, & ſororibus alterius matrimonij, & nepotibus é ſucceſſione defuncti fra tris excluſis.

SVMMAE.

1 *Statutum an poſſit circa ſucceſſionem diſponere.*
2 *Statutum de ſucceſſione filiorum an comprahendit filiam.*
3 *Dictio ſi quis an ſit vniuerſalis vel particularis remiſſiue.*
4 *Patria poteſtas perit morte patris.*
5 *Filius præſumitur in poteſtate patris.*
6 *Filij naturales non ſunt in poteſtate.*
7 *Patria poteſtas ex iuſtis nuptijs cauſatur.*
8 *Patriæ poteſtate effectus quindecim remiſſiuè.*
9 *Patria poteſtas in ſeptem conſiſtit.*
10 *Mors omnia ſoluit.*
11 *Mater, & auia in tutela filiorum, & nepotum omnibus præter quam teſtamentarijs præferuntur.*
12 *Mater an ſit curatrix, & an inuentarium facere teneatur, & nu. 17.*
13 *Matres minores xx v. anno. an poſſunt eſſe tutrices.*
14 *Mater tranſiens ad ſecunda vota tutelam amittit.*
15 *Mater an poſsit eſſe tutrix ſi non renuntiat ac Velleiano, & ll. auxilio.*
16 *Mater tutrix quid facere debeat.*
17 *Inuentarium mater tutrix an facere teneatur.*
18 *Emancipatione ſoluitur patria poteſtas.*
19 *Filij vbi ius ciuile non ſeruatur non ſunt in patria poteſtate.*
20 *Emancipatio quomodo fiat.*
21 *Emancipatio coram Iudice ſit alias eſt nulla.*

22 *Infans*

22 *Infans vel abſens per reſcriptum emancipantur.*
23 *Emancipatio an fieri poſſit per procuratorem.*
24 *Emancipatio ad vnicum actum an poſſit fieri.*
25 *Emancipatio inualida ſtante taciturnitate, & patientia patris fit valida.*
26 *Emancipatio per patrem an fiat inuito filio.*
27 *Pater non poteſt cogi emancipare filium limita nume. 29.*
28 *Filius in emancipatione lucratur, & pater perdit.*
30 *Filius ex quibus cauſis poteſt exhæreditari poteſt, & inuitus emancipari.*
31 *Pater nimis ſæuus cogitur filium emancipare.*
32 *Emancipatio quando præſumatur ſimulata.*
33 *Emancipatus non præſumitur filius: fallit nu. 34. ſub limitatur nu. 35.*
36 *Emancipationis materia per quos tractetur.*
37 *Religionem ingrediens pater patria poteſtas ſoluitur.*
38 *Filius ſi ingreditur religionem liberatur à patria poteſtate intellige, nu. 39.*
40 *Epiſcopus vel Patricius à patria poteſtate liberatur.*
41 *Sacerdos an ſit liberatus à patria poteſtate.*
42 *Clerici primæ tonſuræ an ſint in patria poteſtate.*
43 *Clerici primæ tonſuræ licet non liberentur à patria poteſtate tamen teſtari poſſunt.*
44 *Doctor miles, & alij in ſimili dignitate an ſint liberati à patria poteſtate.*
45 *Patre hæretico filius à patria poteſtate liberatur.*
46 *Patre bannito filius an liberatur à patria poteſtate.*
47 *Expoſitione filiorum hoſpitali an patria poteſtas amittitur.*
48 *Seruorum expoſitione dominium amittitur.*
49 *Infantem exponens hoſpitali pena qua puniatur.*
50 *Filius maior ann. 18. vxorem ducendo à patria poteſtate liberatur.*
51 *Filia ſemel à patria poteſtate liberata an reincidat iterum mortuo viro.*
52 *Emancipati, & ſui an æqualiter patri ſuccedant.*
53 *Nullum, & inualidum æquiperantur.*
54 *Liberi de iure dantur quo non ſunt ſui nec emancipati.*
55 *Orfani dicuntur filij morte matris.*
56 *Fœmina filios in ſua poteſtate non habent.*
57 *Orphanotrophus dicitur orfanorum tutor, & adoleſcentiam curator.*
58 *Orphanotrophus an teneatur facere inuentarium.*
59 *Pupillus quis dicatur.*
60 *Verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam.*
61 *Liberorum appellatione qui veniant.*
62 *Et an filij adoptiui.*
63 *Teſtamentum duplex ſolenne, & nuncupatiuum.*
64 *Teſtamentum quid ſit, & quod teſtes requirantur remiſſ.*
65 *Teſtamentum an præſumatur.*
66 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*
67 *Ab inteſtato quis in dubio decedere præſumitur eſt com. opinio.*
68 *Monaſterium ingrediens an dicatur ſine liberis decedere nu. 70.*
69 *Monaſterium habetur loco filij.*
71 *Fratres & ſorores ex eodem matrimonio nati æqualiter in capita ſuccedunt cum nepotibus in ſtirpes fratre mortuo.*
72 *Statutum loquens de fratribus intelligitur de conſanguineis, & non vterinis.*
73 *Statuentium mens præſumitur conformis iuri communi.*
74 *Soror an ſuccedat cum fratribus fratri ab inteſtato defuncto.*
75 *Statutum loquens de fratre intelligitur de fratre primi gradus.*
76 *Sorores maritatæ an ſuccedant de iure.*
77 *Filij nati ex diuerſis matrimonijs quomodo ſuccedant.*
78 *Fratres vterini an ſuccedant in feudis.*
79 *Fratres an ſuccedant in feudo nouo.*
80 *Frater occidens fratrem an ei ſuccedat nu. 82.*
81 *Patricida ſucceſſione priuetur.*
83 *Homicida ſucceſſione occiſi priuatur.*
84 *Frater dicitur ferè alter.*
85 *Fratrum appellatione an veniant illegitimi.*
86 *Nepotes ex fratre vtrinq; coniuncti præferuntur fratri vel ſorori ex vno latè coniunctis.*
87 *Nepotes filij fratris cum patruis ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita.*
88 *Nepotes in feudis patrui quomodo ſuccedant.*
89 *Filius ſui intrat in locum patris, & ibidem quomodo intelligitur.*
90 *Filij in fideicommiſſo non intrant in locum patris.*
91 *Nec in diſpoſitione hominis ſecundum magis com.*
92 *Pro nepotes an ſuccedant cum nepote.*
93 *Nepos in ſucceſſione aui ex propria perſona ſuccedit.*
94 *Sororum filij quomodo ſuccedant.*
95 *Succeſſio in capita fit poſt filios fratrum, & ſororum.*
96 *Fratres, & ſorores cum altero parentum ſuperſtite ſuccedunt fratri vel ſorori.*
97 *Mater vel pater cum filijs an ſuccedant filio defuncto.*
98 *Aſcendentes deſcendentibus ſuccedunt.*
99 *Pater hæres filij an inuentarium facere teneatur.*
100 *Aſcendentes ſuccedentes deſcendentibus an poſſunt relicta ſucceſſione ex teſtamento ab inteſtato ſuccedere.*
101 *Pater ſuccedens cum ſuis filijs filio defuncto an habet in partibus filiorum vſufructum.*
102 *Clerici vel monaci an admittuntur ad ſucceſſionem vigore noſtrarum conſuetudinum.*
103 *Pupilli an dicantur ab inteſtato decedere.*

SIQVIS AVT SI QVI ETC. diuiditur iſte text. In tres partes: In prima ponit factũ: In ſecunda ponit vnam deciſionẽ: In tertia, & vltima aliam 2. Ibi fratres, & ſorores 3. Ibi alijs fratribus.

SVM-

SVMMATVR hoc modo, mortuis fi-
lijs ſui iuris vel orfanis ab inteſtato nullis
liberis relictis ad ſucceſſionem eiuſdem fra-
tres, & ſorores ex eodem matrimonio (cum
eorum nepotibus, & parente ſuperſtite ad-
mittuntur) fratribus, & nepotibus alterius
matrimonij excluſis: hoc dicit in ſumma ea-
dem conſuetudo eſt in Ciuitate Syracuſarũ
cũ eiſdem verbis incip. ſi quis aut ſi qui ſub
rub. de ſucce. bono. filij, & fratris.

NOTO primo ex iſto tex. quod in ſum-
mario dicitur, quid autem ſit de iure di-
cam infra eodem: & quid de matre ſuccedẽ-
te cum fratribus defuncti dicitur in text. l. ſi
quis C. ad Tertul. & ibi per Doctores ſed an
1 conſuetudo vel ſtatutum poſſit circa ſucceſ-
ſionem diſponere: Caſſan. ſuper Conſuetu.
Burgund. rub. 7. §. 2. In principio in verbo des
ſucceſſions fol. 224. tenet quod ſic, & quo-
modo debeat interpetrari quãdo aliter quã
ius commune diſponit vide Michael. Graſſ.
in quæſtio. 16. capit. 3. libr. 1. in 2. volum.
commu. opinio: fol. 106. & dixi ſupra in con-
ſuetud. vnica titul. proximo in primo not. in
2 fine. Et an iſtud ſtatutum compræhendat
etiam filias tex. dicit quod ſic ibi filiorum; &
per dictionem ſiquis in tex. poſita intelligi-
tur etiam de eis, & ſic ſub iſta dictione com
præhenditur filia l. prima §. 1. ff. de conſtitut.
pecu. vide per Doctor. Ibi & per Bar. & Paul.
Caſtr. nam maſculinũ concipit fœmininũ vt
dixi in prohœmio, & an iſta dictio ſiquis, ſit
3 vniuerſalis vel particularis vide Bar. in l. ſi ita
ff. delegat. ſecundo.

4 NOTO ſecundo quod morte patris fi-
lius dicitur liberatus a patria poteſtate
vt dicit text. noſter alias ſunt in poteſtate pa-
5 tris: nam quilibet filius præſumitur in pote-
ſtate patris eſſe niſi contrariũ probetur vt di-
cit Gram. in deciſ. 12. nu. 10. & 11. & infra eo.
dicam. Et aduerte quod iſte text. loquitur de
filijs legitimis, & naturalibus mortuis non
autem de naturalibus tantum dum dicit li-
6 beran a patria poteſtate quia filij naturales
non ſunt in poteſtate patris: nam patria po-
7 teſtas cauſatur ex iuſtis nuptijs vt dicit text.
in §. primo Inſtitu. de patria pote. & ex dicta
8 patria poteſtate cauſantur multi effectus
quos ponit glo. in §. ius autem eodem titulo
& Sylueſt. ibi nu. 16. qui ponit quindecim ef
fectus patriæ poteſtatis, & eſt maioris autho
ritatis quam domini in ſeruos dicit Menoc.
in tract. recup. poſſe. in 15. remedio nu. 300.
& dicitur res in æſtimabilis l. filij fa. §. ſecun-
9 dum vulgare ff delegat. 3. & patria poteſtas
in ſeptem conſiſtit vt dicit Menoch. de recu
pe. poſſeſ. d. remed. 15. nu. 285.

ET quia omne terreſtre finem habet iu-
xta dictum Sacræ ſcripturæ omnis conſu-
mationis vidi finem, ideo ipſa patria pote-
ſtas finitur multis modis, & primo ſoluitur
morte patris vt dicit noſtra conſuetudo, &
dicit tex. in §. 1. Inſtit. quib. mod. ius patr. po.
10 ſol. & optima ratione quia mors omnia ſol-
uit §. deinceps in auth. de nupt. & tunc ſi filij
ſunt impuberes ſub tutela vel teſtamentaria
vel legitima vel datiua tranſeunt, & ſtare de-
11 beant, & mater, & auia præferuntur omni-
bus in dicta tutela præter quam teſtamenta-
rijs auth. matri, & auiæ C. quando mul. off. tu
to. fungi. pot. & de tutela danda matri, & an
12 ſit curatrix, & an inuentarium conficere te-
neatur, & ſi mater conuolauerit ad ſecunda
vota infra quantum tempus debet petere tu
tores filijs vide per Caſſ. in Conſuet. Burgun.
rubr. 6. §. 6. In verbo des en fans in verſic. dixi
ſupra, & ſeq fol. 220. vid. Caualc. in tract. de tu
tor. & cura. nu. 183. & ibi nu. 4. & nu. 185. di-
13 cit quod matres minores 25. annorum non
poſſunt eſſe tutrices: & an ſi prohibeantur
ſe obligare ſine conſenſu propinquorũ poſ-
ſint eſſe tutrices ibidem num. 187. vide Vrſ.
14 in opin. 224 primo volum. vbi etiam de ma-
tre tranſeunte ad ſecunda vota tutelam amit-
tente vide quæ dicam infra in Conſuet. vnica
titul. 22. vide Boer. in deciſ. 124. num. 7. vbi ſi
conſuetudo eſt in contrarium poſſunt eſſe
matres minores tutrices vt ibi per eum, &
per eund. Caluac. Ibidem d. nu. 4. prout in re
gno quia maiores dicuntur in 18. anno.

15 ET an mater poſſit eſſe tutrix abſque eo
quod renuntiet Velleiano omni ll. auxi-
lio, & ſecundis nuptijs Roland. Auall. in con
ſil. 26. volu. primo dicit quod non idem di-
cit Capicc. in deciſ. 50. in fin. Natta. in conſil.
143. nu. 2. volum. primo. Sed de conſuetudi-
ne ſeruatur contraria opinio quod imo ma-
ter, & auia teſtamentariæ tutrices non tenẽ-
tur renuntiare ſecundis nuptijs, & omni ll.
auxilio, &c. vt dicit Boer. in d. deciſ. dicta 224.
Incipie mulier in primo volum & quid face-
16 re debet mater tutrix vide Capicc. in deciſio.
50. & dic quod coram Iudice eam petere de
bet alias non eſt tutrix dicit Natta. in conſil.
17 143. nu. 2. in primo volum. & an inuentariũ
conficere teneatur vide Roland. in d. tractat.
de confectio. in ver. Boer. deciſ. 124. nu. 16.

18 ITEM patria poteſtas ſoluitur emanci-
patione vt dicit text. noſter, & in tex. in §.
præterea Inſtit. eod. tit. quibus modis ius pa-
tri. poteſta. ſolui. quia cum patria poteſtas
cenſetur de iure ciuili mediantibus iuſtis nu
ptijs vt dicit d. §. 1. Inſtit. de pat. pot. & l. 1. Itẽ
qui in poteſtate ff. de hijs qui ſunt ſui vel alie-
nur.

iur.ergo per emancipationem quæ eſt actus
ciuilis alius actus ciuilis tollitur d. §. prærer-
ea nam eſt actus legitimus l. actus legitimi
ff.de verbor.ſignifi.dicit Syluest in d.§. præ-
terea nume. 14.cum nil tam naturale ſit quã
eodem vinculo quo quid ligatum eſt eo diſ-
ſolui l.nil tam naturale ff.de regu.iur.& vnũ
ius ciuile tollit aliud vt dicunt Doctor. in §.
ſed naturalia Inſtit.de iure nat gent.& ciuili
19 & hinc eſt quod in gallia vbi ius ciuile non
ſeruatur filij non ſunt in poteſtate patris Iaſ.
& Cagno.in l.frater à fratre nu.14.& nu.177.
in verſi.& ex ipſa ratione,& in verſ. ſed quid
de dominis ff.de cond.indeb.& quid ſit emã
cipatio dic vt per eundem Cagno.in l.ſi emã
cipati nu.60 C.de colla. vbi dicit quod eman
cipati dicuntur extra manum, & patriã pote
ſtatem poſiti l.1.ff. de emancip. libero. & in
propriè manumiſſio dicitur l.prima ff.ſi quis
à paren.fuer.manumiſſ.& dic vt ibi per eum
Caſſan ſuper Conſuet.Burgund. in rubr.6.§.
3.In verbo des enfans in verſic. iuxtam hanc
20 fol. 213. & quando fit emancipatio de iure
dicit text.in d.§.præterea,& l fin.C.de eman
cip. libero. vbi dicitur quod fit à quocumq;
Iudice abſque inmaginaria venditione, & co
ram Iudice coram quo ſolitum eſt fieri emã
21 cipatio alias facta emancipatione non corã
Iudice eſt nulla l.prima & fin.C.de emancip.
libero. Cagnol. in d.l. frater à fratre nu.78.ff.
de cond.indeb.vbi dixi, Catinæ fit coram Iu-
dice Curiæ patriccialis vel ſaltim coram Iu-
dicibus ideotis vnde ſi fiat coram notario tã-
tum non valet emancipatio. Ita Angel. in
conſi.93.Incipien.viſis in primo dub.Dec.in
conſi.13.Incip. & pro tenui in principio ver-
ſic.1.quod dicta emancipatio: Syluestr. in d.
§.præterea nu.15.in 5.notab.& ibi nu.34. aſ-
ſignat rationem quare debet fieri emancipa
22 tio coram Iudice,& abſenſet infans emanci-
pantur per reſcriptum principis l. iubemus
C.de emancip.libero.& emancipatio clerici
coram quo Iudice fiat vide Rotæ deciſi. 178.
In nouis,& Gemin.in cap.fin.In prima colu.
23 extra de Iudic. & an poſſit fieri emancipatio
per Procuratorem Bart. in l.poſt mortem §.
fin.ff.de adoptio.& in l.Gallus §. forſitan, &
ibi Iaſo.ff.de liber.& poſthum.dicit quod nõ
24 & an poſſit fieri emancipatio ad vnicũ actũ:
Ioan.Andr.in add.ad ſpecul. in titul.de Inſti.
ædict.§. porro in verſi. quæro ſi filiusfam. vi-
detur velle quod ſic nam ex conſenſu patris
in donatione facta à fratre fratri in poteſtate
patris dicitur emancipatus, & donatio valet
ſed dic quod non dicit Gugliel. de Bened. in
repet. cap. Raynutius de teſti. In verbo ma-
trem: Inſuper nu.1. communem dicit Cagn.
in d.l.frater à fratre num.78.ff.de con.in d.&
ad obiecta Ioan.Andr.per iura media reſpon
der dicto nu.78.tu vide Soarez: In ſua Coll.
com.opinio.In verbo emancipatio nu.41.

FALLIT tamen quod dixi quando in-
25 teruenit antiquitas temporis, & patris
pacientia quia etiam emancipatio inualida
confirmatur l. poſt mortem ff. de adoptio.
Dec.in dicto conſil. 13. nu.6.Crauett.in tra-
ctat.de antiquit. tempor.part.3. num. 28. &
infra dicam.

26 QVAERO an emãcipatio fiat per patrẽ
in vito filio dic quod non eſt text. in §.
generaliter in auth.quib. mod. natur. eff.ſui
l.pe.C.de eman.libero.glo.in §.fin.iuſt. qui-
bus mod.ius patr.po.ſolui.Bolognett. in l.ſi
emancipati ante num.4.C. de collatio.& ibi
nu.3.dicit an ſit commodum filio emancipa
27 tio nec è contra pater poteſt cogi emancipa
re filium vt dicitur in §. fin. quibus mod. ius
patr.pot.ſolui.nam patria poteſtas eſt res in
æſtimabilis d.l filiusfamilias §. ſecundũ vul-
garem ff.de legat.3.Dec.in l.libertas ff. de re
28 gul.iur.& in emancipatione pater perdit, &
filius lucratur Tiraquell. in l. ſi vnquam: In
verbò donatione largitas num.146.fol.107.
29 fallit tamen quòd dixi in quatuor caſibus
quos ponit gloſſ. in d.§. fin. & ibi Angel. &
Syluest.Inſtit.quibus modis: qui ponunt re-
gulam in fine d. §. dicẽtes quod in omnibus
30 cauſis pro quibus filius poteſt exhæredari
poteſt emancipari in vitus: nam emancipa-
tio & exhæredatio æquiperantur l. quidam
cum filium ff.de verbo.oblig.& an hoc pro-
cedat in patre, & filio eadem ratione vide
Syluestr.ibi & Rolan.Aualle in conſi.40.nu.
26.volum.4. & d.glo. in §.finali in fine dicit
31 quod pater qui contra pietatem paternã ma
le tractat filium cogitur eum emancipare,
& quando eſt nimis ſæuus dicit Menoch. de
arbitr.Iudic.lib.2. Cent.1. caſu 139. nume.4.
fol. 206.

32 QVANDO autem emancipatio præ-
ſumatur ſimulata dic quod quando diu
ſtetit occulta ſicut in ſimili dicit Bald. in l.ſi-
cut §.ſuper vacuum ff.quibus mod.pign. vel
hypoteca ſolui: quem ſequitur Barba in con
33 ſil.59. nu. 9. volum. 2. & filius emancipatus
non præſumitur niſi probetur l. ſi emancipa
ti. Ibi te quæ emancipatum probatum fue-
rit, C.de colla.Gramma.deciſ.12. nu.10.ſed
34 limita vt per Iaſo.ibi in v. nota. niſi filius diu
hoc eſt per xx. annos vt paterfamilias ſtete-
rit quia tunc emancipatio præſumitur: Ita
Bald.in d.l. poſt mortem de adoptio. Barba.
in conſi. vltimo quod incipit clementiſſimi
Dei vide quæ in ſimili dicunt Doctor. in l.ſi
filiusfamil.C. de petitio. hæred. & Crauett.
in tract.

In tract.de antiq.tempo.par.3. ſub limitatur. tamen per Cagno.in d.l.ſi emancipati nu.85.
35 vt non procedat iſtud quod dicitur de quaſi poſſeſſione in teſtamento facto per filium tamen quia emãcipatio probari debet,& cum Cagnolo teneas vide Caſſan. in Conſuetud. Burgun.rubr.3.§.3. In verbo des enfans verſ. de iure,& in verſicu. quid autem fol.213. & quomodo probetur emancipatus an debeat prius probari paternitas vide Cagnol & Bolognett.in d.l.ſi emancipati nu. 10.diſtinguẽ
36 tes, & multa de emancipatione, & de eius forma dicit Iaſo. in d.l. ſi emancipati in d.2. not.vide ibi Cagno.nu.78.

37 ITEM filij emancipati, & à patris poteſtate liberati dicuntur,ſi pater religionem ingreditur eſt com opinio quem refert Soarez: In ſua Coll.commu.opinio: In verbo religionem nu. 29. vbi dicit quod filio quæritur vſusfructus bonorum licet alij Doctor. per eum allegati contrarium teneant. Idem dicit Villalob: referendo etiam com.opin.In ſua Coll.com.opin In verbo parer nu.43.ex Iaſone in l patre furioſo nu.45. ff. de hijs qui ſunt ſui vel alien. iur.

38 QVAERO etiam quid ſi filius ingrediatur religionem dic idem Iaſo.in d.l. patre furioſo num.47.ff.eod.eſt com opinio quam refert idem Soarez.in d.verbo religionem nu. 31. ſecus quoad ſuccedendum quia
39 in hoc monacus retinet iura ſuorum eſt cõmun.opin.relata per Iaſo. in d.l.patre furioſo num.47.ff eod. & com. etiam dicit allegando eum Villalob: In verbo monacus nu. 113.vide Viui.In opinio. 171. in medio, lib.
40 primo, & an epiſcopus vel Patricius aut Cardinalis liberẽtur à patria poteſtate dic quod ſic Sylueſt.in §.filiusfamil.nu.24.Inſtit.quib. mod.ius patr.pot.ſolu.rex. in §. ſola Inſtitut. eod. refert communem Villalobs in d. verbo patria poteſtas nu. 52. Viui.in opin. 120. Incip.ſilium libr. 2. vbi dicit non procedere in hijs quæ eſſent in eorum damnum, & an per ſolam electionem ad dictas dignitates liberentur a patria poteſtate vide gloſſ. in l.ex eo tempore ff.de teſta. mili. de qua quæſtio. vide per Angel.in §.filiusfamil.inſtit.quibus mod.ius patr.pot.ſolui: per totum Menoch. de recupe.poſſeſſ.remedio 15.nu.121. & an
41 filius ſacerdos ſit liberatus à patria poteſtate vide Sylueſt.in d §.filiusfamilias inſtitu.eod. nu.24.Villalob: in d num.52.in verbo patria poteſtas vbi communem refert quod non
42 idem Viui. in opin. 120. & an clerici primæ tonſuræ ſint liberati a patria poteſtare dic quod non vt dicit Roland.in conſi. 16.nu.7.
43 volum. 4. & ſcias quod clerici licet non ſint liberati à patria poteſtate tamen teſtari poſſunt ſine licentia patris eſt tex.in auth. preſbyteros C.de epiſcop.& Cler.Gugliel.de Bened.in repet.cap. Raynutius in verbo matrẽ nu.17.extra de teſtam. dixi in conſuet.vnica
44 infra in tit. 20 & an Doctor vel miles vel in ſimili dignitate conſtitutus ſit liberatus à patria poteſtate dic quod non ſecundum Bal. in l.ſi maritus C.de patria poteſtate Iaſo.in l. patre furioſo ff.de hijs qui ſunt ſui nu. 51. vide Angel.in d.§.filiusfam.inſtit.quibus mod.
45 ius patr.pot.ſolu.Item ſi pater eſt hæreticus filius liberatur à patris poteſtate ſecundum glo.fi.in cap.2.de hæret.in 6.Caſſ.in d. verbo des enfans in verſi.quid autem fol.113.

46 SED non liberantur filij à patria poteſtate ſi pater eſt bannitus refert.com. Alex. in l.ſi cum dotem §.ſi patri nu.4.ff.ſolut.matrim.& Soarez: In ſua Coll.commu.opinio. In verbo banniti nu.2. quod intelligunt Bal. & Angel.& Alex. in l.ſi cum dotem §. ſi patri ff.ſolut. matrimon.In banno patris ſtato non ab Imperatore vel Papa ſed ab inferiore idem Bald.& ibi Salyc.in l.1. C. de hæred. inſtit. & quid ſi ſit bannum per quod venit imponenda pena deportationis vide Bal. in d.l.3.de hered inſtitut.vide Iul.Clar.in praxi. criminali.q.71.Boſſ.in pract. crimin. in tit.de bono.public.poſt nu.69.

47 SED an amittatur patria poteſtas per expoſitionem filiorum, & quidem text. in cap. primo ex tr. de infant. expol dicit quod
48 ſic, & per expoſitionem ſeruorum perditur dominium quia liberantur à ſeruiture vt in d.cap.1.dicitur,& ibi Mar.Socc.vbi Abb.ampliat in denegante alimenta ſed Boich.in d. cap.1. nu.5. tenet contrarium quo ad filium cui alimenta denegantur. Incontrarium refert commun. opinio. Villalob: In ſua Coll. commu.opin in verbo patria poteſtas nume. 53.quod per expoſitionem filij non amittitur patria poteſtas ſed mihi placet text. in d. cap. primo quia pro derelicto videtur habere,& dicta commun.opin. Villalob: procederet in caſu quo pater eſſet inops prout illum tex.limitat Marianus Socc.ibi vel quando eſſet maior infante prout poteſt colligi ex diſtinctione Boich.in d.cap.primo, & qua pena
49 puniatur expouens infantem vide Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. Centur. 4 caſu 396. vbi dicit quod Moyſes fuit expoſitus.

ITEM, & filia de iure Longobardorũ non eſt in patris poteſtate ſecundum Gram. in conſil.87.Orfill.ſuper deciſio.160. Affiic. nu.15. & alio modo filij liberantur à patria poteſtate per noſtram conſuetudinem pri-

mam in titul. 20. diſponitur videlicet quan-
50 do filius maior decem, & octo annis vxo-
rem ducit vel mulier deſponſata erit quod
procedit etiam in matrimonio ſpirituali vt
dicit Roland. in conſil. 35. nume. 19. volum.
51 3. & dixi ſupra eod. nume. 38. an filia ſemel à
patria poteſtate liberata reincidat iterum in
eadem vide Soarez: In verbo filiusfami-
lias nume. 304 Roland. in conſil. 68. nume.
17. volum. 4. vide quæ dicam infra in conſue-
tud. prima titul. 20 & multa de emancipa-
tione vide per Doctores allegatos per Ca-
gnol. in d. l. ſi emancipati nume. 61. C. de
collatio.

52 QVAERO an filij emancipati, & pa-
tria poteſtate liberati parentibus ſucce-
dant æqualiter, & an cogantur bona ab eis
de parentibus donata conferre dixi in cõſue
tudine vnica ſupra tit. 8.

NOTO tertio ex iſto text. quod text. no-
ſter procedit quando filij emancipati,
& ſui iuris effecti moriuntur ab inteſtato
quia ſi teſtamentum feciſſent ſtaretur eo-
rum diſpoſitionibus quia diſponat teſtator,
in vltimis ſuis, & fiat lex eius voluntas, vul-
gato §. diſponat: in authent. de nupt. dum-
modo quod parentibus legitimam relique-
rit vt dixi ſupra in conſuetu. prima titul. 3. &
ſupra eodem, & ideo dicit tex. nullo per eos
condito teſtamento.

SED quæro quid ſi filius à patria pote-
ſtate liberatus fecerit teſtamentum, &
nullum fuerit, & deceſſerit an procedat no-
ſtra conſuetudo dic quod ſic quia inteſta-
tus mortuus dicitur §. 1. Inſtitut. de hæred.
53 quæ ab inteſt. defer. Item quia nullum, &
inualidum æquiperantur l. ſi aut nullum C.
de legitim. hæredit. Iaſon, in l. prima nume.
18. ff. de nou. oper. nuntia. & ibidem dixi
ſupra in anno præterito: In ſecunda mea le-
ctura, & ſtatutum loquens de ſucceſſione
ab inteſtato compræhendit omnem ſucceſ-
ſionem vt dixi ſupra in Conſuetud. pro-
xima nume. 3. & quarto. vide quæ infra in
fine dicam in hac Conſuetudine, & ſcias
quod de iure etiam dantur liberi qui non
54 ſunt ſui nec in poteſtate vt nepotes ex fi-
lia ſecundum gloſſam magnam in l. ſi e-
mancipati. C. de collatio. & ibi Bartol.
& Iaſon. & text. noſter loquitur de filijs
mortuis tam ſui iuris quam emancipatis.

55 NOTO quarto quod filij morte ma-
tris dicuntur orfani remanere, & non
liberantur à patria poteſtate, & ratio eſt
56 quia fœminæ filios in poteſtate non habent
§. fœminæ Inſtitu. de adopt. vnde non dicun-
tur à patria poteſtate liberati quia priuatio
præſupponit habitum l. decem ff. de verbor.
57 obliga. cum ſimil. & orphano trophus dici-
tur orfanorum tutor, & adoleſcentium cu-
rator qui eos facultatibus, & parentibus de-
ſtitutos alendos ſuſcepit vt rector Hoſpita-
lis, & orfano trophum eſt locus in quo tali-
bus alimenta adminiſtrantur 3. quæſtio. 8.
cap. In qualibet §. ſancimus, & l. orphano
trophos C. de epiſcop. & cleric. & hic Cati-
næ, habemus iſtos orfanos pauperes vtroque
parente tamen carentes qui in eccleſia San.
tiſſimæ Trinitatis à Rectoribus guberman-
tur: & an tales Rectores orphano trophi, &
58 Gubernatores teneantur facere inuentariũ,
& rationes reddere vide Gloſſ. & Doct. in d.
l. orphano trophos vbi dicit quod ſic dicit
Rolan. in tract. de inuen. quæſt. 18. fol. 19. Cu
mi. In cap. Ritus 19. nu. 55.

IN text. ibi infra pupillarem ætatem filius
59 dicitur infra pupillarem ætatem decedere
quando ante decimum quartum annum mo
ritur vel quando in dict. tempore eſt à patria
poteſtate liberatus l. pupillus ff. de verbor.
ſignificat. & maiores filij in text. noſtro di-
cuntur effecti quando decedunt poſt deci-
mum quartum annum, nam hæc maior ætas
conſideratur quo ad teſtamentum confe-
60 ctionem cum verba intelligantur ſecundum
ſubiectam materiam glo. & Barto. in l. ſi olei
ff. locat. l. ſi vno in principio ff. eod. Sylueſtr.
in §. quod autem num. 6. Inſtitut. de legitim.
agnat. Succ.

IN TEX. ibi liberis non relictis ideo hoc
dicit quia ſi darentur liberi ipſi ſuccederẽt
vt dixi ſupra in Conſuetud. proxima, & qui
61 veniant appellatione liberorum vide l. libe-
rorum, & ibi Doctor. ff. de verbor. ſignifica.
62 Abb. in prohœmio decret. & an filij adopti-
ui cõpræhendãtur ſub hoc ſtatuto dic quod
non quia non ſunt propriè filij Tiraquell. la-
tè in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos
nu. 3. C. de reuocat. donat. dixi ſupra in Con-
ſuetu. vnic. titu. 3. & an quis præſumatur ſine
liberis in dubio decedere dic quod ſic vnde
ſi quis dixerit hanc negatiuam videlicet, dico
nullos eſſe hęredes qui vult dicere contrariũ
probet glo. in l. eum de lege ff. de probatio.
Iaſo. in conſi. 34. nu. 1. volum. 1. Alex. in con-
ſil. 20. nu. 12. volum. 1. & in conſil. 179. nu. 7.
volum. 7. Bello. in conſi. 19. nu. 3. Capic. deciſ.
159. nu. 11. ſequitur Ioſeph Maſcar. in tract.
de probatio. in concluſ. 801. volum. 2. ſed cũ
iſta qualitas à noſtro ſtatuto requiratur cre-
do quod probari debet per ea quæ dixi ſupra
in prohœmio in quæſt. 17.

IN TEX. Ibi nullo per eos condito teſta-
63 mento dic quod teſtamentum eſt duplex
ſollenne inſcriptis nuncupatiuum, & quot
64 teſtes requirantur, & quid ſit teſtamentũ, &
multa de materia teſtamentorum vide latè
per Iul.Clar.in §. teſtamentum, & per Caſſa.
in conſuetu Burgun.in titu.de ſucceſſions in
verbo licet olim fol. 239. & ibi qui poſſunt
teſtari,& qui non.

65 QVAERO etiam an præſumatur teſta
mentum an vero quis ab inteſtato mor
tuus, & ſic an debeat hoc probari quod quis
ab inteſtato mortuus ſit dic quod quis de
iure præſumitur inteſtatus deceſiſſe nã face-
66 re teſtamentum eſt facti, & facta non præſu-
muntur niſi probentur l. in bello §. factæ ff.
de cap.& poſtlim.reuerſ. Iaſo.in l.ſi emanci-
pati: In primo notab. C. de collat. refert ibi
Cagnol.communem contra Dec. nu. 65.vbi
dicit quod ẽ improbabilis iſta negatiua pro
facto momentaneo vt in contractu, & teſta-
67 mento ibi nu. 70. & quod quis præſumatur
decedere ab inteſtato dicit com.ibi nu.75.li-
cet non ſupradicta ratione negatiua Bolog.
in d.l.emancipati nu.9.C.de collat.com.etiã,
& vſu receptam, & comprobatã dicit Corn.
in d.l.ſi emancipati,& in conſi.299.nu.10.vo
lum.3.Rayn.in conſi 141.num 15.volum.5.
Maſcard.in tract.probationum in concluſio.
1352.Incip.teſtamentum nu.3. vol. 3. ſed li-
mitatur ibi per Cagn & Bolog.niſi eſſet con
ſuetum homines teſtam. & ibi per eos.

CONTRARIVM quod imo præſu-
matur teſtamentum tenent Lud. Rom.
in d.l.ſi emancipati nume.3.C.de colla.& ibi
Dec.Cot.in conſi.125.nu.2.volum.4.nã fun-
dans ſe in negatiua debet eam probare l. qui
accuſare vbi Doctor. C.de æden.Hercula.de
proba.nega.num.3.conciliat tamen has opi-
niones. Idem Ioſeph Maſcard. in d. concluſ.
135. nu.6. diſtinguendo quod aut his qui te-
ſtamentum dicit factum fuiſſe vel non fuiſſe
habet præſumptionem pro ſe ex aliqua cau
ſa ſuperuenienti aut nullam pro ſe habet pri
mo caſu probãdi onus incumbit eius aduer
ſario exemplum ego dico totium nullum te-
ſtamentum fuiſſe adiuuat me quia fama eſt
eum teſtamentum nõ feciſſe vel ſtat pro me
præſumptio quia inquiſitis notariorũ proto
collis nullum teſtamentum reperitur, & tunc
non præſumitur teſtamentũ ſi vero fama eſt
teſtamentum defunctus feciſſe tunc præſumi
tur teſtamentum, & probandi onus incũbat
ab inteſtato deceſſiſſe neganti teſtamentum
vide de hac quæſt. Ioſeph Maſc. in d.concluſ.
per totum,& in concluſ.937.vol.2.

RVRSVS in tex. Ibi liberis non relictis
68 quæro an ingrediens monaſterium dica
tur ſine liberis decedere Iaſon.in auth. ſi qua
mulier C.de ſacr.ſanct.eccl.nu 18.com.dicit
69 quod monaſterium habetur loco filij quem
refert & ſequen. Villalob: in Coll. com.opi-
nio,nu.120. In verbo monaſterium vbi am-
pliatur nu.121.vt excludatur ſubſtitutus etiã
ſi dicatur per teſtatorem ſi ſine liberis legiti-
mis,& naturalibus de matrimonio,&c. Viu.
in opinio,133.volu 1. magis com. dicit Soa-
70 rez: In verbo religionem nu.37. limitatur ta
men niſi dicatur ſi ſine liberis ex ſuo corpo-
re ex vero matrimonio deſcendentibus pro
vt per Viui.in d.opin.333. & ibi quid in cleri
co: ſed in caſu noſtro aliud credo quia com.
eſt quod monaſterium habetur loco filij, &
ſic in propriæ. Item procedit quo ad exclu-
dendum ſubſtitutum vt dicit Soarez: ibi ſe-
cus in ſtatutis vbi verba propriæ capienda
ſunt l. quicquid abſtringendæ ff. de verbor.
obliga.cum ſimil.

IN TEX. Ibi,& ſucceſſores: Noto quinto
71 quod fratres, & ſorores ex eodẽ matrimo
nio nati æqualiter in capita ſuccedunt cũ ne-
potibus fratris præmortui in ſtirpes, & eſt
tex.in auth. Ceſſante C.de leg.hæred. & dici-
tur ibi quod vtrinque coniuncti præferuntur
& eſt text. in auth. itaque C. de com.de ſuc-
72 ceſ.& ſi hoc per ſtatutum non dixiſſet ex eo-
dem matrimonio intelligeretur de eis vel
de conſanguineis, & non de Vterinis ita Pa-
riſ. in conſil.84. nume. 5. volum. 2. vide Vil-
lalob: In verbo conſanguinei nume. 164.
Nam mens ſtatuentis in dubio præſumitur
73 eſſe conformis iuri communi l.2. C. de con-
di.inſert. Curt.Senior in conſi.27. nume. 11.
Sed quid ſi non fuerint fratres, & ſorores ex
eodem matrimonio quomodo ſuccedant
text. in l. ſi quis vel ſi qua C. ad Tertull. dicit
quod etiam ſuccedunt cum parente ſuperſti
te: ſed illa lex corrigitur per auth. ſequen-
tem vide Caſſan. in rubr. des ſucceſſions ru-
brì.7.§.6. verſic. dictum eſt fol. 250. & an de
74 iure communi ſoror ſuccedat cum fratri-
bus fratri ab inteſtato defuncto Pariſ.in con-
ſil.56.num. 23.volum.1.Menoch. in conſi.1.
nu.30.volu. 1.dicunt quod ſic vide Caſſan.in
75 Conſuet.Burg.In loco prædicto: & hoc ſtatũ
faciens mentionem de fratre intelligitur de
fratre primi gradus, & non ſecundi ita Curt.
Seni.in conſi.9.nu.12.

76 SED an ſorores maritatæ ſuccedant de iu-
re dic quod ſic eſt tex in l prima C. de leg.
hæred. & an teneantur conferre dotem di-
xi ſupra in conſuetud. proxima, & an fra-
trum filij ſuccedant cum patruis, & aſcen-
denti-

dentibus patruo mortuo vide latè per Caſ-
ſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. in
verbo ſucceſſions. en lingue: verſicu. quia
dicit.

ET quomodo admittantur nati ex diuer-
77 ſis matrimonijs dicitur in auth. ceſſante
C. de legit. hæred. vide Bolognett. in conſil.
69. colum. 1. vbi dicit quod fratres Vterini
præferuntur in bonis maternis & conſangui
nei in bonis paternis per l. de emancipatis §.
exceptis. C. de legitim. hæred. & in bonis
acquiſitis per fratres omnes ſuccedunt per
text. in l. prima. C. de leg. hæred. vide eun-
dem Caſſan. in rubr. 7. §. 11. in verbo des
ſucceſſions verſic. limitatur tamen vbi limi-
tat fol. 268. & an fratres Vterini ſuccedant
78 in feudis dic quod non. Ita Aluarott. in cap.
primo §. hoc quoque qui feud. dare poſſeſſ.
vide Caſſan. rubr. 7. §. 8. In verbo les heredi-
tages verſicu. dic an nume. 2. fol. 253. & in
Regno vbi viuitur iure Francorum vide
cumulata per Domin. Cumia in repetitio.
Capituli ſi aliquem de ſucceſſi. feud. in ver-
bo ſed frater vide Roland. in conſi 68. volu.
primo, & in conſi. 57. volum. 3. dicam infra in
conſue. ſequen.

79 ET an fratres ſuccedant in feudo nouo
dic quod non cap. primo §. filiam vero
in fine de feud. ſucceſſio. Duen. in regu. 385.
80 libr. primo: Sed quæro an frater occidens
fratrem ei effectiuè ſuccedat dic quod non
ſed tanquam ab indigno aufertur hæreditas,
& fiſco applicatur niſi ſit alius proximus
Boer. in deciſio. 25. nume. 18. commun. di-
cit Villalob: in Coll. commun. opinio: In
81 verbo fratriccida nume. 168. Idem in patric
cida. & in alijs ſucceſſionibus ibidem Boer.
82 Item etiam, & frater occidens fratrem vel
eius filium priuatur feudo capit. 1. §. ſimili-
ter in quibus cau. feud. ammitta. Boer. in d.
deciſio. 25. nume. 18. ſed vide Iul. Clar. in §.
homicidium in verſicu. priuatur etiam fol.
83 25. & ibi dicit quid in alijs ſucceſſionibus
vide Menoch. de arbitr. Iudic. libr. ſecundo
Centur. 4. caſu. 395. nume. 15. & dixi ſu-
pra in conſuetud. proxima titul. 8, & quid
in viro occidente vxorem dixi in conſuetud.
vnic. infra titul. 15. ſub rubr. de tempor. re-
84 ſtitutio. dotis, &c. frater dicitur ferè alter ſo-
ror quaſi ſeorſum naſcatur, & qui dicantur
fratres, & an appellatione fratruum veniant
illegitimi vide per Cagnol. in repetitio. l. fra-
85 ter a fratre nume. 64. & ſequent. vbi nunc
publice legendo dico: vide Tiraquell. de
86 pœnis caſu 22. vbi de amico, & quod ne-
potes ex fratre vtrinque coniuncti præfe-
rantur fratri vel ſorori ex vno latere vt di-
cit text. noſter eſt text. in dict. authen. ceſſan
te propè finem de materia huius conſuetu-
dinis vide text. in auth. defuncto. C. ad Ter-
tul. & in dict. author. poſt fratres l. prima,
& ſecunda. C. de legitim. hæredita. vide
Caſſan. In loco præallegato videlicet rubr.
6. §. 6.

87 NOTO vltimo quod filij fratrum ne-
potes ſuccedunt omnes in ſtirpes id
eſt omnes in locum patris eorum cum pa-
truo de iure etiam filij fratrum quando tra-
ctatur de ſucceſſione patrui ſuccedunt in
ſtirpes eſt magis commun. opinio: relata
per Alexand. in conſil 29. nume. 1. volum.
vide Villalob; In ſua Coll. commun. opin.
In verbo fratrum filij nume. 167. Pariſ. in
conſil. 5. nume. 2. eodem. volum. poſt vero
iſtam ſucceſſionem in capite ſuccedunt Ro-
land. Auall. in conſil. 38. nume. 52. volum.
4. & in conſil. 37. nume. 79. volum. 3. vbi
88 procedit etiam in feudis Boer. conſil. 2. nu-
me. 5. Mattheſil. In tractat. ſucceſſionum ab
inteſtato ante nume. 39. verſicul. tertio lo-
89 co, & ratio de qua in text. fit mentio quia
filius ſubintrat in locum patris, adijcias
quod de iure etiam filij repræſentant pa-
trem, & ſubintrant in locum dicti patris. §.
cum filius Inſtitut. de hæred. quæ ab inte-
ſtat. defer. intellige quando tractatur de ſuc
ceſſione patrui vel auunculi aut amitæ vel
materteræ quia tunc æqualiter cum alijs
patruis admittuntur. Secus quando tracta-
tur de ſucceſſione aliorum tranſuerſalium
quia tunc non ſubintrant in locum patris
eius. Roland. Auall. in conſil. 38. nume.
90 34. volum. 4. nec etiam in fideicommiſſo
eſt commun. opinio: relata per Villalob:
In verbo filius nume. 67. volu. primo com-
mun. opin. fol. 106. nec in diſpoſitione ho-
91 minis eſt magis commun. opinio: relata per
Dec. in conſil. primo Bello. in conſil. 50.
nume. 2. Villalob: In loco prædicto nu. 71.
Imo per patruos excludantur: autho. poſt
fratres, & ibi Bartol. & Cyn. In authen. ceſ-
ſante in fine, C. de leg. hæred. & Bald. in l. 3.
C. eodem Caſſan. in conſuetud. Burgund. in
rubr. 7. §. x. In verbo entoutem: in verſi. item
92 nu. 6. fol. 257. & an pronepos ſuccedat cum
93 nepote vide ibi per Caſſ. in loco prædicto, &
nepos in ſucceſſione aui ex propria perſona
ſuccedit, & non ex perſona patris Barb. in l. ſi
auus C. delib. præte. Caſſan. in rubr. 7. §. x. in
d. verbo nu. 36. vide omnino Laur. Chirco.
in concluſ. 54. In litera, n, Centu. 2. fol. 45. pri
mo volum. com. opinio.

94 SED quæro quid de filijs ſororũ dic quod
idem eſt vt in ſtirpes ſuccedant ita Bald.

in auth ceſſante in principio, & eſt tex. in auth. poſt fratres la prima, & l. 2. C. de leg. hære.
95 & ibi Doctores: Nam ſucceſſio in capita fit poſt filios fratrum, & ſororum vt dicunt dicta iura vnde filij ſororis mortuæ ſuccedunt in ſtirpes cum patruis, & materteris.

96 ITEM iſtud quod dicitur hic quod fratres & ſorores, & horum filij ſuccedunt cum alio parente ſuperſtite: Idem eſt de iure communi vide Alex. in §. primo in auth. vt fratrū filij vide tex. in l. quicunque C. de bon. quæ liber. Bal. in tract. ſucceſſio. ab inteſta. nu. 38. vi
97 de omnino Menoch in conſi. 85 nu. 36. & an mater vel pater cum filio ſuperſtite ſuccedant de iure vide Orſill. ſuper 38. deciſ. Affli.
98 nam aſcendentes deſcendentibus ſuccedūt liberis non relinquentibus §. primo in auth. de hæred. ab inteſtat. venie. & tunc dicitur turbari ordo naturæ tex. in l. nam, & ſi parentibus, & ibi glo. de inoffic. teſtam. ff. ſed an pa
99 ter filij hæres, inuentarium conficere teneatur dic quod ſic aliàs inſolidum creditoribus hæreditarijs tenetur Roland. Auall. in tract. de confectio. inuentat. quæſt. 28. fol. 27. ſed
100 an aſcendentes ſuccedentes deſcendentibus poſſint mutare ordinem ſucceſſionis, & relicto teſtamento ſuccedere ab inteſtato vel è contra, & ſic variare communis eſt quod ſic quam dicit Boer. in deciſ. 33. nu. 19. Villalob. in Coll. commu. opinio. in verbo varia. nu. 2.
101 Sed an in caſu quo pater ſuccedit filio defuncto vna cū fratribus dicti filij, & ſic cum alijs filijs habeat vſumfructum in bonis filij dic quod non eſt tex. in auth. Item hæreditas C. de bon. quæ liber. & vide Bal. ibi.

102 QVAERO an Clerici vel Monaci admittantur ad ſucceſſionem iſtarum cōſuetudinum tu dic quod ſic nam iſta ſtatuta ſunt approbata quia etiam gaudent priuilegio Ciuium vt in prohœmio dixi dummodo quod non ſint de fratribus minoribus clem. exiui de paradiſo Dec. in conſil. 154. Boer. in deciſio. 260. nu. 31. Pariſ. in conſ. 48. nu. 15. volum. 4 vide quæ dixi ſupra in præludijs quæſt. 11.

103 QVAERO etiam an pupilli dicantur inteſtati vel ab inteſtato decedere infra in conſuet ſeq. dicam, & aduerte quod text. noſter dicit, & vtitur verbo (nullo per eos condito teſtamento) ſicut in l. ſi emancipati C. de collatio. Imperatores vtuntur ibi (nec vllum teſtamentum relictum eſt) quod quomodo intelligatur ſupra eo. dixi, & Doct. in d. l. ſi emancipati declarant.

TITVLVS DECIMVS.

Ad quos peruenire debeant bona alicuius mortui in defectu aſcendentium, & deſcendentium.

CONSVETVDO VNICA.

SI quis etiam deceſſerit in minori ætate, vel maiori ab inteſtato: qui caret vtroque parente, nullis ſuperſtitibus ſibi filio, fratre, patruo, vel amita, auunculo, vel matertera, primo Conſobrino vel Conſobrinis, ſuccedant eis proximiores ex parte patris in vna medietate, totius ſubſtātiæ ſuæ & in altera medietate ſubſtantiæ eiuſdem: proximiores ex parte matris eiuſdem defuncti.

SVMMAE.

1 *Proximiores ex parte patris, & ex parte matris ab inteſtato defuncto in defectu ſuccedunt.*
2 *Meſſana conſuetudo circa ſucceſſionem.*
3 *Maior ætas vel minor quando dicatur.*
4 *Inteſtabiles pupilli an dicantur.*
5 *Statutum loquens de inteſtato non comprehendit inteſtabilem ſecundum com. opinionem.*
6 *Pupilli an dicantur mortui inteſtati.*
7 *Ab inteſtato propria qui dicantur decedere.*
8 *Pupilli, & qui non habent teſtamenti actionem nec actiuam nec paſſiuam dicuntur inteſtabiles.*
9 *Agnati, & cognati æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem.*
10 *Agnati, & cognati ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes.*
11 *Agnati legitimati an comprehendantur ſub hoc ſtatuto, & communis eſt quod ſic.*
12 *Agnati an ſuccedant in feudo.*
13 *Collaterales ſuccedunt in feudum vſq; ad ſeptimum gradum.*
14 *Cōſanguineus nō ſuccedit conſanguineo ab eo occiſo.*
15 *Proximior in gradu inter collaterales quomodo ſuccedat.*
16 *Vir, & vxor adinuicem ſuccedunt defunctis agnatis, & cognatis.*
17 *Deſcendentes in infinitum excludunt agnatos, & cognatos.*

SI quis etiam, diuiditur: In duas partes in prima ponit dictum in 2. deciſionem, ſecunda ibi ſuccedant.

SVM-

SVMMATVR hoc modo, mortuo ab
1 inteſtato in defectu aſcendentium deſcē-
dentium, & collateralium hic expreſſatorū
ſuccedunt proximiores ex parte patris & ex
parte matris æqualiter: Idem eſt per conſue
tudinem Syracuſanam cap. 1. ſub rub de ſuc-
ceſſion. bonor. filii, & fratrum in fine vbi di-
ſponitur quod mortuo aliquo ſine filijs, pa-
rentibus, fratribus, vel ſororibus, ſuccedant
proximiores vt in tex. noſtro.

2 IN NOB. Ciuitate Meſſanæ in capit. 11.
conſuetudinū diſponitur hoc modo vtro
que parente præmortuo filij eorum in maio
ri ætate vel ab inteſtato poſtea defunctis bo
na ſtabilia ad eam partem reuertuntur à qua
prouenerunt: de mobilibus vero vna tertia
ad proximiores patris altera ad proximiores
matris deuoluitur.

IN TEX. Ibi in minori vel maiori ætate
3 quādo dicatur maior ætas vel minor dixi
in conſuetu. vnic. titu. 28. ſed ætas hominum
varie à Doctoribus partitur de qua ad plenū
vide per Menoch de arbi. Iud. lib. 2. Cent. 1.
caſu 57. hic vero capitur pro ætate 14. anno-
rum in maſculo vel 12. In fœmina in qua
ætate quis quo ad teſtandum maior dicitur l.
qua ætate ff. ad teſtam. cum ſimil.

IN TEX. Ibi ab inteſtato dic quod com-
prehenditur etiam in hoc ſtatuto pupilli,
4 & alij inteſtabiles ſecundum communē opi
nionem relatā per Cagno. in l. ſi emancipati
nu. 61. C. de collat. & dixi ſupra in conſuetu.
proxima, & patet ibi in text. in minori ætate
5 &c. Sed ſtatutum loquens de inteſtato non
comprehendit inteſtabilem eſt com. opin.
relata per Alex. in cōſil. 211. volu. 7. Matthæ.
Iur. conſult. in Coll. com. opin. verbo ſtatutū
loquens magis com. dicit, & veriorem opi.
Crot. in l. omnes populi colu. 54. verſi. quæri
tur etiam, Gabriel in titul. de ſtatu. concluſ.
prima nu. 2. lib. 6. in volumine communium
concluſ. fol. 337.

6 SED quæro an pupilli dicantur mortui
inteſtato communis eſt quod illi dicun-
tur inteſtati mortui propriè qui cum teſta-
mentum facere poſſunt non fecerint vel ex
quorum teſtamento non fuit adita hæredi-
tas l. inteſtato C. de ſuis, & legitimis, & ibi gl.
§. 1. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. defe vn-
de non propriè dicuntur inteſtati pupilli, &
ſimiles com. etiam dicit Matthæus Iur. con-
ſult. in Coll. commun. opinio: In verbo ſtatu
7 tum in primo volu. commu. opinio. fol. 337.
Sed ab inteſtato propriè decedere dicuntur
refert com. Cagnol in l. ſi emancipati nu. 61.
8 C. de collat. & pupilli, & illi qui non habent
teſtamenti factionem nec actiuam nec paſſi-
uam dicūtur inteſtabiles l. eum lex cum ibi
notatis C. de teſtam. & iſti inteſtabiles com-
prehenduntur ſub ſtatuto loquente: decedē
te ab inteſtato examinat Cagn. in loco præ-
dicto, & ibi dicit quod multi Excellentiſſimi
Doctores, pro dicta commu. opinio. conſu-
luerunt quod pupilli dicuntur ab inteſtato
mortui, & comprehenduntur in ſtatuto lo-
quente decedente ab inteſtato & allegar Pa-
riſ. in conſi. 22 lib. 2. & Ruyn. in conſi. 50. lib.
3. Curt. Iun. in conſi. 10. volumine primo ad-
de Cœpol. in conſ. 509. volum. 4. vide de hac
quæſtione latè per Tiraque. in tract. le mort
ſaiſit par. 3. decla. 7. vbi dicit quod ſtante com
muni vſu loquendi dicuntur inteſtati vide la
tius per Gabriel. in d. tractatu in titul. de ſta-
tu. concluſ. 1. lib. 6. vide quæ dixi in conſuet.
vnica ſupra tit. 8. in 1. norab.

9 NOTO quod in ſummario dicitur vn-
de agnati, & cognati æqualiter admit-
tuntur excluſa differentia iuris antiqu. agna-
tionis, & cognationis maſculorum, & fœmi
narum ſicut eſt etiam de iure communi §.
nullam in auth. de hæred. ab inteſta. venien l.
maximum victium. C. de liber. præter. & toto
tit. de legat. hæred. eſt text. etiam in auth poſt
fratres la ſecunda C. de leg. hæred. & ibi gloſ.
auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legit. Bald. in
tract. ſucceſſ. ab inteſt. nu. 37.

10 ET ſic ſuccedunt in capita, & non in ſtir-
pes vt in d. auth. poſt fratres la ſecunda
idem etiam dicit Boer. in conſil 32. nume. 5.
nam ſtatutum diſponens quod proximiores
admittantur ad ſucceſſionem defuncti de-
bet redduci ad intellectum iuris communis
Anchar. in cap. 1. nu. 14. quæſtio. 1. de conſtit.
quem refert, & ſequitur Roland. in tracta. de
confection. inuent. In verbo quæritur, an ſtā
te fol. 109. Dec. in conſi. 444. nu. 16. & qui di-
cit ſe tanquam agnatum ſuccedere velle de-
bet prius probare ſe eſſe huiuſmodi Dec. in
conſi. 13. column. 2. & in conſi. 222. nu. 11. &
in conſi. 321. nu. 2. Alban. in conſi. 61. Rolan.
à Valle in conſi. 63. nume 11. & conſil. 3. nu.
41. vol. 1. & debet probare in quo gradu agna
tionis ſit coniunctus Ancha. in conſ. 52. nu. 2.
Dec. in conſ. prædicto 321: nu. 6. vbi de com
muni teſtatur Ioſep. Maſc. in concluſ. 73. In-
cip. agnatus qui vbi conciliat contraria vol 1.
Sed an hoc ſtatutum comprehendat illegiti
me natos dicit quod non Dec. in conſil. 316
Cœphal. in conſi. 278. nu. 31.

11 QVAERO an agnati legitimati com-
prehendantur in hoc ſtatuto Cœphal.
in d.

in d.conſi.278.nu.31. dicit quod non quia nõ
dicuntur proprie legitimi. Sed incontrariũ
eſt commun.opinio: quam refert Villalob:
12 In verbo ſtatutum nu. 121. Item quæro an
agnati ſuccedunt in feudo antiquo dic quod
ſic ita Roland. in conſi.67.num.14.volum.1.
vbi dicit quod ſuccedunt eo modo, & for-
ma quia ſuccedunt de iure communi niſi
expreſsè contrarium caueatur in conceſſio-
ne: Idem Roland.in conſi.60. nu.14.volum.
1. vbi dicit quod ſecus eſt in nouo feudo, &
13 ſuccedunt collaterales in feudo vſque ad ſe-
ptimum gradum Duen. in regul. 106. volu.
1.idem dicit referendo commu.opin. Io.Fi-
card.in addit.ad Villalob: in Coll. commu.
opin. In verbo agnato nu.78. In primo volu.
commun. opin. fol.67.& an conſanguineus
14 ſuccedat conſanguineo ſi eum occidit dic
quod non: Ita Menoch.de arbit. Iudi. libr.2.
Cent.4. caſu 399. qui limitat duobus modis,
dixi ſupra in conſuetudine proxima.

IN TEX. Ibi proximiores iſta dictio eſt comparatiui gradus,& an debeãt eſſe proximiores in tempore euenientis condictionis vide Menoch. in conſt.106.num.79. in 2. volum.& benedicit tex. noſter proximiores quia ordinatim ſucceditur vnde ſi teſtator reliquit legatum familiæ ſuæ intelligitur de proximioribus in gradu l.cum ita §.fi.l. peto c.§.fratre ff.de lega.1.Crauett.in rub.de lega.1.nume.4. & dum rubrica noſtra dicit defectu aſcendẽtium intellige in infinitum quia qualiſcunque ſit deſcendens vel aſcendens de medio iſti agnati, & cognati non ſuccederent §.1.in auth. de hæred.ab inteſta. veni; l.liberatur ff.de verbo.ſignif.Natta: in conſi. 678.nu.1.& Cœpha.in conſi.244.vol.2.

NOTO vltimo quod iſti proximiores
ex parte patris,& ex parte matris ita ad-
mittuntur æqualiter in ſubſtantia ab inteſta-
to defuncti quando defunctus nullos relin-
quit filios vel ex eis deſcendentes vel aſcen-
dentes aut coniunctos hic expreſſos quia ſi
aliquis iſtorum nominatorum eſſent de me
dio ipſi admitterentur ordine quo ſupra di-
ctum eſt in ſuperioribus conſuetudinibus
prout in titu.de hæred. quæ ab inteſta. deſe-
15 re.& de iure proximior in gradu inter colla-
terales eum defunctus fratres vel filios fra-
tris non habeat: etiam ex vno latere coniun-
ctus ſuccedit §. reliquum in auth. de hæred.
ab inteſt.venient.Gabriel.in conſi.133.nu.1.
& defunctis agnatis, & cognatis de iure ſuc-
16 cedunt vir, & vxor excluſo Fiſco l. maritus
quæ eſt l.prima C.vnde vir,& vxor. Duen.in
regul.38.volum.1.vide tex.in auth. præterea
C.eod.& ad hoc vt habeat locum dicta auth.
præterea vide pulchrè per Natt.in conſ.648.
volum. 4. vbi vult quòd vxor debet probare
in dotatam fuiſſe, & ſine hæredibus deceſſiſ-
ſe per publicum proclama,& quando proce
dat dicta auth. vide per eum.

TITVLVS VNDECIMVS.

De ſucceſſione filij maioris vel minoris ab inteſtato defuncti ad parentes ſuperſtites & ad alios proximiores prædicti defuncti.

CONSVETVDO VNICA.

SI vero vnus vel vltimus filius vel filia in minori vel etiam in maiori ætate ab inteſtato liberis non relictis deceſſerit: Altero tamen parente ſuperſtite ſuccedat ei ipſæ parẽs ſuperſtes in duabus tertijs partibus totius ſubſtantiæ dicti filij, & in altera tertia parte ſubſtantiæ filij, ſuccedat auus vel auia ex parte defuncti parentis, his non obſtantibus, ſuccedat parens ſuperſtes in totum in bonis filij defuncti prædicti.

SVMMAE.

1 *Parens ſuperſtes ſuccedit filio defuncto in duabus partibus in alia auus vel auia parentis præ defuncti.*
2 *Aſcendentium ſuccedit vbi tractetur.*
3 *Pater filio ſpurio non ſuccedit.*
4 *Parentes quomodo ſuccedunt deſcendentibus.*
5 *Auus maternus, & paternus quomodo ſuccedant, & num. 6.*
6 *Aſcendentes an ſuccedant in feudalibus.*
7 *Collaterales in feudalibus vſque ad ſeptimum gradum ſuccedunt.*
8 *Patruus an ſuccedat in feudo.*
9 *Liberorum appellatione an veniant nepotes.*
10 *Moriens cũ vno nepote, cũ liberis dicitur decedere.*
11 *Succedat, verbum: generale eſt.*
12 *Succeſſio legitima dicitur illa quæ ab inteſtato peruenit.*
13 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in fauorabilibus.*
14 *Filia an veniant appellatione filiorum.*
15 *Maſculinum in ſtatutis an concipiat fœmeninum.*
16 *Maior quis dicatur.*
17 *Maior ætas quo ad teſtamenti factionem dicitur in 14. anno.*

18 *verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiã.*
19 *Pubertati proximi quando minores dicantur.*
20 *Auus an concurrit cum patre in ſucceſſione filij.*
21 *Auus, & auia ſuccedunt nepotibus.*
22 *Auus quando ſuccedat cum fratribus vtrinque coniunctis remiſſiue.*
23 *Auus in ſucceſſione nepotis excludit fratres vtrinq; coniunctis.*
24 *Pater quando ſuccedit cum fratribus, & quando ſolus filio defuncto remiſſiue.*
25 *Aſcendentes deſcendentibus non ſuccedunt ſi luxurioſe viuunt.*
26 *Aſcendentes, & ſecunda vota tranſeuntes an ſuccedant filijs.*
27 *Pœna inducta de iure ciuili parentibus tranſeuntibus ad ſecunda vota ſunt ſublata ſed incontrariũ eſt communis opinio nu. 28.*
29 *Pœnæ ſecundo nubentium comprahendunt omnes aſcendentes.*
30 *Auia non petiens tutorem nepotibus ſucceſſione ipſorum etiam à ſtatuto permiſſa priuatur.*
31 *Tutor à matre ad ſecunda vota conuolare volente petitus an præferatur legitimo.*

SI VERO VNVS ETC. diuiditur iſte text. In tres partes: In prima ponit factum: In ſecunda deciſionem: In 3. aliam deciſionẽ ſecunda ibi ſuccedat 3. & vltima ibi his non extantibus.

SVMMATVR hoc modo filijs ab inte
1 ſtato ſine liberis mortuis parẽs ſuperſtes
in duabus partibus ſuccedit, & in alia auus vel auia parentis mortui, & hijs deficientibus parens ſuperſtes in totum.

IN NO. Ciuitate Meſſanæ eſt conſuetudo cap. x. quæ ita dictat: Patre præmortuo filijs minoribus cum matre remanentibus, & in minori ætate ſeu ab inteſtato præmortuis bona eorum ſtabilia ſi prouenerint eis à matre ad eandem reuertantur ſi à patre prouenerint ad proximiores patris, ſimiliter præmortua matre patre ſuperſtite reuertantur: de mobilibus vero tertia pars quæ eis iure ſuo prouenit ad patrem vel matrem ſuperſtitem deuoluitur reliqua tertia quę iure maternæ vel paternæ ſucceſſionis eis acquiſita ei ad proximiorem defuncti patris vel matris reuertitur.

IN Ciuitate vero Syracuſarum aliter diſponitur, & iam pater ſuperſtes in medietate ſubſtantiæ ſuccedit, & auus vel auia in alia medietate, & eis non extantibus proximiores vſque ad tertium gradum, & hijs deficientibus parens ſuperſtes in totum vt in capit. 1. in tit. de ſucceſſio. parent.

NOTO primo ex iſto text. quod dicitur
in ſummario, & ideo dicit text. liberis
non relictis quia ſi extra & etiam liberi. ha-
bet, & locum conſue. vnica ſupra tit. 8. & etiã
de iure prima cauſa ſucceſſionis eſt liberorũ
vt in §. primo inſtit. de hæred. quæ ab inteſta.
deſer. & per dictam conſuetudinem vnicam
ſupra titu. 8. & ibi dixi quomodo ſuccedant
etiam emancipati: ſecunda cauſa eſt aſcendẽ
2 tium vnde hic tractatur de ſucceſſione aſcen
dentium, & dicitur prout in text. de iure eſt
tex. in §. 2. in auth. de hæred. quæ ab inteſtat.
venient l nam & ſi ff. de inoffic. teſtam. not.
in §. 1. Inſtit. ad Tertulianum, & dicit conſue
tudo ſequens quod parentes ſuccedunt filijs
& dicit Duen. in regul. 61. volum. 1. & in d.
3 regul. 61. limitat octo modis ſed pater non
ſuccedit filio ſpurio mortuo ſicut è contra
nec ſpurius patri dicit: Idem Duen. in regu.
139. volum. 2. vbi ampliat tribus modis, & li-
mitat quatuor nam conſuetudo noſtra præ-
ſupponit matrimonium, & debet intelligi ſe
cundum conſnetudinem vnicam ſupra titu.
4 3. & iſta ſucceſſio aſcendentium de iure hoc
modo fit quia ſi filius moritur nullis relictis
deſcendentibus, & habet aſcendentes legiti-
mos, & naturales hi ſoli ſuccedunt ſalua gra
dus prærogatiua vt ſi ſolus eſt pater ſolus ſuc
cedat. ſi ambo æqualiter ſuccedunt ad bona
dicti filij mortui quilibet in dimidia ſi autem
5 eſt pater, & auus maternus ſolus ſuccedit
deficientibus patre, & matre ſoli aui ſucce-
dunt puta auus maternus, & paternus, &
quilibet ſuccedit in virilem; & tam ſi diſpar
ſit eorum numerus, & ideo ex vna parte ex-
tat auus paternus, & ex alia auus, & auia ma-
terni tantum habebit auus; & auia paterni
quantum habebunt auus, & auia materni, &
idem procedit in omnibus aſcendentibus vt
in auth. de hæred. ab inteſta. ven. §. conſequẽs,
& in auth. defuncto C. ad Tertull. & ibi quid
de fratribus, & ſororibus cum parẽtibus ſuc-
cedentibus vide Caſſan. ſuper Conſuet. Bur-
gun. rub. 7. §. 6. In verbo ſucceſſions in verſic.
iſtud eſt fol. 249. & in verſic. in hoc fol. 250.
& quomodo de iure auus paternus, & mater
nus ſuccedant nepoti vid. Port. in concluſio.
19. lib. 3. & dicam in eod. nu. 20.

SI autem habet quis aſcendentes, & collaterales puta fratres, & tunc dic vt in §. 1. in auth. vt fratri filij C. commun. de ſucceſſ. in l. ſancimus, & ibi Doctor. & dicta auth. defuncto, & Caſſan. in d. verſi. in hoc fol. 250. Bald. in tract. ſucceſſ. ab inteſta. nu. 3. & num. 27. ex forma autem noſtrarum Conſuetudinũ dic prout ſupra in Conſuetudine vnic. tit. nono, & dicam infra nu. 19.

SED

6 SED an aſcendentes ſuccedant in feudalibus dic quod non ita eſt tex. in cap. 1. de natu. ſucceſſ feud. Duen. in regul. 62. volum. 1. vbi quatuor modis limitat remiſſiue, vide
7 Clar. in §. feudum quæſt. 79. Secus in collateralibus quia ſuccedunt vſque ad ſeptimū gradum Duen. in regul. 106. volu. 1. vbi limitat duobus modis ſed Clar. in d. §. feudum d. q. 79. In verſi. difficultas tenet quod ſuccedunt in infinitum licet com. per eum allegata ſit cum duena; vbi limitet quatuor modis maximè in feudo antiquo, & ibi quid in collateralibus vide Dom. Cumiam in cap. ſi aliquẽ de ſucceſſ. feudor. ibi & quid in feudo cum
8 clauſula iuris Francorum, & an patruus ſuccedat in feudo vide Pern. in conſi. 21. inter cō ſil. feudal. fol. 257.

IN TEX. Ibi liberis non relictis: Noto ſecundo quod tunc ſuccedit parēs ſuperſtes, & anus vel auia ex parte parentis præmortui, quando filius moritur liberis non relictis ra-
9 tione ſupra allegata vide quæro an liberorū appellatione veniant nepotes, & pro nepotes, & excludant parentes, & auos dic quod ſic nam in infinitum ſuccedunt facit text. in l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſta. & eſt. tex. in l. liberorum ff de verb. ſigni. vbi Bar. &
10 Imola dicunt quod moriens cum vno nepote dicitur cum liberis decedere ita Bald. in d. tract. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 3. & de iure ſuccedunt ſecundum tex. in §. filius Inſtit. de hæred. qualit. & diffir. Item quia nepotes maximè in fauorabilibus veniunt appellatione liberorum dixi ſupra in conſuet. vnica tit. 6. nu. 45. vbi dixi procedere etiam in ſtatutis imo plus appellatione filiorum veniunt vt ibidẽ notaui, & infra eodem.

11 IN TEX. Ibi, ſuccedat; verbum enim ſuccedere eſt generale, & compræhēdit tam ex teſtamento quam ab inteſtaro de iure vide Socc. in conſi. 80. Doctor. in rubr. C. com. de ſucceſſ. Roland. Aualle in conſi. 72. nu. 59. volum. 1. vbi dicit quod in auth. præterea C. vnde vir & vxor vtroque modo capitur vbi com. dicit refert, & ſequitur Laur Chirco. in concluſ. 3. Cent. 5. in 2. volum. com. opinioṇ fol. 71. ſed in ſtatutis intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato quia illa dicitur propriè legi-
12 tima ſucceſſio l. 3. §. de illo ff. pro ſocio vide Doctor. in d. auth. præterea ſed in tex. noſtro expreſsè hoc ab inteſtato dicitur ergo iſta dubietas ceſſat.

SED an filij naturales in ſtatuto veniant appellatione liberorum vide Tiraque. de retract. §. 1. gloſſ. 8. nu 5. & quomodo de iure ſuccedant dicit text. in authen. licet C. de natur. liber. & dixi ſupra in Conſuetud. vnic. tit. 3. nu. 179.

SED quid ſi noſtra conſuetudo non dixiſſet liberis non relictis: ſed dixiſſet filiis ab venirēt nepotes intantum quod excluderēt parentes dico quod ſic quia appellatione fi-
13 liorum in fauorabilibus veniunt nepotes vt pulchrè per multa dicit maximè in teſtamētis Natt. in conſi. 602. nume. 13. de qua etiam quæſtione per Abb. & Felyn. In prohœmio decret. & ſupra dixi, tamen quia ſumus in ſtatutis in quibus verba ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda l. quicquid abſtringendæ ff. de verb. oblig. videtur quod non veniant nepotes appellatione filiorum, & ſuccederent aſcendentes vt ſupra dictum eſt ita in terminis dicit Affl. in Conſtit. intentionis nu. 49. ſub rubr. de illic. appor. arm. ſed idem Natt. in conſil. 281. nu 27. tenet quod nomen filij poteſt attribui nepoti etiam in ſtatutis, & maximè quia tractatur de fauore nepotum, & non de correctione iuris communis, & mouetur quia militat eadem ratio videātur Doctores allegati per Port. in concluſ. 7. lib. 2. Intelligendo vt ibi per eum in limitationibus, & in noſtris conſuetudinibus liberi pro filijs aliquando capiuntur prout patet in cōſuet. vnic. tit. 14. Incipit poſt mortem vxoris, & optima ratione in noſtra Cōſuetudine dicitur filius vel filia quia ſi non dixiſſet vel fi-
14 lia eſſet dubitatio, an appellatione filiorū veniant filiæ propriæ, & per Rolan. in conſ. 95. volum. 2. & per Dec. in l. in omnibus cauſis de regul. iuris vide iſte text. non procederet mortua filia quia tunc haberet locum ius cōmune ſed quia expreſsè de filia dicit non eſt dubitandum.

15 ET an in ſtatutis maſculinum concipiat fœmeninum vide Iaſo. in l. quædam puella ff de iuriſd. omn. iud. Tiraquell. latè in tractat. de retract. in glo. 9. nu. 236. vide Port. in concluſ. ſeptima lib. 2. & per Gabriel: In concluſ. 6. lib. 6. Dec. in d. l. in omnibus cauſis ff. de regu. iur. vbi ampliat, & limitat dixi ſupra in præludijs in quæſt. 9.

IN TEX. Ibi, & in minori ætate, & etiã in maiori, quæro quando dicatur decedere in maiori ætate ab inteſtato dic quod de
16 iure maior quis dicitur dum eſt in xxv. anno toto titulo ff. de minor. xxv. anno. ſed ex forma Conſtitutionis Regni in Conſtit. minorū iura ſub rubr. de reſtit. mino. & ex forma capituli Regni 72. & 78. Imperatoris Caroli in 18. anno. quis maior dicitur, & inducatū Mediolani in delictis in 14. anno. in omnibus & per omnia pro maiore habetur & refert Iul. Clar.

Clar. in §. fin. quæſtio: 50. In principio ſed
quia hic ſumus in mortuo maiore ab inte-
17 ſtato dic quod in maiori ætate dicitur dum
eſt in 14. anno quia maior 14. anno. dicitur
maior circa teſtamenti factionem in maſcu-
lis. & in fœmeninis ætatas 12. anno. quia
ſunt tunc puberes vt dicit text. in l. qua ætate
ff. de teſtament. vbi dicitur an ſufficiat ince-
piſſe aũ vero debeant complere dictam æta-
18 tem: nam verba debent intelligi ſecundum
ſubiectam materiam l. paror Seuerinam ff.
de legat. primo, & quando dicantur proxi-
mi pubertati dic quod in maſculo requiritur
annus decimus cum dimidio in muliere an-
nus nonus cum dimidio ſecundum gloſſ. in
§. pupillus Inſtit. de in vtilib. ſtipular. Bart. in
l. prima nu. 5. ff. de nouat. com. dicit Roland.
in conſi. 57. nu. 25. vol. 1. ſed contrariam opi-
nionem refert Laurẽt. Chirco. in 2. vol. com.
opinio: in Centu. 4. concluſ. 100. num. 35. fol.
53. ſed prima opinio Rolan. com. dicit ibidẽ.
Chirc. vide Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Cen.
prima caſu 57. nu. 40. & ſeq.

IN TEX. Ibi ſuperſtite aliàs parens ſu-
perſtes admittitur cum nepote ex fratre
vel ſorore vtrique coniuncta excluſis fratri-
bus ex vno latere tantum, & frater excludit
patruum vt in Conſu. vni. tit. 9. ſupra dicitur.

SED ſi parens habet filios alterius matri-
monij videtur eos præferri quia ipſi ſuc-
cedunt pariter, & præferuntur auiæ: quia
deſcendentes ſunt, & videntur quod poſt
auiam text. vocat fratres auiæ qui minori de-
functo ſunt in quarto gradu ergo text. loqui-
tur in caſu quo defecerint minores fratres al
terius matrimonij, & hæc ſecundum Dom.
Blaſcum hic vide tu quæ dicit Bal. in tractat.
ſucceſſ. ab inteſtat. Caſſan. in loco infra alle-
gando, & quæ ſupra dixi: in primo not. & in
quantum tex. noſter dicit quod filius &c. præ
ſupponit quod fratres non habent prout per
Conſue. proximam dicitur ſecundum Dom.
Lanzal. hic quia vnum ſtatutum declaratur
per aliud l. non eſt nouum ff. de legib.

20 IN TEX. Ibi auus nota quod auus cõcur
rit cũ patre licet in minori portione quia
in tertia tãtum ſuccedit ergo fortius cũ alio
auo, & in tali caſu ſtabitur iuri communi tã-
quam caſui omiſſo per l. ſi cum dotẽ in prin.
ff. ſolut. matrimon. cum ſimil. tamen propter
maioritatem rationis etiam in paternis ſuc
cedit auus vel auia in tertia, & ideo pariter
diuident, & habet locum text. in auth. defun
cto C. ad ſen. conſul. Tertul. Ita additio an-
tiqua hic dicit, nec obſtat ſecundum eam
quæ dicit Bald. in l. 3. C. de bon. quæ liber. vbi
dicit quod in paternis bonis non ſuccedunt
aui materni, quia illud procedit quando non
admittuntur: ſed hic admittuntur, & in quã-
tum non dicit ſtatur diſpoſitioni iuris com-
munis, & per conſequens æqualiter ſucce-
dunt, & maximè quia ſecundum opinionem
Rav. & Salyc. In auth. Ita quæ C. com. de ſuc-
ceſſ. admittuntur eſt text. in §. conſequens in
auth. de hæred. ab inteſtat. venie. vide Caſſan.
ſuper Conſuetudinibus Burg. rubr. 7. §. 6. In
verbo ſucceſſions en ligne in verſi. ſed aduer
te nume. 2. fol. 250. vbi dicit quod in hoc ex
idemptitate rationis auus, & auia ſuccedunt
21 nepotibus habendo reſpectum ad originem
bonorum, ſicut pater, & mater, & ibi etiam
22 quando auus ſuccedat cum fratribus vtique
coniunctis, & ibi dicit quod ſic ſicut in pa-
tre à quo bona proceſſerunt, & in hoc an
auus paternus. & maternus de iure in bonis
nepotis ab inteſtato defuncti ſuccedant æ-
qualiter non habito reſpectu vnde bona per-
ueniant dico primo vltra prædicta quòd ſic
per Doctrinas Bal. & Salyc. in l. quod ſcitis §.
1. C. de bon. quælibe. Fulg. in auth. defuncto.
C. ad Tertil. Corne. conſi. 69. vol. 1. ſed in con
trarium eſt verior, & communior opi. quòd
auus paternus ſuccedit in bonis paternis, &
auus maternus in bonis maternis dicit Ale-
xan. in conſil. 168 volum. 7. & in conſil. 150.
colum. 2. magis commu. dic Gabriel in con-
cluſio. 3. in titul. de ſucceſſ. ab inteſtat. libr. 4.
ante nume. 4. vbi limitat. in quòd modis, &
quid de alijs Collateralibus vide eundẽ Caſſ.
in loco prædicto rub. 7 §. 8. In verbo las hæ-
reditages: In verſi. dic hanc, & in verſ. ſed quæ-
23 ro fol. 254. vide tu quæ dixi ſupra, & de iure
auus excludit in ſucceſſione nepotes fratres
non vtrique coniunctos eſt com. opinio re-
lata per Villalob: in Coll. com. opinio. In ver
24 bo auus nu. 165. & quando pater cũ fratribus
ſuccedit, & quando ſolus vide ibi per Caſſa.
25 ſed non ſuccedunt aſcendentes deſcendenti-
bus ſi luxurioſe viuũt probatur: In auth. mul
to magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. Caſſan. ſu-
per Conſuetudinibus Burg. rub. 7. §. 6. In ver-
bo ſucceſſions en ligne verſi. limita fol. 249.
26 Item, & ſi ad ſecunda vota mater tranſierit,
& infra annum non petierit tutorẽ filio pup-
pillo ſuo quia ſucceſſione priuatur ſiue ſuc-
cedat de iure cõmuni ſiue vigore ſtatuti: Ita
per multa dicit Caſſ. in loco ſupra allegato, &
Rom. in conſ. 182. & cõſ. 190. allegati ibi per
eundẽ Caſſ. verſ. ſed nunc quid vid. Port. in cõ
cluſ. 5. libr. 5. & de matre non petente tutorẽ
filijs abſq; & quod nubat ſecũdo quod priua
tur hæreditate vide per eund. Port. in cõclu.
4. d. lib. 5. vbi facit regulã, & ampliat, & quod
mater vel auia ſi non prouidet de tutore pu-
pillo vel curatore venũ infra annum, & trã-

ſierit ad ſecunda vota quod perdat hæreditā-
tem pupilli dicit Neuiza. in Sylua. nupt.lib.
2. nu. 57. & ibi quo quomodo procedit hoc
maximè in l.tutela ff de reg.iur. Plotus in l.ſi
quando nu.23.C.vnde vi,& limitat in multis
27 caſibus,& quidam dicunt quod pœnæ de iu-
re ciuili ſecundo nubentiū ſunt ſublatæ per
dictum Apoſtoli, (mulier ſoluta à lege viri
ſui nubat in domino) prout in cap. penul.de
28 ſecund.nupt. extra, & tu tamen dic quod in
contrarium eſt com. opinio quatenus cōcer-
nunt fauorem filiorum quod non ſunt ſubla-
ta quam refert Viui.in opinio.224.in ſua col
lett.com.opin.Incip.mulier volum.1.vid.ta-
men Cœph.in conſi.561.volum.4. & pœnæ
29 præcitatè procedunt in patre matre auo, &
auia ad ſecunda vota tranſeuntibus,& ibi per
eum & alijs modis limitatur per Caſſan.in d.
verſ.ſed nuncquid, & quod dixi quod mater
30 priuatur ſucceſſione filij ſi non petijt tutorē
infra annum dicto filio impuberi procedit
etiam, & in auia etiam quod virtute ſtatuti
ſuccederet dicit Pariſ.in conſil.84 nume.25.
volum.2.vide Port.in d.concluſ.4. amplia.2.
& 17.lib.5.vbi in 6.limit.dicit non procede-
re in matre vel aſcendente minore, & com-
mun.dicit, & vltra adde, tu quod idem vult
Pariſ.in conſi.41.nu.58.volum. 2. qui allegat
Corn.conſil.40.volum.3. & an tutor petitus
31 à matre ad ſecunda vota conuolare volente
præferatur legitimis, & an iudex debet eum
eligere Menoch.de arbit.iud. lib.2. Centuria
caſu 151.num.4. dicit eſſe cum Inquiſitione
dandum Gabriel.conſil.27. nu.6. dicit com.
eſſe concluſio. omnino ſi non ei eſt cæteris
paribus, præferendum eſſe licet alter magis
idoneus ſit alias appellari poteſt ſi iudex ali-
ter facit.

TITVLVS DVODECIMVS.

De diuiſione, bonorum Iugalium inter al-
terum ipſorum ſuperſtitem, & proximio-
res alterius defuncti.

CONSVETVDO VNICA.

SI quidem proles ſuſcepta fuerit, & defuncta, matrimonio conſtante (cuius natione bona ipſa inter ipſos confunduntur) & poſt mortem prolis cui parens vterque ſuccedit: Alter parentum ab inteſtato deceſſerit bona omnia inter eos communia propria, & acquiſita in duas partes æqualiter diuidantur. Quorum vna pars, ſeu medietas ſit, & eſſe debeat parētis ſuperſtitis, & altera medietas proximioris parentis alterius ab inteſtato defuncti.

§ SVMMAE. §

1 *Parentes filijs ab inteſtato defunctis ſuccedunt, & nu.5.& 10.*
2 *Prolis appellatione an veniant alij deſcendentes, & num.4.*
3 *Filiorum natiuitate omnia bona confunduntur, & tripartiuntur.*
5 *Filio nato in 6.menſe vel 8. an confundantur bona.*
7 *Bonorum appellatione in noſtra Conſuetudine omnia continentur.*
8 *Omnia, dictio, eſt vniuerſalis.*
9 *Dictio omnia comprahendit præſentia, futura, et præterita, & nu.22.*
11 *Proximiores quomodo ſuccedant remiſſiuè.*
12 *Bona quæſita poſt mortem filiorum an cōmunicētur.*
12 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus, & quomodo intelligitur nu.14.& nu.19.20.21.*
15 *Donatio natiuitate filiorum reuocatur, & quomodo intelligitur nu. 16.*
17 *Societas morte ſocij ſoluitur.*
18 *Ablatiui abſoluti importat conditionem.*
21 *Effectus non ceſſat licet cauſa ceſſet quandò ſufficit quod cauſa adſit certo tempore.*
23 *Societas inter virum, & vxorē mortuo viro durat.*
24 *Vxor mortuo viro dicitur ſtare in ſeruitijs eique est in viduitate, & priuilegijs eius gaudet.*
25 *Societas licet non tranſeat ad hæredes tamen dum nō eſt facta diuiſio durat.*

SI quidem proles: diuiditur in tres partes iſte tex. In prima ponit dictum in. ſecunda ponit duas rationes deciſionis in 9. & vltima deciſionem ſecunda. Ibi. cuius natione tertia. Ibi bona omnia.

1 NAtis filijs ex matrimonio, & eis inconſtātia dicti matrimonij mortuis, parētes ei ſuccedant quorū altero mortuo ad proximiores eiuſdem defuncti parentis, medietas altera ad ſuperſtitem pertinet, hoc dicit in ſumma iſte tex.

2 IN tex. Ibi proles: quæro an alij deſcendētes veniant appellatione prolis, & ſic nō tātum filij; de iure dic quod ſic vſq; ad quartū gradum dicit Duen.per l. humanitatis C. de impu.& alijs ſubſtit.in reg.146.vol.2.vbi ampliat vno modo, & limitat duobus text. vero noſter loquitur de filijs natis ex matrimonio

iugalium,

iugaliũ,& defunctis:patet in tex.Ibi cuius nat
tione,&c. quomodo autem ſuccederent ne-
potes dixi ſupra in Conſuetudine proxima.

3 NOTO primo ex iſto text.quod natiul-
tate filiorum ex matrimonio bona om-
nia confunduntur,& tripartiuntur per Con-
ſuetudinem vnicam ſupra tit. 3. & eis incon-
ſtantia dicti matrimonij mortuis parentes
æqualiter ſuccedunt, & dicit text. in §. 2. In
auth.de hæred.ab inteſtat.venient. Duen.re-
gul. 61. volum. primo, & ſupra dixi in Con-
ſuetu. proxima: Sed hæc Conſuetudo intel-
ligitur mortuis filijs inconſtantia matrimo-
4 nij cum liberis dic quod non quia tunc non
habet locum iſte text. ſed ſuccederent filij
ipſorum quia primus locus ſucceſſionis eſt
liberorum §. 1. Inſtitut. de hæredit. quæ ab
inteſtat. defer. & dicit Conſuetudo vnica ſu-
pra titu. 8. & dic idem eſſet nepote relicto cũ
perſonam patris ſui repræſentat §.cum filius
Inſtit.de hæred.quę ab int.defer.dixi ſupra in
conſuetudine vnica tit.9.nu.89.& an trãſmit
tatur iſta tertia filiorum vide quæ dixi ſupra
in Conſuetu.vnica tit.3.vide conſil. Io. Imo.
in d.Conſuet.tit.3.

5 ITEM intelligas hanc Conſuetudinem
mortuis filijs ab inteſtato. Secus ſi feciſ-
ſent teſtamentum vt quia ſunt ſui iuris, &
vellent de tertia ſua teſtari, de qua tertia lo-
quitur Conſuetudo vnica ſupra titul. 3. vel
de alijs eius bonis, vel ſi in poteſtate patris
de tertia matris mortuæ ad eos peruenien-
te, de qua loquitur Conſuetudo ſecunda
infra titul. 20. quia tunc poſſint liberè di-
ſponere ad ſui libitum voluntatis, vel pro-
ut in Conſuetudine, Panhorm. Infra alle-
ganda, & infra dixi, & patet in text. noſtro
dum dicitur cui parens vterque ſuccedit,
quia ſuccedunt ab inteſtato non datis filijs
vt ſupra in Conſuet.proxima dicitur:quia ſta
tutum per aliud declaratur l.non eſt nouum
ff. de legibus,& interpetratur vt minus lædat
ius commune, vt dixi ſupra in prohœmio.

6 SED quæro an ſi filius naſcatur in 6. vel
octauo menſe poſſit dici natio in tantum
quod bona ſint confuſa, & habeat locũ hæc
conſuetudo,vide quæ ſcripſi ſupra in Cõſue.
vni.tit.3.in verbo in text.ibi natis nu.48.vide
Pariſ.in conſ.56.nu.5.vol.2.& Clar.in §.teſta
mentũ q. 45. dicit cõmunem eſſe talẽ pro nõ
nato haberi: vnde ſequit̃ qđ non habet locũ.

IN tex.ibi bona omnia cõmmunia:intelli
gas mobilia ſtabilia nomina debitorũ iura
actiones,& redditus,& confunduntur natio-
ne filiorum, & æqualiter diuiduntur vt dicit
7 tex.noſter:Nam appellatione bonorum om
nia iſta compræhenduntur vt ſupra dixi in d.
Conſue.vnic. tit.3.nu. 16. & maximè quia eſt
8 dictio omnia quæ eſt dictio vniuerſalis vt di-
cit Bar.in 1.q.digeſt.in §.omnẽ:nam qui om
ne dicit nihil excludit,nec excipit,vt dicit ſpe
cula.in ti.de ſind.verſ.quod ſi in aliquo in tit.
de depoſit.§.1.verſ.ſed pone l. à procuratore
C.mand. l. ſi pluribus ff. de legat. 1.l. ſerui §.
fin.& ibi Bar.ff eod.tit.

9 ITEM quia dictio,omnia cõpræhendit prę
ſentia futura,& præterita Specu.in d.tit.de
ſind.& depoſi. & intelliguntur bona acquiſi-
ta deducto ære alieno, & funeris impenſa
quia tunc propriè dicuntur bona l. ſubſigna-
tum §.bona ff.de verb. oblig. & dixi ſupra in
d.tit.3.in Conſuet.vnica.

IN tex.ibi parens vterq; ſuccedit ita diſpo
nitur per Conſuetudinem Panhormitanã
c.45.Inci.poſt lapſum ſub rub.de dot. & hæ-
red. diuiſ. poſt lapſum anni liberis ſuſceptis
vel nõ, & per Conſuetudinem Meſſanæ cap.
9.Incip.filio ſub rubr. filio defuncto patre &
matre verba cuius hæc ſunt, filio nato,& præ
mortuo patre, & matre, ſuperſtitibus quili-
bet eorum in tertia ipſius pro dimidia parte
ſuccedit, & ſic omnia bona ſunt inter eos cõ
munia, & in hoc caſu viro defuncto vxor ſu-
perſtes optionem habet vel dimidiam partẽ
omnium bonorum ſibi retinere vel dotem
ſuam repetere ſaluo iure cognatis eiuſdẽ vi-
ri legitimis ſucceſſoribus ſi bona fuerint ſta-
bilia reddimendi, & pro quãto bona fuerint
iuſte æſtimata valere.

10 NOTO vltimo quod altero parẽte ab in
teſtato mortuo,ſuccedũt in bonis dictæ
prolis defunctæ parens ſuperſtes in dimidia
omnium bonorum, & proximior parentis
mortui, in alia medietate: quomodo autem
11 ſuccedant iſti proximiores,vide Bal.in tract.
ſucceſſio.ab int. & text. in auth. poſt fratres
la prima, & la 2. C. de legit. hæred. vbi an in
capita vel in ſtirpes ſuccedant vide Matth. in
tract.ſucceſſ ab inteſta. & Io. Ald. volum.7.
tractatorum, de qua materia feci conſiliũ in
terra Xicli: in 1.volum. meorum conſiliorũ
incip.viſo, & conſiderato vide quæ ſcripſi ſu
pra in Conſuet.vnic.titu.9.

QVAERO hic an bona acquiſita poſt
12 mortem filiorum veniant in cõmunio-
nem vt ea etiam debeant diuidi in duas par-
tes:quondã Do.Ant.de Ramõdettis Doctor
antiquus hic tenet quod nõ duabus rationi-
bus prima eſt quod filij ſunt cauſa ſocietatis
13 & hic dicitur in d.Cõſu.vni.tit.3.ergo ceſſãte

cauſa ceſſat effectus cap. cum ceſſante de ap
pell.extra l. adigere §. quamuis ff.de iure pa-
tro. Secunda ratio aſſignatur per eum quia
cum filij ſint ſocii: eorum morte finitur ſo-
cietas §. ſoluitur Inſtit. de ſociet.ſed contra-
rium dicunt quidam ſcribentes hic per ra-
tiones infra allegandas, & ad contraria re-
ſpondent quod illud quod dicit dictus Do-
14 min. de Ramondettis quod ceſſante cauſa
ceſſat effectus non procedit quando effectus
eſſet conſumatus, & ius alicui quæſitum vt
dicit Bar.in d.l.Titia §. Imperator circa fin.ff.
delega.2.nu.30.ergo cum natiuitas filiorum
facit effectum ſocietatis conſumatum non
habet locum dicta regula ceſſante cauſa, &
dicunt quod non eundo per medicata ſuffra
gia iſte caſus deciditur per ea quæ no. Bar.In
loco prææallegato: nam ſciunt omnes quod
15 natiuitate filiorum reuocatur donatio l. ſi
vnquam C.de reuo.dona.& illis mortuis nõ
reconualeſcit vt dicit Bar & Doctor.in d.l. ſi
vnquam,& ibi Tiraquell.ſicut ergo in prædi
cto caſu mortuis filiis cauſa reuocationis dõ
nationis exiſtentibus non reconualeſcit do-
16 natio (ſed hoc procedit quando pater tacitè
vel expreſsè reuocauit talem donationem
alias ſecus, eſt magis com. opinio & contra
Bart.quam refert Clar.in §.donatio quæſtio.
23. verſi. vltimo quæro) ita hic mortuis filijs
cauſam ſocietatis exiſtentibus,nam licet filij
ſint mortui non tamen ceſſat natio illa quia
natiuitas quæ eſt cauſa ſocietatis non ceſſa-
uit ex qua natiuitate fit communio,& hic di
citur ergo durat per rationem ſupradictam.

NON obſtat ſecundum eos etiam illud
17 quod dicitur quod morte ſocij finitur
ſocietas quia iſta ſocietas contrahitur nati-
uitate vt ſupra dixi ergo ſemel contracta
durat.

PRAETEREA filijs natis bona cõfun
duntur,vt dicit tex.noſter, & dicit etiam
text.in Conſuetud.vnic.ſupra tit.3. incipit vi
18 ri,& vxoris ibi natis filijs quę verba ſunt abla
tiui quæ reſoluuntur in conditionem l.à te-
ſtatore ff.de condict.& demo. Docto. in rub.
ff.ſolut. matri. & dicitur in d. Conſuetudine
vnic.titu.3. ergo inducitur iſta communio ſi
filij fuerint nati, & ſic ſub iſta conditione
quæ licet ceſſauerit implementum conditio
nis tamen eſt,& durat communio intantum
quod ſi filij fuerint mortui durat communio
& ſic bona quæſita poſt eorum mortem de-
bent eſſe communia quia conditio ſufficit
ſemel adimpleri l. ſi quis C. de Inſtit & ſub-
ſtit.& vide de hoc tex.in l.cum vxori C.quã-
do dies leg. ced. qui loquitur etiam mortuo
filio conditio eſt purificata.

MIHI placet hæc opinio contradicti
d.de Ramondettis pareat mihi tãta au
thoritas per rationes ſupra adductas,& con-
firmo illud quod dicitur quod ceſſante cau-
19 ſa ceſſat effectus vt non procedat quando ef
fectus eſt conſumatus per l.vltimam in prin-
cipio ff.vnde libe. & l.inter ſtipulantem §.ſa-
cram ff. de verbor.obligat. Tiraquell.latè in
tract.ceſſante cauſa limit.12.C.Crauett.in rẽ
pet.l.primæ nu.83.ff.de leg. primo Neuizan.
in Syſua nupt. In verbo non eſt nubendum
nume. 206.

20 ITEM non procedat vbi ius eſſet alicui
quæſitum l.ſi poſt mortem § 1.& l.non pu
tauit §.ſed ſi poſt mortem ff de bono.poſſeſ.
contr.tab.Tiraquell.in d tract.limit. 11. & in
caſu noſtræ conſuetudinis eſt ius quæſitum
vxori quia bona fiunt communia vt in ea di-
citur natione filiorum ergo &c.

21 ITEM etiam non ceſſat effectus licet cau
ſa ceſſet quando ſufficit vt cauſa adſit cer-
to tempore vt eſt hic, natio filiorum ita di-
cit tex.in l.ſiquis hæredem C.de inſti. & ſub-
ſtit.Tiraquell in d.tract. ceſſante cauſa limit.
4.Roland. Aualle in conſil.52.nu.48.volum.
2. vbi vult quod priuilegium 12. liberorum
datum patribus non ceſſat ſi aliquis ex filijs
moriatur.

ITEM adduco ego aliam rationem quia
cũ tex noſter dicat bona omnia poſt mor-
22 tem prolis, & verbum omnia comprehen-
dit præſentia præterita, & futura vt dicit Spe
cul.in tit.depoſ.§.10.verſi. ſed pone vbi dicit
etiam quod dictio, omne nihil excludit vt
ſupra dixi ergo,&c. Præterea, & Caſſa. ſuper
Conſuetu.Burgun.in tit.4.§.2.In verbo fem-
me marie verſiculo aduerte fol.534. quia te-
23 net qđ mortuo marito durat ſocietas quia
dicitur deſeruire communi matrimonio Ia
ſo.in §.fuerat nu.24.Inſtitu: de actio. Viuius in
opin. 144. Incipit hæres lib. 1.& dixi ſupra tit.
3.Roland.in conſil. 14. nu 46. volum.3.quia
gaudet priuilegijs defuncti viri vt dicit idem
Roland.in d.conſil.14.nu.47. vbi etiam dicit
24 quod mulier dicitur ſtare in ſeruitio viri, &
ideo gaudet priuilegijs eius Cœphal.in con-
ſil. 423. nu.68. Tiraquell. ceſſan. cauſa parte
1.nu.107. Sed hoc non ſic firmo quia contra-
rium dicitur per Alex. in conſil.207. volum.
6. vbi dicit quod vidua dum eſt in viduitate
non dicitur verè vxor nec in vero matrimo-
nio Tiraquell.ceſſ. cauſa parte 1.nu.33, & Iã
Roland.in d.conſi.14.dicit quod cenſetur eſ
ſe in matrimonio, & ſic fide cõſidera eund.
Alex.in d.conſi.207.num.26. vbi dicit quod
quoad lucra vxor dicitur eſſe in matrimonio

& ita loquitur Caſſan. & conſuetudo noſtra vide ſupra in Conſue. vnica titul. 3. & dicam infra in fin. eod.

POSSET tamen prima opinio procedere quando mater, & filij vel hæredes communiter bona mariti defuncti poſſiderent quia tunc ſaltem renouata præſumitur ſocietas vt dicit Roman. in conſil. 418. Crauett. in conſil. 73. nume. 13. Menoch. in conſil. 122. nu. 51. & in tract. de præſumpt. 57. nume. 16. libr. 3.

QVOD corroborari poteſt illa ratione quia ſicut mulier acquirens in vita viri de bonis mariti acquirere dicitur l. quintus ff. de don. inter vir. & vxor. Ang. in conſ. 141. Ita etiam præſumitur ſi intra annum luctus mortuo marito vel poſt dumodo quod in adminiſtratione bonorum, & in cura filiorũ remanſerit vxor. Angel. in d. conſi. 141. Boer. in deciſi. 81. nu. 8. Rolan. in conſi. 861. nume. 46. lib. 2. refert, & ſequitur Ioſeph. Maſcard. in tract. proba. in concluſi. 1408. Incip. vidua volum. 3. & in concluſio. 30. volum. primo Gabriel. In titu. de præſumptio. concluſi. 5. lib. 1. nu. 3. & 4.

ITEM text. noſter dicit bona omnia poſt mortem prolis communia propria, & acquiſita qui iam hoc videtur ſentire nec videtur ſoluta ſocietas quo ad virum, & vxorem licet quo ad ipſum filium quia licet mortuo vno ſocio finitur etiam quo ad alios eſt text. in d. §. ſoluitur Inſtit. de ſocietat. & ibi Ang. tamen non facta diuiſione durat inter duos ſocios Dec. in conſil. 203. nu. 10. vnde ex hijs concludo quod dum inter virum, & vxorẽ non eſt facta diuiſio ſocietas durat, & acquiſita inter eos poſt mortem filiorum communicantur ſicut etiam licet non tranſeat ſocietas morte ſocij tamen dum non eſt facta diuiſio durat vt dicit Io. Lupus in repet. rubr. de don. inter vir. & vxor, nu. 130.

TITVLVS TERTIVSDECIMVS.

De Conſtitutione dotarij.

CONSVETVDO VNICA.

MVLIERE virgine per ſe, vel per quemcumque dotata, bona mariti, dotatori pro dote, & ipſi mulieri pro dotario, (quod aſcendãt ad quintam partem totius dotis) quamuis expreſſim non fuerit tempore conſtitutæ dotis dictũ: ſint nihilhominus tacitè obligata, & ipſum dotarium quo ad quintam partem ſicut prædicitur conſtitutum.

SVMMAE.

1 *Virgo dicitur à viridiori ætate quæ virum non eſt experta.*
2 *Bona mariti pro dote ſunt tacitè obligata.*
3 *Dotis actio eſt bonæ fidei, & in litem iuratur.*
4 *Hyppotheca tacitè in quibus caſibus competat remiſſiuè.*
5 *Obligatio tacita pro dote non tollitur per expreſſã.*
6 *Sponſa an competat tacita hyppotheca.*
7 *Minoris mariti bona pro dote ſunt obligata.*
8 *Soceris bona pro dote nurus ſunt tacitè obligata ſecundum com. opinio.*
9 *Actio dotis an tranſeat ad hæredes.*
10 *Dotis actio an ſortiatur effectum à tempore dotis promiſſe.*
11 *Dos eſt de iure priuilegiata.*
12 *Dotis cauſa pia dicitur.*
13 *Hæretica mulier non habet dotis priuilegia.*
14 *Pater an teneatur dotare filiam quod ſic nume. 15. & 24.*
16 *Frater an teneatur dotare ſororem, & nu. 23.*
17 *Pater dotando filiam ſimpliciter an de proprio dotare præſumatur, & nu. 18.*
19 *Auus an teneatur dotare nepotem, & nu. 22.*
20 *Filius an teneatur dotare matrem.*
21 *Mater, & auia an teneantur dotare filiam, & nepotem.*
25 *Pater an teneatur conſentire matrimonio filiæ, & ſe obligare.*
26 *Statutum loquens de dote an habeat locum in dote promiſſa.*
27 *Dotarium an datur mulieri pro dote promiſſa.*
28 *Dos promiſſa an habeat priuilegium dotis.*
29 *Dotarium an debeatur mulieri exiſtenti in mora ſoluendi dotem.*
30 *Obligatio tacita an competit pro dote, & dotario & an habeat exequutionem paratam de veritate. nume. 33.*
31 *Exequutionem paratam nullus contractus de iure habet.*
32 *Obligatio expreſſa habet exequutionem paratam de iure Ritus.*
34 *Capitula matrimonialia habent exequutionem paratam limitatur nu. 35.*
36 *Actio quæ nam competat pro dote, & dotario.*
37 *Hæredes mariti pro dote, & dotario qua actione conueniatur.*
38 *Dotarium æquiperatur doti.*
39 *Conditio ex lege an ſit actio vel officium Iudicis.*
40 *Actio ex moribus venit ex conſuetudine.*

41 Con-

41 *Condictio ex lege eſt actio perſonalis.*
42 *Dotarium in feudis an detur.*
43 *Dos quid ſit.*
44 *Dos eſt ius vniuerſale.*
45 *Dos in menſa an renocari poſſit.*
46 *Vxor in contractu dotis ſi eſt decepta an reſcindatur contractus.*
47 *Filia quando dicatur in congrue dotata.*
48 *Dotarium quid ſit remiſſiuè.*
49 *Dotarium quibus nominibus de iure vocetur.*
50 *Dotarium datur mulieri ratione obſculi, & deflorata virginitatis.*
51 *Dotarium debetur filijs primi matrimonij.*
42 *Dos quibus coniecturis dicatur tacite conſtituta.*
53 *Mulier pro dote præferatur creditoribus anterioribus habentibus tacitam hyppothecam ampliat. nume. 54.*
58 *Mulier præfertur alijs creditoribus habentibus eandem hyppothecam.*
56 *Mulier an præferatur creditoribus habentibus expreſſam hyppothecam.*
57 *Vxor in dote confeſſata non habet priuilegium anteriorıtatis.*
58 *Dotarium an debeatur vxori viro ciuiliter mortuo.*
59 *Mors ciuilis an æquiperatur morti naturali.*
60 *Mulier committens adulterium an amittat dotariũ.*
61 *Dotarium ſine traditione transferatur.*
62 *Dotarium an debeatur vxori ſi non apportauit dotẽ.*

MVLIERE VIRGINE ETC. diuiditur iſte text. In quattuor partes in prima ponit dictum in 2.deciſionem in tertia: Illam ampliat: in quarta, & vltima aliam deciſionem: ſecunda ibi bona mariti: tertia: Ibi quamuis quarta, & vltima ibi, & ipſum dotarium.

SVMMANTVR hoc modo pro dote à quocumque dotata dotatori, & pro do
tario quod tacite conſtituitur ad quintam
partem ipſius ſunt tacitè bona ipſius mariti
1 vxori obligata in text. Ibi virgine virgo dici-
tur à viridiore ætate appellata quę virum nõ
experta eſt, & incorrupta eſt, & virginitas eſt
tante potentiæ quod capit animal ferox, &
multa de virginitatis laude remiſſiuè dicit
Neuiz. In ſua Sylua nupt. In verbo eſt nubẽdum nu. 96.

NOTO primo ex iſto text. quod bona mariti pro dote ſunt tacitè obligata dotatori, & fortius mulieri quando ſeipſam dotat idem eſt de iure per text. in §. fuerat inſtit. de action. & l. vni. §. vt plenius C. de rei vxor. actione vbi text. dicit quod procedit tam in viro habente dotem quam in extraneo dotãte pro ipſa dote etiam quod non interueniãt inſtrumenta vel ſcripturæ, & ſine notarij ſtipulatione vt dicit d. l. vnic. in principio quæ actio eſt bonæ fidei text. eſt in §. ſedet ſi non
ignoramus in d. l. vnic. & in §. fuerat inſtit. de
3 actio. & ideo in litem iuratur tam per virum
quam per vxorem concurrentibus dolo, &
alijs neceſſarijs vt per Plot. in tract. de in litẽ
iuran. in §. 11. & in actionibus bonæ fidei in li
tem iuratur l. in actionibus ff. de in litem iu-
4 ran. & ibi glo. & Doctor. & de iſta tacita hyp-
potheca quæ pro dote competit, & in qui-
bus alijs caſibus vide Neguſant. in tract. de pi
gnoribus in 4. membro ſecundæ part. adde
Michaelem Graſſ. in quæſtio 14. cap. 6. in 2.
volum. com opinio. fol. 114. & in quæſtione
5 19. Ibidem, & an iſta tacita obligatio tollatur
per expreſſam com. eſt quod nõ quam dicit
Boer. in deciſi: 332. num. 1. refert, & ſequitur
Soarez: In ſua Colletta com. opinio: In ver-
6 bo dotem nu. 316. & an competat ſponſæ in
bonis ſponſi de iure cõmunis opin. eſt quod
ſic relata per Doctor. in l. eos C. qui potio. in
pigno. habe refert Graſſ. in quæſt. 15. cap. 6. In
2. volum. com. opinio: In verbo dos fol. 115.
7 ampliatur vt procedat etiam in bonis mari-
ti minoris eſt com. opin. relata per eundem
Fanum in d. tracta. de pignor. in 2. par. 14. mẽ-
bri nu. 73. Villalob: In verbo dos nu. 164. In
primo volum. com. opinio. fol. 93. ampliatur
8 tertio vt ſint bona ſoceris obligata pro dote
nurus eſt com opinio relata per Menoch. in
conſt. 33. nu. 18. in 1. vol.

9 SED an hæc actio tranſeat ad hæredes de-
ſcendentes vt eis ſint etiam bona mariti
tacitè obligata dic quod ſic actiuè, & paſſiuè
eſt text. in §. tranſeat, & in § illud procul du-
10 bio in d. l. vnic. & actio pro dote ſortitur ef-
fectum à tempore dotis promiſſæ eſt com-
munis opinio quam refert Villalob: In ver-
11 bo actio nu. 23. quia dos eſt de iure priuile-
giata, nam & reipublicæ intereſt dotatas eſ-
ſe fœminas ad ſobolem procreandam replẽ
damque liberis ciuitatem vt in l. 1. ff. ſolu. ma
trim. & ibi Ripa, & alij Doctor. qui multa pri
12 uilegia dotis ponunt, & dotis cauſa dicitur
cauſa pia Bald. Nouell. in tract. de dote Affl.
in deciſione 371. poſt nu. 2. Tiraque. in tract.
piæ cauſæ in præludijs vide Roland. in conſ.
21. nu. 27. volum. 2. & tex. noſter loquitur do
tata muliere virgine ſi vero non ſit virgo re-
manet quod de iure diſponitur, & licet vt ſu-
pra dixi mulier in dote multa priuilegia ha-
bet tamen non procedunt ea in muliere hæ-
retica: ita dicit Plot. de in lit. iurand. in §. 8.
nume. 14. per text. in §. 1. in auth. de priuileg.
dot. mul. non.

IN TEX. Ibi per quemcumque dotatã quæro an pater teneatur dotare filiam dic quod

quod ſic l.fin.C.de dot.promiſſ.Ripa in d.l.1.
ff.ſolut.matrim. (& etiam naturalem filiam
Ripa ibi nu.63.)vſque ad ſummam legitimæ
ſecundum Conſuetudinem regionis, & qua
litatem perſonæ, & patrimonij quantitatem
Socc.in conſi.150.& Alex.in conſ.154.quod
15 etiam procedit in filia iam nupta de eius cō
ſenſu com.dicit Viuius.In opin. 124. volu.1.
Ibi quid quando ſine conſenſu patris nupſit,
& an teneatur eam dotare ſi tranſit ad ſecun
da vota vide Tiraquell.in l. boues §.hoc ſer-
16 mone limit.9.nu.4.vbi nu.3.dicit quid de fra
tre Duen.in regul.113.volum. 2. vbi limitat
17 duobus modis,& an pater dotando filiā ſim-
pliciter intelligatur dotare de propria ſubſtā
tia: an de ſubſtantia filiæ: & quid in donatio
ne propter nuptias facta filio famil: text.in l.
fin.C. de dot. promiſſ. dicit quod de proprio
dotare, & donare dicitur quando ſimplici-
18 ter promittit niſi pater ſit pauper, & Bald.&
Bar.vide Menoch.de arbit.Iud.lib.2. Cent.1.
caſu 88 vide infra in Conſuetu. vnic.tit.25.&
19 quid de auo, & fratre, & de filio matrem vi
20 de Rip.in d.l.1.ſolut.matr.& Menoch.in cō
ſil.183.vbi dicit auus tenetur neptem dotare
niſi pater ſit diues commu.dicit Viui.In opi.
99.Incip.dotare neptem libr.2. & an auus in
dubio præſumatur dotare neptem contem-
platione filij vel ipſius met vel ipſius neptis
vide text.in l.dotem dedit. de coll.bono. vbi
Bar.latè Maſcar.de probat.concluſ.136.Inci.
21 auus lib.1.& an mater vel auia teneantur do
tare filiam vel nepotem quod non l. neque
mater de iur.dot.C.Menoch.in prædicto cō
ſil.183.nu.14.in 2.volum.& quòd auus nepo
22 tem filio inope dotare tenetur com. etiam
dicit Socc.in conſil.79.nu.15.libr.3.refert,&
ſequitur Soarez in d. verbo dotem nu.249.
23 & ibi quando ſororem; & quid ſi ſemel ſo-
ror fuerit dotata dic quod non tenetur am-
plius eam dotare Tiraquell.in l.boues §.hoc
ſermone nu.7.& ſi pater maritauit filiam ſe-
mel ſine dote an poſſit cogi iterum eam do
tare Matthæ.in ſingul.106. dicit quod nō, &
24 filiæ legitimè tenetur pater dare dotem tam
nuptæ quam nubendæ refert commu. Soa-
rez: In verbo dotem nu.342.vide latè per Mi
chael Graſſ.in 2.volum.com.opin.cap.6.per
totum fol.115.in verſic. dos imo pater con-
25 ſentire tenetur matrimonio filiæ, & ſe obli-
gare dicit glo.& Bartol. in l.ſi cum dotem §.
transgrediamur ff.ſolut. matrimo. Menoch.
in conſil. 33. nu.59.in primo volum.item: &
per hanc conſuetudinem ſunt etiam bona
mariti per dotario ipſi vxori tacitè obligata
prout in textu.

26 SED quæro an hæc conſuetudo procedat
etiam in dote promiſſa vide Bar. in l. iu-
bemus §.ſanè num.7. C.de ſacr.ſanct.eccl.&
per eundem Alex. & Iaſo. in l. ſi donatarius
§.ſi quis nu. 14.ff de condi.cauſ data, & apo-
ſtillam ad illos, & per Iſern.& Affl.in Conſt.
licentiam, & eſt aduertendum ſecundū Do.
Blaſ. hic quod hoc ſtatutum loquitur in do
te dotata ſimpliciter, nec loquitur de dote
data ſed ſufficit promiſſio, & virginitas deflo
rata vt mulieri detur dotarium ad quātitatem
partem dotis etiam promiſſæ idem Domin.
Blaſ.Lanz.in cap.volentes in 2. nota. de alie.
feud. In verbo qua diuiſione ſequitur Lanz.
Camia in cap. 94. Ritus Siciliæ ſub rubr. de
inter vſur.doti nu.14. quòd dotarium debe-
tur ratione defloratæ virginitatis & non reſpe.
ctu dotis, & ideo non quæritur an dos ſit ſo-
luta vel ne, & ex eo debetur etiam in vſuri iā
quia doti æquiparetur per text.in l.fina.§.ſe-
cundum autem C.de dona.ante nupti. in ter
minis hoc dicit Afflict.in deciſio.333.vbi pul
27 chræ dicit quod debetur dotariū etiam pro
dote promiſſæ vide infra eo.nu.30.Boer.de-
ciſ.22.nu.26.vbi dicit nu.13.quod ſi ſtatutū
loqueretur de dote data vel tertia parte do-
tis ſolutè non lucraretur vir dotem promiſ-
ſam,& com.refert item idem Afflic.in deciſ.
61.vbi dicit quod dos promiſſa habet vim do
tis vide Caſſan.in Conſuet. Burgu. rub.4 §.6.
In verbo femme mortieſſu verſi. ſtat quæſtio,
fol.148.Idem dicit Roland.in tracta.de lucro
dotis quæſtio 9. vide Io. Campeg.in tract.de
dote quæſt. 2. vide Villalob: In verbo actio
nu.35.Afflict.in deciſ.242.vbi vult quod mu
lier lucratur dotariū pro ratha dotis ab ea
28 promiſſæ ſolutæ; & quod dos promiſſa ha-
bet priuilegium dotis conſtitutæ refert com
mun.Michael Graſſ.in quæſt.29.cap.6.In ver
bo dos in 2.volum communi.opin.fol.115. vi
de quæ dixi in Conſuetudine vnica tit.25.&
an procedat in dote confeſſata vide quod di
xi infrà in d.Conſue.vnic tit.45

29 QVAERO quid ſi mulier fuit in mora
ſoluendi dotes promiſſas an debeatur
dotarium vxori mortuo viro vide quæ dicit
Pau.de Caſtro in d.l.iubemus §.ſanè C.de ſa-
cr.ſant.eccle.poſt Bart. Afflic. in deciſio.333.
nu.2.Boer.in d.deci.22. & dicas quod aut eſt
vxor ipſa quæ dotem promittit, & ſit in mo-
ra ſoluendi, & tunc debetur dotarium habi-
to reſpectu ad id quòd eſt ſolutum, aut eſt
pater vel extraneus qui dotem promittit, &
tunc ſiue uir decedat ante moram ſiue poſt
moram totum dotarium debetur iuſta quan
titatem dotium promiſſarum licet non ſolu
tarum Bertrand.in conſi.130.libr.3 Afflict.d.
deciſi.241.& 333.Gui.Pap.deciſ.430.& 565.
Grammat.deciſ.97.vide Orſill.ſup.d.deciſio.
Afflict.333.nu.2. Sed ſi non eſt promiſſa dos
nec

nec conſtituta ante factum debetur vt per Afflict. in d. deciſionibus in rebus feudalibus tamen debetur niſi pro dote realiter ſoluta, eſt cap. Regni Imperatoris Caroli, cap. 246. & in eo. dicam, & iſtam quæſtionem ante d. cap. examinauit Lanza in c. volentes, & dicam infra eo. nu. 42.

30 SED quæro an iſta tacita obligatio bonorum mariti pro, & dotario vt dicit noſtra Conſuetudo, & §. plenius C. de rei vxo. actio. habeat exequutionem paratã videtur quod
31 non, nam de iure regulariter nullus contractus habet exequutionem paratam l. minor. 25. annis ff. de mino. & in pluribus locis dicit Domi. Petrus de Greg. in lectura Bullæ.

SECVNDO quia idem diſponitur per Ritum in cap. 101. quod ad hoc vt inſtrumentum habeat exequutionem paratã de-
32 bet obligatio eſſe expræſſa. Sed in noſtra Cõſuetudine non eſt expræſſa obligatio ſed tacita ergo non habet exequutionem paratã quia in propriè dicitur expræſſa quod ex inſtrumento tacitè reſultat, & in ſtatutis verba propriæ ſunt intelligenda l. quidquid abſtringendæ ff. de verbor. obligat. cum ſimul. Iaſo. in l. cum quid nume. 2. ff. ſi cert. petat. refert commu. opin. Bologn. in d. l. cum quid
33 nu. 14. Incontrarium eſt veritas quod immo hæc obligatio tacitè conſtituta habeat exequutionem paratam per l. ſi duo patroni §. Marcellus ff. de iur. iuran. per cap. cum olim in fin. extra de cenſibus refert com. opinio Alex. in l. iuriſgentium §. quod fere in fine ff. de pact. refert com. opinio: & veriorem cõpatriota meus Dominus Cumia in cap. 6. Ritus nu. 71. & 86. per rationes ibi per eum adductas vbi ampliat, procedere in capitulis
34 matrimonialibus, & in dotario, & allegat Gramma decis. 103. nu. 87. dicit idem Bolog. in rub. ff de nou. oper. nunt. & ibi dixi, & pro hac quæſtione fuit deciſum in Curia Patriciali in menſe Maij ſeu Iunij in anno 7. Indictionis 1579. In cauſa Magnificæ Agathæ de Frãco, & Magnifici Laurentij Migrino in quã cauſa fui aduocatus.

CORROBORO quia iſta hyppotheca tacitè à ſtatuto data vel ficta dicitur vera hyppotheca dicit per multa Fanus in tractat. de pignor. in 4. membro ſecundæ part. nume. 3.

35 SED hæc procedit quando interuenit ſcriptura ſecus ſi non interueniſſet ſcriptura quia tunc eſſet cauſa ſummaria. & non ordinaria nec exequutiua: ita dicit text. in capit. 133. Ritus de modo procedendi in ſummariis, & ibi Dom. Cum. nume. 417. & hodie eſt Regia Pragmatica per quã cauſæ omnes ſunt ſummariæ prout in ea, & ita intelligitur Conſuetudo noſtra quia vnũ ſtatutum per aliud declaratur cum de contrario non coſtat vt euitetur contrarietas, & correctio iuxta l. 2. C. de vet. iur. enuclea.

QVAERO quando ſummariæ pro do-
36 te, & dotario agitur quæ nam actio cõpetat, & quomodo debeat fieri petitio in libello videtur quod actio hyppothecaria cõpetat, & ſecundum eam cõcludi debet quia noſtra Conſuetudo dicit obligationem tacitam, & ſic actionem hyppothecariam videlicet peto per Curiam declarari debere bona eſſe Hyppothecata pro dotario, & dote, & dictos hæredes condennandos ad relaxandũ dicta bona vt vendantur, & de prætio ſatiſfiat ipſi vxori ita ponit formam Dominus Cumia in ſua Practica Ritus in forma libelli in cauſa ordinaria in actione hypporhecaria, & Pract. Papienſ. in eod. tit. vnde non competit actio perſonalis, & ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum in Curia Patriciali in cauſa no. Leonore lu vayru cum hæredibus quõdam Ioannis de Inmento die nono Martij. v. Indictionis 1577.

SED incontrarium credo quod ſit veritas
37 quod immo hæredes poſſint cogi actione perſonali pro dote, & dotario nam pro dote competit actio ex ſtipulatu de iure per d. l. vnic. §. vt plenius quæ actio eſt perſonalis vt dicit gl. in d. §. vt plenius immo actio perſonalis, & hyppothecaria pro dote competũt & cumulari poſſunt in eodem libello. §. ſed neque in auth. de fideiuſſo. & hyppothecaria eſt acceſſoria ad perſonalem ſecundum Bart. in nu. 18. & Bolognett. 117. in l. hædita C. de ædẽdo com. dicit Bald. in tract. de præſcriptio. in 4. par. nu. 15. Boer. in deciſ. 374. nu. 1. & dotarium dicitur donatio propter nuptias ſecundum glo. in cap. ex parte extra de foro compe. Cumia in conſi. 26. & donatio propter nũptias, & dos æquiperantur vt in auth. dos data C. de dona. ante nupt. Rolan. de lucro dot. quæſtion. decima, Bello. in conſi. 17. ergo, & pro eo actio ex ſtipulatu competit quia dota-
38 rium æquiperatur doti, & pro eo competũt priuilegia dotis dicit Afflict. in deciſ. 154. nu. 4. ergo dato quod competit iſtud ex hac Cõſuetudine videtur ſubrogatum in locum iuris, & actionis ab eo dati vt Bartol. vult in l. de quibus num. 15. ff. de leg. ergo datur actio perſonalis.

VEL ſi volumus dicere quod per hanc conſuetudinem datur conditio ex lege

quia

quia alia non datur vt dicit Caſſan. in Con-
ſuetu.Burgund.in rubric. 4. §. 11. In verbo
verſicu.quæro, & in verſicul. ſed quærit ſol.
176. vbi examinat an ſit actio vel officium
39 Iudicis, & dicit quod quando diriguntur ver
ba parti pacti eſt actio Iaſon, in l. vnica nu-
me. 46. ff. de condictio ex lege cum limita-
tionibus ibi per eum: Item quod ex Con-
40 ſuetudine venit eſt actio ex moribus refert
commun.opin. Michael Graſſ.in quæſtione
16.libr.primo commun. opin. volum.2.fol.
41 mihi 97. Iſta condictio ex lege eſt actio per-
ſonalis vt dicit gloſſ. In Conſtitut. mulier
quæ dotarium nume. 70. notatur in l. actio-
num ff. de actio.& obligatio. Afflict. deciſio.
162.nume. 4. & in terminis gloſſ. in d. Con-
ſtitut. licentiam ſub rubr. de dotibus dicit
quod hæredes pro dotario conueniuntur
actione perſonali vide glo.in l.vbi C. de iur.
dot.& §.2.Inſtitu. de actio.

NON obſtat quod ſupradictũ eſt quod per hanc conſuetudinem bona ſunt tacitè obligata ergo datur hyppothecaria quoniam reſpondetur quod per hoc non tollitur actio ex ſtipulatu quæ de iure pro dote, & dotario datur quæ perſonalis eſt, nec condictio ex lege vt ſupra dixi quia quod non mutatur nec corrigitur cur ſtare prohibetur l. præcipimus C. de teſtament. nec noſtra conſuetudo dicit quod datur actio hyppothecaria tantum, item eſt hoc in fauorem mulieris pro dote conſequenda etiam contra tertios poſſeſſores nam præfertur alijs creditoribus dicta l.vnic.& ſic vltra perſonalem habet hyppothecariam contra tertios poſſeſſores, & ſecundum iſtam opinionem facit iudicatum in cauſa appellationis me Iudice, & reuocata dicta prima ſententia.

42 SED an procedat in feudis vt ſuper eis
cenſeatur tacitè conſtitutum dotarium
dic quod non niſi expræſſa conſtituatur vt
dicit dicta Conſtitutio. Regni mulier quæ
dotarium vide Domin.Blaſc. Lanzal. in cap.
volentes in 2.notab. In verſicu.ſed an pro do
tario vbi dicit etiam an debetur virtute Con
ſuetudinis Regni, & ibi dixi in publico ſtu-
dio, vide dictam Conſtitutio. Regni mulier
quæ dotarium, & in Conſtitut. licentiam,&
ibi gloſſ.hodie tamen per Regni capit.Impe
ratoris Caroli 246. Incip. della conſeruatio-
ne diſponitur quòd nullum feudum ratione
cuiuſuis obligationis, & de dotis forſitan fa-
cienda niſi aliorum bonorum defectu,& nõ
aliàs obligatum cenſeatur nec ratione dona-
tionis propter nuptias vel ratione defloratæ
virginitatis niſi octauam partem dotis reali-
ter ſolute quiuis feudatarius promittere va-
let, & an priuilegium tacitè hyppothecæ trã-
ſeat ad hæredes extraneos dicam in Conſue-
tud.ſequenti.

43 IN TEX. Ibi dotis quid ſit dos dic quod
eſt id quod à muliere vel eius viro datur
tradditur vel pro tradito habetur marito vel
eius patri propter onera matrimonii ſubſti-
nenda: ita diffinit Bartol. in rubr. ff. ſoluto
matrimonio nume 16. & ibi Doctores, &
an ſit bona iſta diffinitio ibi vide, & per
Ioan. Camp. in tractat. de dote in principio
44 fol.193. & eſt ius vniuerſale refert magis cõ
mu. Michael Graſſ.in quæſt. 2.cap.6.in 2.vol.
com.opinio: fol.111.

45 SED quid ſi dos ſit inmenſa an reuocari
poſſit ſaltem per hæredes Dec. in conſil.
28. In fine dicit quod non: ſed Alexand. in
conſil.55.in primo volum. dicit quod ſic ſi
excedit duas partes hæreditarias quam re-
fert Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr.7.
§.12. in titu.de ſucceſſions femme mary ver
ſicu.vide in hoc fol. 272. ſequitur Alexan. li-
cet dicat quod Dec. in ſuo caſu verum dicat,
46 & an ſi in Conſtitutione dotis eſt decepta
vxor vel maritus etiam maior poſſit reſcin-
di talis contractus vide latè per Bald. No-
uell. in tractat. de dote part.6.nume.40.& ſe
47 quenti, & quando dicatur filia in congruè
dotata dixi ſupra in Conſuetud. vnica viri &
vxoris titu. 3.

IN TEXT. Ibi dotarium: Nota quod
48 dotarium tacitè conſtituitur prout in tex-
tu quid ſit dotarium ſiue doralicium vide
text.in capitu.plerumque de donat.inter vir.
& vxor. & capitu. ex parte de foro competẽ.
& gloſſ. ibi Caſſan. in Conſuetudinibus Bur-
gund. rubric. 4 §. 6. In verbo quæro quid ſit
fol. 149. & multa de dotario dicit idem Caſ-
ſan.in rubri.4. §.8. In verbo ſe Conſtitution:
49 verſicu.ſed quæro nume.4.fol. 170. & dota-
rium de iure quandoque appellatur dotali-
cium quandoque donatio propter nuptias
per gloſſ. in capitu. ex parte de foro compe-
ten. Bertach. In verbo donatio propter nu-
ptias. Item vocatur antefactum vt dicit Af-
flict.in deciſio.154. & in deciſio. 333. & eo-
dem modo ibi ab Vrſillo nuncupatur: nam
50 hoc dotariũ debetur mulieri ratione obſcu-
li, & defloratæ virginitatis licet poſſit con-
ſtitui viduæ ita Neuizan. in Sylua nupt. In
51 verbo eſt nubendum, & eſt tex. in l.res vxo-
ris C.de donat.ante nupt.& debetur filijs pri-
mi matrimonij ea mortua relictis filijs ſecũ-
di matrimonij quãdo mulier ad ſecũda vota
tranſiuit eſt text. in l.fœminæ vbi Doct.C.de

ſecund. nupt. & per noſtram Conſuetudinē
eſt tacitè dotarium conſtitutum ad cauſam
partem totius dotis viſi aliter per partem eſ
ſet diſpoſitum in feudis tamen vti quòd ad
octauam partem promitti poteſt vt dixi ſu-
pra eod nume.42.ex cap. Regni Caroli 246.
52 quando autem dos, & quibus coniecturis
dicatur tacitè conſtituta dicit Pariſ. in conſi.
34.nu.24.vol.3:& an propter adulterium vel
ſtuprum admittatur dotarium vide incon-
ſuetudine ſeq.

NOTO vltimo quod vltra priuilegia re
miſſiuè dicta in primo not. mulier pro
53 dote ſua præfertur creditoribus anteriori-
bus habentibus tacitam hyppothecam, &
poſterioribus expræſſam Doctor. in l. fin. C.
qui potio: in pigno. habean. & hoc quod di-
54 citur procedit tam. In acquiſitis per mari-
tum ante conſtitutionem dotis quam in ac-
quiſitis poſt ipſius, Conſtitutionem vide
Doctor. ibi vide Bald. Nouell. in tractat. de
dote in x. parte Cart. mihi 129. & an præfe-
55 ratur mulier pro dote creditoribus haben-
tibus eandem hyppothecam, & multa alia
ad plenum vide per Neguſan. in tractat. de
pignor. in ſecunda parte membr. 4. num. 99.
& nume. 100. & per Vgonem de Anell. in d.
tractat. fòl. mihi 344. ſub titul. qui potio. In
56 pigno. habeat, & quid ſi venditores habeant
expræſſam hyppothecam anteriorem vide
per Michael Graſſ. in quæſtio. 16. cap. 6. in 2.
volum. commu. opinio: fol. 115. & in dote
57 confeſſata vxor non habet priuilegium ante
rioritatis eſt commu. opinio relata per Ioan.
Ficard. In additt. ad Villalob: In verbo vxor
nume. 76. nam dos confeſſata non habet pri-
uilegium veræ dotis nec meretur habere no
men dotis prout per Bald. & Doctor. in l. aſ-
ſiduis C. qui pot. in pignor. habe. Pariſ. in con
ſil. 52. nume. 40. volum. 2. Boer. conſil. 126.
volum. 2. commun. refert Iaſo. in conſil. 32.
volum. 3. de qua per Bellon. in conſil. 47.
Boer. In deciſio. 330. quod procedit etiam ſi
eſſet iurata talis confeſſio Curt. Iuni. in con-
ſil. 95. nume. 5. vbi commu. dicit maximè in
præiudicium creditoris commu. etiam dicit
Cœph. conſ. 102. nu. 21. Crau. conſi. 44. & præ
ſumitur donatio magis com. dicit Bello. in
conſi. 4. nu. 11.

QVOD procedit infra tempora oppo-
nendi exceptionem non numeratæ do
tis ſecus poſt tempora quia tunc habet priui-
legia verè dotis not. per Bartol. in d. l. aſſiduis
quam opinio: Bartol. ſequitur Alex. in con-
ſil. 25. volum. 2. dupplicatum in conſi. 90. vo-
lum. 2. & 23. volum. 6. Imol. in l. ſi ita ſtipula-
tus §. Ariſogonus ff. de verbor. obligat. Goz-
zad. conſil. 42. column. 2. Soccyn. conſil. 82.
colum. prima volum. 3. Angel. & Salyc. in d.
l. aſſiduis Afflict. in deciſio. 402. vbi commu.
dicit vbi dicit quod præiudicat tali caſu etiā
creditoribus Aret. conſil. 86. vbi dicit hanc
eſſe receptam Doctorum opinio. Alexan. in
conſil. 78. colum. 2. Bero. conſil. 48. nume. 9.
vbi etiam cōmu. dicit quicquid dixerit Soc.
in l. prima ff. ſolut. matrimon. ſubdens non
eſſe recedendum à communi opinio: Bart.
Roland. in conſil. 20. volum. 4. & in conſil.
85. volum. primo commun. etiam dicit Soa-
rez: In ſua Collett. commun. opinio: In ver-
bo dos nume. 334. Sed quid ſi coſtaret de ve-
ra fraude, & ſimulatione dic quod aliud eſ-
ſet dicendum vt per Afflict. In d. deciſio. 402.
in fin. Boer. deciſio. 330. nume. 2. Bello. conſi.
47. nume. 5. Ioſeph. Maſcard. de probatio.
In concluſio. 362. nume. 12. vbi vult tali ca-
ſu fraus, & ſimulatio etiā ex indicijs, & con-
iecturis probari poſſe Menoch. In tractat. de
præſumpt. libr. 3. præſumpt. 13. fol. 122. vide
pulchrè de hac quæſtione notata per Ioſep.
Ludo. in deciſi. 66.

58 ET an debeatur dotarium vxori viro ci-
uiliter mortuo vel bannito vide latè per
Caſſane. In Conſuetud. Burgund. in rubr. 4.
§. 6. In verbo femme marie verſicu. ſic ergo
59 & an mors Ciuilis æquiperatur naturali vi-
de ibi pulchrè in verſicu. ſed iuxta, & in ver-
ſicu. ſequent. vbi multa de dottarij materia
dicit, & an mulieri tranſeunti ad ſecunda vo-
ta debeatur dotarium vide ibi per eum in
rubr. 4. §. 6. In verſicu. limita ſecunda nume.
60 74. & an dotarium perdat mulier adultera vi
de ibi per eum nume. 16. verſicu. limita ter-
61 tio fol. 150. & an dotarium transferatur ſine
traditione quod ſic vide Caſſan. in loco præ-
dicto §. 15. In verbo le femme dou. verſ. ad-
uerte num. 4. & an iſtud quod dicitur de dot
tario conſuetudinario habeat locum in dot
tario conuento inter partes vt ibi per eum
in verſicul. quæro quid de conuento, & an
dottarium vxori debeatur à viro ſi non ſpe-
ratur ſoboles vide eundem in d. rubr. 4. §.
8. In verbo ſe conſtitution. in fine vbi dicit
62 quod ſic, & quid ſi mulier non apportauit
dotem vide gloſſ. in d. Conſtitutio. Regni li-
centiam nume. 40. Et per Conſuetudinem
Meſſanæ cap. 12. non traſmittitur ſed ea mor
tua extinguitur ſub hijs verbis, vxore præ-
mortua extinguitur dottarium, & dos ad
dotantem reuertitur, & an matrimonio non
conſumato dotarium debeatur Lanza in c.
volentes de alie. feud. dicit quod non vide ſu
pra eo. nu. 26. & infra in conſue. vnica tit. 15.
num. 13.

TITVLVS XIIII.

De reſtitutione dotis.

CONSVETVDO VNICA.

POST mortem vxoris, matrimonio ſoluto ex quo liberi non fuerunt procreati, ſi ſe ipſam dotauerit, & ea ab inteſtato defuncta: Reſtituatur dos proximioribus ſuis; ſi vero ab alio dotata fuerit de bonis ipſius dotatoris: ad dotatores vel ad ſucceſſores eorum: dos ipſa reuertatur, ac ſi fuiſſent ſollenniter ſtipulati.

SVMMAE.

1 *Matrimonium morte ſoluitur.*
2 *Vxor non recuperat virum mortuum reſurgentem.*
3 *Dos ſoluto matrimonio reſtituitur, & nu. 4.*
5 *Maritus ſi non ſubſtinet onera matrimonij an teneatur reſtituere fructus dotis.*
6 *Veſtes ornamenta, & anuli an morte vxoris reſtituantur.*
7 *Vxor mortuo viro infra annum ali debet ab haredibus viri.*
8 *Dotis actio regulariter ſoluto matrimonio competit.*
9 *Dos quibus reſtituitur de iure morte viri.*
10 *Dotis actio filio emancipato an competat.*
11 *Dotis priuilegia vbi tractetur remiſſiuè.*
12 *Fiſcus, & mulier an aquiperentur.*
13 *Dotis cauſa eſt cauſa reipublica, & fiſci.*
14 *Fiſcus vbi non reperitur priuilegiatus vtitur iure communi.*
15 *Mulier ſimpliciter nubens nulla facta mentione dotis cenſetur omnia bona ſua in dotem dare incontrarium eſt com.opinio: nu. 16.*
17 *Limitatur tamen ſeptem modis.*
18 *Mulier ſecundo nubens praſumitur dare in dotem quantum dedit primo marito.*
19 *Mulier ingrediens monaſterium an dicatur mortua vt dos reſtituatur, & nu. 12.*
20 *Mulier ingrediens monaſterium an dicatur cum liberis decedere, & nu. 24.*
22 *Teſtamenta large interpetrantur.*
23 *Verbum habetur importat fictionem.*
25 *Moriens relicto fratre an dicatur cum liberis decedere remiſſiuè.*
26 *Dos quibus reſtituatur mortua vxore, & nume. 32. & 27.*
28 *Diſpoſitum in prima dote diſponitur in ſecunda.*
29 *Verbum à lege prolatum non intelligitur de prima vice.*
30 *Dos ſine matrimonio an poſſit eſſe.*
32 *Dos ſi a patre profecta eſt patrui reſtituitur.*
33 *Arra date pro ſponſalibus dotatori reſtituuntur in caſu reſtitutionis dotis.*
34 *Pater vel extraneus ſi paciſcatur dotem ſibi reddi etiam matrimonio ſoluto morte viri an valeat talis ſtipulatio.*
35 *Marito vergente ad inopiam an reſtituatur dos.*
36 *Bannitus dicitur vergere ad inopiam.*
37 *Diuortio matrimonio ſoluto an ſit locus huic conſuetudini.*
38 *Dos matrimonio ſoluto ſine liberis ad ſucceſſores dotantis reſtituitur.*
39 *Stipulatio in dotem interueniſſe praſumitur.*
40 *Extraneus mulierem dotans dotem dare praſumatur.*
41 *Exequtiuo modo an procedi poſſit pro tali ſtipulatione.*
42 *Actionis ex ſtipulatu dotis priuilegium an tranſeat ad extraneos.*
43 *Dotis priuilegia an tranſeant ad hæredes.*
44 *Ceſſionarius an habeat priuilegia dotis.*
45 *Actio hyppothecaria qua competit mulieri cedi poteſt extraneo ſecundum com.opi.*
46 *Maritus habet beneficium vt non conueniatur niſi in quantum facere poteſt.*
47 *Adulterium committente mulieri an dos reſtituatur.*
48 *Parafranalia bona non reſtituuntur vxori adulteri vide nu. 50.*
49 *Bona parafranalia qua dicantur.*
51 *Mulier non tantum propter adulterium priuatur dote ſed etiam propter obſculum luxurioſum vel manus ad mamillas poſitas vide nu. 61.*
52 *Adulterium an probetur ſi nudus cum nuda ſimul inueniuntur.*
54 *Adulterij exceptio an tranſeat ad hæredes quod ſic ſecundum magis com.opinio: nu. 63.*
55 *Vxor non tantum priuatur dote ſi committit adulterium inconſtantia matrimonij ſed etiam ſi in uiduitate.*
56 *Stuprum à vidua committi dicitur, & qua admittat committens illud, & nu. 58.*
57 *Pater propter adulterium filia an ammittat dotem.*
59 *Mater committens ſtuprum in uiduitate tutelam admittit.*
60 *Adulterium quomodo probetur.*
62 *Adulterium ab vxore commiſſum compenſatur cum adulterio viri.*
64 *Adulterij exceptio contra vxorem competentem durat in perpetuum.*
65 *Pater propter adulterium filia poteſt eam occidere.*
66 *Pater an poſſit mandare occiſionem filia adultera.*

7 *Pater,& filius cenſetur vna.& eadem perſona.*

68 *Statutum ſi dicant poſſe adulteram in domo occidi an exiens de domo interfici poſſit.*

69 *Pater in foro conſcientie filiam adulteram occidere non poteſt.*

70 *Statutum domicilij viri attenditur in reſtitutione dotis.*

71 *Vxor in caſu reſtitutionis dotis an poſſit propria authoritate bona viri capere,& retinere.*

72 *Expenſæ facta per maritum in lite rei dotalis in reſtitutione dotis an compenſentur.*

73 *Actio etiam de dote profecticia competit filiæ.*

74 *Vxor mortuo viro tenetur bona defuncti pateſacere.*

75 *Compenſatio debiti an admittitur contra repetitionem dotis.*

76 *Bona alienari prohibita an poſſint pro reſtitutione dotis adiudicari.*

77 *Et quid ſi indiuidualiter et expreſſæ à teſtatore etiã ex cauſa dotis prohibeantur.*

78 *Expreſſum dicitur non ſolum quod ſimpliciter, & indiuidualiter exprimitur verum etiam, & quod generaliter.*

79 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

80 *Reipublicæ inter eſt mulieres habere dotes ſolutas.*

81 *Taciti,& expreſſi par eſt virtus.*

82 *§ ſancimus in auth. de reſtis. & ea quæ intellectus.*

83 *Verbo modis omnibus ſunt vniuerſalia.*

84 *Fauores vtilitate publica inducti mutare non poſſunt.*

85 *Teſtator præſumitur velle quod leges habent locum.*

86 *Dotis cauſa non comprahenditur in diſpoſitione generaliter etiam prohibitoria.*

87 *Teſtator in præiudicium creditorum non poteſt prohibere ne bona alienentur,& nu.90.*

88 *Pater cogi poteſt ad ſe obligandum pro dote filiæ.*

89 *Obligatio qua pater tenetur pro dote filiæ tenetur, & filius ſi hæreditatem adiuit.*

91 *Donatio propter nuptias tantum debet eſſe quantũ, & dos.*

92 *Auus tenetur ſe obligare pro dote nepotis ſicut, & pater.& eam dotare tenetur nu.96.*

93 *Auus tenetur inſtituere nepotes vel exhæredare ſicut pater.*

94 *Auus tenetur nepotem alere ſicut pater.*

95 *Pater tenetur facere donationem filio propter nuptias, ita & auus.*

57 *Feudum pro dotis reſtitutione poteſt alienari non obſtante expræſſa prohibitione.*

98 *Feudum nouum in largiſſima forma eſt alienabile.*

99 *Feudum ex debito dotis neceſſario eſt alienabile,& num.101.*

100 *Paria ſunt aliquid facere coacte vel timore cohertionis.*

102 *Bona alienari prohibita expræſſe in ſubſiduis alienãtur eſt magis com.opinio,& nu.104.*

103 *Filiæ congrue dotari debent.*

105 *Dotis conſtituenda,& reſtituenda id ius eſt.*

106 *Fructus ſi non ſufficit ad dotium reſtitutionem ad bona alienari prohibita deuenitur,& nu.111.*

107 *Redditus ſi non ſufficiunt ad ſolutionem bona alienantur.*

108 *Dotium ſolutiones differri non poſſunt.*

109 *Dos.& alimenta æquiperantur.*

110 *Alimentorum legatum ſuper fructibus cum prohibitione alienandi ſi fructus non ſufficiunt bona alienantur.*

112 *Mulier pro dotis reſtitutione,& ſuper bonis allodialibus alienari prohibitis, et feudalibus prohibitis alienari ſibi ſatisfacere poteſt.*

113 *Mulier ſi honeſte nubere non poteſt niſi det omnia bona fidei commiſſo ſubiecta ea dare poteſt.*

114 *Auth. res quæ Co. communia de leg. declaratur.*

115 *Vxor ſi relinquitur domina, & vſufructuaria quomodo intelligitur,& nu.116.*

117 *Vxor ſi relinquitur vſufructuaria alicuius feudi habet electionem accipiendi vſumfructum vel proprietatem.*

118 *Vxor quando relinquitur vſufructuaria a viro vbi hæc materia tractetur.*

119 *Vſufructuaria vxor arbores fructiferas irridẽdo vſufructu priuatur,& ad intereſſe tenetur.*

POST mortem vxoris,&c. Diuiditur iſte tex. In quatuor partes: In prima ponit factum. In ſecunda deciſionem: In tertia ponit aliud factum: In q̃uarta, & vltima ampliando aliam deciſionem ſecunda: Ibi reſtituatur, tertia ibi ſi vero quarta. Ibi ad dotationis.

SVMMATVR HOC MODO. muliere ab inteſtato mortua ſine liberis dos dotantibus reſtituitur ex eorum hæredibus ſtipulatione ſub intellecta.

1 NOTO primo ex hoc tex. quod matrimonium morte ſoluitur quia mors omnia ſoluit §. deinceps in auth. de nupt. cap. pen. de ſecun. nupt. quia quos deus coniunxit homo non ſeparet dicitur in Euangelio. Lucæ cap. Quod Euangelium eſt attributũ feſtiuitati Diuæ Agathæ patronæ, & compatreotæ meæ, & Chriſti ſponſæ. C. gaudeamus de diuortijs: quod procedit etiam ſi
2 vxor reſurgeret quia virum non recuperat glo. in cap. licitè 32. quæſt. 5. Tiraque. de leg. Connub. gloſſ. 6. In verbo conſenriment nu. 19. fol. 223. & mortua vxore,& ſic ſoluto ma-
3 trimonio dos debet reſtitui toto tit. ff. ſoluto matrimo. Ideo hic dicitur quibus debet ſolui dos matrimonio ſoluto morte vxoris, & dicit text. noſter quod quando vxor ſe ipſam dotauit, & ſine liberis moritur ab inteſtato
4 quod reſtituitur proximioribus ipſius mulieris, & hoc etiam eſt de iure communi vt dicit

dicit tex.in l. dos à patre C.ſolut. matrimon. l.vnica §. illud proculdubio C. de rei vxor. actio. Alex.in conſi.63.in 1. colum. vol. v.&
5 an ſi maritus non ſubſtinuit onera matrimonij teneatur etiam reſtituere fructus dotis vide Doctor.in d.rubr.ſolut. matrimon.& an
6 matrimonio ſoluto morte viri vel morte vxoris veſtes, & ornamenta a viro miſſa, & anuli debeant reſtitui vide Affli.ct.in deciſio. 325.& ibi addi. Orſill. vide Clar.in §.donatio quæſtio.10.Soarez: in verbo vxor num. 218. Natta in conſi.147.nu.3. Rolan.in conſi. 20. volum.1.Idem Natt.in conſi.317.nu.3. vide in meo repertorio: In verbo veſtes:& ſepara to matrimonio morte viri interim per an-
7 num debet vxor ali ab hæredibus viri eſt cōmu.opinio relata per Villalob: In verbo hæres nu.19.& ibi limitat vide quæ dicam in cōſuetud.vnica ſequ.propè finem & bene text. noſter dicit matrimonio ſoluto dos quia
8 actio dotis competit matrimonio ſoluto toto tit.ff.ſolut.matrim. regulariter tamen aliquando conſtante matrimonio reſtituitur dos l.ſi conſtante vbi Bar.& Doct.eo. titu.ff. dicam infra eo. nu. 35.

9 ET quando ſeparatur morte viri, & tunc quia hæc conſuetudo non loquitur remanet in diſputatione Iuris cōmunis l. cōmodiſſimè ff.de lib. & poſthu per quod diſponitur quod ipſi vxori debet reſtitui etiam quod ab extraneo dotatur niſi pactum contrarium interponatur expræſſum vt dicit tex. in l.vnica §.accedit C.de rei vxor.actio.l.2.ff. ſolut.matrim. quando vero datur à patre an fiat reſtiturio vide Doctores in l.2.ff.ſolut. matrimo. & in d.§.accedit,& §.videamus ead.l.& actio
10 de dote competit filio emancipato licet ſit profecticia quando ſtipulatus ſit dotem trad di filiæ,& pater habebat adminiſtrationem, & vſumfructum Curt.Iun.in conſil. 152. nu. 1.& 3.Villalob: In ſua Coll. com. opinio. In verbo actio nume. 19. & ibi ampliat,& ſcias
11 quod dos habet multa priuilegia notatur in l.1.ff.ſolut.matrimon per Bal.Nouell.in tracta. ſuo de dote vbi ponit infinita priuilegia, & Io.Campeg.in d.tract.& an tranſeant talia priuilegia ad hæredes mulieris vide Domi. Bald.Nouell.in d. tract. in part.12. & an mu-
12 lier, & fiſcus æquiperantur vide Ripam, & cœteros modernos in d.l 1.ff.ſolut. matrim. & Boſſ.in titu.de fiſco nu.77. vbi dicit magis com. eſſe quod vbi concurrit dos, & fiſcus dos præfertur,ex Fano in tracta.de pign.in 2.
13 par.in 4.membro nu.108.eſt enim cauſa dotis cauſa reipublicæ,& fiſci l. 2. ff.de iur.dotis & fiſcus,& eccleſia æquiperantur dicit Tiraquell.in tractat. piæ cauſæ priuilegio Boſſ. in tit. de fiſco nu. 9. vbi dicit quod æquiperātur cum republica: ſed in caſu quo non apparet
14 priuilegiatus fiſcus vtitur iure communi per multa dicit Natta.in conſi.500.nu.6. volum. 3.Boſſ.in d.tit.de fiſco nu.76.

ET duo requirantur ad hoc vt habeat locum hæc conſuetudo primo quòd moriatur vxor ſine liberis quia ſi cum liberis decederet tunc haberet locum conſuetudo vnica ſupra tit.8.Incip.patre vero, & ea quæ ibi dixi ſecundo. Item & quod moriatur ab inteſtato quia ſi feciſſet teſtamentum haberet locum conſuetudo vnica infra tit. 17. & titu. 16.& quæ ibi dicam item procedit non natis filijs, & mortuis ſecus ſi eſſent nati filij, & mortui quia tunc haberet locum conſuetu. vnica ſupr.tit.12.Incip.ſi quidem proles.

15 QVAERO circa hoc quid ſi mulier nubat nulla facta mentione dotis an cēſeatur omnia bona dediſſe in dotem viro videtur quod ſic l.dotem,& l. Diuus ff de iur.dotis gl.in l. mulier bona in principio ff de iur. dotis Abb. in conſilio 46. per ea quæ dicit Bar.in l.ſi hijs rebus §. vxor ff.ſolut. matrim. & in l.quod autem ff.de iur.dotis,& ibi Alexan.& gloſſ. in l.mulier bona ff. de iur.dot.ſi interuenit traditio Bal.in cap. 1. quando maritus ſuccedit vxor: Idem Bar.& Alexan.in l. pen.ff.ſolut. matrimon.Bald.in auth.res quæ C.communia de legat. Abbas in conſil. 46. lib.1 & ibi vide per Doctor. de qua quæſtione facit Bar. ſuam quæſtionem quæ eſt ſeptima. Incip. mulier habens amplum patrimonium, & ponit decem fundamenta pro iſta parte num.7,

16 INCONTRARIVM eſt veritas quod immo mulier ſimpliciter nubendo non videtur dare omnia bona ſua in dotem eſt cōmun. opinio quam refert Cur.Iun.in conſil. 168.nu.4. Villalob: In ſua Coll.com.opinio: In verbo dotem nu. 339. vbi com. etiam dicit & etiam com. dicit Ioſeph: Ludouicus
17 in deciſ. 99. nu.8. volum. 2 limitatur tamen ſeptem modis per eundem Ioſeph: Ludoui. in d deciſio.99.nume. 14. bene verum quod
18 mulier ſecundo nubens præſumitur dare in dotem quantum dedit primo viro Roland. de lucr.dot.quæſtio 75.& quęſt.81.vbi com. dicit refert,& ſequitur Menoch. in conſil. 5. in principio,& ita intelligitur: & dicit Barto. in d.quæſt.Incip.mulier habens amplum patrimonium: Ita dicit com. eſſe Turza.in opinio. 119.Incip. mulier in primo volum.com mu.opinio:fol.28. & quomodo vide Soarez in d.loco nume.340.& ſeq.& ſic etiam eſt de iure ſi tertio nubat. Pariſ.in conſi. 34 num. 3. volum.3.Menoc.in d.conſi.5. & de hac quæſtione

ſtione vide latiſſimè per Menoch. in tractat.
de præſumpt.lib. 3.præſump.6.non obſtat d.
l. dotes,& Diuus ff.de iure dot.quia loquun-
tur quando vir tranſit ad ſecunda vota vt to-
tam dotem ſecundo viro dotaſſe præſuma-
tur vt dixi, & quia communis eſt in contra-
rium vt dixi.

19 QVAERO quid ſi mulier ingrediatur
monaſterium ſine liberis an habeat lo-
cum hæc conſuetudo vt dos, habeat reſtitui
dotatori Iaſo.in l.ſi deceſſerit nu.11.ff.qui ſa-
tiſd.cogan.tenet quod ſic, & loquitur in ter-
minis ſtatuti,& dicit ſe conſuluiſſe Veronæ,
& allegat aliàs concordantias vide add. ad
Bart. in l.cum pater §.hæreditatem ff.de leg.
ſecundo, & an ingrediens religionem dica-
tur mortua vide allegata per Iaſon: in d. l. ſi
deceſſerit dicto nu. 11.vide gl.in cap.placuit.
In verbo mortuus 16. q. 1. tamen melius in-
fra de hoc ſtatim dicam.

20 SED rurſus quæro an per ingreſſum mo-
naſterij ſeu Religionis dicatur vxor cum
liberis decedere videtur quod cum liberis
decedat, & per conſequens quod non proce
21 dit hæc conſuetudo quia cum liberis dicitur
decedere monaſterium ingrediens eſt text.
in cap.in præſentia de probatio. extra Calcc.
in conſil. 68.In tantum quod ſubſtirutus ſub
conditione ſi ſine liberis decederit non ad-
mittitur in hæreditate inſtituto ingrediente
monaſterium,& eſt magis com. opin. relata
per Barba. in conſil. 20. Incip. ſtat difficultas.
colum.1.l.b.1.Dec.in cap.præſentia nu.227.
extra de probatio.Viui.refert d. magis com.
opin.In opin.333.volu. 1. refert etiam com-
mu.Soarez: In ſua Collett. commu.opin.In
verbo religionis profeſſio nu. 37. & in verbo
ſubſtitutio in liberorum defectu num. 216.
& ibi etiam an procedat in clerico, & ſa-
cerdote.

INCONTRARIVM eſt veritas quod
21 immo ingrediens monaſterium non dica
tur cum liberis decedere,vt per d.Iaſo. in l.ſi
deceſſerit num.11. nam mortuus ſine liberis
dicitur qui monaſterium ingreditur vt dicit
ibi Iaſo.& inferius dicam:non obſtant in cō-
trarium adducta,& text. in cap.in præſentia:
& magis commun. opinio Barba. & Viui.&
Soarez: In locis præallegatis quoniam pro-
cedunt ad excludendum ſubſtitutum in te-
22 ſtamentis quibus fit larga interpetratio ſauo
re vltimæ voluntatis ſecus in ſtatutis vt pa-
ter ibi,& vt dicit tex.noſter.Item dicunt Do-
ctor. ſupra allegati, & præſertim Viui. In d.
opinio.333.quod monaſterium habetur lo-
co filij, & ſic in proprie quoniam verbum
23 habetur importat: in proprietatem vt dicit
text. in l. in bello §. factæ ff. de capt. & poſtl.
reu.& ibi Doctor. in l.1. ff.de vi, & vi arm.in
§ deieciſſe, & ibi Doctor. & ſic fictione iuris
vt per dicta iura probatur ſed ſtatuta debent
intelligi in caſu vero,& non ficto Doct. in d.
l.quicquid abſtringendæ ff.de verbor. oblig.
Cœpha.in conſil. 210. nu.14.ergo &c. Item
etiam probatur alio modo iſta ſecunda opi-
nio nam idem Viuius in d. opinio. 333, in 2.
Fall.dicit d. magis commu.opin.non proce-
24 dere quando eſt dictum per teſtatorem ſub-
ſtituo Sempronium ſi filius meus ſine libe-
ris legitimis, & naturalibus de ſuo corpore
procreatis, & ex vero matrimonio deceſſe-
rit: apparet ergo quod monaſterium non di-
citur verum matrimonium nec verè eſſe in
locum filiorum nec liberos procreatos ex
eo eſſe vt dicit text. cum ſtatutum loquatur
de vero matrimonio, & an dicatur cum libe-
25 ris decedere qui moritur relicto fratre mino
re vide Port. In concluſi. 393. vide infra nu.
37. eod.

26 SED quæro quid ſi mulier moriatur reli-
ctis liberis: noſtra conſuetudo dicit libe-
ris non relictis ergo ſtatur iuri communi: &
datis tunc filijs,eis reſtituitur dos: Barto.in l.
poſt dotem ff.ſolut.matrimonio, dixi ſupra
eo.nu.14.ſed an datis filijs,& patre an debeat
patri reſtitui commun. eſt quod patri. Sed
27 æquior opin.eſt quod non patri debeat reſti-
tui, ſed filijs dicit Michael Graſſ. in concluſi.
33.cap.5.In 2.volum. commun. opinio: fol.
119.& quando liberi eſſent procreati & mor-
tui haberet locum conſuetudo vnic. ſupra ti
tul. 12. vt ſupra dixi, & quid ſi pater ſtipule-
tur reddi filiæ an ea mortua debeat *filijs* re-
ſtitui Alexand. in conſi.74.volum.*primo* di-
cit quod ſic,

QVAERO etiam quid ſi mulier tran-
ſit ad ſecunda vota,& præmoritur libe-
ris non relictis,& non ſuſceptis an erit locus
huic conſuetudini, videtur quod non l.cum
pater §.pater certum ff.de legat.2. l. boues §.
hoc ſermone ff.de verbo.ſignifi. ſed dic con-
trarium per l.dotem,& l.Diuus ff.de iur.dot.
28 vbi quod diſponitur in prima dote procedit
in ſecunda maximè quia noſtra conſuetudo
generaliter, & indiſtinctè loquitur de dote
reſtituenda: non obſtat d. §. hoc ſermone in
l boues de verbor.ſignificat.& d.§.pater cer-
tum deleg.ſecundo. Quoniam in ſtatutis,&
29 in lege verba ſimpliciter prolata non intelli-
guntur in primo actu tantum. Ita per multa
dicit Tiraquell. in d. §. hoc ſermone in Fall.
7.fol.58.qui inter alios Doctor.allegat Dec.
in conſi.287. nam licet dos non poſſit eſſe ſi-
ne

30 ne matrimonio ſi numquam contractū fuit tamen ſecus ſi fuit ſemel contractum quia non deſinit eſſe dos Iaſo. in rubr. ff. ſolu. matrimonio: lectura ſecunda nu. 4. refert, & ſequitur Michael Graff. in quæſt. 1. cap. 6. In 2. volu. com. opinio. fol. 113. vbi com. dicit.

AN autem pater vel auus teneatur dotare filiam vel nepotem, & an frater teneatur dotare ſororem dixi ſupra in Conſuetudine proxima in primo nota. in text. Ibi ab
31 alio dicas quod idem eſt de iure commune: Ita dicit Roland. Auall. in conſi. 46. num. 21. volum. 4. & dicas quod quando alius dotat mulierem non tamen de bonis mulieris ſed de bonis ipſius dotantis dos reuertitur dotatori mulieri ab inteſtato mortua: ſi vero deceſſerit teſtata, & tunc loquitur conſuetudo vnica infra titu. 16. quę conſuetudo loquitur dotante exiſtente viuo: ſed eo mortuo non loquitur vnde remanet in diſpoſitione iuris communis d. l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthu. cum ſimilib. & patri reſtituitur quan
32 do ab eo profecta eſt l. dotem, & ibi Doctor. C. ſolut. matrimonio, & ſcias quod dotatori
33 reſtituuntur in caſu reſtitutionis dotis arrō datæ pro ſponſalibus eſt communis opinio quam refert Villalob. in ſua Coll. com. opi. In verbo arræ nu. 142.

34 SED quæro circa hoc quid ſi pater vel extraneus paciſcatur dotem ſibi reddi etiā matrimonio ſoluto morte viri an valeat talis ſtipulatio videtur quod non per l. 2. ff. de pact. dotal. & l. quamuis C. de pactis conuēt. l. 1. de dot. priui. l. tu vide Conſuetud. prim. infra titul. 16 Ibi cum ab initio licitum fuerit quam legem voluerit rei ſuæ ponere, & ibi dicam.

35 QVAERO quinto ad hæc ſtipulatio ab extraneo facta procedat marito vigente ad inopiam nam de iure tali caſu eſt locus reſtitutioni dotis l. ſi conſtante ff. ſolut. matrimon. refert commu. opinio: Michael Graff. in quæſt. 25. cap. 6. in 2. volum. commu. opin. fol. 116. & ibi quid ſi offeratur fideiuſſio, & quid ſi ſciens mulier contrauenit vide ibidē per quæſtiones ſequentes, & Villalob. in ſua Coll. commun. opinio. In verbo actio nu. 21. vbi commu. dicit, & dicitur vergere ad ino-
36 piam ſi ſit bannitus Barto. & Doctor. in d. l. ſi conſtante in quæſtio. 4. & vide Rip. ibi, & ob delictum viri non confiſcatur dos, vt ibi dicit per d. l. ſi conſtante in principio vbi Alex. bene verum quod tali caſu extraneus poteſt petere vt ſibi caueatur de dote reſtituenda per l. in omnibus ff. de iud. Ita Ioan. Crot. in repe. l. conſtante nu. 27. cum ſequen. & Docto. ibi eum ſequitur, & dicit ſic limitari titulus Codicis de fideiuſſ. dotem, & per d. Imol. Ibi, & idem tenet Iaſo. ibi nu. 56. & nu. 60. & 61.

37 ET quid ſi matrimonium ſeparatur per diuortium an ſit locus huic Conſuetud. in i vide Alex. in l. ſi quis ff. ſolut. matrimo. & ibi quid ſi ſeparetur morte Ciuili vbi in hoc caſu mors Ciuilis æquiperatur naturali tu vide quæ dixi ſupra titulo proximo num. 59. & in Conſuetudine vnic. tit. 5.

38 IN TEX. Ibi ad ſucceſſores nota quod mortuo dotatore matrimonio ſoluto morte vxoris dos reſtituitur ſucceſſoribus dotantis, & non mulieris quando de bonis dotantis eſt dotata liberis tamen non relictis ac ſi interueniſſet ſollemnis ſtipulatio quid autē ſit de viro pro vxore dic quod præſumitur
39 interueniſſe ſtipulationem l. vnica in principio C. de rei vxor. actio. & ſi coſtat quod nō interuenit fingitur commun. dicit Michael: Graff. cap. 6. quæſtio. 19. in 1. volum. commu. opinion. fol. 115. hanc Conſuetudinem corrigitur text. in § accedit l. vnic. C. de rei vxor.
40 actio. per quem tex. dicitur quod quando extraneus datat mulierem nullo pacto interueniente præſumitur ei donare niſi extraneus habeat eius pecuniam quia tunc de ea dotare præſumitur, & mulier præſumitur ſtipulatus vt dicit etiam Grammat. in conſil. 143. In Ciuil. nu. primo, & per conſequens dos non reſtituitur extraneo ſeparato matrimonio nec pro eo fingitur ſtipulatio vt in noſtra Cōſuetudine dicitur, & iſta ficta ſtipulatio à ſtatuto modo data vera dicitur ita Fanus in tracta. de pign. memb. 4. 2. par. nu. 3.

41 SED an pro iſta tacita ſtipulatione agi poſſit via exequutiua vide Do. Cum. in cap. 6. Ritus incipie. quicumque nume. 71. & 86. vide quæ dixi ſupra in Conſuetudine vnica: Incipit muliere virgine nume. 30. & ſequenti proximo.

QVAERO in text. noſtro dicitur quod dos reuertitur ad extraneum dotantem ſeparato matrimonio ſine liberis morte vxo
42 ris ac ſi ſollenniter ſtipulatio interuenerit, & an hoc priuilegium actionis ex ſtipulatu tranſeat de iure ad extraneos dotantes dic quod non Barto. in l. prima ff. ſolut. matrimo. Fan. in tract. de pigno. membro 4. 2. partis nu. 67. commu. dicit Villalob: in ſua Coll. com. nu. opinio: In verbo dos nu. 163. In primo volu. commun. opinio. fol. 93. & an priuilegia quæ competunt mulieri pro dote competāt etiā
43 hæredibus ipſius vide Bar. in l. 1. ff. ſolut. matrimonio in not. 2. vbi diſtinguit, & ibi Iaſ. vt

priui-

priuilegium quod competit vxori ratione
perſonæ vt in alimentis non tranſit ad hære-
des vide Caſſan.in Conſuetu. Burgund.rubr.
4 §.7. In verbo apres verſic. an autem : & an
44 tranſeat in ceſſionarium ſi mulier vendat vel
cædat vide ibi,& Bald.in l.prima C. de priui-
leg.dot.Caſſan.in loco prædicto in verſic.ſe-
45 quent. Incipi. & aduerte fol. 83. & dic quod
actio hyppothecaria quæ competit mulieri
cædi poreſt debitoti, & extraneo eſt com.
opin.quam refert Boer.in deciſio.335.refert,
& ſequitur Villalob: In verbo actio nu.25.&
46 ſcias quod maritus ob reuerentiam habet
beneficium ne conueniatur nec condemne-
tur niſi in id quod facere poteſt deducto ne
ægeat Doctor.in l. ſi maritus ff. ſolut. matri-
monio limitat multis modis Duen. in regul.
95. lib. 2.

ITEM quæro quid ſi fuerit facta promiſ-
ſio de reſtituendo dotem in caſu ſoluti ma
trimonij iuxta formam ſtatuti an intelligi-
tur ſecundum formam conſuetudinis Affli.
in Prælud.Conſtit.Regni quæſt.8.dicit quod
non quia conſuetudo eſt maioris authorita-
tis quam ſtatutū, & dicitur altera natura de
hoc tamen dixi ſupra in Præludijs nu. 53.&
47 an mulieri committenti adulterium debeat
reſtitui dos dic quod non quia perdit eā eſt
communis opinio : quam referr Villalob: In
48 verbo adultera nu.68. nec etiam bona para-
frenalia eſt commun.opin.quam refert Clar.
in § adulterium verſicu. adde. Item & Arras
vt dicit Soarez: In ſua Collett.commu.opin.
In verbo adulterium nu. 8. nec etiam dona-
tio propter nuptias Duen. in regul. 97. lib.2.
vbi ponit ſex Fallentias quæ autem dicantur
bona parafrænalia dic quod ſunt ea quæ ex-
49 tra dotem data fuerunt, & maritus tacitè vel
expræſſe de voluntate vxoris adminiſtrat ſe-
cundum Iaſon. in l. maritus nume.11. C.de
procurat.& quæ præſumantur, & de is mul-
ta vide per Menoch.in tractat. de præſumpt.
50 lib.3. præſumpt. 7. & talia bona reſtituuntur
prout dicit Duen. vbi ponit regulam cū dua-
bus limitationibus in regul.134. Incip. para-
frænalia volu.2.& non tantum propter adul-
51 terium vxor priuatur dote ſed etiam propter
obſculum luxurioſum vel manus ad mamil-
las poſitas commu. dicit Clar.in d. §. adulte-
52 rium verſic.ſcias, & an ſi vir nudus cum nu-
da inueniatur dicatur probatum adulterium
vide Laur.Chirco:in 2.volum.com. opinio:
ſens.1.concluſ.5.in litera a, fol. 5. vbi in fine,
refert magis communem quod non quo ad
pœnam infringendam ſecus ſi ageretur de
ſeparando matrimonio vel de reſtitutione
dotis: ſed hodie vir propter adulterium vxo-
53 ris non lucratur dotem niſi eam accuſauerit,
& ſe inſcripſerit eſt text.in §.ſi vero plurimas
in auth.de lice.matri.& aui.ſequitur Conſtā-
ti.Ruger. in tract. de dote quæſt. 7. In verbo
octauo quæſtio. 23. nu. 77.fol.366. & ibi in-
54 fert quod talis exceptio adulterij,non tranſit
ad hæredes ſi vir ignorauit illud, vt quia non
accuſauit vt ſupra: vide Menoch.de arb.lud.
lib.2.Cent.3.caſu 287.dicam infra eod.num.
55 61.& ſequent. & non tantum mulier amittit
dotem propter adulterium vt ſupra dictum
eſt ſi illud committit inconſtantia matrimo
nij ſed etiam ſi committit in viduitate: Ita di-
cit Hyppol.in conſi.13.nam durante viduita-
te cenſetur eſſe: in matrimonio: Caſſa.ſuper
Conſuet.Burgund.rubr.4.§.6.In verbo fem-
me mary, verſic.& participat,& verſ.ſed quæ
ro nume. 2.fol. 156. vbi dicit quod eſt quæſt.
pro amico multos Doctores congerit Rolā.
in conſil.86. nume.19.In 2.volum.Idem Ro-
land.in conſi.15.nu.7.& conſil.14. num. 46.
56 volum. 3. & quod committat ſtuprum infra
annum luctus dicit idem Roland.in conſ.86.
nu.37.volum. 2. vbi dicit quod perdit dona-
tionem, & legata, & ibi etiam dicit omnia
non procedere quando poſt annum luctus
committit ſtuprum,& quod vidua commit-
tens ſtuprum ſeu adulterium perdat dotem
commun. dicit eſſe Boer.in deciſio. 338. ſed
Clar.in §.ſtuprum in verſic.ſed numquid re-
fert magis commu. opinio: eſſe hodiernis tē
poribus quod mulier propter ſtuprum com
miſſum in uiduitate etiam infra annum lu-
ctus non admittit dotem quam ſententiam
benigniorem dicit Vivi.in opin. 447. Incipit
vxor volum. primo in verſicul. 3. licet dicat
quod opinio Pauli ſibi placet vide Laurent.
Chirco: in Coll.commun. opinio : In verbo
vidua: Centu.5.concluſio.99.2.volum.com.
57 ſed an pater propter adulterium filiæ perdat
dotem vide Caſſan. ſuper dictis Conſue.Bur-
gund.d.rubr.4. §. 6. In verbo le femme ma-
riei in verſicu.numquid nu.20.fol.115.vbi re
fert communem opinio : quod vir viuente
patre non lucratur dotem propter adulteriū
vxoris idem Boer.in d.deciſio.338.num.5.&
58 quod mulier in uiduitate non committat
adulterium ſed ſtuprum dicit Roland. in d.
conſi.86.nu.10.refert commu.opinio, Laur.
Chirco: in concluſio. 31. In l. 2, Cent.5.in 2.
volum.commu.opinio. fol.74. & ibi de pœ-
na committentis ſtuprum in uiduitate, & an
admittit tutelam vide etiam Clar. in d.§ ſtu-
59 prum, & an mulier committens ſtuprum in
uiduitate amittat tutelam filiorum Duen.in
regul.239. Incip. vidua volum. 2. dicit quod
ſic vbi ampliat,& limitat, & an amittat dota-
rium dixi ſupra in Conſuetud.vnic.titul.pro-
ximo,& ſic etiam vir propter adulterium ab
eo comiſſum amittat donationem propter
nuptias:

60 nuptias: idem Clar.in d.§.adulterium verſ.ad
de: quomodo autē probetur adulterium dic
probato matrimonio per teſtes omni exce-
ptione maiores ex Alex.in l.capite 5.de adul
te.vide Caſſan. in rub.4.§.6. In verbo femme
mary.in verſi. aduerte num. 30. & in verſ.ſed
quæro fol.156.Maſc.de probat.in conclu.59.
incip.adulterium vol.1.& Duen. in regu.97.
61 Incip.mulier adultera volu.2.vbi dicit quod
mulier adultera perdit dotem donationem
propter nuptias,& bona paraſrenalia ſi mari
tus eam accuſauerit, & pro ſe ſententiā obti
nuerit,& allegat tex.in l.cōſenſu C. de repu.
& quid ſi accuſauerit tantum vide latè per
Michael Graſſ.in q.12.cap.6.in 2. volu.com.
opinio:fol.114. & alia iura. fallit etiam regu-
la quæ ſe habet quod mulier propter adulte
rium perdit dotem quādo vir etiam pariter
62 adulterium commiſiſſet nam paria delicta
mutua compenſatione,tolluntur l. viro ff.ſo
lut.matri.l.mulier la prima ff.eo.ſolu. matri.
vt dicit Duen.in d.regul.47. Fall. 2.Hyppol.
in ſingul.234.Pariſ.in conſil. 54. nu.45.volu.
4.quod procedit tam ſi apponatur ab vxore
tam ante ſententiam quam poſt, ſecundum
Abb. in c.ex literis per illum text. de diuort.
extra num. 6. limita tu alijs modis prout per
Duen.in regu.præcitata 97.& per Boer.in d.
deciſ. 338. Sed iſta quæſtio ardua eſt de iure
de qua vide ad plenum per Laur. Chirco: in
concluſ.6.nu.6.in 2.vol.com.opinio.fol.6.&
iſta exceptio adulterij contra mulierem do-
63 tem repetentem ſoluto matrimonio morte
viri iuxta l.2.& ibi Doctor.ff ſolut.matrimo-
nio: poteſt obijci etiam per hæredes viri eſt
magis communis opinio quā refert Soarez:
In ſua Collett.com.opinio: in verbo adulte-
rium nu. 82. contra communem opinionē
64 ibi per eum citatam,& exceptio adulterij cō
tra mulierem dotē repetentem durat in per-
petuum refert com.opin. Villalob: in verbo
adulteras nu.69. & quod actio de dote nō re
maneat ſalua vxore adulteriū committente
dicit Michael Graſſ.in q.12.c.6.in 2.vol.com.
opinionū fol.114. vbi communē refert vide
65 ibi per eum.Item pater poteſt adulterum &
filiam occidere l.patri ff. ad l. Iul. de adult. &
vir poteſt vxorem in adulterio depræhēſam
occidere cum adultero per l.Graccus C.ad l.
Iul.de adul.& ibi Doct.l.marito ff.adul.cum
multis qualitatibus de quib9 ibi, & per Clar.
in §.homicidiū in verſ.dixi & per Conſu.Meſ
ſanæ c.43. incip. ſi maritus vxorē in ipſo actu
adulterij depræhendat tam vxorem quam
adulterum occidere licebit nulla tamē mora
pro tatta:lex maritū leonocinij pœna coher
cet qui vxorē in adulterio depræhenſam reti
nuit adulterūque dimiſit niſi fortè ſine culpa
ſua illæ diffugiat de qua quæſt. vide Roland.
66 in conſ.34.vol.2.ſed non poteſt alteri deman
dare eſt com.opin.relata per Laur Chirco.in
concluſi.74.In litera o, in 2.vol.com. opinio
fol.84. Clar. Idem dicit in §. homicidiū Clar.
in §.dubiū eſt vbi dicit quod multi tenent qđ
poteſt demandari, & dicit quod ſeruatur in
Prattica ſed com.ē quod niſi proprio filio vbi
etiam in filio com.dicit Villalob: in verbo pa
ter nu.44.in coll.com.opi.pro qua opinione
67 facit ratio quia pater & filius vna, & eadem
perſona ſunt,& idemritas cenſetur l. fi. C.de
Imp.& alijs ſubſtit. Doct.omnes l.ſciendū ff.
qui ſat.dar.cog. Tiraq.de reuoc.dona.l. ſi vn-
quā nu.23.In pręfationibus per l.cū ſumus de
agr.& cenſ.lib.10.§.ei qui inſti.de vtil.ſtip. &
quod pater, & filius ſint vna eadem perſona
dicit Cagnol, in l.frater à fratre ff.de condict.
indeb.nu.20.& an poſſit amicos, pro effectu
prædicto congregare Hyppo.ſingu.175.dicit
quod ſic Iaſ.in l.1.col.3.& 4.ff.de nouo oper.
nunt.Neuizan.in Silua nupt. in verbo eſt nu-
68 bendum nu.98. & quid ſi ſtatutū dicat quod
poſſit vir in domo adulteratū inuentā occide
re an ſi exeat de domo eam perſequēdo poſ
ſit occidere dic quod ſic Alexan. in conſi.24.
69 nu.30.in 2.vol.com.opin. Sed hæc non proce
dunt in foro conſcientiæ quia pater occidēs
filiam vel vir vxorē mortaliter peccāt com.
dicit Clar. in d. §. adulterium in verſ. ſed hæc
quidem:& Villalob: in ſua coll.com.opinio.
in verbo maritus nu. 23. quia contra præce-
ptum decalogi non occiſor eris.

INfra quod autem tempus debeat reſtitui dos dicit conſuetudo proxima ſequens,& ibi dicā quomodo fiat dotis reſtitutio, & an quando vxor relinquitur à viro vſufructuaria datis filijs quo caſu alimenta debērur dū alimētaī poſſit dotē repetere vid.inf. in cōſ.vnt. tit.22.nu.68.Cæph.cōſ.184.lib.2.vbi ēt φ ſic.

70 ET ſcias qđ in dotis reſtitutione attēditur
ſtatutū domicilij viri eſt com.opi. quā re
fert Villalob:in verbo domiciliū nu.96.& ibi
97. & 98. limitat an autē in caſu quo dos de-
beat reſtitui vxori matrimonio ſoluto morte
71 viri mulier poſſit īgredi authoritate propria
bona viri,& ea retinerē pro dote dic quod ſic
ante appræhenſionē hæreditatis ſecus poſt
aditionem hæreditatis quia tunc requiritur
citatio hæredis: Ita dicit Roland.in conſi.77.
nu.34.vol. 1. vide Ioſeph Ludouicum deciſi.
109.vide eundem Rolan.in conſi.20.volum.
primo nu. 13. vbi dicit quod prius debet co-
ſtare de morte viri vel quod cas9 euenerit do
tis reſtituendæ, & ſoluto dominium rerum
dotalium ipſo iure tranſit in vxorem Duen.
in regu.212. volum. primo vbi is ponit limi-
tationes vide Cauale. in tractat. de vſufruct.

mulier: relict. nu. 201. fol. 394. vide Ioſeph: Ludo. in deciſ. 61. volu. 2. & cum per Regni capitulum Ferdi. 361. poſſeſſio defuncti cõtinuatur in hærede non credo quòd poſſit pro pria authori. bona viri ingredi vt ſupra quia hę redi competeret interdictum ſpoliatoriũ vt in d. cap. Regni dicitur de quo ſtatuto vide Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit.

72 ET an in reſtitutione dotis expenſæ factæ per maritum in lite rei dotalis minuant dotem vide Bald. in l. prima C. de bon. mat. vbi concludit quod ſi maritus habuit fructus rei dotalis compenſatur cũ expenſis & hoc procedit in dote vera ſecus in confeſſata ita dicit Caſſan. in d. Conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 17. in verbo le femme apres verſ. quæro ſi mulier ſol. 181. & dicam infra in Conſuetud. ſequen. in fine.

73 ET an actio de dote etiam profecticia cõpetat filiæ, & non patri quando ſtipulatus eſt dotẽ filiæ tradi dic quod filiæ, & pater habebit adminiſtrationẽ vſusfructus com. dicit Curt. Iun. in conſil. 152. nume. 2. & 3. Villalob. in verbo actio nume. 19. in ſua Collect. com. opi. & ibi ampliatur vid. ſupra eo. nu. 26.

74 ET ſcias quod vxor mortuo viro tenetur bona defuncti patefacere cum iuramento ſecundum gloſſ. in l. 2. in verbo facere C. quibus, & quando 4. pars &cæt. & concubina poteſt torqueri Bald. in l. 2. C. de don. liber. Caſſan. ſuper Conſuet. Burgun. rub. 4. §. 1. verſic. & in hoc nume. 9. fol. 191. & vxor præſumitur ſcire qualitatem bonorum mariti, & an ſint libera vel hypothecata ex com muni conuerſatione vt dicit Rolan. in conſi. 66. nu. 29. volum. 4.

75 ET an contra repetentem dotem admittatur compenſatio alterius debiti commu. eſt quod ſic dummodo quod; ex vtraq; parte quantitas ſit debita quam refert Michael Graſſ. quæſtion. 18. cap. 6. in 2. volum. commu. opinio. fol. 115. Intellige tamen tu in caſu, de iure admittitur compenſatio ſecus vbi non admittitur regulariter vtputa in dote promiſſa cum iuramento prout magis commun. dicit Iaſo. in conſil. 134. volum. 3. Aret. conſil. 100. Roland. in conſil. 17. nume. 15. volum. 1. & in contractu cum pacto de non opponendo, & in Bulla vt no. Barto. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. Folle. ſuper Bulla decens, in verbo quæ quid eſſe nu. & Petrus de Gregor. ſup. d. Bulla. Item leges generales non comprehendunt dotes Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 14 nume. 91. com. dicit Soarez: In ſua Coll. commun. opinio. In verbo dos nume. 105. magis commun. dicit Gabriel in concluſio. 6. nu. 10. infra tit. de legibus.

76 PENVLTIMO quæro an pro reſtitutione dotis bona prohibita alienari poſſint pro ea adiudicari, & quidem rex. in auth. res quæ C. commu. delega. dicit quod ſic, & ibi Doctor. nam alienari prohibita pro dote alienantur eſt com. opinio relata per Villalob: In coll. com. opi. In litera a, nu. 79. in primo vol. com. opi. fol. 67.

77 SED vis ſtat quod ſi indiuidualiter, & expreſsè à teſtatore ſit facta prohibitio etiam ex cauſa dotis an nihilhominus dicta bona expreſsè, & indiuidualiter alienari prohibita poſſint pro dote adiudicari, & dico quod ſic per d. auth. res quæ, & non obſtat dicta prohibitio teſtatoris quia nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum non habeant l. nemo poteſt ff. de lega. primo l. ius plurium ff. de pact. l. 3. cum gloſſ. C. de pact. Sed cum teſtator prohibet expreſsè quod bona ſua non poſſit alienari, & iam ex cauſa dotis exprimit contra intelligentiam & rationem text. d. anthen. res quæ C. commun. de leg. nam illæ text. loquitur, & intelligitur in diſtinctè, & generaliter, & comprę hendit non tantum prohibitionem tacitam, & expræſſam ſimpliciter verum etiam, & expræſſam ex cauſa dotis quoniam non in
78 congrum ſed expræſſum dicitur nõ tantum id quod ſimpliciter, & indiuidualiter exprimitur verum etiam, & quod generaliter exprimitur Gabr. in conſ. 169. nu. 78. Ang. Are. in rub. de vul. & pup. ſubſtit. inſti. com. refert dixi ſupra in Conſuetudine vnica tit. 13. textvero auth. res quæ loquitur de rebus ſub iacentibus reſtitutioni: quæ res ſub iacentes reſtitutioni comprahendi poſſunt nam tantum ex prohibitione tacita, & expræſſa ſimpliciter ſed etiam ab expræſſa etiam ex cauſa dotis ergo illæ rex. indiſtinctè, & generaliter debet intelligi l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſtan. quæ regula vera eſt vt comprahendit omnes caſus etiã quod in vno caſu ſit maior ratio quam in altero l. 1. §. qui ff. de alc. luſ. l. in fraudem inferri ff. de mili. teſt. vbi Bald. ergo dato, & non conceſſo quod maior ratio ſit in prohibitione expræſſa ĩdiuiduali ex cau ſa dotis quam tacita, & expræſſa ſimpliciter,
79 tamen quia d. auth. loquitur generaliter, & indiſtinctè generaliter, & indiſtinctè debet intelligi l. de prætio ff. de public. in rem actio. l. nõ diſtinguemus ff. de recep. arb. vt includat etiam prohibitionẽ expræſſam in cauſa dotis maximè quoniam fauores ſunt ampliãdi, & non reſtringendi l. quod fauore C. de leg. l. cum

cum quidam ff. de lib. & poſth. c. odia de reg.
80 iuris in 6. nam reipublicæ intereſt mulierẽ
habere dotes ſaluas l. intereſt ff. de iur. dotis
l. 1. ff. ſol. matrimonio, & tanto plus quia hæc
intelligentia corroboratur ex generali ratio-
ne ipſius auth. de qua ſumi debet intelligẽtia
nam ratio eſt anima legis l. cũ ratio ff. de bon.
damn. Immo ipſa propria Bal. in cap. dilectis
de reſcrip. & in illo tex. auth. res quæ redditur
ratio illius diſpoſitionis dicit text. ea quæ cõ-
muniter omnibus proſunt his quæ ſimplici-
ter, quibus datur vtilia ſunt præponimus, quæ
ratio militat tã in prohibitione, tacita, & ex-
præſſa ſimpliciter quã in expræſſa etiã ex cau
81 ſa dotis ergo cũ eadẽ ſit virtus taciti, & expreſ
ſi l. cũ quid ff. ſi cer. pet. Idẽ ius debet ſtatuti de
tacito, & expreſſo ſimpliciter quã de expreſ-
ſo indiuiduali argum. l. illud ff. ad l. Aquil.

82 RVRSVS ex alio text. auth. de reſtit. & ea
quæ § ſancimus poteſt etiam compręhẽ
di quod ex prohibitione etiã ex cauſa dotis
bona prohibita poſſunt alienari, nã §. ſanci-
mus hæc ſunt verba, ſancimus enim ſecundũ
hunc modum excipi modis omnibus ad re-
ſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper
hijs factas alienationes aut apocas notantur,
83 illa verba modis omnibus quæ ſunt vniuerſa
lia ex quibus verbis vniuerſalibus dicitur qđ
excipiuntur à reſtitutione bona alienata aut
obligata pro dote, quocumq; modo fuiſſent
à teſtatore ſubiecta reſtitutioni, & prohibita
alienari vnde clarum eſt quod ex verbis gene
ralibus cõpræhendi poteſt prohibitio expreſ
ſa etiam ex cauſa dotis quoniam dicendo
modis omnibus nihil excludit l. Iulianus ff.
de leg. 3. & ratio huius auth. ſub qua fundata
eſt, eſt propter publicam vtilitatem, & fauo-
rem cuius fauor reperitur clauſus in corpore
iuris per ea quę refert Iaſ. in l. filiusfa. §. prima
lectu. nu. 63. de leg. 1. etiã ſi fuerit per quęcũq;
verba legis vel teſtatoris derogatum iuxta
tex. in l. Decurionibus, & ibi gl. C. de Decur.
lib. x. quã gl. ſingularem reputat Bal. in cap. 1.
in fine quo temp. milites de vſib. feudo. neq;
84 enim fauores vtilitate publica inducti poſsũt
mutari, & tolli ex diſpoſitione teſtatoris l.
qui de bonis §. fi. ff. ad l. Falc. & Bart. & Doct.
in auth. ſed cum teſtator C. eod. tit. Immo te-
85 ſtator præſumitur velle quod leges habeant
locum in ſua diſpoſitione §. ſi venditor ff. de
ædil. ædict. l. Item quia ff. de pact. & actum fa-
ciens cenſetur ſe abſtringere legibus de illo
actu loquentibus l. exigere dotem ff. de Iud.
Bar. in l. vt iuſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. lib.
ſcribẽtes ĩ l. hæredes mei. §. cũ ita ff. ad Treb.

NON obſtat ſi dicatur quod dictæ auth.
ſunt exorbitantes iuris regularis quoniã
ſi ſunt leges quæ prohibent alienationem il-
larum rerum quæ ſunt ſubiectæ reſtitutioni
loquitur generaliter, & non compræhendit
cauſam dotis, nam in diſpoſitione legis gene
86 ralis etiam prohibitoria nõ continetur cauſa
dotis eſt magis com. opinio relata per Burſa.
in conſ. 120. nu. 1. vol. 1. deici ſup. eo. nu 75. &
dato, & non conceſſo quod dictæ auth. eſſent
non tã exorbitantes verum etiam à fortiori
correctoriæ prout non ſunt vt dixi tamen ex
quo dictæ auth. ſunt fundatæ, & reſcipiũt vti-
litatem publicã poſſunt ampliari, & extendi
non obſtante quod ſunt in materia prohibi-
toria ita Craue. per multa iura, & conſilia di-
cit in conſi. 291. nu. 34. ergo à primo ad vlti-
mum concludo expreſſum indiuiduo idem
operatur quod tacitũ, & expreſſum ſimplici-
ter de hoc dixi Conſuet. vnic. tit. 68.

PRAETEREA ex alio capite non obſtã-
te expreſſa prohibitione etiam ex cauſa
dotis à teſtatore bona prædicta pro dote poſ
87 ſunt alienari quoniam teſtator In præiudi-
cium creditorum non poteſt prohibere ex-
preſse etiam indiuidualis quin bona non poſ
ſint alienari Iaſo. & omnes communiter ſcri
bentes in d. §. diui de leg. primo. Sed pater eſt
debitor, & tenetur ad reſtitutionem dotis
88 ſolutæ filio: quoniam pater tenetur, & po-
teſt cogi ad ſe obligandum pro dotis reſtitu-
tione ſolutæ filio. Dynus in l. ſi cum dotem
§. tranſgrediamur ff. ſolut. matrimon. quem
ſequitur Cyn. Oldrad. Bartol. Paul. de Caſtr.
Angelus, Imol. Bal. & communiter ſequaces
in d. §. tranſgrediamur: Idem Papie. In ſua
Practica in forma libelli quo vxor agit ad do
tem nu. 20. Item Bal. Nouellus referẽdo com
mu. in 6. part. priuilegio 20. num. 8. Curt. Sen.
conſ. 27. nu. 13. & 14. & conſ. 28. nu. 5. Dec. in
conſi. 519. nu. 1. & 3. Corn. conſil. 25 dicit eſſe
com. opinio: Natta, in conſi. 61. nu. 3. volum.
primo Curt. Iun. in conſi. 59. nu. 6. Alex. in d.
§. tranſgrediamur, & in conſ. 67. volu. 4. nu. 5.
Iaſon. in d. auth. res quæ verſic. 5. limita, & in
gloſſa in verbo obligatio com. de leg. in conſ.
231. lib. 2. & Conſtant. Reg. in tract. de dote:
inſpect. 8. nu. 46.

89 ITERVM illa obligatio qua pater tene-
tur ſe, & ſua obligare pro dote tenetur, &
filius ſi accipit hæreditatẽ de cuius bonis, &
hæreditate agitur ſi poſt mortem filius du-
cat vxorem argumen. in l. ſi quis à liberis §.
Item reſcriptum. ff. de lib. agnoſc. Paulus de
Caſtr. conſi. 219. viſis, & conſideratis quæ ſu
pra narrantur: Circa finem lib. primo. Inno-
uis Natt. in conſil. 61. nume. 3. volum. primo
Bartholomæ. Socc. in conſil. 22. Dec. in conſ.
376. colum. 2. & d. conſi. 519. col. 2. Circa fin.

Roland.in conſi.85.Circa fin.nu.36.volum. primo Ioan.de Amicis conſil.6.viſis & ponderatis Cur.Sen.d.conſil.27.nu.14. Cœphal. in conſi.574.nu.1.lib.4 Curt.Iun.d. conſi.59. nu.6.vnde omnes prædicti Doctores dicebāt in præcitatis locis, & conſilijs quod ſicut pater ſi ſe obligauerat, bona reſtitutioni dotis non poſſet illam obligationem tollere: Ita etiam ſi non obligauit dicendum eſt quod pro obligato habetur ex eo quia pater Viuus tenetur ſe obligare argum. l. ſi finita §. eleganter ff.de damn. infect. & l.2.ff.de vitt.
90 & l.ſi creditores C.de fideicommiſſ. ergo teſtator non poterat expreſſè, & indiuidualiter in præiudicium creditoris, & ſic reſtitutionis dotis ſolutæ filio propterea pater tenetur facere donationem propter nuptias filio pro ſecuritate dotium ſoluendarum filio l.fin.§.ſancimus. C. de donat. ante nupt. Couarru.varia.reſolut.lib.3.nu.10. verſicu.4.&
91 donatio propter nuptias tanta debet eſſe quanta erat dos ſolut.fil.auth. dos data & ſoluta filio auth.dos data,& auth. æqualitas C. de donat.ante nupt.

NON obſtat ſi dicatur quod ſumus in auo, & non in patre quoniam quod procedit in filio procedit in nepote cum appellatione filiorum contineantur, & nepotes Barto.in l.liber.colum.4.& opinio Barto. teſtatur eſſe communem Dec.conſil.391.ſed collocare nepotes in matrimonium, & per conſequens ſe obligare pro dote data nepoti, & eſt fauor nepotis,& filij ergo ſicut pater tenetur ſe obligare pro dote data filio: Ita
92 & auus pro dote data nepoti, & quod appellatione patris venit auus dicit l.infra ff.de verbor.ſignifi. & tanto magis quando eadem ratio militat in patre prout eſt in caſu noſtro nam ſicut pater tenetur nominatim inſtituere vel exhæredare filium in cuius poteſtate eſt conſtitutus,§. poſthumorum Inſtit.ex hæ
93 red.liber.Ita,& auus tenetur eo modo nepotem ex filio præmortuo in cuius poteſtate eſt cōſtitutus d.§.poſthumorum. Item ſicut filius in poteſtate patris cōſtitutus habet ſuitates: Ita & nepos ex filio præmortuo.In poteſtate aui cōſtitutus habet ſuitates §. ſui Inſtit.de hæred.qualit.& differ.

ITEM prout pater filium alimentare te-
94 netur,ita,& auus nepotem l. ſi quis à liberis ff.de liber.agnoſ.& ſicut pater tenetur dotare filiam: ita & auus nepotem eſt commu. opinio relata per Iaſo in l.prima ff.ſolut.ma-
95 trim. & ſicut pater tenetur facere donationē propter nuptias filio.Ita,& auus nepoti l.cognouimus §.& dotes C de hæred.Inſtitu.ſed & dotes dare tenetur pro filiabus, & nepotibus, & donationem propter nuptias pro filijs, & nepotibus ergo à primo ad vltimum ad id quod tenetur pater pro filio tenetur auus pro nepote.

PRAETEREA ad poſitionem conſequentis ſequitur poſitio antecedentis l. ad rem mobilem,& ibi not.per gl.ff.de procur.& l.legatum eod.tit.tex.in cap. gratia de
96 ſentent. ex commu. libro 6. ſed auus tenetur collocare in matrimonio nepotes in eius poteſtate conſtitutos l. qui liberos ff. de ritu nuptia.& licèt illæ tex. loquatur de liberis tamen appellatione liberorum veniunt nepotes l librorum de verbor.ſignifica. & dixi ſupra in conſuetud. proxima nu 19.ergo, & ſe obligare pro dote data nepoti ne matrimonium impediatur cum illa obligatione reſtitutionis dotium ſit antecedens ipſius matrimonij,& ſic ſtat firma,& communis concluſio quod ſi nepos ex filio præmortuo in poteſtate eius aui conſtitutus duxerat vxorem cum dote pro reſtitutione ſe obligauerat, & omnia bona ſua feudalia, & allodialia vxor vidua poteſt pro reſtitutione eius dotium alienari facere prædicta bona eius viri non obſtante expreſſa prohibitione etiā ex cauſa dotis reſtituendæ facta à dicto auo paterno dicti viri alijs tamen bonis non extantibus vt infr.eod.dicam.

QVOD procedit etiam: In feudis quoniam nō obſtante quacumque expreſ-
97 ſa prohibitione teſtatoris poteſt feudum alienari pro reſtitutione dotium ex quo hodie: In Regno noſtro feuda ex pacto & prouidentia tam ex cauſa dotis conſtituendæ quā reſtituendæ poſſint alienari prout communiter tenent ſcribentes in cap. volentes vt dicit Cann.in d.cap.volentes nu. 28. Dom. Lanc. & ita publicæ repetendo d. capi. tenui & ab illa communi non audet Domin. Cannicius
98 recedere,& fortius in feudo nouo acquiſito ab ipſo teſtatore in largiſſima forma alienabili,& ſic dictum feudum eſt ad inſtar allodialium ſecundum Grammat. in deciſ. 103. nu. 127.ergò alienari poteſt pro reſtitutione dotium nōn obſtante expreſſa prohibitione indiuiduali teſtatoris.

ET tanto magis feudum poteſt alienari
99 pro reſtitutione dotium quando effectū eſt alienabile ex debito neceſſario puta quia fuit venditum ex quo erat oneratum quam plurimis debitis, & grauicijs relictis à dicto auo paterno primus acquiſitor feudi vltra quam plura debita in ſuo teſtamento ſe obligauerat ad ſoluendas in prædictas hyppotecando dictum feudum dictarum dotium conſi-

conſiderando quod primus teſtator non po
terat in præiudicium creditoris quamcumq;
prohibitionem facere ſaio. in d. l. diui de leg.
primo, & omnes communiter Doctor. in d.
§. affirmant vbi ibidem publicè dixi cum ſit
quod prohibitio alienationis quomodocũ-
que facta non trahitur ad alienationem ne-
ceſſariam Paul. de Caſtr. in conſil. 311. volu.
2. in nouis, & communiter Doctor. in d. §. di-
ui, & vendidit dictum feudum pro ſoluendis
debitis, & pro ſoluendis quamplurimis debi
tis, & grauicijs, & licèt venditio videatur vo-
luntaria tamen ex quo poterat cogi, & com-
pelli videtur fuiſſe ex neceſſitate vt not. Bald.
in l. nouiſſimè ff. qui ſat. dar. cogant. quia pa-
100 ria ſunt aliquid facere cohacte vel timore co.
hertionis vt not. Anch. in conſil. 159. vbi in-
quit quod poſt quam quis ſit poſſe compelli
dicitur cohactus facere licèt dicat ſponte fa-
cere Abb. Sicul. conſil. 42. libr. 1. & conſil. 60.
eod. volum. Dec. in conſ. 690. nu. 9. cum ergo
dominus tamquam hæres poterat cogi ad ſo-
lutionem dictarum dotium ab ipſo teſtato-
re eius auo dicimus quod vendidit ex neceſſi
tate ſi dictus creditor cauſauerat exequutio-
nem, & miſerat cædulam primi decreti con-
101 tra dictum feudum, & ex dicta alienatione
neceſſaria effectum fuit alienabile l. pater §.
quindecim de legat. 3. Menoch. conſil. 87. nu.
63. Idem de arbit. Iud. quæſtio. 54. nume. 24.
ergo poteſt alienari pro reſtitutione dotiũ.

RVRSVS ex magis communi doctri-
na Doctor. habetur quod non obſtante
expræſſa prohibitione teſtatoris etiã ex cau-
ſa dotis conſtituendæ quam reſtituẽdæ poſ-
102 ſunt in ſubſidium alijs bonis non exiſtenti-
bus bona prohibita alienari ex cauſa dotis
alienantur. Ita tenet Paul. de Caſtr. conſil. 80.
in nouis quod incipit quia per reſcriptum &
eximium Conſultorem libr. primo Bellon.
conſi. 83. nu. 6. & Rip. in l. fil. fam. §. diui num.
73. de legat. primo Boer. conſi. 100. nu. 5. Cir-
ca finem refert magis commun. eſſe Guid.
Pap. deciſio. 96. quam opinio. & deciſionem
refert, & ſequitur tamquam veriorem, & cõ-
munem Boer. deciſio. 29. Bal. Nouell. in tra-
ctat. de dote par. 6. priuil. 13. nu. 2. Io. Bologn.
in d. §. diui nu. 181. atteſtatur communem eſ
ſe limitationem D. Anton. Padill. in repet.
auth. res quæ nume. 117. dicit etiam com.
opi. & limitationem Cœph. conſ. 574. vol. 4.

NON obſtat Alex. conſil. 56. lib. primo
quoniam ſi dictum Conſ. conſiderare-
tur videtur quod Alex. nihil allegat, & dictũ
Alex. modificatur vt non poſſit alienari pro
dote vnde extant alia bona de quibus poſſet
congrue dotari.

NON obſtat vt Couarru. variar. reſolut.
lib. 3. cap. 6. quoniã eius oppoſitio pro-
cedit relictis filijs, & nepotibus legitimis pro
ut ipſe dicit d. l. portiones intelligi debent
quo ad filiam vt non tantum eis legitima cõ
peteret verum etiam donationem propter
nuptias quam tenetur facere pater filijs, &
nepotibus l. fina. §. ſancimus C. de donat. ant.
nupt. & l. cognouimus §. & dotes C. de hære-
103 dib. Inſtit. & quo ad filias vt poſſint eis con-
grue dotari ſecundum condecentiam, & cõ-
ditionem per notat. per Craue. in conſi. 29.

NON obſtat ſimiliter Rolan. Auall. cõ-
ſil. 85. volum. 1. ſi dicatur quod eſt facta
prohibitio expræſſa etiam ex cauſa: non
poſſunt alienari bona pro dote quoniam d.
Rolan. Aualle in d. conſ. concludit quod pro
cedit ex quo extabant alia bona ex quibus
mulier poterat congrue dotari: ergo firmata
104 eſt noſtra concluſio bene vt verior, & ma-
gis com. opinio quod non obſtante prohibi-
tione expræſſa etiam ex cauſa dotis poſſunt
in ſubſidium alijs bonis non exiſtentibus bo-
na prohibita alienari pro cauſa dotis tam cõ
ſtituendæ quam reſtituendæ per communes
opiniões ſupra relatas. vltra quod illud quod
procedit ad dotem conſtituendam procedit
etiam ad dotem reſtituendã extat commu.
105 opinio relata per Villalob. in verbo aliena-
ri nume. 87. Couar. variar. reſolut. libr. 3. cap.
6. nu. 10. verſic. quarto commun. etiam refert
non obſtante quod dos ſit accepta poſt gra-
uamen appoſitum, mortuoq; teſtatore vxor
ipſa quæ dotem dederit minimè ignoraue-
rit ipſius grauaminis conſtitutionem eandẽ
communem referunt Roland. conſil. 85. nu.
92. Barto. Socc. conſil. 23. colum. 2. volum. 3.
Dec. in conſil. 376. colum. 1. & ſequentibus
conſilijs nu. 2. Lanz. in repet. cap. volentes de
alie. feud.

ET ſi dicatur quod fuit facta per teſtato-
rem quod dotes conſtituendæ ſeu reſti-
tuendæ ſoluantur ſuper fructibus bonorum
feudalium, & allodialium, reſpondetur ex
106 quo fructus non ſufficiunt ad dotium reſtitu
tionem poteſt deueniri ad alienationem bo-
norum prohibitorum, nam illa verba ſuper
redditibus apparent limitatiuè tamen intel-
ligi debeant demonſtratiuè quoniam quan-
do teſtator diſponit quod ſoluantur cenſus
titio qui velit, & ſolui debeat ex redditibus
107 talis loci tunc redditus illi appoſiti gratia dè-
monſtrationis vnde ſi redditus non ſufficiũt
hæres cogi poteſt ad totum ita refert Paul.
de Caſtro in conſil. 329. quia exceptiones vo
lum. 1. à fortiori in caſu noſtro non ſolum te
ſtator voluit quod ſoluantur dotes ſed etiam

& leges

& leges volunt non obſtante quacumq; pro hibitione etiam indiuiduali vnde licet fuerit aſſignatum quod dotes ſoluantur ſuper fructibus ex quo fructus non ſufficiunt, poſſunt bona prohibita alienari, nam ſolutiones do-
108 tium non poſſunt differri ex quo mulieres remanerent indotatæ quod fieri non poteſt l. de die cum duabus ll. ſequẽtibus ff. de pact.
109 dotali: Præterea dos, & alimenta æquiperantur gloſſ. in l. ob es C. de præd. mino. Immo maior ratio dotis quam alimentorum eſt, vt dicit Cyn. in l. prima C. de alien. libero. Bald. Saly c. in l. nec C. de priuil. dot. ſed quando eſt
110 factum legatum alimentorum ſuper fructibus cum prohibitione alienanti ſi fructus nõ ſufficiunt prohibita alienari alienantur Crauetta: in conſi. 25. nu. 31. ergo idem pro reſtitutione dotium ſi fructus non ſufficiunt idẽ dicit Salua. in conſi. 80. nu. 15. quod non obſtã te quacumque prohibitione teſtatoris etiam
111 indiuiduali pro reſtitutione dotium ſi fructus non ſufficiunt poſſunt alienari bona alienari prohibita, & ſi dicatur ſi bona prohibita ſunt fructus ſufficientes ad reſtitutionem dotium reſpondetur quod mulier pro recuperatione ſuarum dotium habet actionem in agendo. aduerſus bona prohibita alienari Craue. conſi. 19. num. 18. volum. primo Curt. Senior per multa iura, & conſilia in conſ. 27. nu. 17. Dec. in conſil. 19. In fine, & tanto plus ſtante pacto adiecto in contractu dotali in quo fuerunt hypothecata omnia bona vnde
112 ſine aliqua ſucceſſione poteſt agere mulier pro reſtitutione ſuarum dotium non tantũ ſuper bonis allodialibus prohibitis verum etiam, & ſuper feudalibus ſi fuerint ſpecialiter obligata per tex. in l. creditoris ff. de pign. facit in terminis Afflict. ſuper conſtitutione Regni ſi dominus vaſſallorum rub. 12. lib. 3. nu. 6. Idem Afflict. in conſtit. ſi quis poſt litẽ,
113 rub. 97. lib. primo nu. 13. Item mulier ſi hone ſtè nubere non poteſt niſi det omnia bona fideicommiſſo ſubiecta viro poteſt dare: Ita Pau. Bald. & Iaſon. in d. auth. res quæ Fulg. in conſil. 32. colu. 1. in fine quos citat Roland. in conſi. 83. nu. 4. volu. 1.

PRAETEREA dato, & non conceſſo quod quæſtio noſtra eſſet dubitabilis tamen quia ſumus in dote pro dote eſt decidẽ dum l. in ambiguis de iur. dot. Immo à fortiori dato, & non conceſſo quod opinio noſtra ſupra firmata per ampliſſimas communes & magis communes ſit ſingularis tamen quia tractatur de dote, & de publica vtilitate, & de damno euitando tamquam humanior, & rationabilior ac æquior dicta ſingularis opinio præferri debet ita Hoſtienſ. & Pano. In cap. ſicut extra de conſang. ſpirit. & Barba. in conſil. 516. vltimo dicunt licitum recedere à communi opinione pro dote, & cum opinione ſingulari contra com. pro dote iudicãdum eſt Machagno. de Azoguid. in tract. cõmun. opin. lib. 2. tit. 9. caſu ſecundo in 2. vol. com. opi. fol. 340.

SED an dicta auth. res quæ C. commun. delegat. procedat ſi fideicommiſſum præceſſit dotis cauſam Iaſo. ibi nu. 29. dicit quod non Pariſ. in conſil. 52. nu. 34. & conſil. 63. nu. 46. volum. 2. vbi commu. dicit. Sed communis alia eſt incontrarium relata per Laurent. Chirco: in concluſi. 21. Cent. 1. in 2. volum. commu. opinio: fol. 11. qui dicit quod eſt verior, & crebior opinio, & primæ opinioni contrariæ reſpondet Roland. qui idem tenet in conſil. 85. volum. primo nu. 34. & an dicta auth. res quæ procedat in dote conſtituenda vel reſtituenda deſcendentibus tantum Iaſ.
114 in d auth. res quæ dicit quod ſic quem refert Villalob: in ſua Coll. com. opi. In verbo alienari nu. 80. in primo vol. com. opinio. fol. 69. vbi communem dicit.

115 QVAERO præterea vltimo an ſi vxor relinquatur à viro domina, & vſufructuaria bonorum ipſius viri ſi dotem nõ petierit, & ipſa dotem petat an amittat legatũ tale dic quod ſic, niſi hæredes ſponte ſoluerint ita dicit Roland. in conſil. 74. nu. 27. vol. 2. & tale legatum datis filijs regulatur quo ad alimenta, & habitationem in domo vt ibi per Roland. tu adde commu. opinionem relatam per Vini. In ſua Colletta com. opinio: In opin. 446. libro primo magis communem dicit Alex. in conſi. 56. volum. 3. magis com. etiam dicit Matth. Iur. conſult. in verbo vxor in primo volum commun. opinio: fol. 343.
116 ſecus quando vxor relinquitur vſufructuaria non exiſtentibus filijs vt per dictos Doctor.
117 dicitur, & quando relinquitur domina alicuius feudi habet electionem vel accipere vſufructum vel proprietatem dicit Menoch. in conſi. 10 nume. 11. in primo volum. & idem quando relinquitur vſufructuaria ſecundum Tiraque. in l. ſi vnquam: in verbo libertis nu. 108. fol. 60. ponit regulam Duenn. & limitat tribus modis in regula 244. volum. 2. & in regul. 245. eod. volum. vbi dicit quid quando
118 relinquitur domina, & vſufructuaria à marito toto tempore vitæ ſuæ vide latè per Caualc. materiam hanc tractantem in ſuo tractde vſufruct. mulier. relicto ponit regulam cum multis ampliationibus, & limita. Gabriel. in titul. de vſufruct. concluſio 2. libr. 5.
119 & ſi vxor relicta domina. & vſufructuaria arbores fructiferas hæreditatis inciderit ad intereſſe hæredibus viri tenetur, & vſufructu

priua-

priuatur dicit. Idem Roland. in conſi. 49. nu. 13. volum. 2.

TITVLVS XV.

De tempore reſtitutionis dotis lucrifatione lecti cum infraſcripto apparatu, per maritum ſumptibus funerum per eum in perſonam vxoris faciendis.

CONSVETVDO VNICA.

CONSVMATO matrimonio inter iugales, & vxore præmortua ſine liberis ex ipſorum matrimonio non ſuſceptis ſi virgo fuerit aut vidua maritus lectum cum meliori apparatu ſuo videlicet, Cortina, Inborlacchio, Copertorio, pari vno Linteaminum, Mataraccio, Plomatio, & Maxillario, de melioribus con ſequatur. Ita tamen quod maritus ipſæ non repetat quod in ægritudine vxoris expendit: & quod ipſam vxorem ſuis ſumptibus de ſuo proprio honorifice, ſecundum paragium ſepelliri facere teneatur: & quod arneſium iugalia, rauba, & alia ſupellittilia in dotem tradita: quæ extant reſtituantur ſicuti extant cum bonis ſtabilibus incontinenti: non obſtãte quod fuerint extimata, ad reſtitutionem vero arneſij quod tempore conſtantis matrimonij ſecundum arbitrium iudicantis potuit conſumi: & conſumptum eſt: nullatenus teneatur: de reliquis vero bonis mobilibus quę non extant eorum æſtimatio reſtituatur poſt annum.

SVMMAE.

1 *Vir mortua vxore ſine liberis matrimonio conſumato lectũ cum meliori apparatu lucratur & nu. 5.*
2 *Matrimonium conſumatum dicitur per carnis coppula & nu. 12.*
3 *Matrimonium quando dicatur contractũ remiſſiue.*
4 *Matrimonium quomodo impediatur.*
5 *Statutum de lucro dotis valet.*
7 *Statutum de lucro dotis eſt contra ius.*
8 *Dotis lucrum dicitur peruenire marito ex cauſa onerosa.*
9 *Lucrum perueniens vxori ex bonis mariti ex cauſa lucratiua peruenire dicitur.*
10 *Vxor non ſubſtinet onera matrimonialia.*
11 *Statutum de lucro dotis an procedat matrimonio contracto vxore ad domum viri ducta non tamen conſumato.*
13 *Dotarium mulieri non debetur niſi matrimonio conſumato.*
14 *Matrimonium ſi per momentum durat non habet locum lucrum dotis intellige vt nu. 15.*
16 *Dotis lucrum an detur viro capienti ſeſſagenariam vel impotentem ad procreandum remiſſiue.*
17 *Statutum de lucro dotis an habeat locum vxore ingrediente monaſterium.*
18 *Melior apparatus cum lecto debetur marito.*
19 *Matrimonio non conſumato mulier ingredi poteſt religionem etiam inuito viro ſecus matrimonio conſumato.*
20 *Dotis lucrum an debeatur viro de dote promiſſa non ſoluta.*
21 *Dare, & promittere idem ſunt.*
22 *Statutum de lucranda dote habet locum in dote promiſſa mora exiſtente ſecundum com. opi. & ſecundum magis com. nu. 23.*
24 *Et quid in noſtra conſuetudine.*
25 *Verba ſequentia declarant præcedentia.*
26 *Verbum petatur exponitur repetatur.*
27 *Statutum loquens de dote data non verificatur in dote promiſſa ſecundum communem opinio. Intellige nu. 28.*
29 *Statuti qualitates debent ad vnguem obſeruari.*
30 *Statutum de lucro dotis an procedat in dote data à muliere minore.*
31 *Lucrum dotis an debeatur de dote tacitè conſtituta.*
32 *Maritus an poſſit vxorem expellere ſi dos promiſſa non eſt ſoluta*
33 *Vxor non alimentatur propter dotem ſed quia vxor.*
34 *Maritus an & quando teneatur alere vxorem remiſſiuè.*
35 *Statutum de lucro dotis an habeat locum in dote cõfeſſata, & nu. 40.*
36 *Dos confeſſata non dicitur propriè dos intellige nu. ſeq. & nu. 39.*
38 *Dos confeſſata habet exequutionem paratam etiam contra minorem.*
41 *Statutum de lucranda dote an procedat in matrimonio putatiuo.*
42 *Lucrum dotis an debeatur de bonis exiſtentibus extra territorium ſtatuentium.*
43 *Legatum ab vxore factum viro an compenſetur cũ lucro dotis, & quod compenſetur eſt magis com. opinio nu. 44.*
45 *Argumentum lucri dotis an debeatur viro.*
46 *Statutum de lucro dotis an procedat in dote data filia ſpuriæ.*

47 *Lucri*

47 *Lucri dotis actio an tranſeat ad hæredes intellige vt nu.48.*
49 *Vir ſi expulit vxorem de domo non lucratur lectum cum meliori apparatu.*
50 *Medicum ſi non apportat vir vxori non lucratur meliorem apparatum.*
51 *Vir an teneatur perquirere medicum extra ciuitatẽ pro vxore.*
52 *Lucrum dotis non debetur ſuper bonis feudalibus.*
53 *Statutum de lucro dotis iudicatur ſecundum ſtatuta domicilij viri non ſecundum ſtatuta domicilij vxoris ſecundum com. opi.*
54 *Domicilium habitationis, & non originis conſideratur eſt communis opinio.*
55 *Dos ſi detur in pecunia numerata vel in re ſtabili an debeatur lucrum dotis.*
56 *Statutum de lucro dotis an habeat locum filijs natis mortuis.*
57 *Statutum de lucro dotis an procedat datis filijs primi matrimonij.*
58 *Vir ſi ſe obliget reſtituere dotes datas an lucratur lectum cum meliori apparatu, & nu. 61.*
59 *Promittens reſtituere dotes integras, & totas intelligitur caſu quo dos ſit reſtituenda.*
60 *Legata omnia ſoluere promittens hæres intelligitur ſaluo l. falcidiæ.*
62 *Integrum intelligitur ſine diminuitione.*
63 *Lucro dotis vir renuntiare poteſt.*
64 *Ciuis præſumitur habere notitiam ſtatuti Ciuitatis.*
65 *Statutum de lucro dotis an procedat ſi extraneus dotauerit, & ſtipulatus fuerit dotem ſibi reddi.*
66 *Vir ſi renuntiauit enim legum auxilio an debeatur lucrum dotis.*
67 *Clauſula omni ll. auxilio inducit renuntiationem beneficij ſtatuti, & legis municipalis,*
68 *Vxor ſi committit adulterium an debeatur lucrum dotis.*
69 *Statutum de lucro dotis ſi non eſt vſu receptum non eſt in conſideratione.*
70 *Vir tenetur facere expenſas vxori in ægritudine.*
71 *Vir an tenetur alere vxorem.*
72 *Vir tenetur honorificè ſepelliri facere vxorem.*
73 *Expenſa funerum regulariter debent ſolui de penſione morientis.*
74 *Funeris expenſas an teneatur facere vir pro vxore, & nu.75.*
76 *Funeris priuilegia multa remiſſiuè.*
77 *Melior apparatus debetur viro vxore mortua, & quod coſtet quod ſit mortua.*
78 *Paraſreualia bona quando reſtituantur.*
79 *Aeſtimatio an operetur.*
80 *Dos quando reſtituatur, & nu.82.*
81 *Vir habens tempus legale ad ſoluendum an poſſit cogi præſtare fideiuſſionem de ſoluendo tempore ſtatuto.*
83 *Perularum coronæ quando reſtituantur.*
84 *Iugalia quando reſtituantur.*
85 *Veſtes prætioſè an reſtituantur matrimonio ſoluto.*
86 *Pecunia numerata quando reſtituatur.*
87 *Nomina debitorum ſoluto matrimonio quando reſtituantur.*
88 *Annui redditus quando reſtituantur ſoluto matrimonio,*
89 *Fructus dotis an pro ratha anni diuidantur ſoluto matrimonio.*
90 *Aeſtimatio facit emptionem.*
91 *Dos ſi promiſſa eſt reſtitui eo modo, & forma prout fuit ſoluta quomodo reſtituatur.*
92 *Hæres mariti defuncti etiam diues non tenetur reſtituere dotes infra annum ſi in mobilbus conſiſtit limita nu.93.*
94 *Dictio incontinenti, intelligitur cum aliquo tempeeamento.*
95 *Bona mobilia quæ non extant reſtituuntur poſt annum ſcilicet eius æſtimatio.*
96 *Arneſium conſumptum arbitrio iudicis vir reſtituere non tenetur ſoluto matrimonio.*
97 *Bona mobilia data in dotem multis datis denarijs æſtimata pro quibus aſſignauit certa bona quomodo reſtituantur.*
98 *Dotis reſtitutio quomodo fiat remiſſiuè.*
99 *Mulieri pauperi dum non ſoluitur dos alimenta debentur.*
100 *Vſura pro dote non ſoluta an debeantur.*
101 *Inter vſurium dotis dum non ſoluitur dos debetur,*
102 *Mulier poſt annum non petit alimenta ab hæredibus viri.*
103 *Alimenta an debeantur vxori ab hæredibus viri ſi habet vnde ſe alat.*
104 *Dos an poſſit ſolui ante annum ab hæredibus viri defuncti in præiudicium alimentorum.*
105 *Mariti bona pro alimentis vxoris non ſunt tacitè obligata.*
106 *Vxor tenetur operare hæredibus viri quando ab eis ei alimenta dantur.*
107 *Alimenta vxori à marito relicta an debeant præſtari in domo hæredum.*
108 *Dotis in reſtitutione attenditur ſtatutum domicilij viri, & non contractus.*
109 *Expenſa facta in lite rei dotalis an minuant dotem.*
110 *Maritus quando habeat electionem reſtituendi res dotales vel prætium remiſſiuè.*

CONSVMATO matrimonio diuiditur in quinque partes iſte tex. In prima ponit vnum dictũ in 2. dicit quid dicatur lectus cũ meliori apparatu, in 3. declarat ipſum dictum tribus modis, in 4. ponit aliud dictum, in 5. & vltima dicit quando reſtituãtur bona mobilia quando non extant, 2. Ibi videlicet. Cortina: 3. Ibi ita tamen 4. Ibi ad reſtitutionem vero 5. & vltima ibi de reliquis vero.

SVMMATVR HOC MODO vxore ſine liberis præmortua matrimonio cõ-
1 ſumato vir lectum cum meliori apparatu lucratur

eratur dummodo quod expenſas, in ægritudine, & obitus per eum factas non repetat: & eam ſepellire faciat: & iugalia ſupellectilia, & alia ſicuti extant ſtatim cum bonis ſtabilibus: reſtituantur, & quæ non extant eorum æſtimatio poſt annum, & arneſium conſumptum non reſtituitur de quo ſtabitur arbitrio iudicantis.

ET etiam mulier apparatus viro mortua uxore debetur: ſi uir eam ſuis ſumptibus ſepellire fecerit, per Conſuetud. Meſſanæ capitu. 12. in §. ſed, & ſi vir verba cujus hæc ſunt: ſed ſi uir uoluerit eam propriam ſumptibus ſepellire lectum cum toto apparatu ſuo qui fuerit prima nuptiarum matrimonij habere debet ſi extat ſi autem non extat cum meliori apparatu qui eo tempore in domo inuenitur, & cæter. Idem quaſi diſponitur per Conſuetudinem Panhormi capitu. 43. ſub titul. de dotibus, & hæredit. diuiſio. & aliud lucrum datur uiro mortua uxore per Conſuetud. Syracuſar. capitul. final. quia lucratur quartam partem pecuniæ.

1 IN TEXT. Ibi matrimonio conſumato intellige ſcilicet per carnis coppulam Doctor. in capitu. veniens de ſponſal. & matrimon. capit. ſecundo ubi Doctor. de con-
3 uerſi. coniugar. ſed quando dicatur contractum matrimonium uide Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. in rubric. 4. §. 23. deuerſ. Mariage: uerſicu. ſcilicet ad prædicta nume. 5. fol. 199. & quibus modis contrahatur matrimonium uide per Villalob. in Collect. commun. opinio. In uerbo matrimonium nume. 32. & ſequent. in primo uolum. commu. opinio: fol. 133. uide ſacroſanct. concil. Trident. capit. 1. ſeſſion. 24. de reformat.
4 & quomodo impediatur vide eumdem Villalob. in loco prædicto, & quomodo probetur matrimonium conſumatum fuiſſe vide Fanum de Fanuc. In titulo de lucro dotis in tractatu de dote nume. 89. & ſequen. fol. mihi 529. vide Roland. de lucro dotis quæſtio. 108 qui communem quæſtionem dicit vide ſupra in Conſuetud. vnic. tit. 3. immo ſi ſtatutum hoc non diceret de conſumato intelligeretur: ita communem dicit Hyppol. ſingul. 106. & ibi dicit quod etiam procedit in proxima, cognoſcenda a viro de qua quæſtio. tamen dicam infra eodem nume. 11. in verſ. ſed quæro.

5 NOTO primo ex iſto text. quod vxore præmortua ſine liberis ſiue virgine ſiue vidua vir lucratur lectum cum meliori apparatu prout in tex. vnde eſt quoddam lucrum
6 dotis, & tale ſtatutum valet de iure eſt magis com. opi. quam refert Rolan. Auall. in cõſil. 46. nu. 5. in 4. volum. & in tractat. de lucro
7 dotis in Præludijs, & prædictum ſtatutũ eſt contra ius, & ſtrictè debet intelligi: Idem Roland. in d. conſi. 46. nu. 18. & in dicto tract. de lucro dotis quæſtio. 2. vide Aret. in tit. de patria poteſt.: & in tit. per quas perſonas nobis acquir. §. primo Paul. de Caſtr. in l. ſi marito ff. ſolut. matrimo. & per Roland. in d. tracta. de lucro dotis, & per Viuium, & Soarez: in locis inferius alligandis, & ſimile ſtatutum eſt Mediolani, de quo mentionem facit Caſſan. in Conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 6. in princi-
8 pio fol. 146. & an hoc lucrum dicatur peruenire marito ex cauſa oneroſa dic quod ſic, ſicut, & dos ſecundum Iaſo. in l. ſi donatur us §. ſi quis indebitam num. 13. ff. de condict. ob cauſ. Ioan. Crot. in repet. l. ſi conſtante in 2. lect. nu. 98. ff. ſolut. matrim. Ruy. in conſ. 102. nu. 5. volum. primo Iaſ. in l. Neſennius nu. 3. ff. de re iud. idem Ruy. in conſ. 104. nu. 2. verſ. 4. ad hanc materiam eo. volu. Dec. in conſil. 40. nu. 7. magis com. dicit Roland. in conſ. 74. nu. 60. volu. primo com. dicit Pariſ. in conſil. 127. in principio libr. primo quia ſubſtinet onera matrimonij, & ſimiliter dicitur de augmento dotis quod augmentum regulatur ſecundum augmentum dotis Alexan. rubr. in conſi. 25. nu. 8. ſed com. quam dicit Cagn. in l. in eo. ff. de reg. iuris, & Villalob. in verbo lucrum nu. 138. Lau. Chirco: in Coll. com opi. In litera l. concluſ. 35. Centur. 2. in 2. volum. commu. opin. & hoc procedit inſpecta cauſa proxima vt ibi per tur. commu. dicit tu vide Roland. in tractat. de lucro dot. quæſt. 4.
9 & Pariſ. in dicto conſil. 127. & in vxore lucrũ quod ei debetur dicitur peruenire ex cauſa lucratiua Boer. in deciſi. 144. nu. 2. ſecundum Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem nu. 30. inſtitu.
10 de action: maximè quia vxor non ſubſtinet onera matrimonij ſicut de dote dicitur, & quo ad eam communem dicit Soarez: in ſua coll. com. opi. In verbo dos nu. 304. dicam in conſuet. vnica tit. ſeq.

11 SED quæro an hoc ſtatutum procedat ſi matrimonium fuerit contractum, & vxor an domum viri ducta, non tamen fuerit conſumatum Angel. in §. fuerat inſtit. de actio. nume. 3. dicit quod ſic, & ibi ante nu. 41. refert commun. opinion. Soarez: in ſua Coll. com. opin. In verbo maritus nu. 58. vbi plus dicit quod non requiritur vxoris in viri domum deducto ex mente Rolan. in d. tract. de lucro dot. q. 16. nu. 9. & in ſimili idẽ dicit Duenn. in regu. 240. incip. vir præmortua volum. 2. vide duas commu. opiniones relatas per Villalob. In verbo dos nu. 109. vide Viu.

In ſua Collett. commun. opinio : in opinio :
319. volum primo ſed in caſu noſtro incon-
trarium eſt veritas nam text. noſter clarè di-
cit quod vir lucratur lectum matrimonio
12 ſoluto conſumato quod intelligitur per car-
nis coppulam capit. 2. & ibi Doctor. de con-
uerſ. coniug. extra, ſentit Bald. in conſil.
467. propè finem volum. 4. In fine ſicut
13 etiam dotarium mulieri non debetur niſi
conſumato matrimonio vt dicit Dominus
Lanz. In capitu. volentes de alien. feud. In
verbo quare : In ſecundo not. in 2. limitat.
dixi ſupra in conſuetu. vnica tit. 13. num. 26,
& nu. 63.

ERGO ſupradicta incontrarium addu-
cta non procedunt in caſu noſtro ſed
in alio ſtatuto ſimpliciter loquente mulie-
re præmortua : in matrimonio, & non di-
cit conſumato vide quæ dixi ſupra in eod.
in text. ali. & ſupra in Conſuetud. vnica ti-
14 tul. 13. nume. 25. & quid ſi matrimonium
per momentum duret Villalob : in Collett.
commun. opinio : in verbo maritus nume.
15. dicit quod non debetur, vbi commun.
refert ex Tiraquell. in l. ſi vnquam de re-
uocatio. donatio. In verbo donatione lar-
15 gitus nume. 185. Sed intellige commu. Vil-
lalob: quando non eſſet matrimonium con-
ſumatum ſecus ſi conſumatum eſſet maxi-
mè ſi vir expenſas in matrimonio feciſſet vt
ſentit Tiraquell. in dict. l. ſi vnquam nume.
16 184. & an procedat in capiente vxorem ſeſ-
ſaginariam vel viri impotentem ad procre-
andum vide Roland. in dict. tractat. de lucr.
dot. quæſtion. 103. & quæſtion. 104. Fanuc.
de Fanuc. in dicto tractat. gloſſ. 3. fol. 531. vi-
de quæ dixi ſupra in dicta Conſuetud. vnica
titul. 13.

17 ITEM quæro quid ſi vxor ingrediatur
monaſterium ante coppulam poſt matri-
monium per verba de præſenti contractum
an habeat locum hæc conſuetudo : Iaſon: in
l. ſi deceſſerit nume. 11. ff. qui ſatiſdar. cogat.
dicit quod ſic idem Iaſo. in conſil. 135. lib. 2.
vbi refert commun opinio: Roland de lucr.
dot. quæſtio. 95. commun. etiam dicit Viui.
in opinio. 319. volum. primo Soarez: in dict.
Collett. in verbo maritus nume. 58. Secus ta-
men eſt in caſu noſtro, quia matrimonio
18 conſumato debetur lectus cum meliori ap-
paratu viro cum conditionibus in text poſi-
tis, & maximè ſi mulierem honorificè ſepel-
liri faciat, & quod expenſas in ægritudine
non reperat, quæ non eſſent ingrediendo re-
19 ligionem, & intelligas primum dictum ma-
trimonio non conſumato quia mulier tunc
poſſet ingredi religionem etiam inuito viro
aliàs eo conſumato non poſſet niſi vir ſacros
ordines acceperit vel Epiſcopus effectus fue-
rit cap. 2. & c. coniugatus extra de conuerſ.
coniug. Ita dicit Soarez: in d. loco nu. 58. &
Roland. in d. quæſtio. 95. vnde vt haberet lo-
cum hæc conſuetudo omnia hæc requiran-
tur ſcilicet ſi ex parte viri purificatæ eſſent cō-
ditiones in tex. poſitæ.

20 QUÆRO vlterius an marito debe-
tur melior apparatus de dote promiſ-
21 ſa, & non ſoluta, & videtur quod ſic quia
dare, & promittere ſunt idem l. ſiria. C. ad l.
Falcid. l. prima ſecunda, & tertia C. de dot.
promiſ. commun. dicit Roland. de lucr. dot.
quæſtio. 5. nume. 4. Cephal. in conſil. 336. ſed
commu. opinio: eſt quod non in ſtatuto lo-
quente de dote data quam refert idem Ro-
land. in d. tractat. de lucro dot. quæſtio. 6. nu.
3. magis commun. dicit Viui. in dict. opinio:
319. in 3. limitat. & quid erat promiſſa ſub
die, & adhuc dies non venit moritur inte-
rim vxor vide Bartol. in l. iubemus. §. ſane
ll primo. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & ibi Ale-
xan. In Apoſtillis Viui. in dicta opinio. 319.
22 Sed quando promiſſor fuit in mora dandi
dotes, debetur lucrum dotis, & eſt communi.
opinio vt dicit Bald. in l. prima in 2. colum. ff.
de dot. promiſſ. Angel in conſi. 80. Alexand.
in conſil. 63. nu. 19. In 4. volum. refert com-
mu. opinio. Laurent. à hirco: in 2. volu. com-
mu. opinio: in concluſio. 51. nume. 13. Incip.
ſtatutum de dote fol. 63. Michael Grail, in
quæſtio. 13. cap. 3. lib. primo in 2. volum. com
mun. opinio. fol. 107. vbi magis commu. opi-
23 nio: dicit, quod ſtatutum de lucrando do-
tem habet locum in dote promiſſa mora exi-
ſtente qui tali caſu poteſt dici quod per eum
24 non ſtat reſtituere vnde in caſu noſtræ Con-
ſuetudinis marito non debetur melior appa-
ratus dotæ promiſſa, & non tradita vxore præ
25 mortua quia per verba ſequentia declaran-
tur præcedentia l. ſeruus plurium §. fina. ff. de
leg. primo, & l. vtrum de petit. hæred. l. hære-
des palam §. non ff. de teſtam. nam illa verba
in text. poſita ſcilicet quod dos reſtituatur
præſupponunt dotem datam quia ſi non eſ-
ſet tradita non reſtitueretur, cum reſtitu-
tio præſupponat traditionem ſicut priuatio
præſupponit habitum. l. decem, ff. de ver-
bor. obligatio. cum ſimili, & illa verba ibi
in dotem tradita. Item etiam in text. no-
ſtro ſunt etiam illa verba ibi ſicuti extant
reſtituantur ſicut Doctor. communiter
26 exponunt verbum petatur ideſt, repetatur
in rubric. ff. ſoluto matrimonio debet ergo
dos reſtitui vt ſit locus lucro melioris appa-
ratus dicit Viui. in opin. prædicta 319. in 3. li-
27 mit. & in caſu quo ſtatutum loquitur de do-

te data

te data non verificatur in dote promiſſa eſt commun.opinio: rel. per Boer. in deciſi.22. nume. 13. Bec. in conſil. 53. nume. 5. dicit Lauren.Chirco: in 2.volum. commu. opin. In concluſio.50.nume. 22.Incip.ſtatuto Luccenſi fol. 62. vbi commu. dicit niſi ſit in mora promiſſor vt dicit idem Chirco: in dicta concluſio. & licet Soarez: in d. verbo maritus nume.55. dicat ſtatutum in dote data intelligi de dote promiſſa, & refert commu.& dicit plus ſibi placere hæc opinio: quam Boe. in d.deciſ.22.

ET ita concludam in hac materia ſtante quia ſtatutum noſtrum loquitur de dote data reſtituenda vt non verificetur in dote promiſſa vt dicit Roland.in d. quæſtio. 6. niſi
28 interueniat mora quia tunc tale ſtatutum in dote promiſſa verificatur ne debitor ex mora lucrum ſentiat vt dicit Roland. in d. quæſtio. 6. nume. 3.& Chirco: in concluſio. 51. Michael Graſſ. in concluſio. prædicta in dict. quæſtio.23.lib.primo non verificatis qualita-
29 tibus ſtatuti non debetur lectus quia ſtatuti qualitates debent ad vnguem adimpleri, & verificari vt habeat locum eius diſpoſitio, vt per multa dicit Tiraquell.in tractat. de retract. Lignag.§.8.gloſſ. 7. in principio, & dixi ſupra in Præludijs in quæſtion.17. & quid de iure quando eſt in partem ſoluta vide Roland.ibi quæſt. 10. & an ob dotem non ſolutam vxor poſſit à viro expelli dicam infr. eo. nume.32.

30 SED an debeatur lucrum dotis quando dos eſt data viro à muliere minore Menoch.in conſil. 100. nume.32.dicit quod ſtatutum hoc comprehendit etiam minorem Roland. de lucro dot. quæſtio. 44. Idem dicit: ſed tu dic quod non ſine ſollennitatibus dos fuit conſtituta niſi ſtatutum ipſum conſtituat dotem quia tunc poſſet dari viro ſine ſollennitate, & lucrum à ſtatuto deberetur: Ita Caualc. in dict. tractat. de tutor.& curato. nume. 195. fol. 98. Roland. de lucr. dot. quæſtion. 45. vnde in ſtatuto noſtro debetur etiam à minore vxore, quia cum lucrum dotis noſtrum ſit de mobilibus ceſſat difficultas quia in eis vir habet lucrum cum in dote tali conſtituenda, & alienanda non requiri tantum ſollennitates vt dicit Roland. de lucr. dot. in dict. quæſtio.45.

31 ET an lucrum dotis debeatur de dote tacitæ conſtituta vt quia mulier ſimpliciter nubit nulla facta dotis mentione vide Menoch. in conſil. 5.volum. primo Ioſeph: Ludouic. in deciſio. 99. volum. 2. vide quæ dixi ſupra in Conſuetud. proxima, & Roland.in d. tractat. quæſtio.75. & quæſtio.89. Vide Vrſill. ſuper 91. deciſio. Affli. vbi dicit quod ſic commun em dicit Rolan. in d.q.75. vide ibi in quæſt.ſeq.

32 SED ſucceſſiuè circa materiam dotis quæro an maritus poſſit vxorem expellere, & eam non alimentare ſi dos promiſſa non eſt ſoluta mora debitoris dic quod ſic per l. fina. C. ad Velleia. l. ſi donatarius. §. primo ff. de condict. cauſ. data Neuizan. in Sylua nuptial. In verbo non eſt nubendum nume.45.Boer.in deciſione 22. eſt commu. opinio: relata per Villalob: In ſua Collett. commun. opinio: In verbo maritus nume. 14. Fallit tamen in tribus caſibus vt ibi ipſe dicit ſed Franciſ. de Curt. in conſil. 62.
33 volum. ſecundo, dicit quòd vxor non alimentatur propter dotem ſed vti vxor, &
34 an & quando vir tenetur alere vxorem vide not.per Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubric. 4. §. 23. In verbo de mers, de mariage verſicu. prima eſt nume. 14. & ſequent. fol. 362.vide Roman.in conſil. 517. & dicam infra eodem, & quid quando vir, non ſubſtinuit onera matrimonij vide Bald.in l. dos data. C. de donatio. ante nupt. vbi dicit quod non faciunt quæ infra dicam in Conſuetud.
35 ſequent. Item quæro an hoc ſtatutum procedat in dote confeſſata videtur quod non
36 quia dos confeſſata non dicitur propriè dos l.prima C. de donation. caut. non. mime. & non habet priuilegia veræ dotis aduerſus tertium vt dicit Tiraquell. in tractat retract. conuent. §. 4.gloſſ. 6. nume. 14. Roland. in conſil. 20. nume. octauo volum. 4.Item dos confeſſata vbi non coſtat realiter eſſe numeratam non habet priuilegium prælationis contra ſuos creditores eſt commun.opinio relata per Ioan. Ficard. In loco prædicto vbi limitat quando creditores nihil habeant præter litterariam cautionem ſuper eorum creditis vt ibi per eum, & nec iuramento firmatur eſt commun. opini. quam refert Villalob : In verbo confeſſio nume. 154. durante tamen matrimonio: Idem Villalob: In verbo dos nume. 173. & ſequent. Immo quando talis confeſſio eſt facta conſtante matrimonio, & eſſet exceptioni nonnumeratę dotis renuntiatum quia dicitur infra eodem legis facta non nocet eſt magis cō. mu.opi. rela. per Villalob: in ſua Coll. com.
37 opi.in verbo confeſſio nu. 158. ſed iſtud non procedit poſt tempus opponendi exceptionem nonnumeratæ dotis vt dicit Alex.rubr. in conſi.78.nu.9.vbi refert com.opi. Rolan. in d. conſil. 20. nu. 14. & 15. volum. primo, nam tunc dos habet priuilegia veræ dotis

eſt commu. opin. rela. per Afflict. in deciſio.
402. Laur. Chirco. In ſua Coll. commu. opin.
in littera c. concluſio. 47. in 2. volum. com.
opinio: folio mihi 15. niſi de fraude conſta-
ret vt idem Afflict. in d. deciſ. 402. in fin. Bel-
lo. in conſil. 49. nu. 5. vide limitatio: Villalob:
in verbo dos nu. 175. & ſeq. latè hanc mate-
riam tractat, & diſtinguendo Ioſeph: Ludo-
uic. in deciſio. 66. volum. 2. item, & dos con-
38 feſſata habet exequutionem paratam etiam
contra minorem licèt non in reſtitutione vt
dicit Gramma. deciſio. 103. nu. 15. & hyppo-
thecam etiam habet vt dicit idem ibidem,
& de dote confeſſata vide Bello. in conſil. 4.
vide Soarez: in ſua coll. commu. opi. In ver-
bo dos nu. 350. & ſequ. vbi plura dicit de eà
39 communem referendò. Item dos confeſſata
à marito ſiue ante matrimonium ſiue eo cō
ſtante ſi quidem præceſſit inſtrumentum do
tale quod dos ipſi marito fuit promiſſa verè,
numerata præſumitur dicit commu. Ioā. Pi-
card. in addit. ad Villalob: In verbo dos nu.
158 in primo volum. commun. opinio: fol.
40 94. & quod ſtatutum de lucranda dote non
habeat locum in dote confeſſata dicit Rolā.
in conſi. 46. nu. 7. volum. 4. Sed vide Fanuc.
de Fanuc. in tracta. de lucro dotis glo. 10. nu.
4. fol. 522. in tractat. de dote: Sed verba text.
noſtri præſuppónunt dotem datam, & ex eà
capitur lectus vt in tex. dicitur, & ſupra in 3.
quæſtio. dixi. Credo quod non procedit con
ſuetudo noſtra in dote confeſſata conſiderá
tamen Doctores ſupra allegatos.

41 QVAERO etiam an hoc ſtatutum pro
cedat in matrimonio putatiuo vide Vi-
ui. in ſua coll. commu. opin. in opin. 519. in 2.
limitat. volum. primo vbi comm. dicit quod
non ex Rolan. in tractat. de lucro dotis quæ-
ſtio. 97. & 16. nu. 8. refert magis comm. quod
non debetur latè lucrum, & an lucrum dotis
debeatur de matrimonio illicito habēte per
petuam cauſam prohibitionis vt ſi cum Mo
niali profeſſa etiam ignoranter contractum
ſit dic quod non ſecundum Bald. in cap. iura-
uit in primo volum. vbi Fely. de probat. Idē
Bal. in l. 1. C. de cond. ob cauſam Hyppol. de
Marſ. in ſingul. 129. & an extendatur hæc cō
42 ſuetudo; & debeatur lucrum dotis in bonis
exiſtentibus extra territorium ſtatuentium
Roland. in conſi. 80. nume. 26. volum. 4. dicit
quod non, & ſe remittit ad dicta per eum
in d. tractat. de lucr. dot. quæſtio. 28. vide in-
fra eo. nu. 53.

43 SEXTO quæro quid ſi vxor legat aliquid
viro an præſumatur legaſſe animo com-
penſandi cum meliori apparatu quod debe-
tur ſub conditionibus legalibus in text. de
quo veriſimiliter non cogitauit: quædam ad
dictio hic dicit videtur quod non, & ex men-
te Bar. in l. ſi cum dotem §. ſi pater in pe. col.
ff. ſolut. matrimo. ex quo infertur vna limitá
tio ad ea quæ habentur communiter per Do
ctor. in auth. præterea C. vnd. vir & vxor, &
ibi per Alexan. & Iaſo. ſed reſpondet poſteà
quod in caſu Bart. fuit ignorantia in lege ibi
per Bar. allegatam licet in §. qui ſeruum l. hu
iuſmodi ff. de legat. primo ſed ſecus hic quia
ſtatuta ſunt ſcripta quæ non ignorantur ſecū
dum Corn. in conſi. 209. limitat. 1. volum. 2.
& vide ea quæ dixi ſupra in præludijs quæſt.
8. conclude in hoc quod commun. eſt relat.
per Iaſo. in auth. præterea nu. 26. quod com-
penſatur cum lucro dotis niſi vxor dicat le-
go de bonis meis tantum vt ibi per eum Ro
land. A valle in tracta. de lucro dotis quæſtio.
44 96. nu. 8. vbi refert magis commun. opinio:
quod relictum in teſtamento compenſetur
cum lucro dotis quod vigore ſtatuti debe-
tur, Villalob: in ſua coll. commu. opinio: In
verbo vxor nu. 76. qui refert commun. opin.
quod procedit in legato mariti, vxori relicto
quæ vigore ſtatuti debeat aliquid lucrari qđ
compenſatur ratio eſt quia illud lucrum à
ſtatuto datum eſt neceſſarium, & ideò com-
penſatur magis commun. etiam nouiſſimè
ſcribit ſequendo Roland. in loco præcitato
Graſſ. in §. legatum quæſt. 42. nu. 8. in lib. ſen-
tentiarum:

45 SED Silettus ſi auctus fuerit poſt contra-
ctum matrimonium debeatur melior ap
paratus in eo dic quod ſic. Ita dicit Roland.
in d. tract. de lucr. dotis quæſtio. 100. nume. 1.
46 & 15. & an hoc ſtatutum procedat in dote
data filiæ ſpuriæ vide eundem in conſil. 74.
nu. 60. & ſeq. volum. 1. vbi dicit quod ſic per
multas rationes, & authoritates per eum al-
legatas, & in d. tract. de lucro dot. q. 94. nu. 10.
vbi veriorem opinionem dicit.

47 ITEM quæro ſi vir mortua vxore nō pe-
tijt lectum cum meliori apparatu, & mori
tur an talis actió trāſeat ad ſuos hæredes dic
quod ſic, & dicti hęredes illud petere poſſunt
ſecundum Bartol. in l. ſi arrogator ff. de ado-
ptio. & omnes Doctor. Ibi etiam Arno. in
epito. 40. Caſſan. in rubr. 4. in §. 14. in verbo le
femme marie in verſi. vidimus nu. 14. refert
commu. opinio: Roland. in tractat. de lucro
48 dot. quæſtio 47. nume. 11. Sed non intelligas
quando vxor, & vir eodem tempore moriū-
tur quia tunc non debetur lucrum dotis. Ita
dicit Fanuc. de Fanuc. in tractat. dot. glo. 4. in
verbo ſuperuiuente marito nu. 1. fol. 535. &
ibi per eum, & patet in text. noſtro dum di-
cit vxore præmortua, & vidimus quod tunc
datur

datur viro lectus cum meliori apparatu quã
do ſunt purificatæ conditionis, & adimpletæ
de quibus in text.alias vir amittit illum: ſed
ſunt alij modi per quos etiam amittitur, &
49 primo quando vir vxorem de domo expulit
& alimenta ei non præſtat: Ita Pau.de Caſtr.
in l.ab hoſtibus § fina. ff.ſolut. matrim.& ibi
quid quando etiam interficit vide Hyppol.
in conſil. 93. Item quando eam malè tractat
verberando Boet.deciſ.244.nu. 12. Atho. in
50 epito:22.Rolan.in quæſtio.68. Item quando
medicum non apportat ſi poteſt apportare
vt dicunt Paul. & Alexan. in d.l.ab hoſtibus
col.3.Orſill.ſuper deciſ.x.Afflict.nu.14. & ra
tio eſt quia tunc per eum non ſtat dicit Ma-
ſcard.in tracta.de probatio.in concluſ.1035.
num. 5.volum.2. & quod vir non adhibuerit
medicum cum facilè medicum adhibuere
potuiſſet, qui dicit: probare debet Corn. in
conſil. 316. in littera R: volum. primo Dec.
in conſi.480.nu.4.Idem Maſcard.in d. concl.
1035.nu.6.

ITEM ſi malum medicum apportat: Ita
dicit Rolan. in tract.de lucr.dot. quæſtio.
64. & ibi dicit cui incumbit onus probandi
Orſill.in d.addi.ſuper x.deciſio. Afflict.quod
intellige vt per Roland.de lucr.dot. quæſtio.
46. etiam ſi medicos in Ciuitate non habeat,
51 & an tenetur vir extra Ciuitatem mittere dic
quod non ſecundum Bart. in l. Idemque erit
ff.locat.& ſequitur Condam Dominus de In
trigliolo hic, adde Natt.in conſil. 41. nu.3. &
de hijs omnibus vide Roland. in d.tractat.de
lucr.dot.quæſt.64.& 65.& Maſcard.in d.con
cluſio.1035.volu.2.in verbo medicum. Item
in Hiſpania vir detinens concubinam amittit
lucrum dotis de quo mentionem facit addit
tio ad Villalob: in coll. commu. opinio: In
verbo maritus nu.14.in 1.vol. commu.opin.
52 fol. 132. Item non debetur in bonis feudali-
bus ſecundum Tiraquell.de retract.lign. §.1.
gloſſ.3.nu.5.Roland. in d.tracta. de lucr.dot.
quæſtio.54.nume.80.vbi commu. dicit, dixi
in ſimili in conſuetud.vnic.ſupra titul.3.in 1.
quæſt.prin.

QVAERO vlterius quid ſi vir non eſſet
de Ciuitate de qua eſt mulier, & ſtatutũ
Ciuitatis viri diſponit quod mortua vxore
ſine liberis vir lucratur lectum vel dotem vel
53 partem quid iuris dic quod venit iudicandũ
ſecundum ſtatuta domicilij viri, & non ſecũ
dum ſtatuta domicilij vxoris per l. exigere
ff.de iudi. & etiam commu. opinio eſt relata
per Iaſ.in l.cunctos populos nu. 24. & etiam
in ſecunda lectura nu. 60.C.de Summ.Trini.
& Fid.Catho. Viuius in d.opinio: 319.ſequi-
tur Soarez: in ſua collett.commu.opinio: In
verbo maritus nu.60. Villalob: in verbo do-
micilium nu. 95. vbi limitat duobus modis:
In verbo maritus nu. 16. vide per Roland. in
d.tractat.de lucr.dot.quæſt.16.& intelligitur
de domicilio habitationis,& non originis eſt
commun. opinio relata per Roland. in loco
præcitato quæſt.22. nu.15. & ibi vide Fanuc.
de Fanuc.in d.tract.de lucr.dot.glo.9. in ver-
bo medietatem fol.563. in tract. de dote, &
idem quando tractatur de dote reſtituenda
Villalob: ibidem nu.96.& vide in nu.99. vn-
de ſi vir erit alterius Ciuitatis non procede-
ret hæc conſuetudo per ſupradicta ſecus ſi
poſt contractum matrimonium mutauerit
domicilium: Idem Roland.in d.tract. quæſt.
21.num.3.& quid quando contractus matri-
monij, non fuit celebratus in foro viri nec
in foro vxoris vide eumdem Roland. Ibidem
in quæſtio. 23.

55 QVAERO etiam an ſi dos datur in pe-
cunia numerata vel in re ſtabili, & non
dantur bona mobilia ænumerata in præſen-
ti conſuetudine an debeatur iſtud lucrum &
hic lectus cum meliori apparatu dic quod
non, nam hæc conſuetudo loquitur in rau-
ba alba, & non in pecunia & re, ſtabili quo-
niam verba ſtatuti ſunt ſtrictè interpetranda,
& in proprio ſignificatu l.3.§.hæc verba ff. de
nego. geſt. nam ſtatutum noſtrum loquitur
ſpecificando bona mobilia prout in ea, vnde
ad vnguem dicta verba ſunt obſeruanda, &
in forma ſpecifica ſecundum Alex. in cõſil.
100.volum.5.& dixi ſupra in præludijs: in q.
17. & corroboratur hæc ratio per ea quæ in
noſtra conſuetud.tex.dicit ibi de melioribus
conſequatur præſuppponendo quod in dotẽ
multa mobilia,& lectus apportata fuerũt, nã
non entis nullæ ſunt partes neque potentiæ
l.eius qui in potentia ff. ſi certum petat.cum
ſimil.& rurſus alibi tex. noſter dicit quod bo
ña mobilia ſicuti extant reſtituantur vnde in
fertur quod maritus tali caſu per hanc Con-
ſuetudinem non tenetur ad expenſas medi-
corum nec tenetur eam de ſuo honorificè ſe
pellirè facere, & alia de quibus in tex. ſed re-
manet in diſpoſitione iuris communis, & di
cam in eo.nu.69.

56 ITEM an habeat locum hoc ſtatutum fi-
lijs natis, & mortuis, de Iure vide Roland.
in tract.de lucro dot.quæſt.51.vbi dicit quod
ſic.Sed in noſtra Ciuitate non haberet locum
quia procederet conſuetudo vnic.ſupra titu.
12. & quid ſi nati fuerint tempore quo viue-
re non poſſunt puta in octauo menſe vel ſe-
xto menſe vide quæ dixi ſupra in conſuetud.
vnic.titul. 3.vel ſi filij naſcuntur mortui quia
nati non dicuntur nec liberi appellari poſſunt

erunt

erunt l.qui mortui ff.de verbo.ſignifi.& quid
ſi mulier decedat cum nepore vide Roland.
in d.tractat.quæſt.56.nu.6. ſed noſtra conſue
tudo dicit liberis non ſuſceptis, ergo eis ſu-
ſceptis non debetur lectus, ita Rolan. de lu-
cr.dot.quæſt.43.& quid ſi decedat vxor cum
filia dic: Idem quia non debetur lectus Ro.
land.in d.tract.quæſtio.55.nu.5.vbi commu.
dicit quia qui cum vno filio decedit cum li-
beris decedere dicitur, l. non eſt ſine liberis
ff.de verbor ſignificat.l.liberetur §.dicuntur
eodem titu.

57 ITEM quæro an hoc ſtatutum procedat
datis filijs primi matrimonij ex parte vxo-
ris vide Viui.in lib.commu. opinio: in opin.
312.volum.primo vbi refert magis commu.
opinio: in lucro dotis quod non niſi expræſ-
ſe dicat quod lucratur vir partem dotis in
præiudicium filiorum primi matrimonij qđ
ſtatutum valet dicit ipſæ ibidem etiam ſi ſta
tutum dicat quod in omni caſu vir lucratur
dotem Roland.in conſil.12.nu.35.in 4.volu.
Sed de ratione hac de hoc vide eumd. Rolā.
in d.tractat.de lucr.dot.quæſt.27. & ibi ſe re-
mittit Roland.in d.conſi.13.Sed aliud in no-
ſtra conſuetudine dicendum eſt, nam per
aliam conſuetudinem vnicam infra titul.21.
dicitur quod vxor mortuo viro liberè poteſt
ad ſecunda vota tranſire cum tertia ſua, & fi-
lij iam habuerunt duas eorum tertias partes
ergo, & de ea debetur melior apparatus ma-
ximè quia loquitur generaliter ſi virgo aut
vidua vide quæ dixi ſupra in d.Conſuet.vnic.
tit.21.& rex noſter dicit quod debetur lectus
liberis non ſuſceptis ex matrimonio ipſorū
ergo ex alio non conſiderantur.

58 QVAERO quid ſi vir ſe obligauit in
caſu ſeparationis matrimonij reſtitue-
re totas dotes morte vxoris, an tali caſu de-
beatur ei lectus cum meliori apparatu de
quo in text. Aliqui dicunt quod ſic prout di-
cit Afflict.in deciſi.399.In fine,qui dicit quod
59 ſi quis promittat totam dotem reſtituere in-
telligitur talis promiſſio caſu quo talis dos
ſit reſtituenda alias ſi aliter intelligeretur po
reſt condici tamquam indebite ſolutum. Itē
60 ſi quis promittit ſoluere omnia legata quia
talis promiſſio intelligitur ſaluo beneficio le
gis Falcidiæ.Idem tenet Bald.in l.ſi Neratius
ff.de relig.& ſumpt. Fun. quem ſequitur Ar-
no.in Epit.39.Doct.relati per Boer. in deciſ.
244.nu. & vnum per aliud confirmatur,&
declaratur l.non eſt nouum ff.de legib.

61 CONTRARIVM tenet Roland. in
tracta. de lucro dot. quæſt. 38. vbi refert
commun.opinio:& Natta: in conſil.103. &
in conſi.516.nu.7. & tanto magis quando ſe
obligat reſtituere integras dotes, tunc non
conſequeretur lectus Alex.in conſil.133.vo-
lum.5.nu.7.Ita Boer. in deciſ.244. ante num.
9.qui tenet contra Bal.& mouetur illa ratio-
62 ne quia integrum dicitur ſine diminuitione.
Idem ſi inſolidum ſe obligaret reſtituere Or
ſill.in deciſ.Afflict.399 in fine licet ibi teneat
alias cum Afflicto quando ſe obligaret reſti-
tuere plenam dotem vel quicquid ex ea ad
eum peruenit in ſimili dicit referendo com.
opinio: Villalob: In verbo fidei commiſſa-
rius nu.15.In ſua Coll.commu.opinio: ſequi
tur opinionem Boer.Condam Dominus In-
triglio. hic dicendo quod maritus per illam
obligationem renuntiar iuri ſuo quod renū-
tiare poteſt l. ſi quis in conſcribendo, C. de
pact. nam vir renuntiare poteſt lucro dotis
63 eſt commun. opinio relata per Roland. in d.
tract.quæſt.39.nu.10.& 16.& in quęſt.102.&
quòd ſi vir amittat lectum cum meliori appa
ratu quando ſe obligat totam vel integram
dotem reſtituere tenet Tiraquell. in l. ſi vn-
quam C.de reuocand.donat. in gloſſ. in ver-
bo totum licèt aliud ſit in reuocatione dona
tionis,vt ibi per eum nu.4. Roland.in conſil.
27.nu.52.& ſequen.in 4.volum.& in tract.de
lucro dot.in d.quæſt.102.in fine idem Rolan.
in tractat. de confectio. inuentarij in vltima
parte in verbo ſtante igitur ſol.181. vbi com
munem dicit,& cum eo tranſeo facit illa vul
gata regula qui totum dicit nihil excludit l.
Iulianus delegat. 3. & cum vir taliter ſe obli-
64 ga.præſumitur habere ſcientiam ſtatuti cum
Ciuis non poſſit allegare ignorantiam ſtatu-
ti vt in Præludijs dixi, & dicit Rom. in conſi,
251. & idem quando ſe obligat reſtituere ſi-
ne diminutione per ea quæ in ſimili de Tre-
bellianica dicit commu.referendi Pariſ.con-
ſil.21.volum.3.Gabriel in tit. ad Trebell.con
cluſio.7.libr.4.dixi ſupra in conſuetud. vnica
tit. 6. ſecus ſi obligaret reſtituere dotes quia
tunc haberet lectum ſecundum Natt. in d.
conſi.103.nu.3.Alex.in conſi.133.nu.6.volu.
5.non obſtat deciſio Afflic.399. quoniam cō
tra eam eſt magis commu. opinio tam in do
te quam in legatis vt dicit Roland.in d. quæ-
ſtione 38 & in d.tractat. de confectio. inuen-
tar. in d.verbo ſtante igitur. Et quid ſi extra-
neus dotauerit,& ſtipulatus fuerit dotem ſi-
65 bi reddi an locum habeat ſtatutum de lucro
dotis Rolan.A uall.in d. tractat de lucro dot.
quæſtio. 17. dicit quod non commun. dicit
& ampliat.

66 QVAERO vlterius quid ſi vir renuntia
uit omni legum auxilio an vir habebit
lucrum dic quod non & quod tale lucrum
veniat ſub tali renuntiatione prout per Ro-
man.

man. in conſil. 251. & Dec. in conſil. 452. &
67 quod per talem clauſulam ſit renuntiatum
beneficio ſtatuti, & legis municipalis dicit
vltra Dec in d. conſil. 452. Rip. in l. ſi vnquam
nu. 118. C. de reuoc. donatio. Gozad. in conſil.
87. in fine, & 88. Roland. in conſil. 13. nu. 6. &
9. vſque ad nu. 12. qui enumerat quatuordecim effectus qui deſcendunt ex iſta renuntiatione, & clauſula omni ll. auxilio. In primo
volum. vnde ſtante renuntiatione legis municipalis, & cōſuetudinis, vir tenetur dotem
totam reſtituere, & non lucratur lectum, ita
Iaſo. in conſi. 90. volum. 3. vide eumdem Roland. de lucro dot. quæſtione 42. ſed quid ſi
68 vxor commiſit adulterium vide Clar. in §.
adulterium verſic. adde vide quæ dixi in con
ſuetud. præcedent. & quid ſi vir eſt diues an
debeatur, & an pauperi dic quod etiam diuiti, dicit Roland. in d. tractat. quæſtio. 92. Reliqua circa iſtam materiam lucri doti vide per
Roland. & per Campeg. in d. tractat. per ſuas
69 quæſtiones, & quid ſi ſtatutum hoc non eſſet vſu receptum, an deberetur dic quod nō
ita Roland. in d. tractat. quæſtio. 92. & in noſtra Ciuitate eſt vſu receptiſſimum, & obſeruatur: & an hoc ſtatutum procedat in dote
reſtitutioni ſubiecta vide Cœphal. in conſil.
365. nume. 67. Roland. de lucr. dot. quæſt 57.

IN text. ibi dummodo quod expenſas dicit tex. n. ſter quod adhoc vt vir poſſit
habere iſtud lucrum lecti non debet petere
ab hæredibus vxoris expenſas quæ in eius
ægritudine expendit. & in hoc eſt conformis
iuri communi ſecundum Bald. in l. quod in
vxores C. de nego. geſt. quod procedit etiam
ſi vxor eſſet excommunicata ſecundum Arno. in Epito. 22. quem ſequitur Condam Dominus de Intrigh. hic: Sed in hoc vide Abb.
in cap. fin. nu. 12. de ordin. cognit. vnde ſi pater expendit in ægritudine filiæ, & non vir, patri debetur tale lucrum, licèt ſtatutum non
dicat Hyppol. ſingul. 264. Ita Plot. in repetit.
ſi quando C. vnde vi ſeu de in litem iurand.
§. vndecimo nu. 6. ſed vide quæ in fruitatum
70 dicam, & quod teneatur vir expenſas in ægritudine vxoris facere dicit Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. in rubr. 4. §. 10. in verbo enſemblament. verſic. Baldus nu. 2. licèt ibi dicat quod mortua vxore nō tenetur eam de
proprio ſepellire quia matrimonium eſt ſolutum de quo dicam infra, & vir alido vxorem ægrotam præſumitur cauſa pietatis, &
coniugali amore facere. l. quod in vxorem.
C. de negot. geſtis Abb. in conſi. 85. nu. 4. vol.
2. Alexan conſil. 31. nume. 10. volu. 6. & ideo
videtur non poſſe illa repeti Doctor. com. in
d. l quod in vxorem niſi proteſtatus eſſet Roman. in l. ſi vero §. de viro nume. 76. ff. ſolut.
matrimonio quod non procedit quando vir
tenetur alere Barto. in d. l. quod in vxorem,
& in quibus caſibus tenetur alere vir vxorē
dicunt Bartol. Fulgoſ. & Cyn. in d. l. quod in
vxorem Alex. in l. in inſulam §. vſuras ff. ſolu.
matrim. vide latè de hac quæſtione Maſcard.
in tracta. de probation. in concluſ. 77. Incipit
alimenta vol. 1.

ET quid ſi dos non fuerit data viro ſed pro
71 miſſa an vir tenetur eam alere, & expenſas in ægritudine facere vide Roman. in conſil. 511. In principio vbi pulchrè diſtinguit
dic vt ibi per eum; Neuiza in Sylua nupt. In
verbo non eſt nubendum nu. 45. fol. 242. vbi
dicit quod non licèt ſit miſeri hominis vide
quæ dixi ſupra eo. nu. 32.

72 IN text. ibi honorificè nota quod vir honorificè tenetur ſepelliri facere vxorē ad hoc
vt habeat lucrum, & ſtatutum iſtud, & ſic eſt
alia conditio, & honorificè intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ, & parentū §. hæc
actio in verſi. æquam in auth. de relig. & ſum
pt. Duen. in regul. 24. nu. 3. volum. 2. Alciat.
in reſponſ. 244. nu. 6. Ioseph. Ludo. in deciſi.
78. volum. 2. nu. 15. vnde ſi non expenderit taliter quod honorificè ſepellire faciat ac vt cōuenit in expenſis, & alimentis priuatur iſto
beneficio ſtatuti ſecundum Arno. in d. epito
22. & Dominum Intrighol. hic: vide Dec. in
73 conſil. 26. nu. 5. & de iure impenſa funerum
regulariter debet ſolui de ſola penſione morientis ſocij etiam ſi eſſet ſocietas omnium
bonorum dummodo quod ſimpliciter fuerit contracta quia in dubio ſocietas intelligitur contracta ſuper actionibus quæſtuarijs
tantum, & non ſuper conſtactarijs: vide Alexan. in conſil. 154. Incip. Circa conſultationē
volu. 2. vide Lanz hic, & Caſſ. in d. rub. 4 §. 10.
vide Bertach. in ſuo repertorio: in verbo expenſæ nu. 38.

SED an vir de iure, de proprio teneatur fa
74 cere expenſas funeris, & ſepelliri facere
vxorem Caſſan. in loco præcitato in d. verſic.
Baldi nu. primo dicit quod vir mortua vxore
non tenetur ad expenſas funeris nec de proprio, ſepelliri facere quia matrimonium eſt
ſolutum morte, cum mors omnia ſoluit §.
deinceps in auth. de nupt. & allegat Bal. in d.
l. quod in vxorem C. de neg. geſt. & idem in
vxore poſtquam maritus eſt mortuus quia
non tenetur ad expenſas funeris.

75 CONTRARIVM tenet Duen. in d.
regul 24. nu. 8. lib. 2. tu dic diſtinguendo
quod ſi vxor dotem nō apportauit eſt inops,
& tunc vir ſuis ſumptibus ſepelliri tenetur

ne ſit

ne fit ei iniuria ita intelligitur conſilium Ro-
ma per Duen.allegatum in d. regul.24.& ita
etiam dicit Caſſan.in loco præcitato: tu vide
Fanuci. de Fanuci. de lucro dot. gloſſ. 12. in
tract.de dot.fol.585.pulchrè per Ioſeph: Lu-
dou.in deciſ.78.volum.2.& funeris impenſa,
habet priuilegium quia hęredes non poſſunt
opponere exceptionem inuentarij non con-
fecti eſt commu.opinio.quam refert Viui.in
opin.103.volum.primo in fine, & multa alia
76 priuilegia funeris ponit Duen.in d.regul.24.
volum.2.& regul.39. in primo volum. ſed tu
vide Ioſeph: Ludo.in d.deciſio.78. volum.2.
qui tenet in aliquo contra Duennam, & ad
hoc vt marito datur iſtud lucrum cum me-
77 liori apparatu aliud requiritur ſcilicet quod
conſter vxorem fuiſſe mortuam vt in tex. di-
citur Menoch.in conſil. 76.in primo volu.in
principio, & quòd arneſium iugalia, & alia
ſupellectilia ſicuti extant reſtituantur, de iu-
78 re autem bona parafrenalia extra dotem ap-
portata tunc reſtituuntur per virum quando
eo ſitiente apportantur ſecundum Hyppol.
in conſi.23.nu.10.& infra dicam,& reſtituun
tur ſoluto matrimonio per mortem viri ta-
lia qualia ſunt,& reperiuntur: Ita Bal.in l.de
hijs C. de donat. int. vir. & vxor. ponit regul.
cum duobus limitationibus Duen. in regul.
343.lib.2.Incip. parafrenalia vide quæ dicam
infra eo.poſt nu.82.

IN TEXT. Ibi æſtimata,per hanc Con-
ſuetudinem diſponitur quod iugalia, rau-
ba, & alia in dotem data reſtituantur ſicuti
extant non obſtante quod fuerint æſtimata,
79 & ſic æſtimatio nihil operatur aliud eſt autē
de iure communi l.æſtimatæ res ff.ſolut.ma-
trimo.& l.inter virum. C. de iur.dot.& infra
eod.dicam, & ſic iſta dotalia bona caſu quo
non extarent,æſtimantur non quanti value-
runt tempore contractus ſed magis quanti
modo valent,vide Barto.in tracta.de duobus
fratribus,& in repet.l.ſi cum duobus §. Papi-
80 nianus ff. pro ſocio quando autem dos reſti-
tuatur de iure communis Docto.opinio eſt.
Quod ſi dos conſiſtat in mobilibus tunc ſta-
tim fit reſtitutio eſt text.in l.vni.§. exactio C.
de rei vxor.action. Duen.in regul.13.volum.
81 2. & an vir habens tempus legale ad ſoluen-
dum poſſit cogi præſtare fideiuſſionē de ſol-
uendo aduenìente tempore dic quod ſic di-
82 cam infra eo.nu.95.Si in mobilibus tunc da-
tur annus gloſſ.in l.diuortio ff.ſolut.matrim.
Michael Graſſ.quæſtione 45.cap.6.in 2.volu.
commu.opinio: fol.118.Communem dicit,
& quid ſi ex mobilibus in mobilia emerit
quando reſtituantur vide Duen, in regul.13.
vbi tenet quod illico ſunt reſtituenda, & dic
vt ibi per eum.

IN NO. CIVITATE MESSANAE:
In conſuetud. incipit: res ſtabilis cap 14.
ſub rub.de dote reſtituenda diſponitur quod
res dotalis qualis fuerit tempore reddendæ
dotis reſtituatur ſiue deterior ſiue melior ſit,
ſed quid de quaſi dotalibus quando reſtituā-
tur vide in l.ita conſtante ff.de iur. dot. & dic
quod hæc conſuetudo non extenditur ad ea
quia eſt contra ius commune, & contra §.
quoties l.ſi conſtante ff.ſolut. matri. & con-
tra text. in §. ex actio l. vnic. C. de re. vxor.
action.vnde remanet hoc in diſpoſitione iu-
ris communis.

83 QVAERO quando reſtituantur Coro
næ perularum, & an dicantur iugalia,
& ſtatim debeant reſtitui vt dicit text.noſter
dic quod ſic, & reſtituuntur ſicut iugalia ita
Socc.in conſil.10. volum.primo, & an dona-
tio à mariro de eis facta præſumatur vide Af
flict.in deciſ 315.& clar.in §. donatio. quæſt.
85 10.& dicam infra, & reſtituantur veſtes præ-
cioſæ vid.Soarez In ſua coll. commun.opin.
in verbo vxor,nu.118.Afflict. in d.deciſ. 315.
& Clar.vbi ſupra, & ibi quid de veſtibus quo
tidianis vide Caſtan in Conſuetud. Burgund.
in rubr.6.§.3.in verbo le filz: in verſi.ſed po-
ne fol.12.

86 ITEM quæro quando reſtituatur pecu-
nia numerata dic poſt annū ſicut mobilia:
Ita Salve.in l.vni.§.ex actio nume.2.C.de rei
vxor.actio.Boer.in conſi.50.nu.17.

87 QVAERO etiam quando reſtituantur
nomina debitorum Saly.in d.l.vni.§.ex
actio dicit quod infra annum ſicur mobilia
reſtituuntur, & mouetur per illum text. &
quid ſi ſunt conditionalia vide in l.licet § fin.
ff. de iur. dot. & quando reſtituantur annui
88 redditus dic quod pendet ab illa quæſtione,
an inter in mobilia vel mobilia connumerā-
tur vide quæ dixi ſupra in Conſuetud. prima
de confuſio.bonor.titu.3.nume.11.vbi inter
in mobilia connumerantur ergo ſtatim re-
ſtituuntur.

89 ITEM quæro de fructibus dotis an pro
ratha anni diuidantur vide text. in l: diuor-
tio §.interdum ff.ſolut.matrimo.& ibi Imol.
& tex.l.vni.in §.ſed nouis C.de rei vxo. actio.
dicit quod fructus pro ratha temporis reſti-
tuuntur: in rebus non æſtimatis per hæredes
viri mortua vxore: ſed de mobilibus non re-
ſtituuntur quia hæres mariti lucratur tempo
re anniculæ dilationis cum hæres infra annū
vxorem defuncti alere teneatur commu.dicit
Viui.in opin.44.incip.hæres mariti in primo
volum.ex Doctor.in l. diuortio ff.ſolut.ma-
trimo.

trimo.vide quæ dicam infra in Conſuet.vni.
titul 18. & quid ſtante æſtimatione rerum :
per iſtud ſtatutum dicitur quod ſic quia non
conſideratur æſtimatio rerum mobilium vi
de ex hijs pro ratha habetur : ſed de iure eſt
contrarium dicto § & nouiſſimè l. vnica, C.
de rei vxor. action. & quod bonum dotale
datum æſtimatum ſeparato matrimonio
non debet reſtitui ſed præcium quia tran-
90 ſit in contractum emptionis dicunt gloſſ.
communiter approbata, & ibi Doctor. in
l.ſi inter C. de iure doti. Natta. in conſi 650.
volum. quarto, & nota quod in quantum
hæc Conſuetudo vult quod mobilia quæ
extant reſtituantur ſtatim ſicut ſtabilia ex
quo marito locupleti vel eius hæredi non
eſt difficilis reſtitutio : idem videtur de iu-
re communi ſecundum Cynum in dict §.
ex actio. l. vnica quod . eſt verum. eſt cum li-
mitatione Pauli de Caſtro in l. diuortio. §.
non ſolum ff. ſolut. matrimon vide quæ ci-
tat Salycet. in dicto §. ex actio, & quod quan-
91 do pactitatum eſt vt dos ſoluatur eo modo,
& forma quibus fuit ſoluta dos. dic quod
eo modo ſoluitur : vnde ſi mobilia, & im-
mobilia , & pecunia ſtatim ſoluta fuerint
ante diem ſolle mnitatis nuptiarum puta :
ſoluto matrimonio ſtatim ſoluitur : ita
Boer. in conſil. 50. nume. 18. Sed ibi Boer.
opinionem Salycet. in leg. vnica. §.ex actio
dicit eſſe communem ex Iaſone : in §. fue-
92 rat inſtitutio de action. quod etiam hæres
diues non tenetur ſoluere dotem ſtatim ſed
poſt annum quando immobilibus conſiſtit
vbi idem in diuite hærede , & quando le-
gat vxori dotem. §. ſed ſi vxori inſtitut. de-
legatis, & vide additio. Ibi limitantem di-
93 ctum de hærede diuite niſi eſſet hæres per-
depturus commoditatem. ex mobilibus vel
pecunias, & allegat Paul. de Caſt. in l. non ſo-
lum ff. ſolut. matrimo.

94 IN TEXT. Ibi incontinenti , aduerte
quod iſtud verbum , incontinenti , intelli-
gitur cum aliquo temperamento : & non
vt ſtatim veniat vir cum ſacculo parato pro-
ut dicit gloſſ. in §. omnis inſtit. de obligat. &
dixi ſupra de Iure Pali titulo primo in Con-
ſuetu.6.nu.8.

95 NOTO vlterius quod bona mobilia
quæ non extant reſtituuntur poſt an-
num 53. eorum æſtimatio ſed tali caſu an
poteſt vir cogi vt ſatiſdet de ſoluendo ad-
ueniente tempore vide Afflict. in decisio.
279. & ibi Vrſill. Paulum Fuſcum in ſingu-
laribus : In verbo debitor vbi dicunt quod
96 ſic dicitur in text. quod vir ad reſtitutionem
arneſij conſumpti conſtante matrimonio
arbitrio Iudicis non tenetur : idem eſt de
iure communi ſecundum Bald. in l. de hijs
C. de donatio. inter vir. & vxor. Caſſan. ſu-
per Conſuetud. Burgund. in rubr. quarta ,
§. ſecundo : In verbo femme marie in verſi.
Item quæro nume. 18., folio 135. & quo-
97 modo reſtituantur bona mobilia æſtimata
data in dotem nullis datis denarijs pro qui-
bus vir aſſignauit certa bona vide per Caſ-
ſan. ſuper Conſuetud. Burgund. rubr. quar-
ta. §. 17. In verbo le femme apres in verſic.
quid ſi mulier folio 183, & quomodo au-
98 tem fiat dotis reſtitutio vide Afflict. in de-
ciſion. 772. & an quando ſit vxori per hæ-
redes viri mortuo viro dum non reſtitui-
tur debetur vxori vſusfructus : vide eun-
dem Afflict. in deciſion. 284. vbi dicit quod
quando interuenit mora , & mulier eſt
pauper debetur , numero quarto , & vide
Orſill. ſuper dictis deciſion. Afflict. & an
99 interim vxori debeantur alimenta per hæ-
redes viri durante viduitate dic quod ſic
eſt commun. opinio : quam refert Viuius
in opinio : 144. volum. Michael Graſſ. in
quæſtione 46. capitu. ſeſto in ſecunda vo-
lum. commun. opinio. folio 183. per Lau-
rent. Chirco : in ſecunda volum. commun.
opinio. In concluſion. 17. In verbo vſuræ :
numero 23. Centur. quinto folio 73. vbi di-
100 cit quod vſuræ pro dote non ſoluta viro
debentur licite etiam in foro conſcientiæ,
& ab eo exiguntur propter onera matri-
monij de quo vide per Doctor. In capitu.
ſalubriter extrà de vſuris quibus me ſub-
101 mitto , & an dum non ſoluitur dos de-
beatur inter vſurium dicit quod ſic Ritus
in capit. 189. capit. de intereſſe dotis vbi Do-
minus Cumia ad plenum de eo loquitur in
capitu. Ritus 94. & quid in viro cui non eſt
ſoluta dos dic quod ſi eſt ſolitus negotia-
ri debetur inter vſurium data mora , & de
hac materia latè tractat Caſſan. in rubr.
quarta , §. 23. In verbo de mers mariage vti
ſatis de ea dic quod poſt biennium à die
ductionis in domum viri vſuræ de iure de-
bentur quia tunc dicitur mora irregularis,
& dic vt per eum , in loco prædicto in ver-
ſicu poſt biennium nume. primo , & ibi ver-
ſicul. ſequen. vbi dicit quod quando matri-
monium dicatur contractum ſed quid in-
terpellatur promiſſor dotis Roland. Auall.
in conſil. 65. nume. 3. volum. quarto , dicit
quod à dicto die currit , & an vxori vſu-
ræ etiam debentur dic regulariter quod ſic
quando ſunt in mora hæredes vt infra ſta-
tim dicam : fallit tamen quando hæredes
litigandi haberent iuſtam cauſam Ploc. de
in lit. iurand. §. vndecimo , numero 34. &
102 mulier poſt annum non poteſt petere ali-

menta eſt commun. opinio relata per Michael Graſſ.in quæſtio: 47 capitu.6.fol.119.& quod hæredes poſt annum non tenentur alere vxorem defuncti magis commun.dicit Iaſo.in §.fuerat nume.16. inſtitut. de action. & an hæredes dum ſoluunt alimenta faciant fructus dotis ſuos dic quod ſic eſt commun. opinio relata per Michael Graſſ.quæſt.6.vol. 2.commu.opin.fol.119. eſt magis com. opinio relata per eundem in q.24.cap.6. volu.2. com.opi.fol.116. vbi refert quando hæredes viri eſſent in mora reſtituendi dotem Viui.in d.opi.144.lib.1.

ET quid ſi non fuerit petitum inter vſuriſ per decennium an cẽſeatur remiſſum dicit quod ſic Alciat. in tractat.de præſumptio. regu.1.præſumptio.32.nu.7.& quid in vxore vide Gramm.deciſ.70. nu.2. vide Cumi.in d. cap.94.num.24.vide omnino Michael Graſſ. in d.cap.6.quæſtio.24. Natta: in conſil.495. vbi concludit quod debetur, & reſpondet contrarijs allegatis,& allegat deciſ.Gramm. 70. & Boer.& dicit nu. 8. quod in iudicando non eſt recedendum ab opin. quæ tot authoritatibus robboratur.

103 ET an ſi vxor habet vnde ſe alere teneantur hæredes eam alere, dic quod non, & eſt commun. opinio relata per Roland.in conſi.55.nume.4 volu.2.ſecus ſi fuerint à viro relicta in teſtamento vide Ioſep. Ludo.in deciſ.92. nu.7. & quid ſi vxor luxurioſè viuit vide in ſimili quæ dicit idem Rolan.in conſi.
104 86.nu.50.volum.2. & an hæredes viri poſſint ſoluere dotem ante annum vxori in præiudicium alimentorum in caſu quo etiam intra annum alimenta deberentur vide Iaſon.in l. qui Romæ ff.de verbor.obligat.nu.6. qui dicit quod ſic; & an quando vir tenetur vel non tenetur alere eam vide latè per Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. in rubr. 4. §. 23. in verbo de nits de mariage in verſ.prima eſt
105 nu.14.fol.192. & an bona mariti ſint vxori tacitè pro alimentis hyppothecata dic quod non refert commu.opi.Rom in conſi.54.refert, & ſequitur Matth. in primo volu. com.
106 opin.fol.316. & vxor tenetur operari hæredibus viri quando ei præſtantur alimenta ab hæredibus viri ita Corſettus in ſingul. incip. vxor Bald.in l.ſi vxorem nu.6. C. de condict. infert.limitat Duen.duobus modis in regula 99.libr.2.vide Ioſeph: Ludouic. in deciſion. 92.volum.2.

ET quid ſi vir legat alimenta vxori poſt tẽpus iſtud vt dentur in domo hæredum an poſſunt alibi dari hæredibus inuitis dic quod debeantur vxori etiam extra domum viri, & hæredum licèt honeſtè viuere poſſit cũ eis refert com.opi.Michael Graſſ.in q 48. cap.6. in 2.vol.com.opi.fol.119. vide quæ dicam infra in Conſuet.vnic.tit.22.

108 NOTO vltimo circa dotis reſtitutionem quod attenditur ſtatutũ domicilij viri & non contractus eſt cõmunis quam refert Villalob.in verbo domiciliũ nu.97.& 98.& dixi ſupra in verſ. quæro vlterius: & coram quo iudice ſit dos petenda dicit tex.in l.exigere ff. de iud.& ibi Doct.vide Campeg.in tracta.de dote nu.2.fol.227.Cagnol. in d.l.exigere dotem ff.de iudicijs.

109 ET an expenſæ factæ per maritum in lite rei dotalis minuant dotem vide Bal. in l. 1.C.de bon.mat.Saly.in d.l.vnic. de rei vxor. actio.nu.19.& in l.ſi is §. dicitur ff.de iur.dot. Io.Camp. in tract.de dot.par.2.q.42.fol.144. Caſſ.in rubr.4.§.17. In verbo le femme apres in verſi. quæro fol.183. & dixi ſupra in Conſuet.prox.nu.72.

100 ET quando ſit in electione mariti reſtituere res dotales vel præcium vide Cœphal. in conſi.532.in 4.volum.vide infra in conſuetud.vnic.in tit.18.nu.12.

TITVLVS XVI.

Quod vxor teſtari poſſit in bonis dotalibus, & acquiſitis in caſu non ſuſceptæ ſobolis, & quartam partem conſequatur de bonis acquiſitis per eoſdem.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD vxor teſtari poſſit ſobole non ſuſcepta in bonis dotalibus videlicet, in mobilibus vſque ad tertiam partem incluſiuè bonorum mobilium tantum ſibi datorum in dotem, non obſtante contradictione dotantis, niſi aliud dotator tempore promiſſionis conuenerit: cum tunc ſibi fuerit licitum quam legem voluerit rei ſuæ imponere: de ſtabilib⁹ vero bonis dotalibus, nec teſtari poſſit nec legare aliquid, de bonis vero acquiſitis per iugales conſtante matrimonio inter eos vxor conſequatur tertiam partem tantum: marito

alius

alijs duabus tertijs partibus remanſuris: de qua tertia bonorum acquiſitorum dicta vxor, ac etiam de tota dote ſua ſi ſe ipſam dotauerit integraliter teſtari poſſit pro eius libito voluntatis.

SVMMAE.

1 *Vxor ſobole non ſuſcepta de bonis dotalibus mobilibus ab alio datis teſtari poteſt de tertia parte tantum.*
2 *Dotator tempore conſtitutiõis dotis poteſt apponere omne pactũ dummodo nõ ſit à lege improbatũ.*
3 *Mulier filia famil. an poſſit de 3. te teſtari.*
4 *Vxor an poſſit donare cauſa mortis.*
5 *Teſtari prohibitus an prohibeatur donare cauſa mortis.*
6 *Donatio cauſa mortis magis aſſimulatur contractui quam vltimæ voluntati.*
7 *Statutum correctorium loquens de vltima voluntate non trahitur ad contractus.*
8 *Statutum loquens de teſtamento non extenditur ad donationem cauſa mortis.*
9 *Donatio cauſa mortis dicitur vltima voluntas, & num. 15.*
10 *Falcidia de donatione detrahitur ſicut de legatis.*
11 *Argumentum de vltima voluntate ad contractum negatiue validum eſt.*
12 *Vſurarius non poteſt teſtari niſi præſtita cautione, nec donare cauſa mortis.*
13 *Statuentium mens eſt attendenda.*
14 *Statuentes quando interrogati idem dixiſſent ſi interrogati eſſent pro expreſſo habentur.*
16 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
17 *Matrimonium probatur per teſtes omni exceptione maiores.*
18 *Matrimonium an probetur ſi teſtes dicunt vidiſſe contrahere per foramen.*
19 *Matrimonium probatur per anuli delationem.*
20 *Matrimonium quid ſit.*
21 *Matrimonium quomodo contrahatur & per quæ verba.*
22 *Vxor de bonis acquiſitis in conſtantia matrimonij ſobole non ſuſcepta conſequitur tertiã, ampliatur nu. 25. 26. & 27.*
23 *Vir & vxor ſunt ſocij in bonis.*
24 *Societas tacita, eſt priuilegiata ſicut expreſſa.*
28 *Statutum de lucranda tertia bonorum acquiſitorum non procedit in bonis acquiſitis exiſtentibus in alio territorio.*
29 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
30 *Dos an debeat deduci de tertia acquiſita in conſtantia matrimonij.*
31 *Bona ex cauſa oneroſa non communicantur in tertia bonorum acquiſitorum.*
32 *Dos dicitur acquiſita ex cauſa oneroſa.*
33 *Tertia de bonis acquiſitis in conſtantia matrimonij vxori non debetur ſuper feudis.*
34 *Feuda non confunduntur.*
35 *Legatum factum à viro vxori an intelligitur & compenſatur in tertia bonorum acquiſitorum.*
36 *Veſtes penes ſutores an comprehendentur in legato veſtimentorum.*
37 *Legatum factum à viro vxori de omnibus bonis quæ in domo ſunt an comprehendat bona cauſa vendendi ibi exiſtentia.*
38 *Aurum argentum & pecunia an veniant in legato bonorum mobilium.*
39 *Ornamentis legatis an veniant veſtes.*
40 *Veſtes lucrubres & quotidianæ an comprehendantur in legato.*
41 *Veſtes lucubres ab hæredibus viri vxor an debeat habere.*
42 *Anulos vxor an lucrifaciat.*
43 *Veſtes præcioſas vel quotidianas an vir poſſit ſibi retinere vxore mortua.*
44 *Veſtes quæ quotidianæ & quæ præcioſæ arbitrio iudicis relinquuntur.*
45 *Vxor ſi relinquat omnia bona ſua ex ſuo latere peruenientia an veniat tertia bonorum acquiſitorum.*
46 *Tertia bonorum acquiſitorum an traſmittatur, & num. 66.*
47 *Tertia bonorum acquiſitorum debetur matrimonio conſumato.*
48 *Vxor an poſſit viro remittere tertia bonorum acquiſitorum.*
49 *Donatio inter virum & vxorem an valeat & quid ſtante iuramento & nu. 51.*
50 *Renuntiatio ab vxore facta viro de tertia bonorum valet.*
52 *Vxor an poſſit viro donationem remittere.*
53 *Vxor quæ ex viro conſequitur lucrum an debeat ſentire onera.*
54 *Vxor an conſequatur tertiam bonorum acquiſitorũ ſi dotem non apportauit.*
55 *Dotis lucrum pro ea parte lucrabitur pro qua dos eſt ſoluta.*
56 *Bona acquiſita quæ dicantur.*
57 *Hæreditas legatum & donatio an communicentur & num. 70.*
58 *Salaria viri an communicentur cum vxore ſtante noſtra conſuetudine.*
59 *Ius patronatus an communicetur.*
60 *Acquirere verbum, importat lucrari.*
61 *Acquirere verbum, ex diſpoſitione hominis quid importet remiſſiue.*
62 *Bona an præſumantur empta de pecunijs viri.*
63 *Vxor de tertia bonorum acquiſitorum teſtari poteſt.*
64 *Vxor an poſſit teſtari de dote ſua ſtante ſtatuto quod filia maritata ſit emancipata.*
65 *Vxor. ſi non teſtetur de tertia hæredes vniuerſales ſuccedunt ab inteſtato.*
67 *Verbum poteſt non inducit neceſſitatem ſed voluntatem limit. nu. 68.*

69 *Tertia bonorum acquiſitorum vxori an debeatur matrimonio nullo declarato.*

70 *Tertia bonorum an debeatur vxori de bonis à marito relictis.*

71 *Tertia bonorum acquiſitorum an debeatur ex matrimonio putatiuo.*

QVOD VXOR TESTARI poſſit &c. Diuiditur iſtæ text. In quatuor partes: In prima ponit deciſionem: In 2. eam limitat in 3. aliud dictum. In 4. aliud 2. Ibi niſi aliud, 3. Ibi de bonis vero 4. & vltima ibi de qua tertia.

SVMMATVR HOC MODO, vxor ſobole non ſuſcepta teſtari poteſt de tertia parte bonorum mobilium modo dicto in conſuetudine: de ſtabilibus vero non, quando dos ab extraneo datur: & de bonis acquiſitis in conſtantia matrimonij lucratur tertiam de qua, & de dote ſua quando ſeipſam dotauit teſtari poteſt.

PER Conſuetudinem Syracuſanam cap. 6. in fine ſub rubr. quod de bonis mariti, vxor ſobole non data ſoluto matrimonio morte viri quartam partem dotalis pecuniæ præter dotem conſequatur idem in viro.

1 NOTO primo ex iſto textu quod vxor
ſobole nõ ſuſcepta de bonis dotalibus
mobilibus ab alio datis teſtari poteſt de ter-
tia parte tantum etiam citra voluntatem do
tantis, niſi pactum ſeu conditio in contrariũ
poſita fuerit per dotantem in contractu dota
li tempore conſtitutionis dotis, & in hoc no
2 ſtra conſuetudo eſt conformis iuri commu-
ni: nam dotator tempore conſtitutionis do-
tis poteſt apponere omne pactum in contra-
ctu dotali eſt tex. in l. cum dos, & in l. ob es ff.
de pact. dota. l. quoties ff. ſolut. matrim. & l. le
gem C. de pact. Pau. de Caſtr. in conſil. 59. vo-
lum. primo, & omnia per dotatorem in con-
tractu dotali apponi poſſunt dummodo nõ
ſint à iure improbata, ita Lambert. in tracta.
iuris patronatus in quæſtio. 9. in princ. primæ
partis primi lib. nu. 33. fol. 80. qui loquitur in
dotatione Eccleſiæ, vide Baldum Nouellum
in tractat. de dote: in priuilegio 44. par. 7. fol.
99. Secus ſimpliciter extraneus dotaret quia
tunc donare præſumitur l. vnic. §. accedit C.
de rei vxor. actio. & quid ſi eſt filiafamilias an
3 poſſit teſtari, & an de dote ſua vide Clarum:
in §.: teſtamentum q. 18. vide quæ dixi ſupra
in conſuet. vnic. tit. 5. In verbo occurrit num.
57. ſub rubr. quod non liceat vxori, &c. & in
conſuetu. vnic. in tit. 201.

NOTO ſecundo quod de bonis ſtabili-
bus in dotem ab alio datis vxor non
4 poteſt teſtari nec aliquid legare: Sed quæro
an vxor in iſto caſu poſſit donare cauſa mor-
tis: iſta quæſtio pendet ab illa an prohibitus
5 teſtari ſit prohibitus donare cauſa mortis, de
qua per Docto. in gloſſ. in l. ſenium C. qui te-
ſtam. face. poſſ. & primo videtur quod vxor
prohibita teſtari per noſtram Conſuetu. non
eſt prohibita donare cauſa mortis: nam pro-
hibitus teſtari non prohibetur donare cauſa
mortis: Ita Bald. in l. fin. vltim. colu. nu. 75. C.
6 de fideicommiſſ. verſic. quarto an hæc lex lo-
cum habeat: Quia donatio cauſa mortis ma-
gis aſſimilatur contractui quam vltimæ vo-
luntati l. 2. de dot. prælega. vbi notatur, & eſt
commu. opinio: quam refert Boer. in conſil.
34. nume. 12.

7 SECVNDO quia ſtatutum correcto-
rium prout eſt iſtud: in dote ab extraneo
data loquens: in vltima voluntate non trahi-
tur ad contractum l. verba contraxerunt ff. de
verbo. ſignific. & ideo intelligendum eſt tan-
tum in caſu expræſſo l. præcipimus in fin. C.
de appell. l. ſancimus C. de teſta. vnde hac ra-
tione attenta non extenditur etiam ad dona
tionem inter viuos inter virum, & vxorem
coſtante matrimonio factam quæ morte cõ-
firmatur quæ eſt ſimilis legatis l. filius C. fa-
mil hercisc. & ibi notatur, & inſtit. ad l. Falci.
in glo. in principio, & l. ante pen. C. de donat.
int. vir. & vxor. nam nullum ſimile eſt idem
maximè in correctorijs vt dicunt Saly. & alij
in auth. quas actiones C. de ſac. ſant. eccl. l. etiã
eos C. de appellat.

TERTIO facit pro iſta parte l. etiam ff. de inoffic. teſtament. vbi qui ſuccumbit in querela non perdit quod per donationẽ c.

QVARTO facit quia fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda l. cum quidam ff. de liber. & poſthu. C. odia de regu. iur. in vi, ergo conſuetudo noſtra debet reſtringi vt ſit prohibita teſtari tantum, & non donare cauſa mortis.

8 QVINTO allegatur ratio iſta per Con
dam Dominum de Platamone hic, ſta-
tutum loquens de teſtamento non extendi-
tur ad donationem cauſa mortis etiam ſi eſ-
ſet ſimilis ratio vnius cuiuſque cum talis ſi-
militudo non eſſet inuenta per aliam legem
& ſumus in materia odioſa, & irrationabili,
merito non fit extenſio argum. l. 2. C. de pa-
tribus qui fil. diſtrax. vbi glo. dicit Bart. in l. ſi
conſtante ff. ſolu. matrim. Pau. de Caſtr. in l. ſi
mora col. 2, eo. tit.

SEXTO

SEXTO Dominus Blaſc.hic pro iſta parte allegat Alexan.in l.2.in principio, & in fin.ff.de verbo obligat.vbi caſus omiſſus habetur pro omiſſo vnde ex hijs videtur hanc mulierem donare poſſe de dote cauſa mortis prout in ea.

PRO parte vero negatiua quo . immò vxor in noſtra conſuetudine non poſſit
donare cauſa mortis faciunt infraſcripta capi
ta iura ll.& authoritates: Primo facit quia do
9 natio cauſa mortis dicitur vltima voluntas l.
fin.de donat. cau. mor.nam, & filiusfamilias
qui eſt prohibitus teſtari vt dicit l. qui in poteſtate ff.de teſtam.Clarus in §. teſtamentum quæſtio. 18. eſt etiam prohibitus, & donare cauſa mortis l. filiusfamilias ſine patris conſenſu l.thais ff.de fideicom.l.Senium vbi Doctor.C.qui teſt.facer.poſſ. refert commu.opinio.Clar.in §.donatio quæſt.6.verſi.aut vero quæris licet parte conſentiente poſſit vt ibidem Clar.in verſicu. ſequen.referendo commu.dicit.

SECVNDO pro iſta parte, & opinione
facit dictum Bald. in l. fin. C. de caduc.
tollē.& in l.ſi mortis cauſa C.ad l.Falc. & ibi
10 an Falcidia detrahatur de donatione cauſa
mortis ſicut de legatis.

11 TERTIO facit quia validum eſt argumentum de vltima voluntate ad contractum negatiue, vt ſi quis eſt prohibitus teſtari, prohibitus ſic, & contrahere vt dicit Aret. in §.1.inſti.de leg.fuſ.can.toll.ita dicit D.Blaſ. hic licet deinde dicit cogita quia ſubtile.

QVARTO allego ego aliam rationē
12 nam vſurarius nō poteſt teſtari niſi præ-
ſtita cautione iuxta formam capituli quamquam de vſur.lib.6.dicit Clar.in § teſtamentum quæſtio.26. Ita etiam non poteſt donare cauſa mortis quia ſequerentur mille fraudes vt dicit idem Clar.in §.donatio qu. 7. vbi magis communem opinionem dicit.

QVINTO dico quod ſi vxor prohibita teſtari per tex.noſtrum potuiſſet donare cauſa mortis numquam haberet locū hoc ſtatutum, & darentur mille frandes vt dicit Clar. in d. quæſtio. 7. & eſſet eluſorium vt ergo operetur intelligi debet etiam in donatione cauſa mortis.

13 SEXTO facit quia ſtatuentium mens de
bet attendi ſecundum gloſſ. in clem. 1.
de elect.l.tale pactum §.qui prouocauit ff.de
pact.Pariſ.in conſil.22.nu.52.in 2.volu.nam
14 quando veriſimiliter apparet quod ſi ſtatuē-
tes eſsēt interrogati de donatione cauſa mortis idem, dixiſſent operatur ſtatutum in caſu omiſſo Hyppol.in conſil.46.nu.28.& 29. Roland. in conſi.6.nu.23.volum.4. vbi communem dicit Pariſ. in conſi 78. nu.29. volum.2. & quod mens ſtatuentium ſit iſta patet in textu dum dicitur neque legare aliquid maximè quia tractatur de dote data ab alio, & non quando ſeipſam dotat: quia quando ſeipſam dotat poteſt de tota dote ſua teſtari vt in fine noſtræ conſuetudinis dicitur.

15 SEPTIMO pro iſta parte facit quia do-
natio cauſa mortis dicitur vltima voluntas d.l.fin.C.de dona cau.mor.& prout eſt in eſſe producta donatio cauſa mortis dicitur vltima voluntas vt dicit Clar. referens communem opinionem in d.§. donatio quæſt. 5. refert magis com.opinio. Hyppol. ſingul. 136. quod donatio cauſa mortis æquiperatur vltimæ voluntati quem refert Clar.in d.q.5.vt ſupra dixi, & iſtam partem teneo per rationē ſupra adductas.

NON obſtant ea quæ pro parte affirmatiua adducuntur, & primo non obſtat quatenus dicitur quod prohibitus teſtari nō prohibetur donare cauſa mortis vt dicit Bal. in l.fin. vlt. col. C. de fideicommiſſ. & quod donatio cauſa mortis aſſimulatur contractui quoniam in contrarium eſt magis communis opinio vt dixi in rationibus partis negatiue quam refert Clar. & Hyppol. in locis præallegatis.

NON obſtat quod dicitur, quod ſtatutū correctorium non extenditur quoniam non dicitur fieri extenſio vt ſupra approbatū extitit, nam donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas, & diſpoſitio in vltimis eſt teſtatio mentis reſpondetur etiā in correctorijs quoniam caſus æquiperatus haber eandem rationem quia tunc dicitur expræſſus. Ita Rolan. in conſil. 27. volum. primo vide quæ dixi ſupra in Præludijs in q.4.limit.2.

NON obſtat text.in l.etiam C. de inoffi.
teſtam. quoniam ibi per quærelam non
infirmantur donationes inter viuos quæ va-
luerunt, & tractatur de fauo. filij vt bona pa-
16 terna habeant. Item loquitur in ſentētia quæ
eſt ſtricti iuris, & ideo non extenditur ad donationem no.in l.prima de ſentent. & interl. omnium iud.

NON obſtat quod dicitur quod fauores ſunt ampliandi: & odia reſtringēda quoniam iam eſſet odium dotantium mulierem poſſe donare cauſa mortis dotem alterius, & ſic

ſic tractatur de odio dotantis: Item reſpondetur ad dictum D. de Platamone, & ad dictũ Dom. Lanz. nam contra eos eſt magis communis opinio vt ſupra dixi in rationibus partis negatiuæ.

SED cogita quia in dote data ab extraneo iſtud ſtatutum eſt contrarius cum extraneus dotans mulierem, dotem ei dare dicatur §. accedat l. vnica C. de rei vxo. actio. & de dote de qua ſe ipſam dotauit mulier. loquitur conſue. noſtra ibi de qua, &c. vide in conſue. vnic. tit. 17. nu. 5.

17 IN TEX. Ibi matrimonij dic quod matrimonium probatur per teſtes omni exceptione maiores ſecundum Bal. in l. ita demũ C. de procut. Alexan. in l. capite quinto ff. de adult. Caſſan rub. 4. §. 6. In verbo femme marie in verſi. aduerte nu. 30. fol. 156. & ibi etiã
18 dicit quomodo probetur, & quid ſi teſtes dicant vidiſſe perſonam non contrahere, & an ma
19 trimonium probetur per anuli delationem maximè in locis vbi dari ſolet vel ex ſola fama vel ex mutuis tractatibus vel ex ſola dotis aut donationis nominatione in teſtamento communis eſt quod non Soccy. in. conſil. 39. col. 2. volum. primo Turzan. in opin. 79. volum. primo commu. opinio. fol. 118. & in opin. 108. fol. 76. licet magna ſit inter Doctó. controuerſia an ex hijs præſumatur vt per Doctor. in cap. per tuas extra de probatio. & ibi per Turȳan. in conclul. 40. nu. 29. & quid
20 ſit matrimonium dic quod eſt maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens vt in §. primo Inſtit. de pat. pote. & vbi fuit inſtitutum: dic in paradiſo terreſtri vt cap. 1. de ſponſalibus in vj. & Geneſ. decima. & an intelligitur de coniunctione carnali dum in diffinitione dicitur eſt maris, & fœminæ coniunctio vide Caſſan. ſuper Conſuetud. Burg. in verbo femme mariæ verſic. nec valet num. 28. & l. nuptias ff. de regul. iur. vbi Dec. & Cagno. & multa de matrimonio remiſſiuè dixi ſupra in Conſuetud. vnic. incip. viri, & vxoris, ſupra tit 3. & quomodo contrahatur matrimonium dic quod de iure per illa verba accipio te in meam, & accipio te in meum Doctor. rubr. de ſponſ. & matrimo. Idem, & per verba promitto dummodo quod eo animo dicas vel dicere non accipere aliquam in vxorem niſi te refert commu. Turzan. in opin. 113. Incip. Antonius in primo volum. com. opin. fol. 27. Sed hodie quomodo contrahatur vide cap. primo ſacr. ſanc. conſil. Triden. ſeſſ. 24. vbi publicè in facie eccleſiæ denuntiationibus præcedentibus, & præsbytero interrogante contrahitur dic vt ibi.

IN TEXT. Ibi bonis: de bonis mobilibus, & in mobilibus dixi ſupra in Conſue. vnic. tit. 3. in 1. notab.

TERTIO noto ex iſto tex. Ibi de bonis
22 vero quod vxor de bonis acquiſitis per iugales in conſtantia matrimonij ſobole nõ ſuſcepta conſequitur tertiam partem de qua & de tota dote ſua ſi ſeipſam dotauerit teſtari poteſt: & poteſt hoc eſſe de iure capit. 2. de donat. int. vir. & vxor. extra Hoſtienſ. in rubr. de vſur. in verſic. Item ad maritum vide in ſimili tex. in auth. præterea C. vnde vir & vxor.
23 Nam vir, & vxor ſunt ſocij, & communes in bonis mobilibus acquiſitis constante matrimonio vt per Ioan. Fab. in auth. de donatione C. de ſecund. nupt. Cyn. in l. cunctos populos coi. pen. C. de Sum. Trinit. & Fid. Catholi. Bald. & Imo. in l. rei iudicatæ §. ſoceri ff. ſolut.
24 matrimon. & talis ſocietas tacitè eſt priuilegiata ſicut expreſſa dicit Caſſan. in rubr. 4. §. 3. In verbo femme marie in verſic. ſunt ergo fol. 134. de qua tamen quæſtione vide Alex. in conſi. 48. nu. 4. volu. 2. Dec. in conſ. 21. vide quæ dixi ſupra in Conſuetu. vnic. tit. 5. & ſimilis quaſi Conſuetudo eſt Burgundiæ, & in comitatu in ver. & in multis locis vt per eundẽ Caſſan. in rubr. 4. §. 6. in principio fol. 147. & tale ſtatutum valet vt ibi per eum, & ſimilis Conſuetudo eſt in Hyſpania de qua facit mẽtionem Duen. in regul. 2. libr. primo, & in vrbe Panhormi in cap. 46. Incip. viro, & vxore: ſub rubr. de dote, & hæred. diuiſio. fol. 33. dicitur: enim quod viro & vxore cum nihil in bonis habeant matrimonium contrahentibus abſque dote filijs non ſuſceptis vel ſuſceptis mortuis quomodocumque per eos acquiſita fuerint inter eos per medium diuidãtur vide Conſuet. Meſſanæ cap. 15. Aliæ vero duæ partes remanent pro viro. & hoc intellige ſobole nullo modo ſuſcepta quia ſi eſſet ſoboles nata, & mortua tunc aliud eſſet. Nã in tali caſu habent locum Conſuetudo prima de ſucceſſ. bonor. iug. rubr. 12. Si vero eſſet nata, & viua haberet locum Conſuetud. prima viri, & vxoris ſupra rubr. 3. de confuſ. bono. iugal. & iam Conſuetudo noſtra dicit ſobole non ſuſcepta, & ampliatur iſtud dictũ primo vt procedat in bonis acquiſitis in con
25 ſtantia matrimonij tam per virum quam per vxorem ſecundum Pern. in conſil. 137. & patet dum tex. dicit de acquiſitis per iugales vide omnino Io. de Amic. in conſi. 16.

26 AMPLIATVR ſecundo, vt procedat & habeat locum in acquiſitis etiam ante copulam Bald. in l. ſancimus C. de nupt. vide eundem Bald. in d. l. dos data C. de donat. ante nupt. & ampliatur etiam ſi per vnum

diem

diem tantum ſteterit vxor cum viro quia de
acquiſitis eodem die debetur tertia Bal. in l.
non tantum C. de legib. comniu. dicit Rolã.
de lucr. dot. quæſt. 40. nu. 10. & 12. dummodo
quòd ſint in inſtancia matrimonij acquiſita
quia tex. noſter dicit de acquiſitis in conſtan-
tia matrimonij ergo non de ante acquiſitis,
vide quæ dicam infra eo. nu. 46.

27 AMPLIATVR etiam in amaſio, &
amaſia qui poſteà matrimonium con-
traxerunt Io. Lup. in repet. rub. de donat. int.
vir. & vxor. in §. 02. nu. 24. Caſſ. ſuper Conſue.
Burg. in rub. 4. §. 2. In verbo femme marie in
verſi. quid ſi mulier fol. 133.

28 LIMITATVR hoc ſtatutum vt non
procedat nec habeat locum in bonis ac-
quiſitis exiſtentibus in alio territorio ita Ro
land. Auall. in conſi. 80. nu. 23. vol. 4. vide eũ
dem Roland. de lucr. dot. quæſt. 20. nu. 11. nã
in hijs non debetur vxori tertia, & an in hære
ditate legato aut donatione factis viro vide
Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §.
2. In verbo femme marie in verſi. quid veniat
nume. 4. fol. 136. & infra dicam verſicu. quæ-
ro vlterius.

SECVNDO intellige hoc ſtatutum vt
29 debeatur tertia de bonis deducto ære alie
no nam bona dicuntur eo deducto l. ſubſi-
gnatum §. bona ff. de verbor. ſignifica. in quo
ære alieno connumerantur dotem ſecundũ
Fulg. in conſ. 60. & iam tex. noſter dicit quod
tertia debetur vxori de bonis.

ET an de iſtis bonis ſuper quibus debetur
tertia debeat deduci vxori dos, & dico
30 quod ſic quia conſuetudo dicit de bonis ac-
quiſitis quæ dicuntur deducto ære alieno d.
l. ſubſignatum, & dixi ſupra in conſuet. vnic.
tit. 3. ſed dos debetur ergo &c. & quod om-
ne debitum debeat deduci de communitate
dicit text. in l. omne æs alienum ff. pro ſocio,
& l. ſequen.

31 ITEM quia non communicantur bona
ex cauſa onerosa vt dixi infra eod. nu. 56. ex
conſil. Anchar. 102. Sed dicitur acquiſita dos
32 ex cauſa oneroſa quia vxori reſtitui debet vel
hæredibus vt hic notat. & in l. 2. & ibi Doct.
ff. ſolut. matrimo. & dixi ſupra in Conſuetud.
vnic. de reſtit. dot. tit. 14. ergo &c. nam ex ac-
quiſitis debetur tertia dẽptis debitis, & one-
ribus: & inter æs alienum cõnumeratur dos
Fulgoſ. in d. conſil. 60. & dos eſt onus, & dici-
tur viro cauſa oneroſa vt notatur in rubr. ſo-
lut. matrimonio Iaſon. in l. ſi donaturus. §. ſi
quis indebitam num. 13. ff. de conditio. cauſa

dat. com. dicit Soarez in ſua Collect. com.
opin. In verbo dos nu. 503. & patet etiam dũ
text. noſter dicit de qua tertia acquiſitorum,
& de dote ſua ſi ſeipſam dotauit teſtari po-
teſt ergo dos ſeparatæ conſideratur. Item
quia dos à communiter accidentibus ante
matrimonium conſtituitur ergo non poteſt
propriè dici acquiſita in cõſtantia matrimo-
nij, & ſic eo conſiliatiaro vt dicam infra eo. nu.
47. verſi Item hæc conſuetudo. Item dos nõ
poteſt dici acquiſita vt infra eo. nu. 16. in verſ.
quæro vlterius dicam, & ita deciſum extitit
in cauſa compromiſſaria per Illuſtrem, & Re
uerendiſſimum D. Matthæum Samniati V.
I. D. Vicarium Generalem in cauſa Matthei
de Viſo cum Magiſtris operæ Eccleſiæ terræ
Aquilæ die 13. Decembris 1583. me aduoca
to dicti viri Conuenti.

33 TERTIO non debetur iſta tertia vxori
de feudis ſecundum Bald. in cap. primo
de prohibit. alienat. feud. per Feder. in 4 col.
vide quæ dixi in conſuetud. prima ſupra titu.
34 3. de conſul. bonor. vbi feuda non confundã-
tur idem dicit Caſſane. in dictis Conſuetud.
Burgund. in rubr. 4. §. 2. In verbo femme ma-
rie verſic. limita nu. 14. fol. 136. Sed ex Con-
ſuetudine Galliæ habet media in parte à eo-
rum quæ vir in ſuo feudo acquirit ita Tiraq.
de retract. Lignag. §. 16. gloſſ. prima in princi-
pio. Item in dicta tertia debenda vxori de bo
nis acquiſitis per iugales. ſobole non ſuſce-
pta in conſtantia matrimonij compenſatur
35 cum legata à viro ipſi vxori factum Iaſon. in
auth. præterea C. vnde vir, & vxor. nu. 20. eſt
communis opinio quam refert Villalob: In
verbo vxor nu. 76. vide ibi per eum omnino
vide Bart. & Bald. in l. ſi dotem §. ſi pater ſolo
luto matrimo. vide Tiraquell. in l. ſi vnquam
in verbo ſuſceperit liberos nu. 173. C. de re-
uoc. donat. refert etiam commu. opin. Bald.
in conſi. 79. nu. 6, volum. primo, & eſt magis
communis quam refert Roland. in tracta. de
lucr. dot. quæſtio. 96. niſi aliter verba teſtato-
ris diſponerent vt ibi per Doctor. & Bal. in d.
§. ſi pater in fine vt quando dicit lego de bo-
nis meis tantum vide quæ dixi ſupra in lucro
viri lecti cum meliori apparatu in Conſuetu.
prima ſub rubr. de remp. reſtit. dot. ſupra titu.
proximo nu. 43.

36 ET an in legato veſtimentorum relicto-
rum à viro vxori compræhendantur ve-
ſtes pœnes ſutores dic quod ſic Barto. in l. ex
facto §. rerum nu. 2. ff. de hæred. Inſtit. ponit
regulam cum duabus limitationibus Duen.
in regul. 57. libro 2. & an in legato facto vxo-
ri de bonis quæ vſui ſuo parata erant ve-
niant quæ erant parata cauſa communis

vſus

vſus dic quod ſic dicit idem Duen. in regul.
60. volum. 2.

ET an ſi vir legat vxori omnia bona quæ
in domo habet intelligitur legare ea quæ
ex cauſa vendendi habet puta frumentum
vel vinum dic quod non ſecus ſi dixiſſet lego
omnia bona mea Alexan. in conſi. 167. nu. 2.
38 volum. 7. Curt. Iun. in conſil. primo, & an le-
gatis omnibus mobilibus veniant pecuniæ
aurum argentum, & fructus, & quid ſi fue-
rint legata immobilia vide Plot. de in lit. iu-
rand. §. primo nu. 15. vbi facit regulam quod
veniunt pecuniæ quando ſunt legata omnia
mobilia, & limit. ibidem, & ibi quid de ani-
malibus.

39 ET an legatis ornamentis veniant veſtes,
& ornamenta præcioſa Bartol. in l. quam
uis ff. de aur. & argent. leg. dicit quod non.
Item non veniāt veſtes à ſtatuto portari pro-
hibitæ Soce. in conſil. 25. col. prima volum.
primo Caſſanc. ſuper Conſuetu. Burgund ru
br. 4. §. 6. In verbo femme marie verſic. & ad-
uerte nu. 8. fol. 151. & an ueniant ueſtes extra
domum quæ de nouo fiebant, & an pannus
pro eis facientibus uide Iaſo. in l. huiuſmodi
§. legatum, & in l. cætera §. ſi parata ff. de lega.
1. ultra ea quæ dixi ſupra eod. in uerſic. & an
in legato nu. 36.

ET an legato uino ueniant dolea dic quod
non ſecus de uaſis, & cuppis l. 3. §. 1. ff. de
uino, & triti. & ole. lega.

40 ET an imputentur ueſtes lucubres factæ
per hæredes uiri, & ueſtes quotidianę ui-
41 de Roland. in conſi. 10. uolum. primo, & an
uxor debeat habere ueſtes lucubres mortuo
uide Doctor. in rub. de dona. int. uir. & uxor.
& dic quod debentur ſi extat talis conſuetu-
do quæ probari debet Capic. deciſio. 26. Ca-
ualca. de uſufru. mulier. relict. nu. 200. & ſi eſt
relicta uſufructuaria non debetur, & an lucri
42 faciat anulos iugalia, & ueſtes uide Afflict. in
deciſ. 315. & quid econtra an uir mortua uxo-
re poſſit ſibi retinere veſtes præcioſas, & nō
quotidianas quas fecit uxori dic quod ſic, ui-
de deciſ. Tholoſ. 336. uide Rontan. in conſil.
146. Cagnol. in l. contractus nume. 43. & ſeq.
43 uide Clar. in §. donatio quæſtione x. & dic
quod ueſtes præcioſas, & feſtiuas uxor non
lucri facit: ſed ſoluto matrimonio uel cum
dote compenſare: uiles autem, & quotidie
induci ſolitas retinebit quaſi à marito datas
Iul. Clar. in §. donatio in d. quæſt. x. uerſic. ſuc-
ceſſiuè quæro refert, & ſequitur Soarez in
ſua collect. commun. opin. in uerbo uxor nu.
44 118. & quæ feſtiuæ, & quæ præcioſæ, & quo-
tidianæ ſint remittuntur arbitrio Iudicis Ro
lan. in conſi. 10. uol. 1. Menoc. de arbitra. iud.
lib. 2. Cent. 3. caſu 218. dixi ſupra in Conſuet.
unica tit. 34. nu. 6.

45 SED quid ſi uxor diligentia uiri ſui relin-
querit poſt eius morrē omnia bona mo-
bilia, & ſtabilia ex ſuo latere peruenientia an
ueniat iſta tertia uide Caſſan. in Conſuetud.
Burgund. in rub. 4. in uerbo femme marie in
uerſic. faciunt pro hac nu. 21. fol. 137. & an iſta
46 tertia non legata traſmittitur ad hæredes dic
quod ſic ita dicit idem Caſſane. in d. rubr. 4 §.
14. In uerbo femme marie uerſic. uideamus
nu. 11. fol. 179. dixi ſupra de meliori apparatu
in Conſuetudine proxima.

47 SED an hæc conſuetudo procedit matri-
monio non conſumato Caſſan. in Conſue
tud. Burgund. rub. 4. §. 6. uerſic. quæro nunc-
quid fol. 147. vbi duo conſilia ſcripſit, dicit
quod ſic in fine 2. conſi. dicit non eſſe iniudi-
cando ab hac opi. recedendum ſed in contra-
rium quod hoc ſtatum procedit etiam ma-
trimonio conſumato eſt commu. opinio re-
lata per Villalob: in. ſua Collett. com. opin.
in uerbo mulier nume. 139. ex Hyppolit. in
ſingul. 106.

48 SED an uxor poſſit iſtam partem uiro di-
mittere ſeu renūtiare ſicut de ea poteſt re
ſtari uidetur quod non eo quia donatio int.
uir. & uxor. non ualet l. donationes quas parē
tes C. de donat. int. uir. & uxor. toto tit. de do
nat. int. uir. & uxor. de qua quæſtione an ua-
49 leat donatio inter coniuges uide Clar. in §.
donatio quæſtion. 9. Michael Graſſ. in quæſt.
3. cap. 8. lib. primo in 2. uolum. com. opin. fol.
129. ubi quid ſtante iuramento: Sed incon-
50 trarium eſt ueritas quod poteſt renuntiare
ſeu dimittere tertiam uiro ita Boer. in deciſi.
244. nu. 2. Caſſan. in rubr. 4 §. 2. In uerbo fem
me marie in uerſic. limita. tertio: Sed ipſæ
intelligit quando in contractu matrimo-
niali renuntiat ſecus ſi poſt uide ibi per eum
nam ipſæ ſe remittit ad dicta per Io. Lup. in
repet. cap. per ueſtras de dona. int. uir. & uxo-
rem, & indiſtinctè tenet quod ſit, non obſtan
te Conſuetudine Franc. Ita Boer. in d. deciſ.
244. nu. 2. & ego dico quod cum iuramento
poteſt renuntiare quandocumque quia qui-
libet poteſt renuntiare fauori ſuo l. ſi quis
51 in cōtcribendo C. de pact. nam donatio int.
uir. & uxor. iuramento firmatur comm. dicit
Clar. in d. §. donat. q. 9. uerſ. ſed quid ergo &c.
& uide quæ dixi ſupra in Conſuetu. vnic. tit.
3. incip. uiri, & uxoris bona pulchrè per Rod.
Soarez: in ll. fori in l. 1. lib. 3. in titul. de las ga-
uantias in 2. quæſt.

VLTERIVS

52 VLTERIVS quæro quid ſi vxor viro
donationem remiſerit, & quietauerit vi
53 de Boer.in d.deciſ.244.nu.2.& an mulier quę
habet partem ex lucris debet etiam ſubire
partem damnorũ puta quo maleficio viri eo
mortuo vide Abb.in conſ.65. vol.1. & quod
non teneatur vide Alex.in l. cũ duobus §. dã-
na in fi.ff.pro ſocio vide Io.Lapũ in repe.rub.
de don.int.vir.& vxor. extra nu. 86.

54 QVAERO quid ſi vxor non apportauit
dotem viro an vxor de bonis acquiſitis
conſequatur tertiam: per Conſuetudinẽ Meſ
ſanæ cap. 15. dicitur quod matrimonio ſine
dote contracto filijs datis vel non bona ſunt
communia idem per Conſuet. Panhor. ſupra
relatam: ſed hic inuenio quandam apoſtillã
antiquam quæ in hoc iſtud dicit: Domine
quinque talenta traddidiſti mihi ecce alia
quinque ſuper lucratus ſum, pro qua opi-
nione facit dictum Bal. vbi dicitur quod dos
non data non meretur donationem propter
nuptias quod bene dicit Angel. in §. fuerat
nume.23.Inſtitut.de action.Guid.Pap. in de-
ciſion. 274. vide eumdem Bald. in l. quæ in
vxorem C. de negoc. geſt. & videtur quod
mens ſtatuentium hæc ſit cum ſemper lo-
quatur de dote ſiue ab extraneo data ſiue à
ſeipſa conſidera tamen text. in auth. præte-
rea, & ibi Doctor. C. vnde vir, & vxor vide
Caſſane. in rubr. quarta §. ſecundo. In verbo
femme marie verſic. quid ſi mulier fol. 133.
vbi dicit quod debet habere iſtam tertiam
vxor quia loquitur Conſuetudo noſtra de
matrimonio, & ſic lucrum habet ratione
matrimonij, & ſic iudicaret, & conſuleret:
Sed ibi poſteà tenet contrarium recedendo
à prima opinione, & in d.rubr.4.§.2.verſicu.
limita ſecundo fol. 136. & quid ſi vir erat
etiam pauper tempore contractus matrimo-
nij, & vxor non apportauit dotem an vxor
conſequatur tertia iſta vide omnino vltra
præcitatos Doctores, Rodori. Peroraz, de le
gibus fori l.1.lib.3. in titu. delas ganancias in
v.limita. Afflict. deciſ. 242. & 333. & quid ſi
vir mortuus fuerit in termino ĩ quo fuit pro-
miſſa dos adeo quod promittens dotem vel
mulier nõ fuiſſet in mora: dic quod tali caſu
debetur Afflict.in deciſ.333.& in deciſi. 342.
Boer.in deciſion.222.Roland.in conſi. 10.vo
lum.primo num.4. & ea ſtante ſtatuto de lu-
55 crando augmentum dotis quãdo dos eſt pro
miſſa, & non ſoluta lucrabitur ſolummodo
pro ea parte pro qua eam viro ſoluit Afflict.
in deciſion. 242. Neuizan.in ſua Sylua nupt.
in verbo diuiti non eſt nubendum nume.75.
& quod vxor pro rata dotis ſolutæ lucretur
donationem propter nuptias communem
refert Roland.in d.conſil. 10.nu.4. volu.pri-
mo vide Tiraq.in l.ſi vnquam in verbo dona
tione largitas nu.332.ſol.120.vide tamen Ro
land.de lucr.dot.quæſt.10.qui loquitur in ſta
tuto loquente de dote ſoluta vt vir lucretur
pro parte pro qua eſt facta ſolutio ſecus ſi nõ
fuiſſet dos promiſſa quia tunc antifactum de-
betur vt dicit Afflict.in d.deciſ.242.

56 QVAERO vlterius quæ dicãtur bona ac-
quiſita de quib⁹ debetur tertia vxori, an
de acquiſitis ex cauſa lucratiua tãtum an de
acquiſitis ex cauſa oneroſa, & ex quæſtu ac
induſtria viri dic quod Anchar.in conſi. 102.
Alex.in conſi.48.nu.4.volum.2.Dec.in conſ.
21.nu.9.dicunt quod bona acquiſita dicũtur
ea quæ veniunt ex quæſtu, induſtria, & nego-
ciatione, & non ea quæ ex cauſa oneroſa, le-
gato, donatione, & ſucceſſione, vel pecunia
viri quam ante matrimonium habebat ſunt
empta Io.Ficar.in addit.ad Villalob: in coll.
com.opi.in verbo acquiſitorũ ante nu.14. re
fert cõmunẽ opinionẽ eſſe quod acquiſitorũ
nomine ea tantum veniũt quæ ex laboribus,
& induſtria parentum, non autem ex legatis
donationẽ vel alijs ex cauſa lucratiua obue-
nientia qui allegat Io. Pin. Angel. Boer. ſuper
Conſu. Bitur.in tit.de ſociet.inr.vir. & vxor.c.
xj.tu vide Caſſane.in Conſue.Burg.rub.4 §.2.
in d. verbo quid veniunt fol. 136. vbi diſtin-
57 guit dicendo quod hæreditas legatum, & do
natio non cõmunicantur quando alias erat
obuentura marito ſecus ſi erant obuentura
alio modo quam per legatum, & donationẽ
vide quæ dicã infra eo.in vltimo notabil. nu.
70.vid.Rodor.Soarez: ĩ ll. fori l.1.lib.6.in tit.
delas ganantias in d.limita.& per totũ, & Ti
raqu.de retract.Ligna.§.32.glo.1. nu.43.

58 ET an ſalaria mariti puta qui erat aduo-
catus procurator vel lector veniant com
municãda, & mulier habeat tertiam, & quid
59 de iure patronatus, & quid de officijs vide ad
dit.ad Caſſan.in d.rub.4.§.2.In verbo femme
marie verſi.quid veniat nu.5.ſol.136.dixi ſu-
pra in Conſu.vni.tit.3.vide Rodor. Soarez: in
ll.fori.l.prima libr.3.in titul. delas ganantias
in 3.limita. & olim in Curia Patriciali huius
Ciuitatis fuit magnalis inter quondam Hye-
ronimum de Aparo, & Antoninum Fazi-
no me aduocato dicti de Aparo vide Caſſan.
ſuper Conſuetu. Burgund. in d.rubr.4.§.2.In
verbo femme marie verſicul. quid veniant
nu.1.ſol.136. vbi allegat Alber. in conſil. 65.
60 volum.1.nam verbum acquirere ideſt lucra-
ri exponitur: in capit. traſmiſſus, & in capitu.
paſtoralis de decim. extra, & verbum acqui-
61 rere ex diſpoſitione hominis quid importet,
vid. Rolan. Auall.in tract. de lucr. dot. quæſt.
86.nu.11.Io.de Amic.in conſil. 16. vide Bec.

in conſi.41.in princ.& in conſi.52. num.104.
62 & quando bona præſumantur empta ex pecunia viri vide Couarr.in libr.variarum reſolu.lib.3.capit.19. Boer. in Conſuetud. Buturicenſi in titulo an ſi placoſtume §. 2. fol. 79. Capicc.deciſio.193.in tertio dubio: & de iure vxor præſumitur acquirere de bonis viri vt euitetur ſuſpitio adulterij l. quintus ff. de donat.int.vir.& vxor.l.etiam C.eod.tit.& ibi Doctor.Crauett.81.nu.4.amplia.1.vt per Pariſ.in conſ.62.nu.5.volu.1.vide Boe. in deciſ. 81.limitatur tamē prædicta regula per Duen. tribus modis in regu.96. volum.2. & quinq; modis per Ioſeph.Maſc.de probat. concluſi. 214. libr. 2. & an acquirere, & amittere ſint contraria vide Marian.Socc. Iunio. in repet. rubr.ff.de acqu.poſſ.num.80.& ibi Iaſo.& an in dubio bona dicantur patrimonialia an acquiſititia vide Tiraquell. de retract. ligna. §. 32.glo,2.nu.91.

63 NOTO vltimo quod vxor poteſt teſtari de tertia ſibi competēte de bonis acquiſitis in conſtantia matrimonij ſobole non ſuſcepta per ipſos iugales ac etiam de dote ſi
64 ſeipſam dotauerit: & an vxor de iure poteſt teſtari de dote ſua ſi eſt in poteſtate patris etiam ſtante ſtatuto quod filia maritata ſit emancipata vide Roland.in conſil.68.nume. 8.volum.4. dicam infra in Conſuetud.prima titul. 20. & ratio poteſt eſſe quia cum ſit ipſa domina poteſt de eis ad ſui libitum voluntatis diſponere, Cum lex dicat diſponat teſtator in ſuis,& fiat lex eius voluntas §.diſponat in auth.de nupt. & in re ſua quilibet eſt moderator,& arbiter l. in rem mandata C. mād. & prout dicit Rolan.in conſ.90.nu.18. vol.4.
65 Sed quid ſi non teſtatur dic quod ſuccedunt hæredes vniuerſales ab inteſtato de iure cōmuni per Conſuet. ſupra de ſucc.loquenter, cū hæres ſit ſucceſſor in vniuerſum ius quod defunctus tēpore mortis habuit l. nihil aliud ff.de reg.iur.& maximè dicuntur proprij hæredes veniētes ab inteſtato l.3.§.de illo ff. pro Soc.Dec.in conſ.32.& in conſil. 319.Pariſ.in conſ.20.nu.9.& ſeq. volum. 1. & ita interpretatur noſtra conſuetudo facit conſue. vnica infra tit.18,de melioratione fundi dotalis, &
66 an tertia iſta traſmittatur vide Caſſa. in Conſuetu.Burgund.rubr.4.§.14.in fine nu.14. vbi dicit quod ſic, fol.179.Alexan, in conſil.150, nu.6.volum,2.dixi ſupra eod.nu.46. nam ſtatutum noſtrum dicit teſtari poſſit, & ſic non abſtringitur teſtari: quia verbum poteſt non inducit neceſſitatem ſed voluntatem l. non quicquid ff.de iud.cum ibi notat. licet quan-
68 do præcedit negatiua importet neceſſitatē præciſam eſt cōmunis opinio relata per Rolan.in conſ.80.nu.57.vol.3. & quomodo poſſit teſtari mulier de dote ab extraneo data de propria ſubſtantia mulieris dicit Conſuet.ſequens, an autem mulier iſta quæ poteſt de tertia ſua teſtari, poſſit donare, eā cauſa mortis vide ſupra eo.in 2.notab.

69 AN autem matrimonio declarato nullo iſta tertia debeatur vxori. Alex.& Rom. in l.ſi cum dotem §.fin ff.ſolut. matri. dicunt quod non ſed vide Caſſan.in rub.4.§.2.in verſic.Panhormi nu.5. fol.132. vbi limitatur niſi alter coniugum ignoraſſet impedimentū vide ibi per eū,& an in d. tertia vxor habeat dominum, & poſſeſſionem vide Soarez in d. ll. fori.in d.tit.delas ganantias, propè finem.

SED an iſta tertia, de qua loquitur iſta con
70 ſuetudo debeatur de bonis à marito relictis vide Bart.in l.Sempronium de vſucapio. Bal.in l.quoties C.famil.herciſ.Caſſa.in loco prædicto fol.173. verſi. quod autem vltra ea quæ dixi ſupra eo.nu. 57.

71 ET an competat vxori ex matrimonio putatiuo, Tiraq.de ll.Cōnub.in gl.8.nu.270 per multa dicit quod ſic tu vide Soarez in ll. fori l.1.lib.3.in tit.delas ganantias in princ.& ſupra in Conſuetud. vnica tit.5. in 1. notabili prope finem, & in Conſuet. proxima præcedenti reliqua circa iſtam materiam vide per Caſſane. in locis ſupra allegatis, & per Soarez in d. tit. delas ganantias.

72 ET an debeatur de donatione Regia idem Soarèz in d. titul. delas ganantias in 7.limitat.dicit quod non.

TITVLVS XVII.

Qualiter teſtari mulier poſſit de dote ab extraneo data de propria ſubſtātia mulieris.

CONSVETVDO VNICA.

SIMILITER de propria eius ſubſtantia, & de rebus ſuis dotata ab extraneo fuerit. Iſta mulier de dote prædicta, ac ſi ipſa fuerit ſtipulata, vel ſeipſum dotauerit, pro eius libito voluntatis teſtari poſſit nō obſtāte ſtipulatiōe dotātis.

SVMMAE.

1 *Mulier dotata de bonis proprijs ab extraneo teſtari poteſt non obſtante contradictione dotantis.*

2 De-

2 *Dotans non poteſt præiudicare mulieri, in dote ſua,*
3 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
4 *Pater an teneatur dotare filiam ſpuriam.*
5 *Dos ab extraneo data an præſumatur mulieri data.*
6 *Pater dotando filiam an præſumatur donare.*

SIMILITER de propria: diuiditur iſte text In tres partes. In prima ponit factum. In 2. deciſionem. In 3. illam ampliat. 2. Ibi iſta mulier. 3. & vltima ibi non obſtante.

SVMMATVR hoc modo, mulier de bonis ſuis ab extraneo dotata de dote teſtatur non obſtante ſtipulatione dotatoris, & quomodo poſſit teſtari in nob. Ciuitate Meſſanæ vide Conſuetu. ipſius Ciuitatis cap. 12. verſi quæ ſi teſtari.

1 NOTA ex iſto tex. quod mulier dotata de bonis proprijs ab extraneo poteſt teſtari non obſtante contradictione dotantis, & hoc eſt quia in conſue. noſtra dicitur quod iſtud procedit ac ſi ipſa ſe dotauit, & de iſta materia vide Alex. in l. ſi cum dotem ff ſolu. matrimon. & per Bald. in l prima §. accedit C de rei vxo. actio. & plenius per Bar. in l. Gayus ff ſolu. matrimon. & uide quæ dixi in con ſuetud. vnic. ſupra de reſt. tut. dot. tit. 14. & in conſuetu. proxima, & ratio noſtræ conſuet. poteſt eſſe nam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri l. nō debet ff. de reg. iur. & iuſ. & ſic dos mulieris non poteſt euelli ſine facto ipſius l. id quod noſtrum eſt ff. de reg. iur. cum ſimili vnde non poteſt dotans
2 præiudicare mulieri in ſua dote: & teſtari poteſt ſi eſt in duodecimo anno iuxta l. qua ætate ff. de teſta. nam tunc etiam dicitur mulier, & poteſt contrahere matrimonium §. 1. inſt. de nupt cum ſimil dummodo quod ſit ſui iuris alias in decimooctauo anno debet eſſe ſi viueret pater vt in Conſu. vni. infra tit. 20. dicitur, & quod mulier teſtari poſſit dicit Bal. in l. 1. C. ſi quis aliquem teſta. prohib. nam iſta conſuetudo loquitur de dote data ab extraneo de propria ſubſtantia mulieris vnde ſequitur quod licet in cōtractu dotem ſtipuletur quod vxor non poſſit teſtari niſi de vncijs viginti puta ſi eſt contractum matrimonium ſecundum conſuetudinem Cataniæ non obſtante tali ſtipulatione vxor teſtatur de tota dote: & an hoc procedat in dote data à patre, vel auo, uel frater caſu quo teneretur frater, vel auus, dotare, & an prædicti teneantur dotare, & credo quod ſic quia debita, & propria dicitur caſu quo prædicti dotare tenerentur,
3 & ſaltim quo ad legitimam cum dos loco ipſius legitimæ ſuccedat l. quoniam in priorib. C. de inoffi. teſta. cum nullū eius imponi poteſt regulariter d. l. quoniā in prioribus, & dixi ſupra in conſue. vni. tit 3. cum nec tali caſu vinculari poteſt in præiudiciū ipſius ſecundū Bar. in l. filiusfa. § Diui el 2. de leg 1. ff. nu. 10. & Iaſ. com. dicit ibi nu. 97. in 2. lectu. & Bolognett. Ibidē poſt nu. 175. cum diſtintionibus ibi per eū cōpoſitis nu. 179. cum hijs quæ ibi ego dixi ſi autem mulier tali conſtipulationi conſentiat, & actum ratificat cum iuramento prout fit quotidie aliud eſſet de iure quod non eſt per me nunc tractandum.

4 ET an pater poſſit dotare filiam ſpuriā, & quid in principe vide Caſſane. in rub. 8. §. 3. in verbo Baſtard. verſ. & aduerte nu. 12. fol. 285. vide Rip. in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. vbi dicunt quod pater poteſt dare dotem filiæ ſpuriæ ſicut alimenta, & talis dos ſuccedit loco alimentorum, & mortua filia ad hæredes patris reuertitur com. dicit Rip. in l. 1. ff. ſolu. matri. nu 67. non autem tenetur dotare ſed poteſt vt dixi quia ad alimenta tantum tenetur eſt magis com. opin. relata per Doctor. in c. cum haberet de eo qui dux. in vxor. quā poll. Alex. in l. 1. ſolut. matrimon. Viui. in opi. 238. Incip. pater lib. 1. vide infra in Conſuet. vnic. tit. 22. ſub rubr. de ſubuent. pare. filiam vero quæ in corpus ſuum peccauit pater dotare non tenetur nec alere immo exhæredare poteſt l ſi filiam C. de inoffic. teſta. laſo. in l. arena C. de inoffic. teſtam. com. dicit Viui. In ſua Colle. com. opin. in opin. 130. Incip. filia quæ lib. 1. Sed ſi ſe emendaue rit patre viuente exhæredare non poteſt com. etiam refert. Viui. in d. opin. 130.

5 SED quæro an de iure dos ab extraneo data præſumatur mulieri donata vide Bal in d. l. vni. § accedit C. de rei vxo. actio. Menoch. de arb. iud. lib. 2. Cen. 1. caſu 88. nu 36. & quid
6 quando à patre dotatur filia vel filio detur donatio propter nuptias an de proprio dotare dicitur text. in l. fin. C. de dot. promiſſ. dicit quod ſic niſi ſit pauper.

ET etiam ſi dotatur à patre: & dicatur per eū dotare de bonis ipſius patris, & matris Ioſeph. Lud. in d. deciſ. 21. nu. 16. dicit magis com. eſſe de bonis ipſius patris in dubio dotatā cenſeri, & bona matris eſſe reſtituēda d. filiæ, & ibi nu. 23. & 24. communē ēt dicit tali caſu de bonis patris tantum dotatam cenſeri niſi expreſſis è patet dotādo dicat doro de bonis meis pro uncijs tex. & de bonis matris de alijs vncijs totidem Lud. in d. deciſ. 21. nu. 28 ubi com. dicit vide latè per Menoc. in trat. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 15. fol. 124. & vide ſupra in Conſuet. vnic. tit. 13. in primo nota

nume. 14. ſub rubr. de Conſtitut. dotar. &c. & qu id quando dotatur à fratre vide Menoch. in d. caſu 88. nu. 40.

TITVLVS XVIII.

De melioratione fundi dotalis, & pœnes quem debet remanere.

CONSVETVDO VNICA.

FVNDVS cum æſtimatione in dotem datus, ſi durante matrimonio melioratur per iugales: ſoluto matrimonio per mortem vxoris liberis non ſuſceptis: pœnes maritum remanet, ſoluto prætio æſtimationis, & vna tertia meliorationis fundi prædicti hijs quibus facienda eſt reſtitutio dotis. Si verò per mortem mariti: remanet pœnes vxorem, ſolutis tantum duobus tertijs partibus meliorationis fundi, eis qui marito ſucceſſerunt.

SVMMAE.

1 *Fundus dotalis extimatus melioratus per iugales mortua vxore ex ea liberis non ſuſceptis penes quem remaneat & nu. 7.*
2 *Vxor de bonis acquiſitis in conſtantia matrimonij Sobole non ſuſcepta conſequitur tertiam.*
3 *Statutum noſtrum de fundo dotali loquens de quo fundo intelligitur.*
4 *Fundi appellatione veniunt vrbanus & ruſticus.*
5 *Fundi appellatione quid veniat.*
6 *Foſſata veniunt appellatione fundi.*
8 *Prædium datum extimatum ab vxore viro tranſit in contractum emptionis & vide nu. 9.*
10 *Pretium quando non eſt condecens an faciat emptionem.*
11 *Fundus quando datur æſtimatus intelligitur datus cum omnibus oneribus, & obligationibus.*
12 *Fūdus dotalis in æſtimatus datus omnino reſtituitur.*
13 *Prædium in dotem datum iuxta æſtimationem quando fuit facta an reſtituatur.*
14 *Pactum quod ſoluto matrimonio rei æſtimatæ ſi extiterint reſtituantur an faciat emptionem, & communis quod ſic.*
15 *Dotales res ſi deteriorentur an vir teneatur.*
16 *Vir ſi in fundo dotali ædificauerit domum an hæredes eius poſſint repetere.*
17 *Fundus dotalis in æſtimatus, eſt in alienabilis ampliatur nu. 18.*
19 *Fundus dotalis an alienetur per vxorem de conſenſu viri.*
20 *Fundus dotalis per Conſuetud. Meſſanæ quomodo alienetur.*
21 *Fundus dotalis an poſſit permutari.*
22 *Fundus dotalis cum conſenſu vxoris etiam iuramento poteſt alienari.*
23 *Fundus dotalis non dicitur niſi tradita poſſeſſione.*
24 *Lapidum fructus prædij dotalis ad quem ſpectent.*
25 *Oliuetum ſi vir ſucciderit vt nouellæ oliuarum veniant eo mortuo an ſint vxoris.*
26 *Meliorationes, & impenſæ factæ in fundo dotali quomodo ſoluantur.*
27 *Impenſæ neceſſariæ in fundo dotali quæ dicantur.*
28 *Melioramentorum materia vbi ſit.*
29 *Fructus an computentur cum melioramentis.*
30 *Melioramenta vt præſtentur quæ requirantur.*
31 *Melioramenta ſeu benefacta pro quo probari debēt.*

FVNDVS cum æſtimatione, diuiditur; In duas partes iſte text. In prima ponit vnum dictum. In ſecunda aliud, ſecunda, ibi ſi vero poſt mortem.

1 SVMMATVR hoc modo, fundus dotalis æſtimatus melioratus per iugales morte vxoris liberis non ſuſceptis remanet pœnes maritum, & æſtimatio illius, & tertia pars meliorationis fundi remanet hijs quibus debet dos reſtitui, & morte mariti remanet pœnes vxorem ſolutis duabus tertijs partibus meliorationis dicti fundi ſucceſſoribus mariti.

PER Conſuetudinem Meſſanæ capit. 14. Incip. res ſtabilis dotalis ſub rubr. de dote reddenda reſtituitur hoc modo, res ſtabilis dotalis qualis fuerit tempore reddendæ dotis ſiue melior ſiue deterior facta qualis eo tempore fuerit redditur: Si vero maritus ſolum, vel fundum vacuum in dotem receperit, & eum de proprijs ædificauerit ei ad quē reuertitur dos vtiles, & neceſſarias expenſas in ædificio factas reddet, & in ea quantitate qua tunc ipſum ædificium valere æſtimabitur quia ædificium ſolo cædit guarnimenta autem, & ſupellectilia qualia eo tempore fuerint reddantur.

ET per Conſuetud. Syracuſanam in cap. primo. Incip. beneficia in rubr. de benefi. fact. in fundo aliter diſponitur: nam bene facta ſoluto matrimonio morte alterius coniugum bona quæſita dicitur, & quod alter coniugum cuius ſolum fuerit vel eorum hæredes ſoluant medietatem beneficij hæredibus alterius.

NOTO

NOTO ex iſta conſuetudine quod in
ſummario dicitur, & ratio huius cõſue-
tudinis poteſt eſſe de qua in conſuetud. vnica
2 ſupra tit. 16. dicitur quod de bonis acquiſitis
per iugales in conſtantia matrimonij liberis
non ſuſceptis vxor conſequitur tertiam, &
duæ partes remanẽt pro hæredibus viri: quia
iſta melioramenta in fundo ſunt facta in con
ſtantia matrimonij ergo de eis vxor vel hæ-
redes eius quibus facienda eſt dotis reſtitu-
tio vt dicit conſuetudo noſtra debent habe-
re tertiam, & duæ partes remanent pro viro
vel eius hæredibus, & quando eſſet mortuus
vir fundus deberet remanere pœnes ipſam
vxorem vt dicit tex. noſter, & hoc eſt vt inter
coniuges ſeruatur æqualitas pro vt debet eſ-
ſe in correlatiuis iuxta l. fin. C. de fruct. & lit.
expenſ. cum alijs concordantibus, quid autẽ
de iure communi diſponatur in melioratio
nibus fundi dotalis vide l. quod ſi fundus iun-
cta l. fi. ff. eo. tit. de fundo dotal.

3 SED quæro de quo fundo conſuetudo
noſtra loquatur: an de fundo vrbano, an
de ruſtico an vero de vtroque vt ratio melio
ramentorum de quibus in ea fit mentio pro
cedat in omni fundo dic quod tex. noſter lo-
quitur de vtroque fundo ſeu prædio, & ſic in
omni fundo ſiue Vrbano ſiue ruſtico eſt tex.
expræſſus in l. dotale prædium ff. eodem, &
dotale prædium dicitur cum mariro domi-
nium acquiſitum eſt d. l. dotale prædium ff.
de fund. dotali.

4 PRAETEREA fundi appellatione ve-
nit, & ruſticus, & Vrbanus eſt text. in l.
quæſtio ff. de verbo. ſignifi. nam fundi appel-
latio generalis eſt ſecundum gloſſ. in l. iube-
mus C. de ſacr. ſanct. eccl. & glo. in l. fundi ff.
de verbo. ſignificat. & quid appellatione fun
5 di veniet vide Corn. in conſil. 55. incip. viſa in
litera a, & in conſi. 336. incip. diligenter in li
tera g, in 4. volum. & quid veniat appellatio-
ne fundi eſt tex. in l. fundi de actio. emptio. &
ff. de reb. dub. l. prima, & ibi Socc. qui dicit an
ſit quid vniuerſale, nam in d. l. fundi dicitur
quod appellatione fundi omne ædificium,
6 & omnis ager continetur immo, & foſſata
veniunt appellatione fundi l. prædia §. pe. &
ibi Barto. de fundo dota. ergo cum noſtra cõ-
ſuetudo loquatur indefinite de fundo intelli
gitur de omni meliorato etiam de domibus
iuxta diſpoſitionem iuris cum ſtatuta reci-
piant interpetrationem à iure communi ſe-
cundum Bald. & Doct. in l. omnes populi ff.
de iuſt. & iure cum ſimilibus, & dixi ſupra in
Præludijs in q. 5.

7 NOTO ſecundo quod mortua vxore
fundus dotalis cum æſtimatione datus rema
net pœnes virum; & non reſtituitur hæredi-
bus vxoris ſed eis ſoluitur æſtimatio cum ter
tia melioramentorum, & econtra vero quã-
do moritur vir fundus tunc remanet pœnes
vxorem etiam quod æſtimatus fuerit datus
dummodo quod ſoluat duas partes benefa-
ctorum hæredibus viri de iure autem aliud
8 eſt quia quando fundus dotalis vel prædium
datur in dotem æſtimatus vel æſtimatum nõ
reſtituitur vxori per hęredes viri etiam quod
non ſit melloratus ſed ad præcium tantum
tenetur vxori quia æſtimatio facit præcium,
& dicitur contractus emptionis, & venditio
nis in dubio gloſſa eſt communiter approba
ta in l. ſi inter C. de iur. dot. Natta. in conſil.
650. in volum. 4. Pariſ. in conſil. 81. nu. 10. &
ſeq. volum. 3. vide Roland. in conſil. 92. in 2.
volum. refert commu. opinio. Michael Graſ.
in quæſt. 14. cap. 13. in 2. volum. com. opinio.
9 fol. 143. niſi quando ex pacto contrahẽtium
expręſſo vel tacito aliud conſtaret vt per Soc
cy. in conſi. 36. libr. primo, & per Graſſum in
10 loco allegato, & quid quando præcium non
eſt condecens vide Pariſ. in d. conſi. 81. & ſe-
cus ſi fiat ad effectum ſciendi præcium vt in
locis præallegatis dicitur: limitat alijs mo-
dis Iaſo. in l. ex conuentione nu. 2. C. de pact.
latiſſimæ, & nouiſſimæ hanc concluſionem
tractat Ioſeph Maſcard. in tracta. de præſum-
pt. in concluſio. 663. Incip. æſtimatio volu. 2.
fol. 59. vnde mediante iſta ratione; In prima
parte text. noſtri fuit dictum quod mortua
vxore vir non reſtituit fundum hæredibus
eius vel dotatoribus, & alia ratio aſſignatur
per Bald. in l. intereſt. C. de vſufruct. vbi dicit
quod fundus æſtimatus non dicitur dotalis
11 niſi vir ſit pauper, & quando fundus datur
æſtimatus intelligitur cum omnibus oneri-
bus, & obligationibus datus niſi ſit pactum
expræſſum in contrarium: Ita Iaſo. in d. lex.
conuentione per illum text. C. de pact. Si ve-
12 ro in æſtimatus datur, & tunc fundus omni-
no reſtituitur Doctor. in d. l. intereſt; & Nat-
ta: vbi ſupra l. doce ancillam, & ibi notata C.
de rei vend. & lex. In rebus C. de iure dot. cũ
ſoluto matrimonio dos vxori reſtitui debet
d. iuribus & l. 2. ff. ſolut. matrim. & de fundo
dotali dato æſtimato vide Ioſeph. Ludouic.
in deciſi. 89. volu. 2. quando autem ſit in ele-
ctione mariti reſtituere res dotales vel præ-
cium vide Cœph. in conſi. 532. lib. 4.

13 SED quæro quid ſi fuerit datum prædiũ
in dotem pro præcio ſecundum æſtima-
tionem faciendam per communes amicos
eligendos qui numquam fuerunt electi, &
fuerit melioratum; & ſoluto matrimonio
fuit prætio æſtimatum; an erit reſtituẽdum,

an eius æſtimatio ſecundum quod valebat
tempore datæ dotis vide Socc.in d.conſ. 56.
vltima colum. in primo volum. vbi pulchrè
inter conſil. Bart. Socc.in l.æſtimatæ ff.ſolut.
matrimo.& quid ſi dicatur in contractu ma-
trimoniali quod res reſtituantur ſoluto ma-
trimonio eodem prætio quo fuerint æſtima
tè numquid cenſebitur emptio, & venditio
dic quod non, eſt tex. in tex. in l. ſi inter virũ,
& vxorem C.de iur.dot.refert com.opi. Mi-
chael Graſſ.in quæſtio.13.capit.13.in 2.volu.
commu.opinio.fol.143.& quid ſi adiecta ſit
14 clauſula vel pactum quod ſoluto matrimo-
nio res æſtimatæ vxoris ſi extiterint reſtituã-
tur habita ratione omnis lucri, & damni ar-
bitrio boni viri an dicatur facta emptio com
mu.eſt quod non, idem Graſſ.in d.quæſt.13.
nos vero in hoc debemus ſtare diſpoſitioni
noſtri ſtatuti, in caſu ipſius, & non iuris com
munis, & aduerte quod text.noſter loquitur
factis melioramentis, ſi verò non eſſent facta
non loquitur text. noſter, & tunc in reſtitu-
tione fundi dotalis ſtabitur iuri communi vt
ſit differentia quando datur æſtimatus, &
quando non vt ſupra diximus, & iuxta d.Soc.
cy.in d.conſi.56.vbi ponit 7.caſus.

15 ET ſi res æſtimatæ in dotem datæ deterio
rentur an vir teneatur ad intereſſe vide
Docto.in d.l.æſtimatæ, & an teneatur de om
ni culpa, & dolo vide Doctor.in l. etiam §.1.
ff.ſolut.matri.Graſſ. in præcitato loco quæſt.
13.fol.143.

16 QVAERO quid ſi vir in fundo vxoris
ædificauerit domum an hæredes eius
poſſint repetere: hanc quæſtionẽ ponit Caſ-
ſane. ſuper Conſuetud. Burgund. in rubr. 4.
§.13.In verbo, & ſe les dictz. In verſic.poſſet
hic quæri nu.5.

17 ITEM quando fundus datur in æſtimatus
eſt in alienabilis de iure l.1.ff.de fund. dot.
& in §.1.inſtit.quib.alie.licet vel non.Bart.in
l.ſi æſtimatis in fin.ff.ſoluto matrimo. Afflic.
18 deciſio.336. Immo nec à vidua nec ab eius
patre poteſt alienari fundus dotalis eſt text.
in l.rem quam C.de iur.dot.& ibi Bal. & Cy-
19 nus, quando autem fundus dotalis alienatur
per vxorem de conſenſu viri notatur in l. ſi
prædium C.de iur.dot.Bald.in l.æſtimatis ff.
ſolut.matrimon. & in l.1.§.& cum lex.C.de
rei vxor.actio. & Io.Imola in l. cum vir ff.de
vſufru.& in cap.cum contingat de iur.iur.ex
tra Specul.in tit.de emptione, & venditione
20 §.3.verſic. ſed pone vxor. & per Conſuetud.
Meſſanæ c.13. diſponitur quod res ſtabilis do
talis non poſſit alienari etiam cum conſenſu
vxoris non ſuſceptis filijs niſi in caſu magnæ
neceſſitatis. Idem eſt de iure communi inſti-
tu.quibus alien. licet vel non d.§. primo Plo
tus de in litem iurando: in §.11. nu.7. vbi di-
cit quod contra ſocerum vel virum alienan-
tem dotem iuratur in litem per vxorem: &
an poſſit ſuper eo fieri tranſactio, & an diuidi
vel alijs modis alienari vide quæ ſcripſi ſupra
in Conſue.vnica tit.4. & 5.

21 SED an fundus dotalis poſſit permutari vi
de Afflict.in d.deciſio. 336. vbi dicit quod
ſi interuenit conſenſus vxoris, & commuta-
22 tur cum alio fundo poteſt: & an fundus dota
lis cum conſenſu vxoris, & iuramento poſſit
alienari Afflict.in d.deciſio.336.num.4. dicit
quod ſic dicit Pariſi.in conſil.75. nu.1. & 15.
volum. 3. vbi rationem dicit: ex forma vero
Conſue. vnic.ſup. tit 3.vir & vxor natis filijs
alienant omnia ſtabilia.

23 ITEM aduerte quod fundus dotalis non
dicitur niſi tradita poſſeſſione Bart. in l. de
diuiſione ff.ſol.matr.& in l.dotale § 1.de fun
do dotali, & ibi Doct. per illa iura.

24 QVAERO an fructus lapidum prædij
dotalis ſpectent ad maritum an verò de
beant reſtitui dic quod ſpectant ad maritum
niſi aliud agatur eſt text. in l.ſi fundus ff.ſolu.
matrimo.& quid ſi vir in fundo dotali mulie
ris rogatu oliuetum ſucciderit vt nouellę oli
uarum veniant, & vir moritur, & vxori dotẽ
relegat cuius ſunt ligna dic mulieris vel eius
hæredum eſt text. expræſſus in l. vir in fundo
26 ff. de fundo dotali: quomodo autem ſoluan
tur meliorationes, & impenſæ per maritum
in fundo dotali factæ, & quæ repeti poſſunt,
& an minuant dotem vide Afflict. in deciſio.
359.& ibi Orſill. vide Alexand.in conſil.162.
per totum in 2.volu.vide pulchrè per Duen.
in regul.14.2.volum. vbi dat differentiam in-
ter expenſas vtiles, neceſſarias, voluntarias, &
perpetuas, & ampliat vno modo, & limitat
27 quinque modis, & quę dicantur impenſæ ne
ceſſariæ fundo dotali factæ vide Afflict. in d.
28 deciſi.259. & melioramentorum materiam
vide pulchrè per Menoch.in tract. recup.poſ
ſeſ.in 15,remedio nu.517.& ſeq.& nu. 569.&
Ioſeph: Ludou.in deciſio.24.nu.29.in 1. vo-
lum.& deciſio. 117.nu.32. volum. 2.qui lo-
quuntur in melioramẽtis factis in re emphy-
teotica etiam eccleſiæ, & in remedio cap.re-
integranda 3.quæſt. 1. vbi dicunt quod refici
debent quando poſſeſſores ſunt in bona fide
vt ibi per eos, & impenſas, & meliorationes
neceſſarias recuperat etiam malè fidei poſ-
ſeſſor vt per Ludouic.in d.deciſio.24.nu.13.
de quo vide Clar. in §. emphyteoſis quæſtio
45.& melioranſ habet ius retentionis: ita di-
cit

cit Menoch: vbi ſupra, & Ludoui.in d.deciſ.
29 24.& an fructus computantur cum melioramentis dic quod non in bone fidei poſſeſſore per d.Menoch. & Ludouic. in d.locis vide Cagnol. in l.2 co.de pactis int.vend.& vend. nu.212.& ita ſeruatum extitit in Regia viſitatione Epiſcopatus Cataniæ ſub Illuſtr. & Reuerendiſſimo Donno Petro Marich: Roccadie Abbate Domino meo in anno 1581. cui multoties Conſultor extiti.

30 QVAERO quæ requirantur ab hoc vt dentur iſtæ meliorationes, & dic quod tria, & debet articulari, & probari primo melioratio ſit de præſenti: ſecundo quod ſit effecta melior res per impẽſas tertio,& ſumma impenſarum Ita Cagno.in l.2.C.de pact. int.empt.& vend.nu.175.Ioſeph: Ludo.in d. deciſ.24.lib.1.

31 ITEM quæro per quos probari debent melioramenta vulgo dicta benefacta: dic quod debent probari per peritos in arte, & de earum peritia debet fieri probatio quia eorum aſſertioni non creditur quod ſint in arte periti. Ita Curt.Iun.in conſi.145.& qualiter probentur expenſæ in melioratione reuenditæ Bat.in l.qui ſub conditione ff de conditio.& demoſtra.& ibi addi. Alex.vide Menoch.in d.15.remed. recuper. poſſe.latè per Maſcard.de probatio in verbo melioramenta in concluſi.1037.vol. 2. & an in æſtimatione iſta facienda debeat pars citari dixi ſupra in Conſue.v.tit.1.de iure pali nu.13.

TITVLVS XIX.

Quando, & quam portionem poteſt petere filius mortua matre.

CONSVETVDO VNICA.

MORTVA matre filijs factis maioribus, ſi pater ad ſecunda vota tranſierit vel filius ducat vxorem; portionem contingentem ei iure naturæ ſolummodo conſequatur: patre vero in portionem contingentem filio, vel filijs iure ſucceſſionis materne in vita ſua vſufructuario remanente, proprietate filijs reſeruata: filia vero nubilis facta, ſi pater eam maritare differt dicta filia (ſi ipſam maritari contingerit cum conſenſu conſanguineorum matris ſcilicet quinque de melioribus) poſſit petere portionem ei contingentem tam iure naturæ, quam bona ſibi pertinentia, iure ſucceſſionis maternæ.

SVMMAE.

1 Filio per tranſennte ad ſecunda vota debetur tertia iure natura.
2 Dictio ſolummodo eſt taxatiua, & extenditur ad ſimiles caſus in fauorabilibus.
3 Rei vendicatio an competat filia pro ſua tertia patre tranſeunte ad ſecunda vota.
4 Dominium transfertur ex ſolo titulo ſocietatis omnium bonorum.
5 Filius viuente patre non habet legitimam.
6 Viuentis non datur hares.
7 Legitima an competat iure hareditario.
8 Portio ſtatutaria eſt ſubrogata in locum legitima.
9 Filius cui competit tertia ſi renuntiat cui acquiratur.
10 Tertia ſtatutaris an debeatur filijs competentibus.
11 Dies incerta non ita interpellat pro homine ſicut certa.
12 Verbum futuri temporis ſine dictione quid importet.
13 Filius mortuo patre an conſequatur ſolum tertiam.
14 Correlatiuorum idem ius eſt intellige nu.16.
15 Mater non eſt vſufructuaria tertia filij.
17 Pater in bon s maternis, & aduenticijs habet vſumfructum nu 21.nu.37.amplia.nu. 22.24 & 25.
18 Statutum interpetratur vt minus ladat ius commune.
19 Filij ſuccedunt in tertia matris mortua.
20 Statutum vnum per aliud declaratur.
24 Pater in bonis feudalibus filij habet vſum fructum ſi non ſunt à principe datis.
26 Pater in bonis filij non habet proprietatem.
27 Pater in bonis filij non poteſt eis praindicare.
28 Filius hares patris non poteſt bona ſua à patre alienata reuocare.
29 Et quid quando filius conficit inuentarium.
30 Pater vti legitimus adminiſtrator an poſſit bona filij alienare.
31 Filius non poteſt bona ſua à patre alienata reuocare.
32 Pater alienat bona filij profecticia.
33 Laudemium cui datur patri vſufructuario an filio proprietario.
35 Emphyteotica res ſi cadit in commiſſum proprietario, & non vſufructuario applicatur.
36 Vſufructuarius an exigat adiutorium à vaſſallis remiſſiuè.
38 Pater in bonis filij emancipati an habeat vſumfructum.

39 Pater

39 *Pater ſi efficitur monacus perdit vſufructum.*
40 *Pater in bonis filij à principe datis non habet vſufructum, & nu. 45.*
41 *Pater in bonis feudalibus filij an habeat vſufructũ.*
42 *Iudæus pater in bonis filij effecti chriſtiani non habet vſufructum.*
43 *Iudæorum filij ſi efficiantur chriſtiani non ſunt in patris poteſtate.*
44 *Furioſus pater non habet vſufructum in bonis filiorum.*
46 *Pater in quibus caſibus non habet vſufructum in bonis filij.*
47 *Pater non poteſt alienare vſufructum quem habet in bonis filij.*
48 *Filius ſi committit delictum pater non amittit vſufructum.*
49 *Pater an poſſit remittere filio vſufructum.*
50 *Donatio inter patrem, & filium regulariter non valet.*
51 *Pater vſufructuarius omnium bonorum an teneatur ad debita filij.*
52 *Pater vſufructuarius legata ſoluere tenetur.*
53 *Vſufructuarius an agat actione furti.*
54 *Vſufructuario an competat interdictum ſpoliatorium.*
55 *Pater vſufructuarius non poteſt arbores fructiferas incidere.*
56 *Pater vſufructuarius tertia materna an teneatur ſatiſdare.*
57 *Pater vſufructuarius bonorum filij non tenetur rationem reddere.*
58 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filij tranſigit ſine decreto, & quid quando eſt tutor nu. 66.*
59 *Pater vti legitimus adminiſtrator bonorum filij an poſſit procuratorem conſtituere.*
60 *Pater non habens vſufructum in bonis rationẽ reddere tenetur.*
61 *Pateer tutor filij tentur reddere rationem, & facere inuentarium nu. 64.*
62 *Vxor cui à viro mortuo fuit commiſſa adminiſtratio an teneatur rationem reddere.*
63 *Frater an teneatur reddere rationem de adminiſtratione bonorum fratris.*
65 *Inuentarium facere tenetur pater de bonis filij arrogati.*
67 *Solutio facta à debitore filij patri adminiſtratori an liberet eum ſi confeſſionem coſtat.*
68 *Vſufructuarius regulariter cauere tenetur de vtendo arbitrio boni viri.*
69 *Pater habet tutelam filiorum, & adminiſtrationem bonorum. & corporum.*
70 *Inuentarium an facere tenetur de bonis in quibus pater habet vſufructum.*
71 *Inuentarium omnium bonorum vſufructuarius facere tenetur ſecundum communem opin.*
72 *Pater an ab adminiſtratione bonorum filij poſſit remoueri.*
73 *Pater ſi eſt delapidator an debeat ab adminiſtratione bonorum filij repelli.*
74 *Pater dilapidator dando cautionem non adminiſtrat.*
75 *Adminiſtratio patri, & prelato: non ita interdicitur ſicut tutori.*
76 *Pater dilapidator cogitur aſſignare legitimam filio.*
77 *Bona patris fraudulenter adminiſtrantis ſunt hyppothecata filio.*
78 *Filia nubilis mortua matre ſi eam maritare differt pater tertiam maternam conſequitur.*
79 *Nubilis dicitur filia in xij. anno.*
80 *Statutum de contrahendo cum conſenſu conſanguineorum eſt fauorabile.*
81 *Filia nubilis ſi pater eam maritare differt petit legitimam.*
82 *Mulierum ſanguis ſatis ardet.*
83 *Statutum quod matrimonium contrahatur cum conſenſu conſanguineorum eſt honeſtum.*
84 *Conſanguineorum præſentia facit ceſſare præſumptionem metus fallit nu. 86.*
85 *Matrimonium contractum ſine conſenſu conſanguineorum tenet.*
87 *Filia nubens amittit patris priuilegia.*
88 *Filia nubens ſine patris conſenſu dotem amittit.*
89 *Mulieres non poſſunt contrahere ſine conſenſu propinquorum non procedit ſtante iuramento.*
90 *Statutum quod mulieres non poſſunt contrahere ſine propinquorum conſenſu quomodo procedat.*
91 *Vir diues ſi ducit in vxorem minorem diuitem non incidit in pœnam ſtatuti.*
92 *Conſenſus propinquorum in contractu mulierum an ſufficiat.*
93 *Conſanguinei à ſtatuto requiſiti ſi conſentire noluerint an mulier poſſit contrahere.*
94 *Conſanguinei à ſtatuto requiſiti ſi conſentire noluerint per Iudicem cogi poſſunt.*
95 *Conſanguineorum de longo abſentes vel tempore peſtis conſenſus non requiritur.*
96 *Statutum de conſenſu propinquorum intelligitur ſi propinqui extant.*
97 *Statutum requirens conſanguineorum conſenſus intelligitur de conſanguineis non ſuſpectis.*
98 *Conſanguinei pupilli conſenſus an requiratur.*
99 *Statutum de conſanguineis conſentientibus in contractu mulierum de quibus intelligitur.*
100 *Conſenſus conſanguineorum an præſumatur interueniſſe in contractu.*
101 *Statutum loquens de conſenſu conſanguineorum an intelligatur de fœminis.*
102 *Statutum requirens conſenſum conſanguineorũ an intelligatur de matre ad ſecunda vota tranſeunte vel luxurioſe viuente.*
103 *Conſenſus conſanguineorum à ſtatuto requiſitus an requiratur ab initio, & an ex poſt facto.*
104 *Statutum prohibens contractum mulieris non procedit quando cum patre contrahit.*
105 *Amor nullus vincit paternum.*
106 *Statutum prohibens contrahere ſine propinquorum conſenſu an procedat in contractu tutoris.*

107 *Statutum loquens de contractu an habeat locum in quaſi contracta, & magis communis eſt quod non.*
108 *Mulier à ſtatuto à ſtatuto contrahere prohibita ſine conſenſu conſanguineorum an procedat ſi cõtrahit cum conſanguineo.*
109 *Conſanguinei conſenſus à ſtatuto requiſitus ſi ſemel præſtitus eſt an poſſit re integra reuocari.*
110 *Dotari an poſſit minus legitima filia.*
111 *Filia ſi fuerint relicta quatrigenta ſi nupſerit cum conſenſu patris & ſine conſenſu quinquaginta quid iuris.*
112 *Filia ſi nupſerit ſine conſenſu patris an nihilo minus debeat ab eo dotari.*
113 *Filia ſi fuerint relicta centum ſi nupſerit cum B. & ſi nubit cum A. quinquaginta quid iuris.*
114 *Filia clam contrahens matrimonium an poſſit à patre exhæredari.*
115 *Filia ſi fuerint relicta mille ſi nupſerit, & ſi ingrediatur monaſterium centum quid iuris.*
116 *Pater ſi relinquerit filia in teſtamento mille & poſtea nupſerit & dotem habuit à patre mortuo habebit reſiduum.*
117 *Legatum factum mulieri non nubili intelligitur pro dote relictum.*

MORTVA MATRE, ETC. diuiditur iſtæ text. In quattuor partes. In prima ponit vnum dictum. In ſecunda aliud. In tertia loquitur de filia maritanda. In quarta ponit aliud dictum. Secunda ibi patre vero. Tertia ibi filia vero. Quarta, & vltima ibi poſſit petere.

SVMMATVR HOC MODO. matre mortua filijs maioribus patre ad ſecunda vota tranſeunte vel filio vxorem ducente filijs prædictis tertia eis iure naturæ debetur: patre remanente vſufructuario de tertia quæ eis iure ſucceſſionis maternæ debetur filiabus vero maritandis cum conſenſu quinque conſanguineorum vtraque tertia debetur.

ALITER diſponitur per Conſuetud. Meſſanæ capitul. 6. vbi dicitur ſi mortua matre filius factus maior noluerit in familia patris manere ſed per ſe viuere voluerit patre nolente ei pro poſſe fideliter adminiſtrare, & non cogitur pater illi dare niſi tertiã tantum à matre præmortua ei prouenientem, & cæter. & aliter per eandem conſuetu. capit. 49. Item matre mortua pater ſuperſtes in tota vita ſua ſit vſufructuarius bonorum communium inter eum dictarum vxorem, & filios ſuos, &c.

NOTA primo ex iſta Conſuetudine quod patre tranſeunte ad ſecundas nuptias
1 vel ſi filius eius vxorem ducat tertia debita iure naturæ, & conſuetudinario debetur filio quæ ei datur virtute Conſuetudinis primæ ſupra titul. tertio. Incip. viri, & vxoris bona ſub rubric. de confuſio. bonor. iugal.

2 IN TEXT. Ibi ſolummodo. Iſta dictio ſolummodo eſt taxatiua, & extenditur ad ſimiles caſus etiam in ſtatutis in fauorabilibus Rip. in l. ſi conſtante nume. 86. ff. ſolut. matrimon commun dicit Soarez: In verbo taxatiua nume. 2. in ſua Collect. commun. opinio: vide Dec. in l. prima C. de bono. poſſ. contr. tab. & an in ſtatutis fiat extenſio vide quæ dixi ſupra: in proœmio in 4. quæſtiõ. vide Caſſan. in rubr. 4. §. primo gloſſ. penul. fol. 131.

SED quæro circa hoc primum notabile an filio pro tertia quæ ei debetur iure naturæ, & conſuetudinario mortua matre patre tranſeunte ad ſecunda vota vel filio vxo-
3 rem ducente competat rei vendicatio dic
4 quod ſic: nam in ſocietate omnium bonorum dominium transfertur ex ſolo titulo l. prima, & ſecunda ff. pro ſocio Corn. in conſil. 181. In littera 2, in 3. volum. & vt ſupra in Conſuetud. Incip. viri, & vxoris titu. 3. diximus ſed in matrimonijs contractis ad vſum noſtræ Ciuitatis vel quando non apparet de alio (inter non ignobiles) contractu natis filijs contrahitur ſocietas ergo competit actio rei vendicatoria per ſupradicta.

INFERTVR ex iſto notab. quod filius
5 habet legitimam viuente patre quod eſſe non debet l. prima §. ſi impuberi ff. de colle. bonor. Duen. in regul. 356. volum. primo, vt ſupra dixi in d. Conſuetud. vnic. incip. viri & vxoris tit. 3. nu. 143. Sed dic quod eam nõ ha-
6 bet vt hæres cum viuentis non datur hæres l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæred. ſed potius vt ſocius conditione ex iſta lege, & ſtatuto: Sed aliud patre præmortuo puta quia ei ſuccedit per filium vt ſupra diximus, &
7 tunc legitima non competeret niſi iure hæreditario ſecundum com. opinio: relatam, & approbatam per Alex. in l. hæres inſtituta C. de impub. & alijs ſubſtitu. & per eundem Alex. in l. quia poterat nu. 12. ff. ad Trebellia.
8 cum talis portio ſtatutaria eſt ſubrogata in locum legitimæ vt dicit Bald. in l. maximum vicitium C. de liberis præter. & Dominus Abb. noſter Ciuis in conſil. 63. ante nume. 3. in primo volum. ſed vide ea quæ ſupra in 4. Conſuet. vnica titu. 3. in tit. de confuſ. bonorum in materia legitimæ nu. 104. ſcripſi.

9 QVAERO vlterius ſi filius cui compe-
tit iſta tertia iure naturę ei renuntiet cui
acquiratur vide Bald.& Alex.in l.ſi actionem
C.de pact.& in l. pactum in 13.q. in finalibus
verbis C. de collatt. vbi an renuntiatio facta
vni ex fratribus proſit alijs.

10 ITEM quæro an debeatur iſta tertia iure
naturæ filijs eam non petentibus dic quod
non ſed eis eam petentibus per ea quæ notat
Iaſon per multa exempla in l. vniuerſa C. de
præc.Imp.offer.& per Hyppol. de Marſill.in
rub.de fideiuſſo:nu.144.& ſequ.confirmatur
11 per Domin. Lanz. hic quia dies in certa non
ita interpellat pro homine ſicut certa ſecun-
dum Bald.in l.magnam C.,de contrah. ſtipu.
Alexan.in l.ſi ſulam in 7.column.in 2.limita.
ff.de verbor.obligatio. eſt doctrina Bartol.in
l.quoties ff. eodem titulo, & forte requiri-
12 tur ſententia ex quo eſt verbum futuri tem-
poris conſequatur ſine alia dictione puta
mox, vel ſtatim pernotata per Bartol. in l.
iubemus § ſanè C.de ſacr.ſanct.eccl.

13 SED quæro quid iuris ſit mortuo patre
an procedat noſtra conſuetudo vt filius
habeat tertiam tantum iure naturæ, & ma-
ter remaneat vſufructuaria ſicut pater mor-
14 tua matre videtur quod ſic quia in correla-
tiuis idem ius diſponitur notat. in l. fina. C.
de fruct. & lit. expenſ. Euerard. in loco à
correlatiuis: Sed incontrarium eſt veritas:
nam in tali caſu filius conſequitur duas ter-
tias, & ſuam iure naturæ, & tertiam patris
iure ſucceſſionis vt dicit Conſuetud. vnica
ſupra titul. octauo, & quatenus illa conſue-
tudo loquitur mortuo patre vel matre pro-
cedit etiam patre tranſeunte ad ſecunda vo-
ta filiabus nubilis ætatis exiſtentibus ut lo-
quitur iſta conſuetudo ut iura iuribus con-
cordentur, & vt vnum ſtatutum recipiat
interpetrationem ab alio vt ſupra ſæpe dixi,
15 & mortuo viro mater non eſſet vſufructua-
ria bonorum, & dictæ tertiæ partis præter-
quam in bonis patris per eum diſpoſitis, &
ex diſpoſitione ſua ad eam de volutis vt di-
citur in leg.fœminæ, & in l. hæc ædictali C.
de ſecundis nupt. vide Fulgoſi. in conſil. 66.
& tunc an quo ad alimenta intelligatur vſu-
fructuaria vide Viui. in opinio. 446. Incip.
vxor libr. primo, & dixi ſupra in Conſuetu.
unica in titulo 14. in ultim. quæſtio. nume.
115. & hoc per Conſuetud. Panhormita-
nam capit. 63. Incip. patreſamilias ſub ru-
bric. quomodo, & quando liceat: expreſ-
ſe diſponitur quod mortuo patrefamilias, fi-
lij duas tertias conſequuntur niſi pater aliud
diſpoſuiſſet.

16 NON obſtat quod in correlatiuis idem
ius debet eſſe quoniam procedit lege
non reluctante: ſed in caſu noſtro reluctat
Conſuetudo vnica ſupra titulo octauo er-
go, &cæt. Præterea hæc conſuetudo eſt con-
17 formis iuri communi, vt pater in bonis ma-
ternis filij vel in bonis aduenticijs habeat
vſufructum vt in l. prima C de bonis mater-
nis, & l. cum oportet. C. de bon.quæ liber.
& dixi infra in ſecundo nota: quod non eſt
18 in matre ergo, &cæt. & interpetratio ſtatu-
ti debet eſſe vt minus lædat ius commune:
ita Franc.Becc. in conſil. 51. volum.primo,
& dixi ſupra: in prohæmio in quæſtio. 4. Pa-
ter habet filios in poteſtate §. 1.inſtitu. de pa-
tria poteſtate mater vero non, vt in d.§. 1.no-
tatur.

19 NOTO ſecundo quod in tertia matris
mortuæ ſuccedunt filij idem eſt de iure
communi per §. 1.inſtitu.ad Senatus conſult.
Orfic. & quid in Conſuetud.vnica ſupra titu.
8. & ibi notatur. Sed videtur hæc conſuetu-
do contraria iuri communi d. §. primo, &
conſuetudinario dictæ Conſuetud. vnicæ ſu-
pra tit. 8. Nam per dictam conſuetud. dicitur
quod filius mortuo patre vel matre habeat
duas tertias, vnam iure naturæ, ſeu conſuetu-
dinario, & aliam iure ſucceſſionis parentis
mortui ſed ſolutio facilis eſt, nam per prædi-
cta iura filij ſuccedunt in tertiam matris mor
tuæ in proprietate, & etiam hic, hoc dicitur,
20 & ita intelliguntur de iure nam vnum ſtatu-
tum per aliud declaratur l. nō eſt nouum ff.
delegat. Barto. in l. prima §.& parui ff. quod
vi aut clam. Pariſ. in conſi. 10.nu.34. volum.
3.Dom.Cunia in cap.41.Ritus nu. 19. & fa-
cit regulam quod de iure communi etiā pa-
21 ter remanet vſufructuarius in bonis mater-
nis eſt text. in l: prima C. de bon. mat. refert
commu.opin.Soarez: in ſua Colle.commu.
opinio: in verbo pater nu. 31. primo amplia-
22 tur vt procedat non obſtante quod filius mo
riatur vel clericus teſtamentum fecerit aut
ſui iuris efficiatur vt dicit idem Soarez: in d.
loco nu. 32. & ſeq. licet in illa quod dicit de
filio clerico contrarium teneat Rolan.in con
ſil. 16. volu. 4. & de vſufructu bonorum filij
emancipati infra eo.nu.38. dicam.

AMpliatur ſecundo vt procedat in omni
bus alijs bonis aduenticijs vt dicit tex.in
l.cum oportet C.de bo.quæ libe. Viu. in opi.
237.Incip.pater vol.1.refert com. opin. Soa-
rez: in d.verbo pater nu 31. & Rolan. Aual-
le in d.conſil. 16.nu.1.volu.4. Duen.in regul.
135. volum. 2. ampliatur etiam vt procedat
in bonis filij naſcituri ita Duen. in regul. 155.
volum. 2.

AMPLIATVR

24 AMPLIATVR etiam quarto vt procedat in feudalibus quando feuda non ſunt à principe data vel non ſunt dignitatis quia pater in eis habet vſufructum: ita dicit Roland. in conſ. 54. nu. 28. volum. 3. vide Caſſan. in Conſuetu. Burg rub. 6. §. 5. verſi. quic-
25 quid nu. 6. fol. 219. ampliatur, & alio modo etiam ſi patrifamilias eſſet ablata adminiſtratio propter eius malam adminiſtrationem ſecundum Roland. Aualle in conſil. 89. nu. 4. in
26 4. volum. vide quæ dicam infra limit. primo quo ad proprietatem: proprietas enim dictorum bonorum eſt filiorum vt dicit noſtra cõſuetudo, & d. lex cum oportet C. de bonis quæ lib. & l. prima C. de bonis maternis vnde mortuo patre ad filium vel filiã dicta bona pleno iure perueniunt ſecundum Anch. in conſ. 106. nu. 1. in fin. & in conſ. 176. Ducu. in d. reg. 155. in 2. vol.

27 ITEM pater non poteſt præiudicare filijs in bonis eorum nec bona eorum alienare etiam in rebus ab eo datis l. 2. C. ſi aduerſ. donatio. Menoch. in conſil. 155. volu. 2. nu. 3.
28 Sed filius hæres patris non poteſt bona ſua à patre alienata reuocare prout refert com. opin. Villalob: in ſua Coll. commu. opi. in lit
29 tera b. nu. 26. & quid quando filius conficit inuentarium vide gloſſ. & Docto. C. de iure delibera. in l. fin. & Dom. Cumiam in repet. cap. ſi aliquem de ſucceſſione feudorum vide Dom. Blaſc. Lanez: in cap. volentes de alie nat. feudo in 2. not. in 2. limit. vbi dixi publicè in almo noſtro ſtudio legendo.

30 SED an pater vti legitimus adminiſtrator bonorum filij poſſit alienare bona ſtabilia filiorum ſine decreto Caſſane. in tub. 6. §. 5. In verbo dele infans verſi. Item quando pater fol. 219. dicit quod non, & tenet contra Azo. in ſumma C. de bon. quæ lib. ſub nu. 12. & Bald. ibi per eum citatos: incontrarium tamen eſt commun. opinio relata per Soarez: in ſua Coll. commu. opin. In verbo pater nu. 46. Villalob: in verbo pater nu. 43. vbi dicit quod quando viget æs alienum pater alienat bona filij ſine decreto, & de eis tranſigere poteſt refert etiam commu. opinio: Iaſon. in l. præſes nu. 5. C. de tranſ. vbi dicit quod temerarium eſſet à communi recedere in conſulendo, & iudicando commu. etiam dicit ſi ta queil. in l. ſi vnquam nu. 28. C. de reuoc. do nat refert, & ſequitur Io. Ficard. in addit. ad Villalob: in Collett. commu. opinio: in verbo pater nu. 47. Villalob: in verbo pater nu. 49. vt hanc partem multos Doctores allegando tenet Ioſeph: Maſcard. in tracta. proba. in concluſi. 1149. nu. 18. volum. 3. quos intellige vrgente neceſſitate vel imminente æs alienũ quia tunc pater bona ſtabilia in quibus habet vſumfructum abſque decreto alienare poteſt Ioſeph: Ludouic. in deciſio. 13. nu. 11. lib. 1. Afflict. in deciſ. 349. & ex dictis Doctri. allegatis apparet: licèt in legendo aliter poſſit ſubſtineri vt dicit Iaſon. in d. l. præſes, & ſi pater alienat bona aduenticia non poteſt fi-
31 lius viuente patre reuocare reſpectu vſufructus patris ita Bello. in conſi. 24. nume. 5. per
32 text. in l. 1. C. de bon. mat. Item pater alienat bona profecticia filij Afflict. in deciſio. 393. nume. 4.

ET an pater poſſit locare bona filij aduenticia dic quod ſic ad modicum tempus non ad longum: ita commu. refert Vincent. Corati. in tract. loca. & cond. part. 1. in titu. de patria poteſtate nu. 1. quomodo autem ſit lõgum tempus in noſtra Ciuitate dicitur in Cõſuet. vnica infra tit. 28.

33 SED quæro an Laudemium ex venditione rei emphyteoticæ filij debeatur patri vſufructuario, an filio proprietario vide Oldrad. in conſi. 240 Guid. Papa deciſ. 477. Albe. de Roſa. in rubr. de vſufruc. C. qui dicitur deberi vſufructuaria, qui dicit deberi vſufructuario poſt Oldrad. in l. cum dubitatur nu. 45. C. de iure emphyteo. ſecus ſi res caderet
34 in commiſſum quia tunc proprietario, & nõ vſufructuario cedit vt dicit Iaſo. in d. l. cũ dubitatur nu. 45. & ſic filio quo ad proprietatẽ vſufructus vero eſſet patris vt in text. tu vide Guid. Pap. in d. deciſio. 447. & ex quibus con
35 tractibus debeatur Laudemiũ vide latè per Caſſan. in rubr. xj. in §. 1. In verbo des tenſes: in verſi. nota nu. 1. & ſequen. fol. 347. vide Iaſo. in l. fi. C. de iure emphyt. & in caſu noſtro clarum eſt quod vſufructus eſt patris vt ei Laudemium debeatur.

36 ET an vſufructuarius petat adiutorium à vaſſallis vide Capice. in deciſio. 184.

37 ET quod pater in aduenticijs filiorum habeat vſufructum dicit Duen. in d. regula 135. volum. 2. limitat tribus modis primo
38 quando filius eſt emancipatus quia tũc quæritur patri vſufructus pro virili ideſt pro medietate ſi vnus eſt filius per l. ſi viua matre C. de bon. quæ liber. & Syluester de Olibrandi: in §. hoc quoque inſtit. per quas perſon. nob. acqui. dicit quod pater in quæritis per filius habet vſufructum ſecus inquirendis quinimo nec reſeruare ſibi poteſt refert. & ſequitur Viuius in Collett. commu. opin. in opin. 237. incip. pater lib. 1. vbi de commu. teſtatur, & ſic d. regula limitatur ſecundo vt non procedat in bonis per filium poſt emancipa-

tionem quæſitis limitatur tertio quando pa-
39 ter efficitur monacus quia tunc parer in to-
tum perdit vſumfructum per dicta Salyc. in
auth. ingreſſi nu. 6. & ſeq. C. de ſacr. ſanct. ec-
cle. refert commu. opin. Soarez: in ſua Coll.
commu. in verbo religionem nu. 79. com. et
dicit Viui. in opi. 220. lib. 2. ex coniatu. in c. 2.
de teſta. licet multi Doctores per eum in d.
opin. citati cōtrarium teneant tamē ipſe a di-
cta commu. non recedit: Idem, & ſi filius ſi
clericus etiam primæ tonſuræ vt dicit Rolā.
in conſi. 16. volum. 4. quarto limitatur in bo-
40 nis a principe datis l. cum multa C. de bono.
quæ liber. & ibi glo. & Doct.

41 QVINTO in bonis feudalibus pater nō
habet vſumfructum in bonis filij per di
cta Bald. in l. ſi vxorem C. de cond. inſert. in-
tellige tamen prout ſupra in tertia ampliat.
& per Roland. Aualle in d. conſil. 34. nu. 28.
volum. 3. vide tamen Boer. in deciſio. 199. in
Præludijs limitatur etiam vt per gloſſ. in §. 1.
Inſtitu. per quas perſon. nob. acquit. & an pa-
tre bannito extinguatur vſufructus vide Bal.
in l. corruptiones nu. 7. Co. de vſufr. Iul. Clar.
in Practic. crimin. quæſtio. 71. in verſi. ſucceſ-
ſiuè vero: Boſſ. in titul. de Bann. quid amitt.
nume. 10.

42 ITEM, & pater Hebræus non habet vſu
fructum in bonis filiorum ſacrum baptiſ-
ma ſuſcipientium eſt text. in cap. Iudæorum
43 28. quæſtio. 11. quia tunc non ſunt in eius po
teſtate ſecundum Alex. in conſi. 71. col. 2. vo
lum. 2. nec etiam quando pater eſt furioſus
quia non habet vſufructum licèt filius ſit in
eius poteſtate tex. eſt, & ibi Bart. & Paul. in l.
cum hæres ff. de acquiren. hæred. & ibi etiam
46 Bald. fallit etiam vt in noſtra conſuetudine
vt dicam in 3. not. infra ac etiam ſex modis
poſitis per Duen. in d. reg. 155. & in reg. 135.
volum. 2. & qui ſunt caſus in quibus pater nō
haber vſufructum in bonis aduenticijs dicit
remiſſiuè Iaſo. in l. nemo ex lege not. 2. C. qui
teſta. face. poſſ.

47 SED an pater poſſit alienare vſumfructū
quem habet in bonis filij dic quod non, &
ſi alienat adminiſtratione priuatur ſecundū
Bal. in d. l. cum oportet §. non autem in prin-
48 cipio C. de bon. quæ lib. ſed quid ſi filius com
mittit delictum patre vſufructuario exiſten-
te, & bona in commiſſum incidant, an pater
perdat vſufructum dic quod nō ita Menoch.
in conſi. 182. nu. 13. volu. 2. qui allegat Curt.
Senio. in conſil. 60. & Socc. Iun. in conſil. 77.
nu. 8. 2. volum. & alios Doctor. vide Iul. Clar.
in §. fin. q. 78. in verſ. ſed quid vbi com. dici vt vi
de Meno. de recup. poſſ. in 9. remedio nu. 70.

49 ET an pater poſſit donare, & remittere
vſufructum filio Bal. in l. cum oportet §.
non autem nu. 3. dicit quod ſic ita per multa
dicit Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo dona-
tione largitus nu. 211. fol. 116. quod ibi intel-
ligit Tiraquell. quando à principio refutauit
50 alias non valeret cum donatio inter patrem,
& filium non valeat l. donationes quas C. de
donat. int. vir. & vxor Sed quid ſtante iuramē
to uide Iul. Clar. in §. donatio quæſt. 8. vbi cō-
mu. dicit quod firmatur iuramento uide Ca-
gnol. in l. frater à fratre ff. de condict. in deb.
nu. 303. & ibi Bar. nu. 57. ubi dixi.

51 PRAETEREA quæro an pater uſufru-
ctuarius omnium bonorum teneatur ad
debita filij Bartol. in l. fin. ff. de uſufruct. lega.
dicit quod ſic, & quod tenetur ad æs alienū
dicunt Paul. Caſtr. in conſil. 377. Alexan. in l.
uſufructum ad l. Falci. ſed communis eſt in-
contratium quam refert Turza. in opin. 165.
incip. quamuis in primo uolum. com. opin.
fol. 25. Dec. in conſil. 90. Villalob: In verbo
æs nu. 70. in primo uolum. commu. opinio:
fol. 66. communem etiam dicit Matthæus In
reconſultus in uerbo uſufructus uolum. pri-
mo commu. opin. ſol. 343. ubi dicit quod bo-
na debent diſtrahi non ære alieno, & de eo
quod remanet habebit uſufructum.

52 SED nota quod licet pater vſufructuarius
non tenetur ſoluere æs alienum tamen te
netur ſoluere legata annua tex. in l. fina. §. ſin
autem C. de bon. quæ liber. Ita dicit Roland.
in conſi. 8. num. 22. uolum. 2. qui ita intelligit
d. §. ſin autem ibi nu. 27. & an teneatur ſolue-
re Gabellas uel Collectas Capic. in deciſion.
184. nume. 5. dicit quod ſic per l. hactenus in
principio ff. de uſufruct. Caluacc. in tracta. de
uſufruct. mulie. relict. nume. 162. & Natta. in
conſi. 7. uolum. primo dicit quod uſufructua
rius tenetur ad ſolutionem æris alieni, & le-
gatorum quæ ſemel debentur. Item tenetur
uſufructuarius ad debita poſt conſtitutū vſu-
fructus contracta Crauett. in conſ. 187. in prin
cip. uide latè per Caſſan. in Conſuet. Burgun.
in uerbo femme marie rubr. 4. § 6. uerſ. iſtud
eſt fol. 154. & per Caualc. in d. uſufru. mulier.
53 reli. ſed an uſufructuarius agat actione furti
dic quod ſic l. creditoris §. primo de furt. Ca-
picc. in deciſio. 184. nu. 5. & ibi multa de vſu-
fructuario, & ibi multa de uſufructuario, &
54 an competat interdictum ſpoliatorum dic
etiam quod ſic ita Menoch. in tract. de recup.
poſſeſſio. primo remedio nu. 70. & in conſil.
180. nume. 64. uolum. 2. quia naturaliter poſ
ſidet l. naturaliter, & ibi Doctor. ff de ac-
quiren. poſſeſſio. commu. dicit Villalob: in
ſua Collec. commu. opinio: in uerbo uſufru-
ctuarius

ctuarius nu. 56. Caluac. in d. tract. de uſufruct.
mulie. reli. in prin.

55 ET ſcias quod pater non poteſt in bonis
filij arbores fructiferas incidere ita Rolā.
in conſi. 491. nu. 491. nu. 18. uolum. 2. Tiraq.
de retract. Conuentionel §. 3. gloſ. prima nu.
24. Immo tenetur arbores uites uineæ om-
nes reddere prout habuit finito uſufructu.
Ita Ang. in §. omnium Inſtit. de rer. diuiſ. uide
Caſſan. In loco præcitato: immo arbores
fructiferas uſufructuarius incidens uſufructu
priuatur: idem Roland in d. conſi. 49. nu. 13.
Sed hoc non procedit quando ex tali inciſio
ne modicum damnum ſequeretur Docto. in
auth. qui rem C. de ſacr. ſanct. Tiraque. in tra-
cta. res inter alios act. fol. 44. uide quæ dixi ſu-
pra in Conſuet. unica tit. 14. ſub rubr. de reſtit.
dotis in fine.

56 SED quæro an pater uſufructuarius ter-
ræ maternæ teneatur ſatiſdare dic quod
non neque pro alijs bonis filiorum prout eſt
text. in l. finali in §. ſin autem in uerbo hoc
proculdubio C. de bon. quæ libr. Ciman. in
conſi. 88. & refert commun. opin. Soarez: in
ſua Collect. com. opinio: in uerbo pater nu.
42. Ruyn. in conſil. 44. colum. prima uolum.
1. Port. in concluſio. 18. limit. 5. lib. 3. & uide
57 ibi per eum nec rationem tenetur reddere
Docto. in d. l. fin. §. ſin autem uerſic. hoc pro-
culdubio C. de bon. quæ libr. Socc. in conſil.
154. & conſi. 54. uolum. primo Tiraquell. de
li. Connub. glo. 5. nu. 40. in uerbo contracter
fol. 201. & intellige de hijs quæ culpabiliter
geſſit ſecus ſi doloſè ut notatur in l. Imperator
ff. ad Trebell. magis commu. dicit Negu-
ſant. in tract. de pigno. in 4. membro ſecundæ
partis num. 14. fol. 43. quod procedit quando
pater tenet bona filij uti legitimus admini-
ſtrator tantum, & in eis habet uſufructum
58 quia tunc pater tranſigit de bonis filij mino-
ris ex cauſa etiam ſine decreto vt dicit Soa-
rez: in d. verbo pater nu. 47. nec tenetur red-
dere rationem de dictis bonis vt ſupra dixi,
& ſolutio debiti filij liberat debitorem ſoluē
te quando patri ſoluit Iaſon. in l. filius C. de
pact. Natta: in conſi. 543. in principio, & an
59 poſſit conſtituere procuratorem Tiraquell.
in tract. de retract. Lignag. §. x. gloſſ. 1. nu. 23.
60 dicit quod ſic: ſecus tamen vbi non habet
vſufructum quia tenetur reddere rationem
ſecundum Bald. in d. l. cū oportet C. de bon.
quæ lib. & in l. filiæ C. famil. hercif. quia tunc
non dicitur legitimus adminiſtrator Crauet.
in conſi. 218. Docto. in l. fina. §. 1. ff. de verbor.
obligat. Pariſ. in conſi. 157. nu. 1. volum. 4. &
61 maximè ſi eſt eius tutor tenetur rationem
reddere refert com. Roland. in conſil. 49. nu.
23. volu. 1. Menoch. de arbitr. in d. lib. 2. Cent.
3. caſu 209. nu. 7. qui allegat Roland. in d. con
ſil. 49. volum. 1. Idem eſt in matre adminiſtra
trice bonorum pupilli quia tenetur reddere
rationem dicit Dec. in conſil. 349. nume. 10.
Boer. in deciſio. 61. Menoch. de arbitr. Iud.
lib. 2. Cent. 3. caſu 709.

62 ET an vxor cui mortuo viro fuit commiſ
ſa adminiſtratio bonorum viri ſui tenea-
tur reddere rationem adminiſtrationis, & de
malè adminiſtratis, & neglectis vide Cur. Se-
63 nio. in conſi. 66. nu. 5. & an frater tenetur red-
dere rationem de bonis fratris per eum ad-
miniſtratis vide Menoch. de arbit. Iud. lib. 2.
Cent. 3. caſu 709. nu. 5. & ibi multa circa ad-
miniſtrationem. Idem in patre adminiſtran-
te bona filij vti tutore vel curatore prout di-
citur in l. cum emancipatis C. de præd. mino.
64 quia pater tunc tenetur ſatiſdare inuentariū
facere, & rationem adminiſtrationis reddere
ſicut quilibet tutor Bald. in l. ſi ſuperſtite C.
de dolo, & l. licet C. ad l. Falcid. eſt commu.
opinio: quam refert Soarez: in d. verbo pa-
ter nu. 41. Rolan. in d. tract. de confect. inuen-
65 ta. quæſtio. 27. Sicut, & inuentarium facere
tenetur pater de bonis filij arrogati ſecundū
eumdem Roland in d. tracta. quæſtio. 29. fol.
66 28. & pater vti tutor tranſigere ſuper bonis
filij vel ea alienare ſine decreto non poteſt.
67 Sed an ſolutio debiti filij facta per debitorē
patri vti tutori vel legitimo adminiſtratori li
beret eum ſi per confeſſionem conſtat tantū
& non de reali ſolutione Natta: in conſ. 543.
nu. 19. dicit, quod non, niſi mediantibus con
iecturis vide ibi per eum. & ratio diuerſitatis
aſſignatur per Bald. in l. orfano trophos C. de
epiſc. & clericis dicens quod primo caſu quā
do pater adminiſtrat vti legitimus admini-
ſtrator non cadit obligatio efficax. Ita dicit
etiam Iaſon. in l. præſes prouinciæ nu. 3. C. de
tranſactio. & hinc eſt quod pater legitimus
adminiſtrator plus iuris habet quam vti tu-
tor dicit per plura Tiraquell. in l. ſi vnquam;
in præfationibus nu. 29. C. de reuoc. donat.
68 & vſufructuarius regulariter cauere tenetur
de vtendo fruendo arbitrario boni viri nec
talis cautio à teſtatore remitti poteſt Bello.
in conſi. 54. nu. 2, communem dicit Villalob:
in ſua Coll. commu. opinio: in verbo inuen-
tarium nu. 96. & add. Ibi Ioan. Ficard. de qua
regula vide latè per Gabriel in tit. de vſufruc.
concluſio. 1. lib. 5.

69 ET ſcias quod pater tutelam ſuorum filio
rum habet, & adminiſtrationem non ſo-
lum corporum ſed etiam bonorum, nota-
tur in l. cum filiusfamil. ff. de milit. teſtam. &
omnium bonorum eſt tex. in l. 1. C. de bonis
matern.

matern.& ibi Bartol. & Bald.Salyc. Iaſon.& Alex.in apoſtillis ad Bartol. in l.1.C de bon. quæ lib.Boerius in deciſio. Bitturicenſ. in tit. de conſangui.cui.ſtab perſo. §.6. & intelligas patrem adminiſtratorem actu, vel habitu per l.cum oportet §.non autem,& ibi Bartol. C.de bon.quæ liber.

SED an pater vſufructuarius de iſta tertia, & de bonis in quibus habet vſufructum
70 tenetur facere inuentarium:Cum.in conſ.88 colu.2.in medio,dubio 2.dicit quod nō quia de iure non reperitur hoc cautum licet de æquitate tenet ipſe quod pater tenetur facere deſcriptionem bonorum vt poſſit haberi futura probatio ſine tamen cautione vel fideiuſſione,& quod non tenetur pater vſufructuarius facere inuentarium tenet Bald. in l. cum oportet.C.de bon. quæ liber. Roland. Aualle: in tracta.de inuent.confectio. quæſt. 26.fol.mihi 26. vide Pernum: in conſ.53.qui loqui ur de patre tranſeunte ad ſecunda vota vt hic,& allegatur l.fin.C. de ſent. paſſ. vbi glo.& in l.prima C.de bon.quæ lib.& de bonis maternis §. ſed quia ſancitum in auth. de nupt.ſecus ſi eſſet tutor vt ſupra dixi,de æquitate tamen iudex poteſt cogere patrem vt faciat inuentarium ſcilicet vt bona deſcribātur & de eis inſtrumentum publicum fiat: Ita dicit Caualc.in tracta.de tuto.& curato.nume. 156.folio mihi 131.Roland.Aualle: in tract. de confectio.inuentar.d.q. 76.in fine fol.76. vbi refert communem opinionem vt bona deſcribantur, & inſtrumentum publicū fiat.

71 AN autem vſufructuarius omnium bonorum tenetur facere inuentarium cōmunis eſt quod ſic Socc.Iun. in conſil. 115. nu.18.volum.1.ſed non cum ſollemnitate l. fin.C.de iure delibera. ſed ſufficit quod faciat aliquam deſcriptionem ita Roland. de confectio.inuenta.quæſtio.36. fol.30.& an bona patris pro bonis filij in quibus habet vſufructum,& pro alijs bonis vbi non habet vſufructum ſint tacitè hyppothecata filio,vide Fan. in tracta.de pign.membr.4.part.ſecundæ nu. 16.fol.42.vide quæ dicam infra eo.nume.77.

72 QVAERO an pater ab adminiſtratione bonorum filij poſſit remoueri propter ſolam alienationem bonorum primi matrimonij vide Doctor. in l. generaliter C. de ſecund. nupt. & an iſtæ filius poteſt dicta alienata reuocare vide Rip. in l. generaliter nu.69.C.de ſecund. nupt.

73 QVAERO etiam quid ſi pater eſt dilator bonorum in quibus habet vſufructum: ita quod filijs nullus regreſſus poſſit dari circa alienata an debeat ab eo adminiſtrario auferri dic quod ſic ita dicit Paul. de Caſtr.in l.Imperator n.44.ff. ad Trebell. per illum tex.Bald.in d.l.cum oportet §.non autem colum.pen.C.de bon. quæ lib. Barba. in cap.venerabili in fin.de offic.delega ſicut tutori ſuſpecto,& prælato,& quomodo intel-
74 ligatur vide ibi per Barba. Immo tunc pater dando cautionem non adminiſtrat quando eſt diſſipator: ſed ei interdicitur adminiſtratio eſt communis opinio relata per Rip. in l. generaliter nu.68.C.de ſecun.nupt.vide Socci in conſi.54. volum.primo licet non ſic de
75 facili interdicitur adminiſtratio patri,& prælato ſicut tutori quia faciunt fructus ſuos vt dicit Caſſan.in rub.6. §.5. in verbo des enfans verſi.aduerte tamen nu.2.fol. 219. Immo de
76 iure pater dilapidator cogitur aſſignare filio aliquam poſſeſſionem pro legitima: ita dicit Cagno.in l.fin.C.de pact.Iaſo.in l. ſi conſtante nu.199.ff.ſolut.matrimon.Duen. in regul. 356.in prima ampliat.in fine vbi dicit hanc eſſe
77 communem opinionem æquiorem ideo bona patris fraudulenter adminiſtrantis bona filijs ſunt hyppothecata ipſi filio:ita Neguſan.in tractat. de pignor.membro 4.ſecundæ partis nu. 15.& vide quæ dixi ſupra de patre diſcepante in Conſuetu. vnic.tit.4.& quibus modis vſufructus amittatur vide in tit.de vſufruct.inſtitu.& in l. corruptionem eod. tit.C. Caluacca.in tit.de vſufruct.muliæ.relict.

78 NOTO tertio quod filia nubilis mortua matre ſi pater eam maritare differt poteſt petere ſuam tertiā iure ſucceſſionis maternæ ſi cum conſenſu quinque conſanguineorum matris de melioribus virum ducere-
79 rit vt dicit text.noſter, & nubilis dicitur effecta cum in xij.anno eſt text.in §.1.Inſtitut.de nupr. Afflict.in conſtitut.Regni in aliquibus nu.44.de ſucceſſ.Comit.& Baro.(& per capi. Regni Regis Caroli 72. Idem in minoribus diſponitur quod per hoc ſtatutum,) ſicut in ſtatuto quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum vt per multa firmat Tiraquell.de legibus Connub.l. prima glo.prima nu.77.vbi dicit quod habet naturalem æquitatem tale ſtatutum,& licèt ſta-
80 tutum de contrahendo cum conſenſu propinquorum ſit fauorabile tamen eſt exorbitans a iure communi Parif. in conſil. 98. nu. 60.volum. primo ſed eſt conforme iuri communi quo ad petitionem ſuæ tertiæ ſicut in
81 legitimæ nam ſi innubilis petit a patre legitimam eo viuente quando non vult eam maritare text.eſt in l. Papinianus la ſecunda ff. famil.hercitcu.& l.qui liberos ff.de ritu nupt. Duen.de reg.356. lim.3. volum.1.& de iure ſi eſt in xxv.anno petit dotem à patre Neuiz. in Sylua.

in Sylna.nupt.in verbo ſeni non eſt nubendũ
nu. 36. licet filia rubore virginali non audeat
petere ſe maritare,& dotari, & ſi non vult eã
maritare vel incongrue dotaret poſſet pater
cogi captis pignoribus: vide Caſſa. in rubr.7.
§. 12. In verbo femme marie in verſicu. ſed
quia num.74.fol.272.vbi dicit quod tali caſu
quilibet conſanguineus pro ea comparet, &
pater differens maritare filiam poteſt ipſa
abſque conſenſu patris ſe nuptui traddere re
fert commu. opinionem Viuius in opi. 124.
incip.pater vol.1.commu. opi. fol.117.& de
iure tunc dicitur quod pater filiam maritare
differens, & poteſt eo inconſulto ſe nuptui
traddere quando eſt: in anno 24. autem ſed
poſt C.de inoffic.teſtam.glo.in cap.de rapto-
ribus: in verbo ex cauſa 36. quæſt. 1. Tiraqu.
de ll.Connub.l.6.nu.39.Neuiza.vbi ſupra nã
hoc ſtatutum eſt fauorabile reipublicæ nam
reipublicæ inter eſt dotatas eſſe fœminas ad
ſobolem procreandam replendamque libe-
ris Ciuitatem vt dicit tex.in l.1.ff.ſolu. matri.
cum ibi notatis: Item, & propter periculum
82 honeſtatis cum ſanguis mulierũ ardeat plus
quam maritum, & magis opprobioſum eſt
conſanguineis ſi mulier publicatur, & fragi-
lis eſt mulierum ſexus.Abb.in cap.paſtoralis
vbi Barba.& Fely.colu.2. de re iud. licet Bal.
in l.ea lege C.de cond. ob cauſam licet dicat
contrarium Boer.in conſi.4.nu.59. vide Ne-
uiza. in Sylua nupr. in verbo non eſt nuben-
83 dum nu. 92. & quod ſtatutum per quod re-
quiritur conſenſus quinque conſanguineo-
rum eſt honeſtum, & ſeruari debet dicit Plo
tus de in litem iurand.§.7. in principio eſt cõ
mu.opinio.relata per Soarez: in ſua Collet.
commun.opin.In verbo nuptias nu.63.& de
hoc eſt ſimile d. capit. Regis Caroli quia per
84 præſentiam conſanguineorum tollitur om-
nis præſumptio doli,& metus vt dicunt Do-
ctor.in l.tranſactionem C. de tranſactio. Bal.
in l.polla C.de hijs quib.vt indig. Ioſeph: Ma-
ſcard.de probatio.in concluſi.435.incip. con
traxiſſe volum.1.Caſſa.in Conſuet.Burgund.
in rub.4.§.7.in verbo la mary,& la femme in
verſi.aduerte nu.1. fol.164. & ibi etiam dicit
quod idem operatur cõſenſus Iudicis quam
conſanguineorum ſed tunc operatur cõſen-
ſus Iudicis quando parentes conſentire no-
lunt: Ita Menoch.in conſi.58.nu.19.volu.1.&
idem de arbitr.Iud.lib.2.Cent.3.caſu 211.nu.
85 9.Sed bene matrimonium contractum ſine
conſenſu propinquorum valet eſt commu-
nis opinio quam refert Villalob: in verbo fi-
lia nu.136.& in verbo filius nu. 113. vbi con-
trahit filia matrimonium etiam ſine patris
conſenſu Clar.in §.fin.quæſt.82. ſtatut.3. vbi
magis communem dicit vide Viui. in d.opi.
124.incip pater: in primo volum. commun.
opinio: fol. 217.Sed licet conſenſus conſan-
guineorum faciat præſumere metum nõ in-
86 terfuiſſe vt dixi tamen poteſt contrariũ pro-
bari: ita Natta: in conſi.173.nu.6. & in conſ.
162.nu.22.volum.1. & hinc eſt quod filia re-
nuntians cum iuramento bonis paternis pro
pter dotem non excluditur ab illorum repe-
titione propter enormiſſimam læſionem ſe-
cundum magis commu opin. relat.per Iaſo.
in conſi.133.col.5.volum 4.& Rip. in conſil.
15.lib.3.dicit veram,& commu. opin.& am-
pliatur hoc procedere etiam ſi interueniat
conſenſus conſanguineorum conce. in con-
ſil.179.colum. fin. volum.4. de qua quæſtio-
ne uid.Gabriel. in tit.de iur.dot.in concluſ.1.
Item intelligas quod præſentia plurium con
ſanguineorum ad minus duorum de iure fa-
ciat ceſſare metum alias non procedit quod
ſupra firmatum eſt Tiraquell. in l.ſi unquam
in uerbo ſuſceperit liberos nu.297.Maſcard.
refert,& ſeq.eum in d.concluſi.437.nu. 4. in
caſu noſtræ conſuetud. iam requiritur con-
ſenſus plurium conſanguineorum prout in
ea,& de iure ciuili matrimonium contrahe-
re non poteſt filius ſine conſenſu patris in cu
ius eſt poteſtate licet ſecus de iure canonico
ut dixi cui ſtandum eſt in hac materia Villa-
lob: refert commu. opin. in uerbo filius nu.
112.ſupra proximè dixi.

SED circa pœnas aliud ſentit Clar. ſi con-
ſuetudo ita obſeruat alias ſecus quia nul-
lam pœnam incurrit ut in d.commun.opin.
patet: unde iſta filia nubens ſine conſenſu
propinquorum licet matrimonium teneat
ut dixi tamen non habebit tertiam ſucceſſio
87 nis maternæ ita Clar.in d.ſtatuto 3.& filia nu
bens amittit priuilegia patris Hyero.Cuch.in
add.ad Dec.in l. fœminæ nu. 83. in littera m
de reg.iur.commu.dicit licet Dec. in cap.co-
gnouit extra de Iud. tenet contra litem priui
legium conceſſum patri pro filijs, & filiabus
non compræhendit nuptas communis opi.
quam refert Viuius in opin.238. incip. priui
legium lib.2.Io.Ficard in additt.ad Villalob:
88 in uerbo priuilegium nu. 301. & an filia nu-
bens ſine conſenſu patris dotem amittat de
iure dic ſi indigno nubit amittit: ita addit.ad
Villalob: in verbo filia num.140. Sed in caſu
89 quo mulieres non poſſit contrahere ſine pa-
tris vel propinqnorum conſenſu validatur
iuramento contractus Alex. in conſi. 79.nu.
13.& 14.volum.7.refert commu. opin. Soa-
rez: In ſua Collett.commu.opinio: In verbo
mulier nu.148. Immo ibi dicit quod omnes
90 contractus viles mulieribus valebunt, datũ
quod per ſtatutum eſſent prohibitæ contra-
here ſine propinquorum conſenſu: idẽ Soa-
rez: in dicto loco nu.166. & Menoch in cõſ.

196.nu.22.volam. 2. commun. opinio: hinc
dicit Plotus de in litem iurando in §.7.nu.11.
91 quod ſi vir diues ducat in vxorem minorem
pauperem abſque conſenſu parentum à ſta-
tuto requiſito non punitur mulier pœna ſta-
tuti immo eſt laudanda vt ibi, & nu. ſeq. limi
tat alijs modis vnde vide eum, & prædictus
contractus matrimonij ſi eſt vtiliter factus va
let non obſtante dicto ſtatuto: ita etiam dicit
Plot. in d. tracta. de in lit. iuran. §.7. nu. 13. vbi
de hoc ſtatuto loquitur.

SED an conſenſus iſtorum propinquorũ
tacitus ſufficiat dic quod non dicit Bal. in
l.2.§. voluntate ai C. de bon. quæ lib. Caſſa. in
Conſue. Burgun. rub. 4. §.7. in verbo le mary,
& le femme in verſ. ſed quæro nu. 5. fol. 161.
& ibi etiam dicit quod talis conſenſus requi
ritur pro forma, & quibus modis dicitur ex-
præſſus conſenſus: Caualc. in tractat. de tuto.
& cura. nu. 131. fol. 80. dicit quod non ſufficit
tacitus vide quæ dixi ſupra in Conſuetu. vni-
ca titul. 4.

93 ITEM quæro quid ſi iſti quinque conſan
guinei requiſiti ab iſta filia vt conſentiant
matrimonio conſentire noluerint, an filia
iſta bene nubat ſine conſenſu eorum, & an
habebit tertiam ſucceſſionis maternæ dic
quod ſic viſa per Iudicem cauſa ita Bar. in l. ſi
cum dotem §. eo autem tempore ff. ſoluto
matrim. Dec. in l. 1. C. qui admitt. Roland. in
conſil. 56. nu. 17. volum. 4. vbi Corn. dicit im-
94 mo poſſunt per Iudicem cogi vt conſentiat,
& refert communem opinionem Soarez: in
ſua Collet. commu. opinio: In verbo mulier
nu. 247. vide Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Cen
tu. 3. caſu 211. nu. 6. vel iudex interponet ſuũ
conſenſum vt in ſimili dicit Menoch. in con-
ſil. 58. nu. 19. vol. 1. & ſupra dixi vide Viuium
in opi. 296. lib. 1. incip. ſtatutum.

95 ITEM ſi conſanguinei ſint de longo ab-
ſentes vel in tempore peſtis interuenire
non poſſunt Tiraquell. de l. Connub. gloſſ. 6.
nu. 6. Menoch. in d. conſi. 211. nu. 11. vbi idem
de conſanguineis furioſis Roland. in conſil.
96 30. nu. 14. volum. 3. Item tale ſtatutum intelli
gitur ſi conſanguinei extant, Roland. in d.
conſi. 30. nu. 14. volum. 3. & quid ſi aliqui di-
cunt non eſſe contrahendus aliqui ſic quid
faciendum: vide latè per Caſſan. in Conſuet.
Burgun. in rubr. 4. §.7. In verbo le mary, & le
femme in verſi. Item pone nu. 10. folio 163.
97 & aduerte quod hoc ſtatutum requirens cõ-
ſenſum propinquorum in matrimonio con-
trahendo per mulierem intelligitur de con-
ſanguineis non ſuſpectis: Ita Parif. in conſil.
98. nu. 71. volum. primo. Item dicit Caſſan. in
per Conſuetu. Burgund. rubr. 4. §. 7. In verbo
le mary, & le femme verſic. ſed pone nu. 15.
fol. 164 Plot in tracta. de in lit. iurand. §. 7. nu.
36. & quid ſi ſunt minores vide Tiraquell. de
ll. Connub. glo. 8. in verbo de ſommari quæ-
ſtio. 5. folio 247.

98 ET quid ſi eſt conſanguineus pupillus vi-
de Caſſan. in d. § 7. in verſi. ſed pone nu. 5.
fol. 163 & ibi de cõſanguineis aſtrictioribus
& de quibus, & quid de pluribus conſangui-
neis in verſi. ſed quæro fol. 164.

99 SED quæro de quibus conſanguineis in-
telligitur hoc ſtatutum dic de proximiori
bus Bald. in l. vltima per illum tex. nu. 2. C. de
verbor. ſignific. Ang. in conſil. 160. magis cõ-
munem opinio, dicit eſſe Marſill. in ſing. 678.
Maſcard. de probatio. concluſ. 1145. num. 14.
vbi recedit à contraria opin. volu. 3. & quid ſi
proximiores conſanguinei eſſent inhabiles
ad conſentiendum dic quod aliorum grada-
tim requiritur alias actus eſſet ipſo iure nul-
lus: ita per multa dicit idem Caluac. in loco
100 prædicto nu. 133. fol. 81. & an conſenſus iſto-
rum conſanguineorum contracto matrimo
nio præſumatur interueniſſe, & quis debet
probare talem conſenſum: an vero pater de-
bet probare non interueniſſe: dic patrem ne
gantem probare debere Crau. in conſil. pri-
mo Plot. in d. tractat. de in lit. iurand. §. 8. vide
ſupra in Conſuet. vnica tit. 9. Crau. de antiq.
tempor. part. 4. Sed credo quod in caſu no-
ſtræ conſuetudinis filia conſenſum probare
debet cum ſit qualitas à ſtatuto noſtro re-
quiſita, & eius eſt intentio vt poſſit duas ter-
tias habere dixi ſupra in prohœm. in quæſt.
17. & Plot. vero loquitur in d. §. 8. nu. 1. quan
do tractatur de pœna filiæ infringenda: &
101 an intelligatur de conſenſu conſanguineo-
rum fœminarum Dec. in l. fœminæ nu. 92. ff.
de regul. iur. dicit quod non. Idem dicit ante
eum Bal. in l. prima C. qui admitt. colu. fin. &
in conſi. 201. colum. fin. lib. primo Alexan. in
conſi. 24. lib. 2. tu vide Tiraque. de ll. Connub.
glo. 1. l. 1. par. 1. nu. 79. fol. 14. vbi latè de hoc
ſtatuto.

102 ET ſi ſtatutum expreſsè dicat de conſen-
ſu cõſanguinearum vel de matre an pro-
cedat in matre tranſeunte ad ſecunda vota
vel luxurioſè viuente dic quod non, & tali
caſu filia contrahit ſine eius cõſenſu Plot. Ita
de in lit. iurand. §. 8. nu. 9. fol. mihi 117.

103 SED quæro an ſi conſenſus iſtæ propin-
quorum interueniat poſt matrimonium
contractũ ſufficiat: an vero requiratur quod
antecedat: Hyppol. in §. diligenter nu. 185. In
ſua

ſua Practic.criminali dicit quod ab initio re-
quiritur,& non ſufficit ex poſt facto interue-
nire tu vide Roland. Aualle in conſi. 60. nu.
23.volum. 4. qui etiam loquitur de authori-
tate, & dicit quod debet formaliter poni, &
quando adeſt clauſula annullatiua tale ſtatu
tum inducit formam Caual.in d.trac.nu.131.
vbi dicit quod requiriturquod interueniat tē.
pore contractus vide Tiraqu. de ll.Connub.
gl.6.nu.1.& ſeq.In verbo contracter,fol.221.
vide quæ dixi ſupra in conſuc. vnica tit.4.

104 ITEM nota quod de iure ſtatutū prohi-
bens mulierem contrahere ſine conſenſu
propinquorum non habet locum ſi cōtrahit
cum patre: Ita dicit Dec.in conſ.180.num.1.
Bal.in l.pactum,& ibi Doct.C.de Collet.Pa-
riſ.in conſ.106.nu.50.vol.1.nam lex multum
de patre confidit cum nullū conſiliū ſit me-
105 lius quā patris, & nullus amor vincit pater-
num l.1.C.de cura.furioſ.Soarez in d. verbo
mulier nu.246.refert com.opinio.

106 ITEM quæro ſi ſtatutum prohibens cōtra-
here ſine conſenſu propinquorum,an pro
cedit in contractu tutoris vel curatoris: Pariſ.
in conſi.99.nu.32.& in conſ.98.nu.28. vol.1.
dicit quod ſic vide ibi per eum: & an habeat.
locum in contractu facto cum procuratore
mulieris vide Alex.in conſil. 159. nu. 15.vol.
7.vbi etiam quid de contractu inito cum tu-
107 tore,& curatore,& an in quaſi contractu, &
ſic in hæreditate dic quod non quia ſine con
ſenſu propinquorum poteſt adire refert ma-
gis com. Michael Graſſ. in 2.volu. com. opi.
libr.1.capit.3.quæſt.22.fol.107.vide quæ dixi
ſupra in Conſuet.vnica tit.4.& ſequent.& an
108 poſſit mulier iſta contrahere cum vno ex
iſtis conſanguineis qui conſentire debet:
communis eſt quod non refert Villalob: in
Coll. com. opinio: in verbo mulier nu. 136.
& procedat in donatione cauſa mortis dic
quod ſic Iaſon.in l.ſi vnus §. pactum ne pete-
ret ff.de pactis Orſill. ſuper 260. deciſio. Af-
flict. nume. 8. communem dicit Tiraquell.
de ll.Connubial.glo.3.quæſt.4.Sed verior eſt
opinio quam refert Soarez: in d.Collet.in d.
verbo mulier nu.244.

109 SED quid ſi ſemel conſanguinei dixerint
vt mulier contrahat, & deinde re integra
ſæpe niterant an poſſint moram purgare vi-
de Caſſan.in rubr. 4.§.16. In verbo la femme
ne peult.verſ.pone fol.182. vbi dicit quod ſic
per l.ſicut §. ſi voluntate ff. quibus modis pi-
gnus vel hyppot.ſol.vide ibi per eum qui lo-
quitur in ſimili,& habita ſemel licentia ſi mo
ra non purgatur ſemper durat etiā ſi muliet
per multum tempus non contrahat vt ibidē
dicit,vide Rolan.in tractat. de lucr.dot.q.41.
nu.41.vbi dicit contrarium.

110 ET quid ſi ſtatutum dictet quod mulier
dotetur arbitrio propinquorum an poſ-
ſit dotari minus legitima dic quod nō refert
com. opinio. Gram.deciſ.101. nu.20.& ſeq.
Michael Graſſ.d.cap.3.cōcluſ.24.vol.2.com.
opi.libr.1. fol.207.Item quæro quid ſi mater
111 vel patruus relinquat filiæ quatringentas ſi
nupſerit cum conſenſu patris.& ſi ſine cōſen
ſu patris quatringenta ſi nupſerit cū cōſenſu
matris quantum debet habere vide Crauett.
in conſi.primo per totum,& Dec.in l. fœmi
næ nu.38.ff.de reg iur. & adhuc quæro ſi filia
112 nubat ſine conſenſu patris an nihilominus
pater tenetur eā dotare communis eſt de iu-
re Canonico quod ſi nubat pari pater tene-
tur eā dotare ac etiā de iure Ciuili refert Mi-
chael Graſſ.in q.6. cap.6. in 2. vol.com.opin.
113 fol.113.& quid ſi fuerit relictum legatū filiæ
4000.& poſteà pater maritauerit cum 2000.
an poſſit petere reſiduum dic quod ſic ex Iaſ.
in l.filia legatorum C.delega. nu.3. Villalob:
in ſua Coll.com.opi. In verbo legatū nu.13.
& quid quando eſt factū legatū mulieri ſi nu
bat A.& ſupr.dixi,& dictus A.noluerit ſe ma
ritare?dic idem ibidē dicit Villalob;nu.21.&
114 an filia clam cōtrahens matrimoniū poſſit à
patre exhæredari dic quod ſic Pariſ. in conſi.
29 libr. 3. ponit regulam cum multis limita.
Duen.in regu.374.lib.1. vide Clar.in d.q.82.
ſtatuto 3. dixi ſupra eo.

ET quid ſi mater inſtituat hæredē filium ſi
nupſerit cum conſenſu patris aliàs ſit ex-
hæreditatis vide Crauet.in conſ.1.& ibi dicit
quod ſi nubat ſine conſenſu patris erit exhæ
115 redatus: & quid ſi fuerint relicta centū ſi nu-
pſerit, & mille ſi ingrediatur monaſterium
vel econtra vide Ripam in l.prima nu. 62. ff.
ſolut.matrimon.vbi refert com.opi.vide ma
gis com.opi.relatam per Soc.in conſ.269.lib.
2.& per Dec.in conſil.419.Viui.in opin.125.
volum.1. vbi dicunt quod ſi ſunt relicta mil-
le ſi nupſerit, & centus ſi ingrediatur mona-
ſteriū quòd ſi ingrediatur monaſterium ha-
bebit mille magis cōmunem dicunt eſſe Io.
Crot.in l.nemo poteſt colu.31.ff.delega.1.&
Soc.in conſ.269.col.1.& in cōſ. 231.col. 5.in
fin.Hypp.in rub.de fideiuſ.col.29.& i l.1.col.
16.C.drap.virg.vide Rolan.in conſ.25.vol.3,
vbi arguit pro,& contra: vide Portiū in con-
cluſi.13.lib.3.fol.571.& Gabriel in tit. deleg.
concluſio.2.lib.3.vbi concordat opinio: con
trarias limita tamen vt per Viui.in d.opinio.
125. & Port. in d. concluſio. 13. ſed quid ſi
116 pater relinquerit filiæ in teſtamento millæ.
& poſteà nupſerit, & dotem habuerit: an

debet habere etiam nulla legata dic quod non: ſed tantum ſupplimentum ſi dos fuit minor legato eſt commu. opinio quam refert Villalob: in ſua Coll.com opin. in verbo filia nu.40.ex durant.de art.teſtand.tit.6 cau. 36.in primo volum.com.opinio. fol. 109.&
117 an intelligatur legare pro dote quando filia non eſt nubilis vide Natt.in conſi. 342. nu.9. vbi dicit quod non.

TITVLVS XX.

Quo caſu filius efficiatur ſui iuris, & in quibus caſibus teſtari poſſit.

CONSVETVDO PRIMA.

FILIVSFAMILIAS maior decē, & octo annis ſi vxorem duxerit: & ipſe emancipatus ſit, & pro emancipato habeatur, & quod poſſit de bonis ſuis teſtari, & contrahere, & de eis facere velle ſuum. Idem in filia deſponſata ſeruetur.

CONSVETVDO SECVNDA.

LICEAT etiam filijs, & filiabus quamuis ſub poteſtate Conſtitutis, maioribue decem, & octo annis in vltimis eorum, de bonis quæ ad eos peruenerint ex ſucceſſione materna teſtari.

SVMMAE.

1. *Filiusfamil.maior 18.ann.ducens vxorem liberatur à patria poteſtate, & nu. 10.*
2 *Filiusfamil. de bonis maternis teſtari poteſt, & nume. 36.*
3 *Filiusfamil. vxorem ducendo non liberatur à patria poteſtate etiam maior.*
4 *Matrimonium ſpirituale an liberet filios à poteſtate.*
5 *Filius præſumitur in poteſtate patris: & an credatur patris aſſertioni nu.6.*
7 *Iudæi an habeant filios in poteſtate.*
8 *Iudæi qui dicantur.*
9 *Pagani an habeant filios in poteſtate.*
11 *Filiusfam.etiam ſenex non poteſt alienare directum dominiū in bonis ī quibus pater habet vſufructū.*
12 *Filiusfam. In mutuo, & in voto non contrahit licite, nu 13.& nu.15.*
14 *Filiusfamil. & omni contractu obligatus regulariter.*
16 *Filiusfam.an poſſit adire hæreditatem.*
17 *Filiusfam.in quibus caſibus agit.*
18 *Filiusfam. in aduenticijs ſine patris conſenſu non diſponit.*
19 *Filiafam. nupta etiam maior an ſit in patris poteſtate, & nu.20.*
21 *Statutum per quod dicitur quod filia maritata ſit libera a patris poteſtate valet.*
22 *Contractus qui contrahi poſſunt inter patrem, & filium.*
23 *Statutum loquens de filia maritata an procedat in deſponſata.*
24 *Filia ſi ſemel liberatur à patria poteſtate an recidat.*
25 *Emancipatus ſemel an reincidat in patris poteſtate ſi ceſſat cauſa.*
26 *Verbum eo ipſo importat latam ſententiam.*
27 *Pater filio ducente vxore an amittat vſufructum in bonis aduenticijs.*
28 *Filiusfam.contrahendo matrimonium ſecundum iura communia an liberetur à patria poteſtate.*
29 *Conſuetudo Ciuitatis mariti attenditur.*
30 *Annus cæptus non habeatur pro completo.*
31 *Aetatis maioris appellatione quæ ætas venit.*
32 *Maior ætas in xviij.anno dicitur in Regno.*
33 *Profeſſio in monaſterijs arctioribus fit in 18. ann.*
34 *Aetatis maioris probatio cui incumbit.*
35 *Pater non cogitur emancipare filium.*
37 *Filiusfam.patre etiam permittente teſtari non poteſt ampliat.nu.38.*
39 *Filiafamil. an poſſit de dote aduenticia teſtari.*
40 *Filiusfam.de conſenſu patris poteſt teſtari.*
41 *Filiusfamil. in bonis Caſtrenſibus vel quaſi teſtatur.*
42 *Filiusfam an de ſalario teſtari poſſit.*
43 *Statutum diſponens maiorem 25.ann. teſtari nō poſſe valet.*
44 *Galli teſtantur, quia non ſunt in patris poteſtate.*
45 *Clericus filiusfam. teſtari poteſt.*
46 *Clericus habet omnia beneficia quæ habet mobiles.*
47 *Clericus de fructibus beneficij quomodo teſtetur.*
48 *Beneficiorum fructus an ſint clericorum.*
49 *Epiſcopus, vel Prælatus an poſſit de fructibus diſponere.*
50 *Filiusfam. an teſtatur de ſua legitima.*
51 *Conſenſus patris in teſtamento filij à ſtatuto requiſitus an requiratur ab initio.*
52 *Donare an poſſit mortis cauſa filiusfam.*
53 *Statutum quod filius fam.teſtari poſſit non comprehendit forenſem?*

FILIVS-

FILIVS FAMILIAS ETC. decreui iſtas duas conſuetudines ſimul legere propter ipſorum breuitatem: ideo diuido primam in tres partes: In prima ponit vnum dictum. In ſecunda ex eo infert. In 3. ampliat dictam, & illationem: ſecunda ibi, & quod poſſit tertia ibi idem in filia

1 SVMMATVR HOC MODO filiusfamilias maior decem, & octo annis vxorem ducendo à patria poteſtate liberatus eſt & pro patre familias habetur quod procedit etiam in filia deſponſata.

PER Conſuetud. Panhorm. capitul. 48. ſub rubric de ſucceſſ. filior. ad inuicem, & collatio. diſponitur quòd eo ipſo quod filius ducit vxorem vel filia maritum in diſtinctè ſunt emancipati: & in Pittauia eſt conſuetudo quod mulier nubens non eſt in poteſtate patris ſed in poteſtate viri, & ferè eſt generalis in Gallia vt dicit Tiraquell. de ll. Connub. in principio, & ſimilis eſt conſuetudo in Ciuitate Neapolis de qua loquitur Afflict. in deciſio. 54. nu. 9. & Gram. in deciſ. 54. & dicam 10. nu. 6. per conſuetud. Nob. Ciuit. Meſſ. diſponitur quod maior 18. annis etiam quod non ducat vxorem, res ſuas adminiſtrare poteſt tanquam maior, & in nu. 19. in libro de conſuet. dicitur.

LICEAT & diuiditur iſta ſecunda conſuetudo in duas partes: in 1. ponitur dictũ in ſecunda modificatio ſecũda ibi de bonis.

2 SVMMATVR hoc modo filij fam. maiores 18. annorum teſtari poſſunt de bonis maternis, & per conſuetu. Syracuſanam c. 1. ſub rub. qualiter poſſit legare, & poteſt legare vſq; ad medietatem bonorum ſuorũ non obſtante contradictione paterna licet poſt 18. annum non ſit emancipatus.

ET per conſue. eiuſdem Ciuitatis Meſſ. c. 2. Incipit filiusfam. & dicitur quod filiusfam. vtroque parente viuente de bonis eorũ præter voluntatem patris non poteſt teſtari de peculio vero ſuo pro velle teſtari poſſit.

ET per conſuetudinem Panormit. cap. 49. ſub rubrica de teſtament. dicitur quod minor poſt 14. annos de bonis ſuis teſtari poteſt, & in 18. anno. dicitur maior, & res ſuas legitime adminiſtrat quæ conſuetudo non videtur loqui de filiofam. cum tale ſtatũ ſit correctorium, & an intelligatur de filijsfa. vt aliquid operetur vide quæ dixi in Præludijs, & in rubrica d. conſuetudinis dum dicitur teſtamen. mino. & perfectæ ætatis, & non dicit filijfam. prine. vbi an à rubricis arguitur ſimile ſtatum eſt etiam in Ciuitate Ferrare de quo mentionem fecit Cap. Sal. in conſil. 256. in prin. & in Ciuitate Neapolis de qua mentionem facit Gram. in deciſ. 54. nu. 9. & in Ciuitate Cremonæ de qua teſtatur Rolan. in conſil. 68. nu. 12. vol. 4. & in Ciuitate Florentiæ vt dicit Bar. in l. 2. §. quòd obſeruari C. de iura. calum. Item in Fiuaria, & in Genua ac Ducatu Bertaniæ, & in multis alijs partibus vt dicit Boer. in deciſ. 197. nu. 3.

NOTA ex prima conſuetudine quod in ſummario dicitur, & hæc cõſuetudo eſt
3 contra ius nam filiusfam. etiam vxorẽ ducendo remanet in poteſtate dicti patris, eſt text. in l. 1. §. ſi quis filiam ff. deliber. ex hiben. & in l. prima § primo in princip. ff. deliber. agno. l. quemcunque C. de bonis quæ lib. & in l. ſi cũ dotem §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrim. & in l. Pomponius filia Delfus ff. famil. herciſc. not. glo. in titu. ad Tertull. In princ. In verbo parentes l. ſi vxor. C. de Cond. inſert. Gram. deciſio. 54. Roland. in conſil. 53. nu. 19. volu. 3. nu. 6. & in conſi. 68. vol. 4 nu. 6. eſt communis opinio relata per Io. Ficard in add. ad Villalob: in Colle. commu. opinio. In verbo patria poteſtas nu. 52. vbi limitat niſi per decem annos ſeorſum à patre habitauerit vide Caſſ. in Conſuetud. Burgund. in rubr. 6. §. 3. In verbo le fille folio 213. & quid operetur reputa-
4 tio communis vti paterfam. vide l. 3. ff. ad Macedon. ſed ſecus eſt in matrimonio ſpirituali vt per Roland. in d. conſil. 35. nu. 19. in 3. vol. & infra dicam nam de iure quilibet præſumitur omne in poteſtate patris vt dicunt Alexan. & Iaſon: in l. ſi emancipati C. de Coll. in princip. per illum tex quem nunc publicæ lego ſed tu vide diſtinctionem Bolognetti in d. l. ſi emancipati nu. 10. Gram. in deciſio. 12. nu. 10. vbi dicit quod probata paternitate filius præſumitur eſſe in poteſtate, & effectus patrui poteſtatis ſunt octo quos ponit glo. in §. 1. inſt. de patr. poteſt.

SED an credatur aſſertioni patris filium eſſe
6 emancipatum dic quod non ſecũdum Socc. in conſ. 23. in 4. vol. nu. 13. vide Gugliel. de Benedictis in repet. cap. Raynutius in verbo matrem nu. 4. Sed hoc quod filius præſumãtur eſſe in poteſtate patris procedit patre viuente vel viuo tempore actus: Ita Grab. in conſil. 22. & quid de iure antiquo vide per Tiraq. in Tract. de ll. Connub. glo. 1. in prin. & hæc conſuetudo de iure valet vt dicit Roland. in d. conſil 68. nume. 12. volum. quar-
7 to, & an Iudæi habent liberos in poteſtate

dic quod ſic quia viuunt iure Romano l. Iudæi §. primo de iud. iuncta l. item poteſtate & l. ſeq. ff. de hijs qui ſunt ſui vel alieni iur. Alexan. in conſi. 7 t. nu. 1. volum. 2. ſecus in hæreticis argumen. auth. Gazeros C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Leſſan. in conſi. Burgund. in d. rubr. 6.

8 §. 3. in verbo lis filium os filij folio 213. qui autem dicuntur Iudæi vide hoſtienſem in ſumma in tit. de Iud. & Sarac. & tibi etiã qui dicantur Henrici vide iul. Clarum in §. hæreſis, & ibi etiam de pœnis eorum, ſed filij Iudæorum ſi efficiuntur chriſtiani non ſunt amplius in poteſtate parentum Iudæorum vide quæ dixi ſupra in Conſuetu proxima nu. 42. quid autem in alijs Paganis, & infidelibus

9 dic quod ſi non obſeruant ius ciuile non habent filios in poteſtate quia patria poteſtas cauſaturam de iure ciuili d. §. 1. Inſtitu. de patria poteſt, & hinc eſt quod cum in Gallæa, & Venetijs non obſeruatur ius ciuile nõ habent filios in poteſtate parentes dicit Cagn. in l. frater à fratre nu. 14. ff. de cond. indeb. & ibi Iaſon, vide Caſſan. in d. §. 3. in verſicul 3. gloſſa.

IN TEX. Ibi, & contrahere, & ſic iſtæ filius maior 18. annorum quivxorem duxit

10 vel filia virum poteſt contrahere quia eſt exẽptus condẽnatus à patria poteſtate ſecus eſt de iure, quia filiusfam: etiam Senex non poteſt alienare adiectum dominium bonorum in quibus pater habet vſumfructum l. fina. §. filius autem C. de bon. quæ liber. eſt commu nis opinio quam refert Villalob: in verbo fi-

12 lius nu. 63. nec mutuum contrahere vel voue re quia in hijs contractibus mutui, & voti nõ obligatur efficaciter l. 1. ad Maced. nec etiam in iudicio ſine patris authoritate eſſe poteſt dicit Iaſon. in rub. C. qui admitt. Bal. in conſ. 194. nu. 2. volu. 3. Secundo, & an intelligatur de minore 25. annis Guid. Pap. in deciſio. 54. Caſſan. ſuper Conſuet. Burgun. rubr. 6. §. 4. In verbo des enfans verſic. Item etiam num. 5.

13 folio 212. vbi etiam nu. 8. verſi, tu adde limit. niſi filius ſe obligaſſet de conſenſu patris, & alijs modis vt ibi per eum licet ſecus ſic regu

14 lariter quia in omnibus contractibus filiusfam. ſe obligare poteſt l. tam ex contractibus de iudic. & Iaſon in l. frater a fratre de cond.

15 indeb. nu. 1. & pro dicta l. 1. ad Maced. ponit regulam cum ſeptem limitationibus Duen. in regula 369. libro 1. Sed quid in quaſi con-

16 tractum filiusfam. poſſit hæreditatem adhire ſine conſenſu patris communis eſt quod ſic relata per Iaſo. in l. 1. C. qui admitt. nume. 17. Idem in bonorum pe. ſonæ dicta l. 1. vbi Doctor. vide. Ibi per eum vide Villalob: in Coll.

17 commu. opin. In verbo filius nu. 130. & ſequ. vbi pulchrè, & dicit ex quibus caſibus filiusfamil. poteſt agere ſine patris conſenſu vt in Caſtrenſibus vel quando filia pro dote aduẽtitia ab auo ageret.

18 ET quod filiusfam. de aduentitijs ſine cõſenſu patris diſponere nõ poſſit nec etiã cum iuramento poteſt alienare eſt magis cõmunis opinio relata per Gott. Iun. in conſil. 152. Incipit præſupponitur volum. 2. quam refert, & ſequitur Matth. Iureconſultus in verbo aduentitium in 1. volum. commu. opinio: folio 316. Idem filia diſpenſata quia ſit

19 maiori 18. annis eſt emancipata, & per conſequens poteſt contrahere ſicut; & filius maſculus ſed de iure eſt totum oppoſitum vt ſupra dixi eſt gloſſ. notabilis, in l. ſi vxor tuatũ

20 C. de condit. inſert. vbi dicit quod filia maritata eſt in poteſtate patris niſi quo ad debiti carnis, & ſeruitia in quibus eſt in viri poteſtate, & ibi Bald. communem dicit Ioannes Ficardus in addi. ad Villalob: in verbo vxor nu. 74. In prin. volum. commu opin. folio 181. late, Tira quell. de ll. Connub. in prima parte in

21 princ. licèt tale ſtatutum vt mulier maritata ſit exempta à patria poteſtate valere vt dicit Roland. in dicto conſi. 68. nu. 12. In 4. volu. & de materia emancipationis vide ſupra in d. titul. 9. Conſuet. vnica incipit ſi quis aut ſi qui. an autem inter patrẽ, & filium in poteſtate

22 patris exiſtente, contrahatur mutua, & an depoſiti vel commodati contractus, & an emptionis: venditionis vide Bar. in l. frater an fratre nu. 47. & ſeq. ff. de cond indeb. & ibi Cag. & Iaſo. & Cagnõ. num. 183. dicit contractum emptionis eſſe impendenti vt ex tempore cõ

23 firmetur, in text. ibi in diſpoſiata quod autẽ ſit de iure ſi ſtatutum loquatur per verbum maritata vide late Tiraquell. de ll. Connub. glo. 3. in verbo eſt ponit folio 153. ſed quæ-

24 ro an hoc ſtatutum habeat locum in vidua, & ſic ſi moritur vir, an ipſa filia liberata a patria poteſtate per ductionem viri remaneat ſui iuris an vero recidat in poteſtatem patris Afflict. in Conſtitu. Regni proſequentes nu. 17. de pugnis ſublatis ſor. 2. concludit remanere ſui iuris, & per conſequens habere locũ ſtatutum noſtrum in vidua idem tenet Tiraquell. de ll. Connub. glo. 3. nu. 1. & Meil. folio 191. Bar. in deci. 197. nu. 4. & minor de Soarez, & de viris in locis interius per me allegãdis, & de Grammatico in deciſio. 54. qui alle gaut Afflict. in d. Conſtitu. Regni proſequentes qui clarè loquitur quod non re incidit in poteſtate patris, & Bar. etiam clarè loquitur, & ita intelligit Boerium Tiraquell. in dicta glo. 3. nu 2. & ita intelligit eum Roland. in d. conſil. 68. nu. 13. vide Roland. in d. conſil. 68. nu. 13. vol. 4. qui recedit à dicta cõmuni Boerij, & ſequitur Vinium, & liceat: reſpondeat

obiectis

obiectis Afflict. non tamen reſpondet medijs
Tiraquell. & miror de tantis patribus qui eũ
non viderunt nam dicta communis viuij nõ
ſatisfecit Soarez: vt ipſæ in d. verbo filiæ fam,
nume. 307. in fine dicit. Item non dici poteſt
quod ceſſante cauſa ceſſat effectus quando
ſufficit quod cauſa fuerit adimpleta, & con-
ditio extat certo tempore vt dixi ſupra in
Conſuetu. vnica tit. 12. in vltimo nont. tanto
magis hæc opinio Tiraquell & Afflict. quas
ego ſequor procedit in caſu noſtræ Conſue-
tudinis quæ dicit quod eo ipſo quòd emanci
25 tus ſit quia ſemel emancipatas non reinci-
dit in poteſtatem patris §. 1. verſi. ſi vero inſt.
quib. mod. ius patr. poteſt ſol. l. qui liberatus
26 & l. ſi pater filium, vt ibi Doct. ff. de adoptio.
& verba illa eo ipſo important latam ſenten
tiam per multa dicit Tiraquell. in l. ſi vnquã.
In verbo reuertantur nu. 142. de reuoc. dona,
& idem ſequitur Condam Dominus de In-
trighiolo ſic. Sed contrarium tenit Caſſan. ſu-
per Conſuetu. Burgund. rubr. 4. §. 1. In verbo
de ſororie appartenit verſi. & ad dictam fol.
147. Gram. in d. deciſ. 54. nu. 9. Communem
dicit Soarez: in verbo filiæ famil. nu. 7. & Vi-
uius in opin. 121. lib. 1. Sed tu non recedas ab
Afflicto, & Tiraquell. per rationes per eos
adductas non obſtat communis opinio Vi-
uij, & Soarez: quoniam allegant Boer. in de-
ciſ. 197. num. 4. qui contrarium dicit, & tenet
cum Afflicto in dicta quæſtio. proſequentes,
& cum Tiraquell. Inde ſequitur quod teſtari
poteſt, & contraheret in text. noſtro dicitur.
Idem dicit Cœphal in conſil. 423. nu. 55. vbi
nu. 56. dicit quod dato quod reincidat ipſo
iure in patris poteſtate intelligitur patre pe-
tente.

26 SED an filia nupta deſinat eſſe de familia
patris dic quod ſic, & an amittit priuile-
gia patri conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, &
fœminis vide quæ dixi in Conſuet. vnic. ſup.
tit. 19. nu. 18. & Decium in l. fœminæ ff. de re-
gul. iuris vbi addi. Cuchalon.

SED circa prædicta quæro ſupra in proxi-
ma conſuetudine firmauimus, quod pa-
ter in bonis filij aduenticijs, & maternis, ha-
bet vſumfructum tam ex forma iuris per l.
prædictam C. de bon. quæ. lib. & l. 1. C. de bon.
mater. & de forma conſuetudinib. ſupra pro
ximè an eo ipſo quod filius maior 18. anno-
rum vxorem ducat qui liberatur à patria po-
27 teſtate vt dicit noſtra conſuetudo, an pater
amittat dictum vſumfructum, & pleno iure
bona prædicta applicantur filio vide Boer. in
d. deciſ. 197. nu. 5. vbi pulchrè diſtinguit vide
tex. in l. ſi vita matre C. de bon. quæ lib. Ro-
ma. ſingul. 54. Duen. in regula 135. in 1. Fall.
lib. 2. ſed Dominus Lanza hie dicit quod ſtã
te ſupradicta conſuetudine proxima pater re
manet vſufructuarius, & filius iſtæ non po-
teſt teſtari vt infra dicam niſi de proprietate
tantum vide quæ dixi in dicta Conſuet. vnica
tit. proximo.

QVAERO quid ſi iſtæ maior decem
ſecundum, & otto annorum ducat vxo
rem vſum Romanorum, & iura commu-
nia, & non ſecundum vſum conſuetudinis
noſtræ Ciuitatis, an habeat locum iſta cõſue
28 tudo quod iſtæ filiusfamil. ſit liberatus a pa-
tria poteſtate, & poſſit contrahere, & teſtari,
& quod non ſit liberatus à patria poteſtate
facit quòd notat Abb. in cap. primo colum.
fin. de ſponſ. & matrimo. vbi notatur quod ſi
maritus eſt vnius Ciuitatis, & vxor alterius
Ciuitatis conſuetudo ciuitatis, mariti atten-
29 ditur dixi ſupra in Conſuet. vnic. tit. 15. & ſic
ſi matrimonium non eſt iuxta conſuetudinẽ
quia maritus eſt alterius Ciuitatis non habet
locum diſpoſitio. noſtræ conſuetudinis vn-
de non eſt liberatus facit text. in l. quod con-
ſtitutum ff. de milit. teſt. in ſummario Bal. ibi
non à verbis legis vel ſtatutum non debemus
recedere quia ædendo pro inductione non
conuenientibus verbis non conuenit diſpoſi
tio dicta l. quod conſtitutum eſt tex. etiam l.
cõſtitutionibus ff. ad municip. ergo, & quod
non ſit liberatus faciunt relata per Iaſonem
in l. age. Cum Geminiano nu. 456. C. de tran-
ſact. vide Bal. in l. milites verſi. & ex prædictis
C. de milit. teſt. quem allegat, & ſequitur Iaſ.
in §. in perſonam nu. 30. inſtit. de actio. Item
facit illa ratio quia cum non vult ſe ſeteri cõ-
ſuetudinibus noſtræ Ciuitatis in matrimo-
nio non eſt conueniens quod filius gaudeat
hac conſuetudine argumen. l. ſecundum na-
turam ff. de regu. iur. & dixi ſupra in pronœ-
mio in 7. q. 4. nu. 121.

QVAERO quod ſi hæc conſuetudo nõ
diceret maior annis 18. ſed aliter dicta-
30 ret an annus cæptus haberetur pro comple
to dic, quod non quia annus cæptus non ha-
betur pro completo quando ſtatutum requi
rit contrahentes eſſe alicuius ætatis ſecus ſi
dicit quod ab eo exeuntem in tali ætate refert
communem Curt. Iun. in conſ. 117. in primo
vol. quem refert Villa. in ſua Coll. com. opi.
in verbo annus nu. 101. vide quæ dicam in-
fra in conſ. vnica in tit. 55.

31 NOTA vlterius quod appellatione ma-
ioris ætatis hic venit ætas 18. annorum
de iure ciuili perfecta ætas dicitur ætas 25.
annorum toto titu. de minoribus vel legiti-
mas ætas l. fin. C. de his qui veni. ætat. impe-
trat.

trat,& l.cum filio ad finem ff.de lega.3. & ſic
dicitur maior ætas in caſu noſtræ conſu.tem-
pus 18.annorum. Idem eſt de iure Conſtitu.
Regni, & vt dicit Conſtitutio Regni minorũ
iura in tit.de reſtit.minor.& mulier lib.2.per
Andr.Iſet.in cap.1.de pace tenenda iuramen
to firmata in vſibus feud. idem eſt ex forma
cap.Regni Imperatoris Caroli cap.92. Idem
tempus 18.annorum requiritur in profeſſio-
33 ne facienda in monaſterijs ſtrictioribus,& in
locis artis eſt tex. & ibi Abb. & Doct.in cap.
quia in Inſulis extrà de regula, & per ſtatutũ
Mediolanenſe diſponitur quod maior 14.an-
norum in delictis habetur pro maiori, & re-
fert Clarus in Pract.criminali §.fin. quæſt.33.
in principio, & ſtatutum poteſt augeres, &
diminuere ætatem Caualc.in tracta. de tuto.
& cur.nu.7. ex Decius in c.ex parte ſub nu.9.
de appell.

34 SED quæro quis debet probare filium eſ-
ſe in anno 18. dic quod filius nam cũ ætas
eſt intentionis alicuius ſiue ſit actor ſiue ſit
reus illæ debet probare l.cum ante C.de pro
batio.& in l.ſi minorem de integ. reſt. ponit
hanc regulam, & limitat quattuor modis
Duen.ſeruent in regula 258. volu. 1. & vltra
modum liberationis à patria poteſtate datu-
ra an noſtra conſuetudine ſunt alij multi de
iure quos notaui ſupra in Conſuetud. vnica
35 tit.9. & ibi & dixi de patria poteſtate & ſcias
quod pater non cogitur emancipare filios §.
fin.inſt.quo.iuſ.poteſt ſolu.fallit in quattuor
caſibus ibi notatis, & de materia huius Con-
ſuetu.vnicæ ad Phænum per Rodor.Soarez:
in ll.fori in l.1.in tit.de berr. plectitos.

36 NOTA ex ſecunda conſuetudine quod
filij ſub poteſtate parentum conſtituti
maiores decem, & octo annis in vltimis poſ-
ſunt de bonis maternis teſtari quo quidem
conſuetudo, eſt contraria iuri comuni, eo
37 quia de iure communi filiusſam.etiam patre
permittente teſtari non poteſt l.qui in pote-
ſtate ff.de teſta.glo.in l.Senium C.qui teſt.fa-
cere poſſ.Clar.in §.teſtamentum q.18. verſic.
vera igitur,vbi refert communem opinionẽ,
38 & procedit, etiam ſi pater eſſet captus ab ho-
ſtibus, & quid ſi reuertitur recurritur dic vt
ibi per eum in verſic. ſed pone vbi refert cõ-
munem opinionem, & ampliat ibi in bonis
aduenticijs,& in filiaſam. vt non poſſit de iu-
re de dote aduenticia teſtari nec in aduenti-
cijs in quibus pater habet vſumfructum im-
mo plus nec in hijs in quibus non habet vſũ-
fructum nam ſunt multi caſus vt dixi in Con
ſuet.vnica incip.matre ſupra titulo proximo
19.eſt communis opinio relata per Iaſonem
in l.nemo ex lege C.qui teſta. facer. poſſ. nu.
2.Cœphalus in conſil.256.nu.10 & 14.Idem
dicit Michael Graſſ. in §. teſtamentum q 23.
vbi hæc firmat, & quod non poſſit etiam de
dote materna teſtari com. dicit Terchom.
in conclu.16.nu.29.Centur.2.in 2.volu.com.
opin.fol.mihi 31. & ampliat etiam ſi in quaſi
poſſeſſione ſuitatis eſſet Rolan.in conſi. 6.8.
40 volum.4.Sed de conſenſu patris poteſt teſta-
ri ad pias cauſas: Idem Iaſon,in l.Senium nu.
41 50.C.eod.licet ſecus ſit in bonis Caſtrenſibus
vel quaſi quia de eis poteſt teſtari l. fin. C. de
inoffic.teſt. dummodo quod de bonis Caſtrẽ
ſibus teſtetur iure militari, & de quaſi iure
communi vt ibi dicitur etiam filijſamil. poſ-
ſunt, de eorum ſalarijs teſtari ſicut aduocati.
& procuratores eſt magis communis opinio
quam refert Iaſ.in dicta l.fin.nu.1.C.de inoff.
42 teſta.refert,& ſequitur Clar.,in dicta quæſtio.
18.verſi.& de hijs vide Viui.in opin.121.libro
1. incipit filiusfam. & Michaelem Graſſ.in d.
§.teſtam.quæſt.13.nu.7. & tale ſtatutum no-
ſtrum vt filijſamil. poſſent teſtari valet com.
dicit Viui.in opinio.ſtatutum lib. 1. Michael
Graſſus in d.quæſt.23.in fin. Idem in filia di-
ſpenſata ſi eſt 18. annorum poteſt teſtari ſi-
cut maſculus quia dicitur emancipata vt di-
xi in proxima Conſuet.& tale noſtrum ſtatu
tum filiusſami. teſtari poſſe intelligitur vt te-
ſtetur ſecundum terminos iuris communis
Cœphal.in conſi.256.nu.20.vol.2. & an mu-
lier teſtatur de dote, & quomodo vide ſupra
in conſi.vnica tit.16.17.vltra ſupra eo.nume.
39. adducta.

43 NOTA etiam quod ſtatutum diſponẽs
minorem 25. annorum teſtari nõ poſſe
valet eſt communis opinio relata per Pariſ.
in conſi.88.num. 43.vol.3.& conſil.16.nu.7.
eo. vol.3. vbi etiam dicit quòd valer ſi prohi-
betur codicillari,& valet ſtatutum per quod
tollitur facultas teſtamenti licet pactum nõ
valeat, vt dicit Dec. in l.nec expretorio nu.
44 8.ff.de regul.iur.& quod filijſamil.poſſint te-
ſtari valet teſtamentum vt ſupra dixi eſſe nu.
42.& Galli. quia non ſunt in poteſtate patris
poſſunt teſtari etiam de aduenticijs ſecũdum
Bartol.ſing.in C.§.fin.de duobus fratribus de
nau.ben. in reſtit. cog. nil. in l. frater à fratre
nu.14.ff.de cond.indeb.

45 ET clericus filiusfam.poteſt teſtari etiam
ſine licentia patris,& Ariſ.auth.præsbyte
ros C.de epiſco.& cler.quod procedit etiam
in clericis primæ tonſuræ Roland. in conſil.
16.num. 81. volum 4.mandatum a patre filio
clerico quaſi Caſtrenſe dicitur, & ideo libri
à patre don.non conſeruntur, & quod Dot-
toratus gradum non accepit in vita patris ſe
cundum Roland. in conſil. octauo nume. 5.
vol.4.

volum. 4. dixi in Conſuetud. vnica ſupra titu.
3. & tit. 8.

46 ITEM, clericus habet omnia priuilegia
conceſſa militibus aromatæ Militiæ, & nõ
poteſt conueniri vltra id quod facere poteſt
dicit communem eſſe Iaſon. in l. miles nu. 2.
47 ff. de re iud. & quomodo, clericus de fructi-
bus beneficij teſtari poſſit, & an æquiparetur
vſurario vel vſufructuario vide Clar. in §. te-
ſtamentum quæſtio. 27. Bello. in conſil. 1. vbi
dicit quod ſtante conſuetudine poteſt diſpo
nere, & æquiparatur vſufructuario refert cõ-
munem Soarez in verbo clericus nu. 103. vi-
de Villalob. & adde ibi in verbo clericos nu.
92. & ſequ. & quomodo fructus beneficiorũ
48 inter hæredes, & nouum beneficialem diui-
dantur vide Couaruc. in lib. var. reſolut. cap.
15. nu. 12. vide Ioſeph. Ludouic. in deciſ. 29.
volum. 3. Alexan. in Baliuerti, nume. 5. ff. ſol.
matrimon.

49 ET an Epiſcopus vel Prælatus poſſit di-
ſponere, & teſtari Boer. in conſil. 48. In
principio dicit quod ſic vide Clar. in §. teſta-
mentum quæſtio. 29. vbi etiam de clerico, &
an monacus teſtari poſſit: ibidem Clar. in d.
teſtamentum ſcripſit, hodie per Pragmaticã
Regni Prælati teſtantur antè Epiſcopatũ ac-
quiſitum certa ſollemnitate interueniente
patet in Pragmaticis nouis, & de iure Epiſco
pus tempore adeptè dignitatis inuentariũ fa-
cere debet de rebus quas ipſe ex patrimo-
nio aliove tit. acquiſiuit Coua. in titu. nu. 9.
de teſtament. vbi dicit quod ſi non facit præ-
ſumptio fraudis eſt Beuz. Rolan. in tract. de
confect. inuentarij parte 1. quæſt. 13. fol. 16.
tenetur etiam Epiſcopus facere inuentarium
de rebus Eccleſiæ ſuæ cap. de Syracuſiam Ca-
di. Alex. 28. diſt. Roland. in dicto tract. part. 1.
quæſtio. 15. quando autem Prælati defuncti
quæſita præſumuntur de bonis Eccleſiæ vel
proprijs dicit Ioſeph. Maſcard. in tract. pro-
bat. in concluſi. 202. vol. 10. dixi ſupra in Cõ-
ſuetudine vnica tit. 9.

50 SED an filius de iure communi poſſit te-
ſtari de legitima vide quæ dixi ſupra in Cõ
ſuet. vnica incip. viri, & vxor tit. 3. in materia
legitimæ.

ET quod in caſu quo iſtud ſtatutũ diſpo-
neret quod iſtæ filius vel filia poſſint te-
ſtari de bonis vt in text. dicitur cum conſen-
51 ſu patris an iſtæ conſenſus requiratur in ipſo
teſtamento vel ſufficiat ſi poſtea interueniat
vide Bal. in l. ſi vxorem nu. 5. cap. de cond. in-
ſert. vide quæ dixi ſupra in Conſuet. vnica tit.
52 4. & 5. & an filiusfamil. poſſit donare cauſa
mortis Clar. in §. donatio. quæſ. 6. dicit quod
ſic cum conſenſu patris ſed tunc non poteſt
donare eis patre eſt communis opinio rela-
ta per Villalob: in Coll. com. opin. In verbo
donatio. nu. 130. in 1. volum. commu. opin.
fol. 91. Clar. in dicto §. donatio. quæſtio. 6. in
53 ver. quæro autem ſed hoc ſtatutum noſtrum
vt filiusfamil. poſſit teſtari vt in eo non com-
prehendit filiosfamil. Forenſem licet in no-
ſtra Ciuitate teſtetur ſecundum Bar. in l. cun-
ctos populos nu. 26. C. de Sum. Trinit. & fid.
Catho. Rolan. à Valle in conſi. 91. nu. 22. vol.
2. & conſi. 44. 49. nu. 22. vol. 4.

TITVLVS XXI.

Quando pater vel mater cum tercia ſua tran
ſit ad ſecunda vota quomodo filij primi,
& ſecundi matrimonij ſuccedant in ter-
tia ab inteſtato.

CONSVETVDO VNICA.

VIR præmortua vxore vel
vxor mortuo viro ad ſecun
da vota cum tertia ſua libe-
rè tranſire poteſt, & tertia illa cum bo-
nis eiuſdem matrimonij natis filijs ex
eodem confunditur, & vnum corpus
efficiatur, quà vel quo mortuo ab in-
teſtato bona illa diuidantur in tres
partes quarum vna tertia debetur vi-
ro vel vxori ſuper viuenti alia tertia
filijs ſecundi matrimonij prædicti, &
in reliqua tertia præmortui parentes
ab inteſtato tam filij primi quam ſe-
cundi matrimonij ſuccedant per ca-
pita.

SVMMAE.

1 *Vir multis modis capitur.*
2 *Vxor ſoluto matrimonio liberè tranſeunt ad ſecun-
da vota per noſtram conſuetudinem.*
3 *Mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere vi-
detur.*
4 *Anima mariti defuncti contrariatur de tranſitu ad
ſecunda vota vxoris.*
5 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota perdit tutelam fi-
liorum remit. nu. 9.*
6 *Legatum à viro factum vxori admittitur per tranſi-
tum ad ſecunda vota.*
7 *Mulier ex ſolis ſponſalibus admittit tutelã filiorũ.*

8 Mulier

8 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota retinet tutelam filiorum ex reſcripto principis.*

10 *Pœne inductè de iure ciuili ſecundo nubentibus procedunt etiam in viro.*

11 *Dos virginum eſt minor viduarum.*

12 *Pœne inductè de iure ciuili contra tranſeuntes ad ſecunda vota qualitates concernunt fauorem filiorum non ſunt ſublatæ.*

13 *Iniuria non fit marito, & filijs quando mulier nubit de ipſorum conſenſu.*

14 *Pater in præiudicium filiorum poteſt dare licentiam vxori de tranſeundo ad ſecunda vota.*

15 *Tertia viri vel vxoris confunduntur filijs natis.*

16 *Filij tam primi quàm ſecundi matrimonij ſuccedunt in tertia parentis ab inteſtato defuncti quomodo, autem ſit de iure ciuile nu. 15.*

18 *Lucra nuptialia an reſeruantur filijs primi matrimonij remiſſiue.*

19 *Filijs quod remedium, & patrem pro alimenti, & dote datur.*

20 *Hæres quilibet contentus eum debet de parte in qua inſtitutus eſt.*

21 *Rei vendicatio competit filijs pro bonis maternis à patre alienatis.*

VIR præmortua diuiditur iſta cõſuetudo: in tres partes: in prima ponit vnum dictum: in ſecunda aliud, & in tertia deciſionẽ aliam ſecunda, ibi, & in tertia: tertia ibi quæ vel qua.

SVMMATVR. Hoc modo vir vel vxor ad ſecunda vota tranſire cum ſua tertia libere poteſt, & natis filijs ex dicto ſecundo matrimonio confunditur, & altero mortuo tripartitur vna pars debetur conſorti ſuperuiuenti altera filijs ſecundi matrimonij, & in altera tertia parte ſuccedant filij primi, & ſecũdi matrimonij omnes in capite.

SIMILIS eſt conſuetudo in Felici Vrbe Panhormi vt in cap. 44. Incip. vir vxore ſub rub. de Doct. & hæred. diuiſ. fol. 32.

SIMILIS etiam conſuetudo eſt in Ciuitate Meſſanæ cap. 7. Incip. vir præmortua vxore ſub ead. rub. niſi quod additur quod ſi in teſtamento filij primi matrimonij nõ fuerint cognitioni tanquam ab inteſtato ſimiliter ſuccedant, & hoc etiam additur per dictã Conſuetudinem Panhormitanam, vt in ea.

IN TEXT. Ibi vir dic quod multipliciter dicitur, vir primo ex eo quòd ſi quis naſcitur maſculus ſecundo quia maritus ſit ætate, item quando tranſ.tq à iuuentute animo vt fortiſſimum dicimus virum propriæ vero dicitur maritus poſt contractum, & perfectũ matrimonium per carnis copulam ſecundũ Lucam de Penna in l. fin. C. de in coll. lib. x. & in conſuetudinibus noſtris vir capitur pro marito vbi carnis copula interuenit, & maximè in hac conſuetu. per quam fit mentio de filijs primi, & ſecundi matrimonij.

2 NOTA primo ex iſto text. quod vir vel vxor ſoluto matrimonio liberè poſsũt ad ſecunda vota tranſire cum tertia eorum vnde videtur contra ius commune nam de
3 iure communi mulier nubens ſecundo vero vel tranſiens ad ſecunda vota tria negligere videtur deum defuncti memoriam, & filiorum charitatem vt dicit tex. in §. ſin autem tutelam, & in §. quæ viro in author. de nupt. &
4 ibi dicitur quod contriſtatur anima mariti mortui, & propter huiuſmodi iniuriam marito mortuo, & filijs illatam, multa legens ſtatuerunt contra viduas ad ſecunda vota tranſeuntes de quibus abunde per Docto. in auth. ex teſtamento C. de ſecund. nupt. latè Tiraquell. in l. boues in §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. in prin. nu. 145. & ſeq. folio mihi 30. vide Neuizan. in Sylua nupt. in verbo ſeni non eſt nubendum nu. 32. Rolan. in conſi. 68. nu. 29. volu. 4. & quando maximè mulier nubit infra annum luctus vt dicit text. in l. 2.
5 & 3. C. de ſec. nupt. & hinc eſt quod mulier tranſiens ad ſecunda vota priuatur tutela filiorum quia nouerca dicitur, & lex non confidit amplius de ea vt per Salyc. & Doctor. in auth. matri, & auiæ C. quando multi tut. oſt. ſing. Bar. & Pau. de Caſtr. in l. fœminæ eſt in author. de iiſdem C. de ſecundis nupt. & ibi addi. Alexan. ad Bart. in d. l. fœminæ Caual. in tract. de tuto. & cura. nu. 321. Item priuatur proprietate bonorum in quibus ſucceſſit filio ex ſubſtantia patris quia alijs filijs primi matrimonij applicatur vt dicit idem Rolan.
6 in dict. conſi. 68. nu. 31. & legato a marito facto ibi nu. 32. Michael. Graſſ. in concluſi. 16. capite 9. in 2. volu. com. opin. fol. 129. & pro-
7 cedit etiam in viro vbi per eos, & etiam ex ſolis ſponſalibus admittit tutelam etiam quod eſſet teſtamentaria eſt communis opinio relata per eundem Graſſ. in Collect. com. opin. folio 129. vide Menoch. de arbitr. Iud. libro 2. Centu. 2. caſu 151. & etiam per conſuetudinem Meſſanenſem ita diſponitur, & quod mulier tranſiens ad ſecunda vota admittit tutelam filiorum refert. communem Viuius in ſua Collect. com. opinio. in opin. 224. Incipit mulier volu. 1. & rationem quare mater conuolans ad ſecunda vota admittat tutelã dicit Boerius in deciſ. 266. vide quæ dixi ſupra in Conſuet. vnic. tit. 19. ſed ſeruatur quod
8 mater nubens retinet tutelam filiorũ ex principis reſcripta. Idem Menoch. de arbitr. Iud.

d. libro

9 d.lib.d.caſu 151.nu.9.limitatur eſſe alijs mo-
10 dis vt Viuian.in d.opinio.224. an autem fini-
tur vſufructu à marito ei relicto vide no. per
Caluacc.in tracta.de vſufruc. mulieri relicto
nu. 111.& pœnæ inductè de iure ciuili quæ
dantur contra tranſeuntes ad ſecunda vota
procedunt etiam ex identitate rationis in vi-
ro conuolante ad ſecnnda vota gl.in l. fœmi
næ §.illud de ſecundis nup. Boer.deciſ. 187.
& refert communem opinionē Dec.in cōſi.
87.& Boer in d.deciſ.266. Viu.in d.opin.224.
vol.1.vbi latè de hac materia Villalob: in ver
bo binubis nu.23.& ſeq. & ibi de pœnis ſecū
do nubentis immo acorunda prudentiſſimo
legiſlatore viri prohibiti erant ſecundas con
trahere nuptias vt dicit Tiraq. in l.bouem §.
ſermone in fin.nu.157.ff.verb.ſig.item,& vi-
11 duarum dos maior debet eſſe quam virginū:
ita Caſſan.ſuper Conſuet. Burgun. in rubr.7.
§.12.In verbo fœminæ marie verſic.aduerte
12 quia nu.7.folio 230.& pœnæ inductè ſecun-
do nubentis quatenus concernunt fauorem
filiorum non ſunt hodie ſublatè eſt commu
nis opinio quam refert Soarez: in ſua coll.
com.opin.in verbo pœnæ nu.203.refert etiā
communem opi. Laurent. Chirco: iur.vol.
com.opi. in verbo pœnæ Cent.3. in concluſ.
57.nume. 9.fol.mihi 49. dixi ſupra in conſil.
vnica titul. 19. verſic.quæro circa,ſed non fit
13 iniuria filijs nec viro quando de voluntate vi
ri tacita vel expreſſa fit tranſitus ad ſecunda
vota: ita dicit Roland.in conſi.62.nume. 26.
vol.1.& conſil.8. nu.12.volu.3. nam pater in
14 præiudicium filiorum poteſt dare licentiam
vxori de tranſeundo ad ſecunda vota ita Me-
noch. in conſil. 155. Idem quando tractat de
voluntate filiorum Pariſ.in conſil. 45.nu.81.
in 3.volu. limitatur etiam quinq; modis per
Villalob:in dictoverbo binubis nu.25.& ſeq.
Viui.in dicta opinio. 224. ſecus autem de iu-
re canonico quo ad permiſſionem matrimo
nij vt dicitur in cap.pen.& fin.de ſecun.nupt.
extrà propter dictum Apoſtoli qui non præ-
ſiigit tempus, & ita etiam videtur, per no-
ſtram conſuet. cum ſine præfixione tempo-
ris loquatur ergo nec nos præfigere debem⁹
vt dicit glo.in d.cap.pen.de ſecundis nupt.&
dicit Laur.Chirc.in conclu.24.in verbo pœ-
næ nu.9.lerit 3.folio 8.in 2.vol.com. opinio.
nam indeffinitè dicit tex. noſter libere tranſi
re poteſt l.non diſtinguemus ff.de recep.arb.
l.de prætio de public. in rem act. cum ſimili-
bus niſi dicas quod cum ſtatutum quodlibet
debeat interprætari vt minus legat ius com-
mune vt dixi in Prælud. & licentia eſt data
per noſtram conſuetudinem 53. poſt annū
vt iura communia in ſuo robore maneantvt
ll.correctio euitetur, & ſi benè conſideratur
vt iura iuribus concordentur text.noſter lo-
quitur de permiſſione tertiæ, & bene quia ſo-
luta ſocietate vir remanet dominusvel vxor
domina, & poteſt facere velle ſuum, vt in
Conſuetud. vnica ſupra titul. 6. argument.
eorum quæ notantur in §.primo de lig. fun.
cano. toll.

SED an iſta mulier ſimpliciter tranſiens
ad ſecunda vota nulla facta dotis mentio
ne intelligatur omnia bona ſecundo viro da
re vide ſupra in Conſuet.vnica tit.14.nu. 15.
ſub rub.de reſt. dotis.

15 NOTO ſecundo ex iſto tex. quod tertia
viri vel vxoris ad ſecunda vota tranſeū-
tis confunditur natis filijs ex ſecundo matri-
monio.& diuiditur prout hic eſt in hoc con-
formis eſt iſtæ cōſuetudo conſuet.nā primæ
ſupra tit.3. quid autem ſit de iure communi
vide in ſimili Caſſ.ſuper Conſuet.Burg.rubr.
4.§.2.in verbo fœminæ mariee verſic. quæro
num. 20.fol.137.& vide Villalob:in ſua coll.
com.opi.in d.verbo binubis nu.23. & ſeq.in
1.vol. com. opin. folio 93.vbi dicit inter alia
quod pater,ſecundo nubens tenetur ſeruare
bona filij primi matrimonij.

16 NOTO tertio ibi qua vel quo quod mor
tuo patre vel matre ab inteſtato qui trā-
ſiuit ad ſecunda vota in eius tertiā ſuccedunt
tam filij primi matrimonij quam ſecundi, &
benedicit noſtra cōſuetudo ab īteſtato quia
ſi pater vel mater mereretur teſtari poſſent
libere de eorum tertia diſponere dūmodo
quod filios in aliquo minimo recognoſcant
17 vt dicit Conſuetudo vnica ſupra titul.6. & de
iure quando quis moritur relictis filijs ex pri
mo, & ſecundo matrimonio filij primi ma-
trimonij ſuccedunt in lucris primi matrimo
nij, & ſecundi filij in lucris ſecundi matrimo
nij,& ſic de alijs notatur in l. ſi quis §. ialeui
C.de ſecund.nupt.Item fœminæ tranſeuntes
ad ſecunda vota quicquid titul. lucratiuo de
bonis primi mariti conſequuti fuerunt mo-
rientes liberi primi matrimonij ſeruare de-
bent omni alienatione inter d. l. fœminæ C.
de ſecund.nupt.l.generaliter eod.titu. Grall.
conſi.35.in d.volu.1. in d.conſi.33.quod am-
pliatur etiam id eſſe inviris d.l.generaliter C.
de ſecun.nupt.& Oldra.33.com. Ripa in d.l.
fœminæ in 1.quæſt.10. Nicolas in d.l.genera-
liter nu.8.vide latè de hac quæſt.Gabr.co.tit.
de ſecundis nupt.concluſ.1.lib.3.& quod di-
ſponat noſtra cōſuetudo eſt conforme iuri
cōmuni quod ad ſucceſſionē dictorum filio-
rum prout eſt text.in auth. ſucceſſionē C. de
ſuis,&leg.nam pater æqualiter dicitur amare
filios primi, & ſecundi matrimonij: Ita Me-
noc.in conſil.40.nu.38.in 1.volu. ſicu. etiam

& nepotes l. Gallus §. etiam vbi Bar. ff. de lib. & poſth. Idem Menoch. in conſi. 200. vol. 1. 2.

18 ET quando de iure lucra nupti alia reſeruentur filijs primi matrimonij vide Cremo. Inſig 474. Caſſan. in rubr. 7. §. primo, in verbo Caſſan. hæredita geſ. verſ. in hac materia folio 252.

SED quæro quod ſi pater in vita ſua donaſſet omnia bona ſua ſecũdæ vxori inter viuos, & ex bonis primi matrimonij nihil ſupereſſet vel a principio nihil acquiſiuiſſet tẽpore ſecundi matrimonij quod remedium
19 dabitur filijs, & filiabus dicti primi matrimonij aduerſus patrem, & bona eorum non iure donantem puto quod pro alimẽtis, & dote poſſit implorare officium Iudicis toto tit. ff. de lib. agno & l. fin. C. de Doct. promiſſ. & l. obligationum §. ſerè ff. de act. & obligat. & l. qui libero ff. de rit. nupt. vel poſſint vti benefit inofficioſæ donationis vſque ad dimidiam partem portionis paternę iuxta hoc ſtatutum in defectu eorum legitimè quam nõ habent l. cum donationibus C. de inoff. don. l. 2. C de ſecund. nupt. & hoc ſecundum Con[?] dam Dominum de Intrigliolo, hic, ſed ſi filij habuerunt tertiam eorum cum ſuccedit in locum legitimè vt ſupra in Conſue. vni. tit. 3. diximus, credo quod hoc non procedat niſi dicas quod procedat quãdo non eſſent in aliquo recogniti vt dicit Conſu. vnica ſupra tit. 6. & ſic ſuccedunt hic in terminis noſtræ conſuetudinis quando patens ab inteſtato decedit ſecus ſi teſtamento condito decedere, & in aliquo filios Regno cognoſceret vt dixi.

20 NAM dicitur quod quilibet hęres debet eſſe cõtentus inſtitutione in eius perſonam facta vt in Conſuetudine vni. tit. 23. ſub rubric. quæ part. hæred. hæredes & intellige hæc etiam quando tractaretur de bonis mobilibus quia ea pater alienare poteſt ſecus in eſt in bonis ſtabilibus vt dicitur in Conſuetu. vnica ſupra titu. 4. vbi notaui, & pondera tex. noſtrum ibi dum dicit libere poſſit nubere intellige, quando pater daret bona ſua, & filios recognoſceret vt ſupra dixi ſecus ſi daret bona filiorum puta eorum tertiam vel bona materna in quibus tantum vſumfructum habet vt dixi ſupra in Conſue. vnic. ſupra tit. 13. nam tam contra dicta bona à patre alienata filijs competeret rei vendicatio reſpectu do-
21 minij toto tit. de reuend. l. eũ an matre C. de reuend. & ſuas quod vxor non põt relinquere plus verò quã filijs primi matrimonij l. hac edictali C. de ſecun. nupt. & ibi Doct. vide ad plenum Rolan. Aualle in tract. de lucro dotus q. 14. & ſeq. 99. vbi multa ſcripſit.

TITVLVS XXII.

De ſubuentionibus parentibus à filijs faciendis.

CONSVETVDO VNICA.

PARENTES inopes egeſtatæ grauati ſecũdum ſummariam prouiſionem Curiæ dictæ Ciuitatis de ſubſtantia filiorum alantur, & ſi contingerit eos ab hoſtibus eſſe captos ab ipſis filijs redimantur.

SVMMAE.

1 *Filij tenentur parentes ſuos alere ampliat nu. 2.*
3 *Bannitus ſi eſt pater vel hoſtis Ciuitatis à filijs alimentare debet.*
4 *Filius non alens patrem ab eo exhæredari poteſt.*
5 *Pater tempore neceſſitatis poteſt vendere filium limitat nu. 6.*
7 *Pater filios alere tenetur ampl. nu. 8 limit. nu. 9.*
10 *Pater tenetur alere filios naturales, & ſpurios, & nume. 11.*
12 *Alimenta ſpurijs quomodo præſtentur.*
13 *Filij inceſtuoſi, & nepharij an debent alere patrem.*
14 *Spurijs an plus relinqui poſſit an patre quàm alimenta.*
15 *Spurij an poſſint inſtitui hæredes a parentibus.*
16 *Filius naturalis ſi ex operibus, & induſtria poteſt ſibi inuictum quærere non debet ali.*
17 *Quid in filio legitimo.*
18 *Spurias filias pater dotare tenetur.*
19 *Dos ſpuriæ ſuccedit in locum alimentorum, & an ad hæredes transeat.*
20 *Filius pro alimentis petit legitimam.*
21 *Pater pro alimentis filiorum poteſt cogi per Iudice etiam ſecularem.*
22 *Alimenta quomodo debeantur.*
23 *Filius habens alimenta an patre tenetur ei operare.*
24 *Vita militia debetur filijs baronum ſecũdo genitis.*
25 *Dos de paragio debetur filijs fœminis Baronum.*
26 *Vita militia ſuccedit in locum alimentorum.*
27 *Mater filium alere tenetur vſq; ad triennium.*
28 *Lactare filios non tenetur mater nobilis.*
29 *Nec lacte carens: vel pauper.*
30 *Mater quando teneatur alere filios.*
31 *Liberti tenentur alere patronos pauperes.*
32 *Pater diues non debet a filio alimentari.*
33 *Filius regulariter non tenetur pro delicto patris.*
34 *Filium mater alere tenetur.*
35 *Auia, & pro auia an debet alimentari à nepotibus.*
36 *Pauperes qui dicantur.*
37 *Pauper quis dicatur arbitrio Iudicis remittitur.*

38 Pau-

38 *Paupertas quomodo probetur.*
39 *Probare quis debet pauperem eſſe patrem.*
40 *Pauper quilibet præſumitur.*
41 *Talem ſe eſſe dicens probare debet ſe eſſe talem.*
42 *Honeſtas propter paupertatem perit.*
43 *Honor conſeruatur propter diuitias.*
44 *Alimentorum appellatione multa continentur, & num. 49.*
45 *Veſtes veniunt appellatione alimentorum.*
46 *Calciamenta medicine & omnia neceſſaria ad vitam humanam appellatione alimentorum veniunt.*
47 *Equus venit appellatione alimentorum.*
48 *Expenſæ in ſtudio veniunt appellatione alimentorũ.*
50 *Filius tenetur habere curam patris ſui alias eius ſucceſſione priuatur.*
51 *Alimenta quomodo præſtentur.*
52 *Alimenta quomodo taxentur.*
53 *Alimenta denegari poſſunt propter cauſas ingratitudinis.*
54 *Exeredari poteſt filius propter verba iniurioſa ſecundum comunem.*
55 *Pater ſi ſua culpa in neceſſitate reperiatur an poſſit à filio alimentari.*
56 *Filius ſi ſua culpa diſſipauit portionem ſibi aſſignatã an poſſit alimenta petere.*
57 *Legitima ſemel aſſignata filio vel dos filiæ diſſipata an debet iterum dari.*
58 *Vxor an debet alia viro.*
59 *Spurius an tenetur alere parentes.*
60 *Summarie in cauſa alimentorum proceditur.*
61 *Alimentorum priuilegia quæ ſint remiſſiue.*
62 *Alimenta debentur pendente lite ſuper alimentis.*
63 *Appellatio ab alimentis furtiui non ſuſpendit iudicatum.*
64 *Alimentorum cauſa pia dicitur.*
65 *Pietas maior debet haberi in conſanguineos pauperes quàm in extraneos.*
66 *Alimenta vbi præſtare debent.*
67 *Vxori alimenta relicta à viro in qua domo præſtari debent.*
68 *Alimenta in domo grauati in quibus caſibus nõ præſtentur.*
69 *Alimentandi onus an tranſit in hæredes, & numero 15.*
70 *Debitores pauperes carcerati poſt duos menſes à creditoribus alimentari debent.*
71 *Tranſactio ſuper alimentis an valeat.*
72 *Tranſactio ſuper cum iuramento valet.*
73 *Iudex in cauſa alimentorum quæſiti.*
74 *Filij tenentur parentes captos ab hoſtibus redimere.*
75 *Anima eſt nobilior corpore.*
76 *Vaſa ſacra, & veſtes Eccleſiaſticæ alienari poſſunt pro alienatione captiuorum.*
77 *Filius non redimens patrem ab hoſtibus ſucceſſione priuatur.*
78 *Vſura pro redemptione captiuorum exerceri non debet.*
79 *Filius quod expendit pro redemptione patris an imputet ſibi in ſua tertia.*
80 *Pater an teneatur filios ab hoſtib⁹ captos redimere.*

PARENTES in opes: diuiditur: in duas partes iſtæ text. In prima ponit dictũ & deciſionẽ, in ſecunda ampliat dictam deciſione: ſecunda, & ſi contingerit.

SVMMATVR hoc modo filij tenentur parentes in opes alere de proprio, & an ab hoſtibus captos redimere.

1 NOTA primo ex iſto text. quod filij te-
nentur ſuos parentes in opes de ſubſtan
tia ipſorum filiorum alere, & ad hoc ſumma
riæ per Curiam coguntur, & hæc conſuetu-
do eſt conformis iuri communi l. 2. C. de
2 alen. lib. l. filia tua C. de patri. poteſt. & pro-
cedit tam in filijs in poteſtate exiſtentibus
quàm in filijs emancipatis ſecundum gloſſ.
inſt. de patr. poteſtat. in §. primo Paul. de Ca
ſtro in l. prima §. ius naturale ff. de Iuſt. & iur.
auth. licet, & ibi Barto. C. de nat. liber. ſpe. in
tit. de act. in verſi. Item quod eſt filiusfam.
l. ſi quis à liberis ff. de libe. agnoſ. l. alimenta
ff. eod. l. ligatum in annos ff. de Cap. dimi. Ca
gnol. in l. vnica nume. 25. quando non pet.
par. pet. accreſ. & ibi dixi ſecũdo amplia pro-
3 cedere etiam quando pater eſt bannitus vel
hoſtis Ciuitatis ſecundum Bart. in d. l. ſi quis
à liberis §. 1. ff. de lib. agnoſ. & ĩ auth. inceſtas
& ibi Bal. C. de nup. idem Bar. in tract. alimẽ-
4 torum nu. 26. & filius non alens patrẽ exhæ-
redari poteſt ab eo Bar. in d. tract. alimento-
5 rum nu. 10. & pater tempore neceſſitatis, &
oppreſſiones famis poteſt vendere filium l. 1.
C. de pat. qui fil. diſtra. & ibi Bal. gl. in §. 1. inſt.
de patr. poteſt. Roland. in conſ. 56. nu. 9. In 4.
vol. communem opinionem dicit Viuius in
6 opin. 215. in 2. volu. Incipit pater Menoch. in
trac. recup. poſſ. in x. remed. nu. 98. ſed hoc nõ
procedit in filio præsbytero ſecundũ Hoſt. in
c. Iudæorum de ætat. & qualit. & doct. in d. l. 1
nec in auo cum nepote ſecundũ dictã glo. in
d. §. 1. inſt. de patr. poteſt. & pater poteſt filiũ
ex cauſa caſtigare, & iudici traderent, & pœ-
nã cum eius voluntatẽ det ſi filius C. de patria
poteſta. pro quo vide ſcripta per Menoch. in
lib. de arbi. iudi. caſu 364. lib. 2. Cent. 4. & tem
pore famis tenetur filius prius patri ſubue-
nire quam proprijs filijs d. l. 2. C. de patr. qui
fil. diſt. Viui. in d. opi. 215. in fin. & econtra pa
ter etiam tenetur alere filios, ita dicit Rolan.
à Valle in conſ. 5. nu. 5. vol. 3. & per dicta iura
& quod filio pauperi debẽtur, alimenta dicit
Dec. in conſ. 576. & Bal. in c. 1. de treng. & pa
ce. Lud. Ro. in l. 1. ff. de in ius vocari col. 4.

& æquum eſt hoc ſtatutum nam correlati-
uorum eadem eſt diſciplina l.fin.C. ædic. di-
ui ad toll. not. Bald. in l. conueuticulam de
epiſco.& cleric.& quod parentes teneantur
alere filios in quos dicit l. ſi quis C. de lib.
agno.vbi glo.& Docto.Roland.Aualle in d.
conſi.5.nu.5.volu.3 refert communem opi-
nionem Viuius in opin. 22. incipit alimenta
volum. primo immò pater tenetur alere fi-
lios eſſe emancipatos ſecundum Cagnol. in
dicta l.vnica nu.25. etiam quod conſumpſiſ-
ſent partem ſuam Dec. in l. iura ſanguinis
nu.5.ff.de regu.iuris, & ibi Doctor. per eum
9 citati niſi dolo vel culpa ſua filij eam perdi-
diſſent vt per Bald.in auto.quod ſi rogatū C.
ad Trebell.& per Dec. ibi communem dicit
Viuius in d.opin.22.in 2.ampliat.libr.1.inci-
pit alimenta,& dicam infra eo.& non ſolum
10 legitimos emācipatos tenetur alere ſed etiā
naturalem, & ſpurios eſt communis opinio
relata per Villalob: in ſua Coll.commu.opi.
in verbo filius nu. 223. quod procedit etiam
11 de iure Ciuili vt dicit Soarez: in ſua Coll.cō-
mun.opin. In verbo pater nu. 39. & quomo-
12 do præſtantur alimenta ſpurijs dicit Menoc.
de arb.in d.lib.2.Centur. 2. caſu 169.nu.9. &
tam filij ſpurij teneantur alere parentes dicā
13 infra eodem, & an parentes teneantur alere
filios Inceſtuoſos, & nefarios Capic.in deciſ.
164. In fine dicit quod ſic Duen. in regulam
366.in 5.ampliatio dicit Soarez: in verbo ali
menta nu.166.vbi commu. dicit licet Gabri.
in conſi.25.num.13.teneat quod non tenea-
tur eos alere.

14 ET an filijs ſpurijs poſſit relinqui pluſquā
alimenta vide eundem Capic.in deciſio.
181.Didacum Couar.in repet.iuis capit.8.&
Dec.in conſil. 311.& Duenas in regula 141.
libro 2.& an poſſint inſtitui,& quomodo vi-
15 de Clar.in §. teſtamentum quæſt. 31. & Ro-
lan.in conſi.89 volum.3.& an ſub conditio
ne ſi natalibus reſtituatur vide Soarez: in ver
bo hæres nume. 52. & Duen. in regula 366.
lib.1. & onus alienari filios etiam ſpurios trā
ſit ad hæredes vt dicit Emilia in conſil. 106.
nu. 4. communem dicit Capic.in deciſ. 164.
num.3. Gabriel.in d.conſi.25.ponit regulam
Dueni in d.regul.366.libr.1. vbi ampliat de-
cem modis,& limitat tribus, & alimentorū
fauore poſſunt hæredes inſolidum conueni-
ri,& quomodo procedat dicit Ioſeph; Ludo
uicus in deciſio.92.nu.10.& nu.14.& 15.vol.
2.vide eundem Duen. in regula 139. volu. 2.
16 ſed quando filius naturalis,ex operibus,& in
genio ſuo ſaltem ex famulatu poteſt ſibi vi-
ctum quærere non debet à patre ali. Ita dicit
referendo communem Soarez: in d. verbo
pater nu.36.& Laur.Chuco. in concluſi. 48.
in littera F.Centu.5.volum.2.communi opi.
fol. 8. niſi ſpurio eſſet dedecus operari vt di-
cit Roland.in conſi.14.nu.50.volu.3. & quid
17 de filio legitimo dic aliud in eo quia tunc nō
tenetur pater eum alere nec filius patrem
quando haberet de proprio, & non quando
ex latere viuere poſſint Menoch.in conſ. 81.
nu.66.vol.primo qui allegat Gram. in conſi.
199. & alios Doctores vbi etiam dicit an pa-
ter tali caſu filio alimenta relinquere poſſit,
& dicit quod ſic licet ſe remittat ad Roland.
18 in conſi.54.vol.2.Duen.in d.regul. 166. in 5.
limitatione Dom.Lauren.Circho. in d.con-
cluſio.48. & filias ſpurias fœminas pater do-
19 tare poteſt quia dos filiæ ſpuriæ ſuccedit in
locum alimentorum vt an etiam Ripa, &
Moder.in l.1.ff.ſolut.matrimon. Capic.in d.
deciſio.164.ſed relicta ob alimenta vel dos
data filiabus ſpurijs eis mortuis non tranſit
ad eorum hæredes ſed reuertitur hæredibus
patris dotantis Ripa,& Moder. in d.l.1. ff.ſol.
matrimo.Menoch.de arb.in d.lib. 2. Cent.2.
caſu 169.nu.10.& ſequen. ponit hanc cōclu-
ſionem Duen.in regula 369 libro primo vbi
ponit quattuor fallentias remiſſiuè, & filius
20 pro alimentis petit à patre, vt det ſibi legiti-
mam,vt dicit idem Duen.in regul.39.folio 4.
21 volum.2.& pater pro alimentis filiorum po-
teſt cogi per Iudicem etiam ſecularem eſt
commu.opin.relata per Villalob: in ſua Col
let.commu.opin.in verbo pater nu.29. & ali
22 menta quomodo debeantur omnibus, & Iu-
dicis arbitrio relinquuntur dicit Menoch. in
tracta.de arb.Iud.Centur.2.lib.2.caſu 169.&
23 an filius qui habet alimenta à patre teneatur
etiam operari dic quod ſic ſicut,& vxor viro
Corſett.in ſing.incipit,& per Bal. in l. ſi vxo-
re C.de cond.inſert.num.6.& filijs Baronum
24 debeatur vita, & militia maſculis, & fœmi-
25 nis dos de paragio quæ vita militia ſuccedit
loco alimentorum,& dos de paragio loco le
gitimæ primogenito Barone remanent cum
in Regno iure Francorum ab inteſtato viua-
tur in feudis per conſtit. 1. de ſucceſſ. comit.
& Bar.latè de hoc per d.Canniz.in cap.volen
tes ib 2.not.in Fall.2.& Doct.in cap. ſi aliquē
& ibi etiam Dominus Cum.de ſucc. feud.li-
cet differentia ſit inter eos quo ad finem nā
dos de paragio ſuccedit loco legitimè, &
26 tranſmittitur ad hæredes vita, & militia ve-
ro ſuccedit in locum alimentorū quæ morte
extinguitur vt dictat l.liti C.de tranſac.& per
Lanez: & Cann.vbi ſupra Afflict.in Conſtit.
Regni Comitibus de adiutorijs pro milia
fratris vt dixi in repetitione d. cap. volentes
27 ſed mater,& naturale re filios vſque ad ter-
tium annum donec latè nutriuntur rex.eſt &
ibi gloſſ. in l. item filium ff. de patri. poteſta.
Ludou.Bologn.in conſi. 1.l.1. & ib. Doct.ff.
de

de alim. pup. præſ. quod procedit etiam in
filio ſpurio l. nec filium. C. de patri poteſt.
Alex. & Aret. in l. alimenta C. de neg. geſt. Ne
uizan. in Sylua. nupt. in verbo ſtuprator nu-
28 me. 26. niſi ſit nobilis quia lactare non ducat
ſecundum Bar. Bal. & Doct. in l. ſi competen
ti ff. de alien. lib. apparent, & idem ſi Iudici
aliter videbitur ſecundum Innocent. in cap.
ex litteris de quæſt. vel ſit inops Bartol. in l. ſi
quis ff. de lib. agnoſ. vel latè careat, & ſic pau-
29 per Neuiz. in Sylua. nupt. In verbo ſtuprator
nu. 26. Fallit, & alijs modis prout per Berth.
in verbo filius ali, & mater in vito patre po-
teſt pœnes ſe alere filium dum latè indiget
gloſſ. in l. nec filium C. de patr. poteſt. & an
30 quando mater teneatur alere filios, & quan-
do non vide Bal. in l. alimenta C. de neg. geſt.
& ibi Aret. & Socc. in conſi. 161. vol. 2.

31 PRAETEREA liberti tenentur alere
patronos pauperes aliàs in ſeruitutem re-
diguntur, & econtra patroni libertos paupe-
res alere aliàs eorum ſucceſſione, & iure pa-
tronatus priuantur l. alimenta ff de lib. agno.
& ff. de iure patro. l. Diuus Claudius gloſſ. in
cap. 1. de forma fidelitatis in vſis feud. ſicut, &
ſi parens alimenta filio neget patria poteſta-
te priuatur l. alimenta ff. de lib. agnoſcen. &
in ſeruo quia liber efficitur l. 1. §. ſed ſcimus.
C. de lati. liber. toll. glo. in l. libertos in verbo
pœna. C. de patria poteſta. ſcolares tenentur
alere præceptores pauperes quia patres ſunt
Roman. in ſingul. 139. Anani. & in poteſt. in
cap. 1. in fin. de magiſt. Cagn. in l. ſecunda nu.
591. ff. de orig. iur. ſed a tali legis remedio li-
bera me domine, & benedicit noſtra conſue
tudo qui filij tenentur alere patres in opes
32 ægeſtatæ grauatos quia ſi eſſent diuites indu
ſtrio ſi vel haberent vnde ſe alere poſſent nõ
tenentur eos alere idem de iure communi vt
dicit text. in d. l. ſi quis à liberis, & in l. prima
C. de alend. lib. Dec. in conſ. 576. ſicut in filio
dicite vt dicit Viuius in d. opin. 22. vol. 1. Ro-
land. in conſ. 14. nu. 16. vol. 3. & quomodo in-
telligitur dixi ſupra ex conſil. Crauett. 199. &
intellige quando filius eſt ſufficiens ad alen-
dos parentes patet in tex. ibi dicitur dum di-
cit de bonis ſuis, & idem de iure communi
l. 2. C. de alien. liber. & ſcias quod regulariter
33 filius non tenetur pro delicto patris ponit re
gul. Duen. Cum ampliat. & ibi limitat. in re-
gula 345. lib. i.

ET hæc conſuetudo procedit etiam in ma
tre vt filius eam alere teneatur quia dicit
34 parẽtes etiam l. appellatione parentum ff de
nerb. ſignifi. l. ſi quis à liberis §. fin. d. l. filia vbi
Bar. C. de patr. poteſt. Sed an procedit in auia
35 & pro auia dic quod ſic quia appellatione pa
rentum veniunt d. l. appellatione parentis ff.
de verb. ſignific. & an frater teneatur alere ſo
rores in opes, dic quod ſic eſt text. in l. qui fi-
lium ff. vbi pupillus educ. deber Guido Papa
in deciſio. 459. nu. 3. ſed quæro quando pater
36 vel mater dicantur pauperes vt filij eos alere
teneantur, & quidem de iure aliquando dici-
tur pauper illæ qui non habet in bonis decẽ
l. nulli ff. de accuſat. aliquando pauper dici-
tur qui non habet centum aureos §. ſed no-
ſtra inſt. de ſucc. liber. & in auth. de exhiben.
reis Coll. 5. §. fin. Iam aliquando reſpectu one
ris ſibi iniuncto §. ſed, & propter paupertatẽ
inſt. de excuſat. tutor. l. paupertas ff. de excuſ.
& amp. & quid ſentiendum de paupere di-
cit Bal. in l. ſi conſtante ff. ſoluto matr. nu. 14.
quod in illis caſibus quod lex dicit pauperẽ
is debet pauper appellatio in hijs vero caſi-
bus in quibus lex non diſponit vel vbi parũ
patitur præiudiciũ vt in l. vbi C. de iure dott.
& gloſſ. in verbo inopiam ſtandum eſt vulgi
opinioni in quibus vero adeſt præiudicium
37 Iudicis arbitrio declarabitur quis dicatur pau
per glo. in verbo locuples in fin. in auth. præ-
tereà C. vnde vir, & vxor: erit autem Iudicis
arbitrium in hoc diuerſiſſimum ſecundum
perſonarum qualitatem, & diuerſitatem l. ne
pos, proculo ff. de verbor. ſignifi. Calca. in cõ-
ſil. 4. nu. 14 & quod ſi certa doctrina dare nõ
poteſt pauper quid ſit remittitur arbitrio Iu-
dicis communem refert Bello. in conſil. 16.
nu. 5. etiam Viuius in ſua Coll. com. opin. in
opin. 26. incipit arbitrio volum. 2. Villalob.
in verbo pauper nu. 55. vide de hoc Menoch.
in lib. de arb. Iud. libro 2. Centu. 1. caſu 65. vn
de in caſu noſtræ conſuetudinis quia nõ eſt
caſus expræſſus ſtatur arbitrio Iudicis, & quo
38 modo probatur paupertas, & quando parẽs
eſt pauper vide Alex. in conſi. 57. vol. 5. Dec.
in conſ. 120. nu. 3. Calc. in conſil. 8. nu. 8. latè
ſcripſit Maſcar. in tract. de prob. in concluſi.
1154. nu. 8. vol. 3. Sed quæro quis debet pro-
39 bare quod pater eſt pauper vel Diues, & vide
tur quod filius debet probare quod eſt diues
nam pater vel mater habent intentionẽ fun-
40 datam cum quilibet præſumitur pauper iu-
ra dictum Catonis infantem nudum cum te
natura creauit, & dicta poetarum ſunt alligã
da vt dicit Marant. de ord. Iudi. in prin. l. ſi ve-
ro §. qui pro rei ff. qui ſatiſ. coga. vbi Bar. Pau.
& Angelus Aret. in conſi. 66. viſo dubio col.
8. volu. 8. in contrarium eſt veritas nam fun-
dans ſe in paupertate vel diuitijs ipſæ debet
probare ex quo dicitur actorum, & actori in
cumbit onus probandi l. qui accuſare C. de
edendo dicit Afflict. in deciſ. 333. & ibi Orſil.
Maſcard. in tract. de probat. in d. concl. 1354.
41 vol. 3. num. 5. Item dicens ſe eſſe talem debet
probare ſe, & talem Bolognet. in conſil. 12.
nu. 2.

nu. 23. & paupertas aliquando prodeſt vt di-
cit glo. in §. ſed, & propter paupertatem, in-
ſtitut. de excuſat. tutor ſed ibi dicit poſtea à
42 tali prodeſſe libera nos domine nam hone-
ſtas perit propter inopiam not. in auth. de de
fenſo: Ciuit. §. 1. & ægeſtate ſordentibus vita
eſt ſupplicium, & mors ſolacium l. quiſquis
C. ad l. Iul. Maieſt. & ob diuitias in familijs
43 decus, & honor conſeruatur ſecundũ iuue-
nal. & Auguſt. in libro de Ciuit. Dei, & vide
de pauperrate multa per Rolan. in conſ. 87.
nu. 42. ſecundo volum. & appellatione alimẽ
44 torum multa continentur, & in primis con-
tinetur, vittus. Item, & veſtimenta, & habita-
tio per l. fin. ff. de alim. & cibar. legat. vbi Do-
ctor. & gloſſ. ibi poſita. Item veniunt veſtes
45 dicit Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Cent. in caſu
170. nu. 30. Item alimentarius tenetur dare
46 calciamenta habitariones, & lectum medici-
nas: & omnia neceſſaria ad victum humanũ.
Ita Soarez: in ſua Colle. com. opin. in verbo
alimenta nu. 163. Viuius in opin. 13. volu. 2.
Item appellatione alimẽtorum venit æquus
47 ſi pedes ter ire non poteſt is cui relicta ſunt
alimenta ita dicit Bald. in l. ſolent §. fin. circa
principium ff. de offi. proconſ. Saly. in l. quo-
niam liberi poſt principium C. de teſt. Alex:
in l. qui inſulam poſt princ. ff. de verb. obliga.
Hyppol de Marſi. in rubr. de probat. nu. 15. &
16. & maximè quando alimenta iure ſangui
nis debentut vt dicit Viui. in d. opinio. 13. vt
in caſu noſtræ conſuetudinis vnde filius ad
omnia iſta parentibus pauperibus tenetur.

ITEM appellatione alimentorũ veniunt
48 expenſæ in ſtudio pro diſciplina l. qui filiũ
C. ali. pup. educ. debe. Barto. in l. qui bonis §.
non ſolum ff. de Carb. edict. Dec. in conſil.
161. vol. 2. quod eſſe verum quando debetur
iure naturæ ſecundum Bar. & Ang. in d. §. nõ
ſolum vide Afflict. in Conſti. Regni Comiti-
bus, & quomodo minoribus ſint præſtanda
alimenta vide in meo conſi. quod infra ſub-
ijciam.

49 ET quod veniant appellatione alimento-
rum vide Domin Comi. in capitulo 38.
Ritus incip. per prius nu. 71. & ſupra dicta in-
telliguntur in fauorabilibus ſecus in odioſis
pro iudicialibus quia nõ venit habitatio nec
veſtrarium Menoc. de arb. iud. lib. 2. Cent. 2.
caſu 150. nu. 28. ita ſcriptum reliquit.

50 ITEM filius tenetur patris furioſi curam
habere aliàs eius ſucceſſione priuatur eſt
text. in §. ſi quis de prædictis in auth. vt cum
de appell. cognoſci.

ITEM quæro quomodo debeantur ali-
51 menta parentibus pauperibus: an de menſe
in menſe an de anno in anno vide Bal. in l. 1.
C. de fideicom. & Bar. in l. pecuniæ ſorte ff. de
alim. & ciba. leg. & in l. in bonis ff. de lib. agn.
& quando debeant præſtari: vide textum in
l. nec ſemel ff. quando dies leg. cæd. & quo-
modo decernantur, & per quem vide text. in
l. alimentorum ff. vbi pupil. educa. deb. vide
Menoch. in dicto caſu 169. & dicam in conſ.
ſeque. Crauet. in conſil. 199. nu. 11. & Iudicis
arbitrio relinquitur qualitas, & quantitas ali
mentorum præſtandorum pupillo ſecundũ
Menoch. de arb. Iud. lib. 21. Cent. ſecunda ca
52 ſu 269. nu. 1. & quomodo taxantur vide Do-
mi. Cum. in d. cap. Ritus 38. nu. 102. & Meno-
ch. in locis ſupra citatis.

ET nota circa hanc materiam conſuetu-
53 dinis quod filijs an parentibus denegari
poſſunt alimenta propter cauſas ingratitudi-
nis pro quibus poſſunt exhæredari de quib⁹
in §. aliud quoque in auth. vt cum de appell.
Cogno. Boſſ. in tit. de bono. publica. Soarez:
in verbo. exhæredatio nu. 210. Ita etiã refert:
communem. Idem Soarez: in verbo alimen
ta nu. 164. & ideo filia quæ peccauit in cor-
pus ſuum quæ exhæredari poteſt alimenta à
patre non debentur Viui. in opi. 130. incip. fi-
lia libr. 1. vbi limitat niſi ſe correxerit vnde ſi
pater propter cauſas enumeratas in d. §. cau-
ſas, & per Caſſaneum in rubr. 3. §. 2. in verbo
omne peult. verſi. & ſunt nu. 3. fol. 252. poſſit
à filio opere dari poſſint ei, & alimenta dene
gare quia in correlatiuis idem eſt ius vt ſæ-
pius dixi: vnde cum pater ex verbis iniurioſis
54 poſſit filium exhæredare ſecundum commu
nem opinionẽ relatam per Villalob. in Coll.
com. opin. In verbo legitima nu. 62. poſſit ei
alimenta denegare.

55 SED quid ſi pater ſua culpa in neceſſitate
inueniatur an filius teneatur eum alere,
& econtra vide Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2.
56 Cent. 2. caſu 182. num. 55. vbi dicit quod ſi fi-
lius ſua culpa aſſignatam portionem pro ali-
mentis conſumpſit non tenetur amplius pa-
ter eum alere vbi citat Doct. Idem dicentes
57 de legitima aſſignata filio, & in dote data fi-
liæ quia ſi deſſiparunt non habebant eã am-
plius, & de iſta legitima aſſignata filio vide
Turzanum in opinio. 181. incipit pater in 1.
volum. commu. opin. folio 43. & quid in vi-
58 ro erga vxorem an alere eam teneatur in qui
bus caſibus poſſit ei alimenta denegare vide
Caſſ. in rubr. 4. §. 23. in verbo de nors de Mar-
ca quòd verſ. 1. folio 192. vbi ponit nouem cõ
cluſiones, & limit. vt ibi dicit quod ſi dos eſt
promiſſa, & non data vir non teneatur eam
alere die vt ibi per eum. & vide quæ dixi ſu-

pra

pra in Conſuet. vnica tit. 15. & an filiaris ſpu-
rius tenetur alere parentes dicit quod non
Capicc. in deciſio. 164. nu. 4. Sed conſidera ſi
ratione æqualitatis tenetur quia ſumus in cō
muni relatiuis vbi idem ius ſtatuendum eſt
etiam in correctorijs l. fin. C. de Iud. vid. toll.
communem dicit Soarez: in coll. com. opi.
in verbo correlatiuis nu. 325. vt ſicut pater te
netur alere filium ſpurium pauperem vt ſu-
pra dixi, ita, & filius ſpurius diues teneatur
alere patrem pauperem cum eadem ſit ra-
tio ſed an ceſſante paupertate parentum filij
teneantur eos alere dic quod non cap. cū ceſ
ſante de appell. eum ſemel Tiraque. in tract.
ceſſ. cauſa in verbo ceſſante paupertate parte
1. nu. 193. facit quia in munitas alicui conceſ-
ſa propter paupertatem ea ceſſante ceſſat eſt
communis opinio relata per Viui. in opinio.
150. Incipit immunitatis lib. 1.

IN TEX. Ibi ſecundum ſummariā: No-
60 ta quod pater pro alimentis contra filium
ſummariæ agit dic quod idem eſt de iure cō
muni quo ad alimenta futura eſt text. in l. ſi
quis in § ſi vel parens. Bart. in l. mela. ff. de ali-
61 men. & cib. leg. vbi enumerat alimentorum
priuilegia Follerius ſuper Bulla de cenſib. in
verbo huiuſmodi cenſus ſuper rebus nu. 81.
& ſeq. Idē ex forma Ritus in cap. Ritus 171.
de modo proced. in cauſis ſummarijs incipit
per ptius immò in eis petendis pluſquam
ſummariæ quia ex non ſcripto proceditur
nam alimenta celeritatem deſiderant domi-
nus Cum. in d. capitulo 38. Ritus nu. 70. in c.
4. Incipit in Magn. Reg. Cur. nu. 13 Item pen
62 dente lite ſuper alimentis, interim alimenta
debentur dicit Afflict. in deciſ. 152. nu. 3. Bo-
log. conſi. 32. num. 3. Gabriel in conſi. 25. nu.
14. & ita iudicatum extitit bis in Curia Patri-
ciali noſtræ Ciuitatis anno ſecundę, tertiæ, &
quintæ Indictionis in cauſa Magnificæ de
Purcello, & in Curia Capitanali ī anno 1579.
in menſe Auguſti me aduocato.

63 PRAETEREA appellatio ab alimen-
tis futuris non ſuſpendit iudicatum vt di
cit Bar. in d. l. mela Dominus Cum. in d. cap.
38. Ritus nu. 69. idem dicit Foll. ſuper Bulla
de cenſibus in verbo huiuſmodi cenſus nu.
64 86. & cauſa alimentorum dicitur cauſa pia
quando præſtantur parentibus pauperibus
eſt communis opinio quam refert Soarez: in
ſua coll. com. opinio. in verbo alimenta nu.
167. & habet priuilegia enumerata per Tira-
quell. in tract. piæ cauſæ in præfationibus fol.
65 11. & maior pietas debet haberi in cōſangui
neos vt latè concludit Tiraqu. in d. tract. piæ
cauſæ in præfationibus fol. 8.

66 SED quæro vbi æducari debent parentes
inopes à filijs dic in domo filiorum, &
econtra quando filij debent à patribus alimē-
tari nam in domo grauati præſtantur Meno-
ch. de arb. Iud. lib. 2. Centu. 2. caſu 130. nu. 82.
Ioſeph: Ludouic. in deciſio. 46. nu. 9. idem in
67 vxore cui alimenta à marito ſunt relicta nā
ea, ei in domo viri præſtantur dummodo
quod honeſte ibi habitare poſſit idem Me-
noch. in d. lib. de arbit. Iud. in d. caſu 130 nu.
10. 11. & 12. Laur. Chitco in concluſi. 12. Cen
tu. 1. in 2. vol. com. opi. fol. 10. vbi refert com-
munem: in contrarium eſt alia communis
opinio quod etiā quod honeſte viuere poſ-
ſit cum hæredibus viri quod ſeparatim po-
teſt etiam habere alimenta quàm refert Mi-
chael: Graſſ. in quęſt. 48. cap. 6. vol. 2. commu.
opin. folio 19. vnde intelligas primam com-
munem, & Menoch. vt procedat de alimen-
tis poſt communis vero Graſſ. procedit infra
annum, & ſic in tempore legali vide ſupra in
conſi. vnic. tit. 14. & 15. Sed quid ſi domiciliū
alimentarius mutare velit vide Menoch. ibi
68 nu. 18. & ibi etiam dicit in quibus caſibus nō
præſtantur alimenta in domo grauati, & ma
ximè ſtante ſeruitia alimentarij, & quando
inter hæredem, & alimentariam ſint lis vt
tunc extra domum grauati præſtentur Io-
ſeph: Ludo. in d. deciſ. 46. nu. 10. & an dum vi
dua relinquitur vſufructuaria à viro quo ca-
ſu datis filijs alimenta regulariter debentur
vt ſupra in Conſuet. vnica tit. 14. dixi ſi ſtat in
domo mariti poſſit petere dotes ſuas dic q.
ſic ita copia in conſi. 32. nu. 18. Bello in conſ.
31. nu. 4. Cœph. in conſil 184. incipit vxor à
marito volu. 2. quid tenet contra Guid. Pap.
deciſio. 541.

PRAETEREA quæro an mortuis fi-
lijs, qui alebant parentes in opes hoc
69 onus alimentandi ad hæredes eorum tran-
ſeat dic quod ſic eſt tex. in d. l. ſi quis à liberis
§. ita reſcriptū ff. de lib. agnoſc. dixi ſupra eo.
in princ. nu. 15. & ſcias circa hanc materiam
alimentorum quòd debitores pauperes car-
cerati poſt duos menſes ac redito cibus ali-
mentari debere per Pragmaticam Regni, &
in quibuſdam Regni partibus obſeruatur li
cet hic Catinæ minimè quia per Regni cap.
Imperat. Caroli nu. 199. Pragmatica de debi-
toribus à creditoribus alimentandis reuoca-
ta eſt maximè quia in iſtrumentis per debito
res renunciatur beneficia dictæ Pragmaticæ
debitoribus alimentandis vt dixi, & an alimē
71 tis poſſit renunciari vel ſuper illis tranſigi vi
de Docto. in l. cum hij §. eam tranſactionem
ff. de tranſac. vide Menoch. de arbi. Iud. lib. 2.
Centu. 2. dicto caſu 170. vbi regulariter dicit
quod non fallit niſi eſſet facta in tranſactio
vtili-

vtilitatem illius cui alimenta debentur. ita Rodoan. in tractat. de reb. eccle. non alieu. in verbo alia quoque nu. 24. fol. 134. glo. in d. l. cum hij §. eam tranſactionem ff. de tranſact.
72 fallit ſecundo ſi interueniat iuramentum eſt communis opinio relata per Alciatum in l. cum contingat de iur. iur. nu. 192. refert, & ſequitur Villalob: in Coll. commu. opinio: in verbo tranſactio nu. 122. quis autem debet eſſe iudex in cauſa alimentorum vide Bolog. in dicto conſi. 32. & Tiraqu. in tract. piæ cauſ. & dixi ſupra eadem, & tex. noſter dicit per Curiam ſed Patricialem, & ſcias quod vir ſtipulans ſibi alimenta pro vxore eius etiam ſtipulatus fuiſſe præſumitur Oldrad. in conſil. 95. col. 2. Marſ. conſi. 1. nu. 13. Crau. in conſil. 51. nu. 3. conceſſa vxori intelligitur conceſſa, & viro l. pater file ff. de ſeru. leg. Menoch. in tractatu de præſumptio. in præſumpt. 27. nu. 4. volum. 2.

73 NOTA vltimo quod filij tenentur parentes in opes ab hoſtibus captos redimere de proprio, & ratio eſſe poteſt, prima quia cauſa alimentorum, & redemptionis captiuorum æquiperantur vt dicit Tiraquellus in dicto tractat. piæ cauſæ in præfactionibus nu. 10. in verbo. Item legatum alimentorum ſicut ergo filij tenentur eos alere: ita eos ab hoſtibus captos redimere, ex maioritate rationis nam ſi filij tenentur præſtare alimenta parentibus pauperibus, & ſic vitam, & corpus reparare multo magis, & animam pau-
75 perum parentum cũ anima ſit nobilior corpore, & longè maior vt dicit tex. in cap. ſolitæ de maior. & obedien. & Ariſto. in libr. de anima Virgil. etenim in 6. Aeneidos dicit de anima loquendo ignis eſt illis vigor, & cœleſtis origo: hinc eſt quod cunctis rebus antè ponenda eſt vt dicit text. in l. ſancimus C. de ſacr. ſanct. eccl. Menoch. in conſi. 163. nu. 7. & in Euangelio dicitur quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimentum patiatur, & redimera eos ab hoſtibus anima eorum reparatur vt dicit text. in d. l. ſancimus in fine C. de ſacroſan. ec-
76 cleſ. vnde licèt de iure vaſa ſacra, & veſtes ſacræ eccleſiæ alienari non poſſunt attamen propter redemptionem captiuorum alienantur d. l. ſancimus, & cauſa redemptionis captiuotum pia dicitur eſt text. in l. ſi quis pro redemptione C. de donat. §. ſi vnum de prædictis in auth. vt cum de appell. Cong. latè Tiraquell. in dicto tract. piæ cauſæ ſol. mihi 10.
77 & filius non redimens patrem ab hoſtibus ſucceſſione priuatur §. ſi vnum in auth. vt cũ de appell. cogno ſ. licèt appius ſecus duriſſimam ſententiam de captiuis non reſtituẽdis protulerit vt dicit Bolog. in conſil. 5. nu. 12. fallit in filio minore nam ſi non redimit patrẽ ſucceſſione nõ priuatur auth. ſi captiui C. de epiſ. & cler. Tiraquel. ceſſ. caſu parte 1. nume. 25. & ſcias quod pro redemptione captiuorum non licet exercere vſuras nec Papa ſu-
78 per tali cauſa diſpenſat capit. ſuper eo de vſur. extra vbi Abb. noſter Catinenſis, & dixi in repetitione dictæ rubricæ de vſuris: nec filij poſſunt dari obſides pro patre captiuo eſt communis opinio relata per Ripam in l. obligatione nu. 14. de pigno. Viui. in d. opin. 217. limit. 9.

79 SED quæro an filius qui expendit pecunias pro redemptione captiui patris id imputetur ei in ſua tertia vide Bart. in l. frater à fratre in fine ff. de cõd. indebit. & ibi Moder.
80 vbi dixi, & an pater ex hoc tenetur filio vide Bar. in l. Stichus nu. 3. dicit quod ſi pater redimat, filiũ ab hoſtibus filius non tenetur quia ex officio pietatis facit vnde idem eſt in iſto filio maximè quia hæc conſuetudo cum artat. & quoniam in materia alimentorũ conſilium feci ideo hic ſubijciam.

CONSILIVM IN CAVSA ALIMENTORVM.

SVMMAE.

1 *Alimenta an poſſunt taxari vltra vires patrimonij.*
2 *Alimenta debentur ære alieno deducto.*
3 *Subrogatus ſapit naturam illius in cuius naturam ſubrogatur.*
4 *Idem poteſt taxam alimentorum iuxta formam iuris moderare.*
5 *Iudex appellationis an poſſit taxam alimentorum moderare.*
6 *Iudex appellationis poteſt omnia facere, quæ iudex principalis iudicij poteſt.*
7 *Alimentorum appellatione quæ veniant.*
8 *Aequus venit appellatione alimentorum ſi illa cui relicta ſunt pedeſter ire non poteſt.*
9 *Calciamenta veniunt appellatione bonorum.*
10 *Opera, & ſeruitia minoris an debeant computari cũ alimentis.*
11 *Altari qui ſeruit de altari, & iure debet.*
12 *Teſtibus maioribus in numero ſtandum eſt.*
13 *Teſtes reducuntur ad concordiam vt euitetur contrarietas.*
14 *Teſtibus duobus affirmantibus plus creditur quàm mille negantibus.*
15 *Deciſio conſilij.*

PHILLIPPVS illuminatio mea, &cæt.

PLVRA

PLVRA dubia mihi fuere tranſmiſſa,& petitum vt ſuper eis reſpondeam quid de iure ſentiam in cauſa vertente in Curia primarum appellationum Ciuitatis Paternionis inter Magnificum Ioſeph Zanmatarо,& Magnificum Io.Philippum fratris circa quæ ita dico.

ET primo quoad primum dubiũ vtrum alimenta taxari poſſunt vltra fructus patrimonij bonorum pupilli dico quod non:
1 nam alimenta taxari debent ſecundum fructuum quantitatem, & non vltra, & in proprietate bonorum minoris vt dicit Bart. in l. cum alimenta ff. de alim. & ciba. leg. Bald. in conſi.50.libro ſecundo Gozadinus in conſil.94.nu.4.Alexan.in conſi.100. volu.primo quos refert,& ſequitur Menoch.in conſi.62. nu. 6. volum. 1. & eſt text.expræſſus in l.ius alimentorum ff.vbi pup.educ.deb.vbi à Pretore decernuntur, & iuxta facultates, & fructus bonorum, vt non excedant introitum: niſi fructus non ſufficerent, quia tunc bona etiam alienari prohibita alienantur Cra-
de dote filiæ fuit ſupra concluſum quod in-
telligitur dotata de cōmuni ſubſtantia dicas
quod ſatis reparatur communis ſubſtātia cū
filia nuptui traditur propter onus & honorē
26 cum honor bona,& vita æquiperantur iuxta
ff.de manumiſſ.vend.l.aduocati C.de aduoc.
diuerſ.iudicio: immo honor cūctis rebus an-
27 tè poni debet Gram.in conſ.29.nu.23.& vo-
to 17.nu.6.Clar.in § homicidiū verſ.hæc au-
tem,& verſ.ſeq. multa ſcripſit Duenas in re-
gula 12.lib.2.& idem poteſt dici de dote data
filiæ ſpuriæ vt ſupra dixi nā ſanguis mulierū
28 ardet, & magis in ea adeſt ſtimulus carnis
Spec.in tit.de act.verſ.ſed vtrū maſculo nu.1.
Neuiz.in Sylua nupt.lib.1.in verbo non eſt
nubendū nu.19.in fine,& hoc procedit maxi
mè quando congruè dotatur hinc eſt quod
29 mulier quæ honeſtè viuere non pōt niſi om-
nia bona fideicōmiſſo ſubiecta dotet illa do-
tare poteſt:ita dicit Rolā in cōſ.85.nu.4.vol.
1.nā dotis cauſa priuilegiata ē l.1.ff.ſol. matr.
& in hoc caſu procederit dictum D.Lanz.&
dos filia effecta maiori debetur, & pater co-
gitur eam dotare dixi ſup. in Conſue. vnica
tit.19.Sed an poſſit dici qđ legitima ſit debi-
tū legale in caſu quo legitima filia ēt in vita
patris deberetur prout in Conſu.vni.tit.3.di-

xi dicerē in hoc caſu quod ſic pro ſupra dicta & procederet etiam dictū D. Lanz. vt ſupra dixi cogita, & vide ea quæ in d. Conſu. vni. tit.

30 3. notaui & nō dicūtur debita rationabiliter contracta quæ ex cauſa liberali fiunt, & ratio nabiliter de qua in hoc ſtatuto, fit mentio, debet eſſe quæ concernit cauſæ, communionē & cōmodū ſocietatis vt hic, & dū tex. noſter exēplificat puta pro alendis liberis vel ꝓ augmentanda aut recuperāda, cōmuni ſubſtātia illa dictio vbi in text. poſita ſtat limitatiuè, & reſtrictiuè §. 1. inſt. d milit. teſt. l. alimēta ff. de alim. & cibar. leg l. 1 79 ibi Bart. ff. ad l. Aquil. Pariſ. in conſ. 85. nu. 47. vol. 2. poſſunt ergo ꝓ alimentis filiorū vel recuperanda vel augmētanda communi ſubſtantia debita contracta ſolui de communi ſubſtantia, & ſic de redditibus aliàs poſſit deueniri ad venditionem bonorum, primo mobilium, & prout in §. eius alimentorum ff. vbi pup. educ. debet, & l. cum non ſolum §. ſint autem non habeat, & ibi Doct. C. de bon. quæ lib per Barto. in l. Neſennius ff. de negot. geſt. nam de Lucc. alimenta priuilegia multa haber, & de eis dixi ſupra in Conſuet. vnica tit. 22. & iſta qualitas videlicet: rationabilitas non refertur ad regulam poſitam ſupra in verſicu. ſi vero per maritum tantum contracta fuerint ex quo non eſt eadem ratio inter iſtud, & illud cap. nam ibi debita etiam ſi eſſent rationabiliter contracta quia tamen vxor nō conſentiit quę erat inhumanis, & conſentire poterat nō ſoluerentur ſuper ſtabilibus communibus vt ibi ſpecificè prouidet in illo caſu de ſolis mobilibus, & eſt in hoc inhærendum verbis: vnde poſſit marito contrahenti rationabiliter prouideri per conſenſum vxoris quæ prouiſio, & ſubuẽtio ceſſat quia mortua erat vxor. Ideo ſtatutum iſtud in locum Ciuis dat aliud vz: rationabilitatem debitoris quæ eſt ſolus cōſenſus vxoris, & ſic prouiſio remanet marito omni tempore, & ſtatutum iſtud nō requirit erga filios niſi rationabilitatem ſolam

31 & nota quod non dicitur rationabiliter contrahere qui aſſumit onus ſuis vocibus impar l. ſed à multo §. 2. in fine ff. de negot. geſt. in §. verum in ratione ſui ff de mino. §. ſi locupleti, & l. cum duobus §. danna ff. pro ſocio. cū ſimilibus vel ſi aſſumpſit in ſe riſicum, & fortunam argum. l. ſi factum; rectis ff. de actio. empt vel ſi accipit, & cōtrahat debita ſuper

32 tranſitum maris puta nauis aſſicurando ſecūdum Bar. & Docto. in l. ſi conſtante in princ. ff. ſolut. matrimon. & quando ex cauſa rationabili poſſit alienare bona filiorum vid. gl. in rub. interdictā, & l. quicumq; C. de bonis quę lib. & in l. fin. §. fin autem, & ibi Bar. C. eo. tit.

33 IN TEX. Ibi pro alendis liberis nota q̃ iſta gerundia vz pro alendis liberis, & recuperanda communi ſubſtantia denotant actū hoc eſt quod alat, & recuperet aut reparet per eaque de gerundijs latè dicitur per Ang. in rubr. inſtitu. de actio. & importat cauſam finalem, & neceſſitatem cauſariuam vt dicit Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 1. nu.

34 79. & ſequ. nam verba cum effectu debent intelligi l. 1. §. hæc verba ff. quod quis iur. argu. l. ſi vero pro parte §. verſum, & vbi not. gloſſ. ff. de in rem verſo accedat dictum Bart. in l. hijs ſolis ff. de cond. indeb. cuius dictū regulatur ſecundum diſtinctionem huius tituli.

35 ET hæc omnia procedunt quando nati ſunt ex matrimonijs filij aliàs non natis ſoluantur dicta debita in conſtancia matrimonij contracta de acquiſitis per dictos iugales vt in fin. tex. noſtri dicitur modo.

TITVLVS XXVI.

De venditione rerum debitoris.

CONSVETVDO VNICA.

EXECVTIONE facta per Curiam in bonis mobilibus debitoris diſtractio eorum ſtabitur arbitrio iudicantis dummodo dies quia decem non excedat: ſi vero in bonis ſtabilibus confitentibus duorum menſium debitor gaudeat inducijs quibus elapſis fiat diſtractio eorundem reſeruato debitori inter alios duos menſes poſſe redimere reipſas ſtabiles à qualibet detentione: quod ſi forte debitor non fuerit confeſſus debitum in tædium ipſius ad medietatem ſibi prædicti termini cō tractetur quod ſi forte non apparuerit emptor ſubhaſtationis ſollennitatibus obſeruatis, creditori dationis nomine inſolutum tradantur prætia æſtimatione ſincera debitoribus ipſis nullo vlterius iure ſeruato poſt lapſum in confitentes menſium quatuor, & negantes duorum vt prædicitur in recuperatione ipſorū bonorū.

SVMMAE.

SVMMAE.

1 *Diſtractio bonorum mobilium fit Iudicis arbitrio.*
2 *Arbitrio Iudicis remiſſum dicitur remiſſum arbitrio boni viri.*
3 *Arbitrio Iudicis quæ remittuntur, & nu.8.*
4 *Perſonæ digniores quæ dicuntur arbitrio Iudicis remittitur.*
5 *Cauſa grauis quæ dicatur arbitrio Iudicis remittitur.*
6 *Diues vel pauper quis ſit Iudicis arbitrio remittitur.*
7 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.*
9 *Executio adimpletur altero eſt quatuor modis.*
10 *Conſuetudo loci in executione ſeruanda eſt.*
11 *Contractus nullus habet æſtimationem paratam.*
12 *Mandatum executiuum nulla præcedente ſententia vel parte incitata non valet.*
13 *Clauſula iuſtificata reſoluitur in rem citationis per ſparitionem.*
14 *Aeſtimatio fit in ſtabilibus nu.16.*
15 *Et quid quando bona ad diſcurſum vendantur.*
17 *Conſanguinei an præferuntur in diſtractione bonorũ conſanguineorum.*
18 *Executio ſuper quibus bonis fiat.*
19 *Executio contra hæredes an fiat.*
20 *Executio contra fideiuſſorem an fiat pendente lite contrarium.*
21 *Appellatio à ſententia de exequendo an admittatur.*
22 *Appellatio à ſecunda ſententia de exequendo non admittitur.*
23 *Etiam quid in pacto de non opponendo.*
24 *Appellatio ab articulo ſunt an admittitur.*
25 *Appellatio prohibita ex parte rei eſt prohibita ex parte actoris.*
26 *Appellatio in executiuis an admittitur.*

EXECVTIONE facta &c. diuiditur iſtæ text. in quatuor partes in prima parte ponit vnum dictum in 2. aliud dictum diuerſum in 3. & quarta alia duo ſecunda: ibi ſi vero 3. Ibi quod ſi forte quarta, & vltima quod ſi forte non apparuerit emptor.

SVMMATVR hoc modo in diſtractio ne bonorum mobilium, & ſtabilium debitoris facta executione proceditur prout in text. cum reſeruatione de qua in eod. vide Conſuet. ſuper hac materia Syracuſarum in cap. 1. ſub ead. rubrica.

1 NOTA primo ex iſto text. quod facta executione diſtractio bonorum mobilium debitoris fit arbitrio Iudicis dummodo quod quindecim non excedat, & ſic terminus in diſtractione bonorum debitorum
2 arbitrio Iudicis remittitur quo caſu cenſentur emiſſæ arbitrio boni viri ſecundum Ioſeph: Ludouic. in deciſ. 96. nu 4. vol. 2. & declarat ibi nu. 35. ſecundum conſuetudinem, & iura vt per Pariſ. in tractat. Synd. in verbo poteſtas fol. 58. item, & præcium incertum in venditionibus Iudicis arbitrio remittitur Bar. in l. ſi duo §. Marcellus, de iure Viuium, Sic etiam, & inſolutum datione idem Barto. in l. creditores nu. 13. proximè finem C. de pignor. Bal. in l. 1. C. de connu. ſeruo manumiſ. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. Centu. 2. caſu 143. nu. 1. & 2. in text. modo iſta inſolutum datio fit præuia æſtimatione prou. in ea multa alia
3 remittuntur arbitrio Iudicis, & primo perſo
4 næ quæ dicantur digniores: Ita Imol. Abb. & Dec. in cap. Sedes Apoſtolica nu. 23. de reſcriptis, & dicunt ibi hanc eſſe communem
5 opinionem. Item causa quæ dicatur grauis ardua, & quæ parua arbitrio Iudi. remittitur Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam in verbo omnia vel partem C. de reuoc. donat. Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. Cent. 2. caſu 110. & in caſu 205. Cent. 3.

6 ITEM quando aliquis vt pauper vel diues quando non reperitur de iure prouiſum Alexan. Dec. & alij, in auth. præterea C. vnde vir, & vxor, & ibi quando miſerabilis
7 dicantur, & ibi quòd referunt communem, & de hoc dixi ſupra in Conſuet. vnica titulo
8 22. verſic. vnde quarto, & multa alia relinquũtur arbitrio Iudicis, quæ referuntur per Viuium in ſua Coll. commun. opin. in opin. 26. incipit arbitrio Iudicis volu. 2. per Soarez: in ſua Coll. commu. opin. in verbo arbitrio Iudicis num. 236. & per Menoch. in dicto libro de arbi. Iud. & in terminis noſtræ Conſuetu. loquitur Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. Cent. 2. caſu 129. ſed tale arbitrium per conſuetudinem noſtram eſt limitatum dũmodo quod
9 dies quindecim nõ tradat, & executio adimpletur altero de quatuor modis per Ritum per carcerationem debitoris, aut per quindenam, aut per expignorationem mobiliũ vel miſſionem cædula primi decreti aut per ſolutionem de quibus habentur in c. Ritus Siciliæ incip. & dicta prius, & per Dom. Cumia in Practica Ritus in princip. & in d. cap. Ritus 17. ſed in hoc text. tractatur de adimplemento expignorationis, & diſtractionis bonorũ ſiue mobilium ſiue ſtabilium, & in executio
10 ne facienda conſuetudo loci eſt ſeruanda ſecundum Iaſo. in l. cum quædam puellã colu. fin. ff. de iuriſd. omni. iudi. Maranta de ordine iud. par. 6. in 3. actu nu. 10. folio 144. & ſtilus curiatur cum ſtilus ſit ſemper ſeruandus, & præfertur iuri, & vt dixi ſupra in prohæ. in q. 11. nu. 138. Crauett. de antiqu. tempo. part. 4. verſi.

verſi.tranſeo nu.36.& de iure nullus contra-
11 ctus immo nec inſtrumenta liquida,& authē
ticata habent executionem paratā in l.mino
res annis ff.de minor.Bald.Angel.Alexan.&
Doct.in l.ait preror §.ſi iudex ff.de re iud.po-
nit regulam cum ſex.Fallentijs Duen.in reg.
12 26.vol.2.& mandatum executiuū nulla præ-
cedente ſententia vel parte incitata non va-
let not.in l.1.C.de exec.rei iudi.Alex.in con-
ſil.41.in prin.vol.4.vbi refert magis commu
nem opinionem, quam refert, & ſequitur
Turza.in opin.3.in cap. mandatum in primo
volum.commu.opin.ſolio 17. niſi in præce-
pto executiuo ſit clauſula iuſtificata,& ſi ſen
13 ſeris te grauatū quæ clauſula reſoluitur reo
comparente in rem ſimplicis citationis ma-
gis communem dicit Matth. Iureconſultus
in verbo executiuo in 1.volum. com.opinio
folio 323.& Iaſon in l.nequicquam §.vbi de-
cretum col.2.de off.præt.Doctor. in l.1. ff.de
nou.oper.nunt. vbi dixi.

NOTA ſecundo quod bona ſtabilia an
tè diſtractionem æſtimantur prout in
tex.& hoc eſt etiam de iure communi quòd
14 æſtimatio fiat in ſtabilibus tantum per l. ſi
quos C.de reſcind.vendit.ſecus ſi eſt mobile
venditum ad incātum in locò publico nam
tunc non æſtimatur ſed tantum valet quantū
vendi poteſt,& non plus capit.1. de empt.&
vendi.Abb.in cap.cum cauſa eod.tit. & quid
in re ſtabili vide Ang.in l.prima C.de præſcr.
trig.anno.& in l.prætia rerum C.ad l. Falcid.
in Magna Regia Curia tamen contrariū ſer-
uatur dicit Dominus Lanz. hic quia omnia
bona etiam mobilia æſtimantur Docto. ſu-
per capit.112. Ritus, & ita etiam ſeruatur in
noſtra Ciuitate: ſed hodie in Magna Curia
ſeruatur quod ſi adeſt pactum quod bona vē
15 dantur ad diſcurſum diſtrahantur ſine æſti-
matione pro debitis, & expenſarum ſatisfa-
ctione, & ita etiam commiſſarij executiui fa
ciunt: ſecus autem in noſtris Curijs inferiori
bus quia ſemper æſtimantur omnia bona tā
mobilia quam ſtabilia antè diſtrationem iu-
xta formā capit.112.Ritus vbi Do.de Cumi.
& dicas quod dato inſtrumento vel caſu Ri-
tus ſecundum Ritum proceditur aliàs ſecun
dum hanc conſuetudinem nam vnum ſtatu-
tum per aliud in interpretatur,vt dixi.

16 ET quid de iure quando apparet emptor
an debeant æſtimari bona vide Ange. in
d.l.pen.C.de præſcripti.30. anno. & quia iſta
materia diffuſius, & pulchrè tractatur per
Do.de Cumi.in dicto cap.Ritus ideo aliquid
non dicam,ſed ad eum me remitto:& aduer
te quòd conficientibus debitum datur ter-
minus menſium quatuor ad redimendum,
& negantibus propter eius dolum, & odiū
dimidia pars dicti temporis.

17 SEd an in reſtitutione bonorum debitoris
conſanguinei præferatur extraneo tantū
dicit differenti Tiraquell. in tract.retract. Li-
gnag.in præfactionibus nu.42.dicit quod ſic,
& refert communem quam ſequitur Io. Fi-
card.in addit. ad Villalob: in verbo cognati
nu.99.in primo volum. commu. opinio.fol.
78.dicam infra in materia iuris protomiſeos
tit.40.& ſeq.

18 QVAERO ſuper quibus rebus fit exe-
cutio, & contra quos dic quòd contra
omnes, & ſuper omnibus rebus regulariter
niſi expreſsè reperiatur prohibitum l necnō
§.quod eis,& ibi gloſſa ff.ex quib.cauſ.maio.
ponit hanc regulam cum quatuordecim li-
mi ationibus Duen.in verbo executio in re-
19 gula 275. libro primo, & an executio poſſit
fieri contra hæredes mortuo teſtatore dic
quod ſic de iure communi eſt textus in l.vni
ca c.vt act.ad hæred.& contra hæredes de iu-
re Ritus eſt capitulum Ritus 103.Incipit,& ſi
obligatio,& ibi Dom.Cumia ponit hanc re-
gulam cum quinque ampliat. & octo limit.
20 Duen.in reg 277.lib. primo,& an poſſit fieri
contra fideiuſſorē pendente litè cōtra reum
regula eſt quod ſic Bald.in l.fin. num.1. C.de
fideiuſſ.fruen. in regula 236. libro primo, &
21 an a ſententia de exequendo admittatur ap-
pellatio communis eſt quod non per l. ab
executione,& l ab executore quorū appella.
non recipia.refert Michael Graſſ in quæſtio.
12.capit. 24. libro ſecundo in 2.volum.com.
opin.fol. 213. immò magis communem di-
cit Roland.in conſi.43.nu.5.vol. primo ſicut
non admittitur à ſententia de non exequen-
do eſt communis opinio relata per Zunez
in opin.103. volum. primo commu.opi.fol.
22 25.& an ſecunda ſententia de exequendo ap
pellatur dic quod non quia ſi à prima nō po
teſt appellari nec à ſecunda apparet Capicc.
in deciſio. prima nu. 23. & quid ſtante pacto
23 de non opponendo nec te defendo dic quod
non admittitur appellatio quia eſt ſpecies
defenſionis vt dixi ſupra in Conſuetu. 4. §. 1.
tit.primo, & defenſio eſt ſublata cum nō eſt
facta ſolutio ergo appellatio Bolle.ſuper Bul
la de cenſibus: in verbo tanquam res iudica-
ta nu.42.vnde quando dicitur reijciantur op
poſitiones non appellatur prout paſſim ſer-
uatur quod procedit etiam in omnibus alijs
articulis prout per Bartol. in l.mela de alim.
& cibar.legat.dixi ſupra in conſuet.vnic titu.
12.& in Conſuet.prima titul.4.§. Sed quæro
24 ſed quid quando eſt dictum item oppoſitio-
nes l.an tali deciſione appellatur, & Paul. de
Caſtro

Caſtro in l.3. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, & Maranta in Speculo Aureo par.6.in verbo expedita nu. 42. dicunt quia defenſio eſt ſublata reo, & non actori videntur ſentire quod ſic ſed tex. in cap.non licet actori de reg.iur.in 6.& Bar.in l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.Hyppol. de Marſi. in ſingul.189.dicunt
25 contrarium nam ſi reo appellare non liceẗ vigore ſtatuti nec etiam actori,& alias ita iudicatum extitit in Curia Patriciali noſtræ Ciuitatis, & ideò ſi fuit dictum reijciantur oppoſitiones,&facta ſolutione fuerit appellatū. & per iudicē appellationis fuerit dictū ſtent nō appellatur ſed ſtatim cogit̄ creditor reſtituere pecuniam ei ſolutam virtute dictæ interlocutorie reijciantur imo ſine quindena vt ſeruatur in M. R. C. ſed in executiuis ad-
26 mittitur appellatio dummodo quòd nō impediatur executio Foll. in loco prædicto nu. 42.& 48. Afflict. deciſ. 261. dicit Villalob. in Coll. com. opin. in verbo appellatio nu. 15. fol.69 in primo volum.commu.opi. vbi communem dicit. & ſic admittitur in executiuis tamen non impeditur executio ſed cum fuerit dictum ſtent oppoſitiones quia tunc defenſio non eſt ſublata priuilegium datum actori datur, & reo vel quando ſoluit ſecus quando eſſet dictum reijciantur, & non eſſet facta ſolutio quia tunc reus non poſſet vti priuilegio actoris & non poſſet app. per not. per Bar.in l.1.§.& parui ff.quod vi aut clam.

TITVLVS XXVII.

Quomodo a debitore iniquo debitum exigatur.

CONSVETVDO VNICA.

SI QVIS alioqui certo termino teneatur in vncijs duabus vel vltra qui non imminentibus ſibi caſu incendij, naufragij, aut incurſus hoſtium ſeu latronum, ſed ex fraude,& iniqua cauſa, cui dolus vel fraus cauſam proximam dederit,vel remotam quæ extra caſus prædictos in præſenti conſuetudine ſunt præſumpti, dictū debitum creditori ſoluere recuſaret: vel ſoluendo non eſſet tamdiu detineatur per eandem Curiam in mala paga: quouſque vniuerſum debitum creditori reſtituat, & perſoluat: ſi vero debitori acciderint dicti caſus vel aliqui eorumdem propter quos ſoluēdo non ſit: debitor ipſæ non detineatur in mala paga: ſed iuret in manibus creditoris vel Curiæ Ciuitatis ipſius quod de toto eo quod acquiret vel lucrari poterit(deductis expenſis eius victui neceſſarijs ſecundū qualitatem perſonæ) per eandem Curiam moderandis creditore ſuo fideliter integram debiti ſolutionem exhibeat, & aſſignet.

SVMMAE.

1 *Debitores doloſi in male paga detinentur.*
2 *Ceſſionis bonorum beneficio non obſtante renuntiatione admittitur.*
3 *Ceſſionis bonorum beneficio non gaudent debitores doloſi.*
4 *Dilatione quinquennali gaudentes non gaudent beneficio ceſſionis bonorum.*
5 *Calumnianti eſt licitum calumniare.*
6 *Creditor in foro conſcientiæ an poſſit ſibi ſatisfieri de debito.*
7 *Hoſtes qui ſunt.*
8 *Caſus fortuiti ſunt qui præuideri non poſſunt.*
9 *Fortuna aduerſa non eſt in conſideratione.*
10 *Peſtis in Ciuitate Catan.pro meritis Beatæ Agathæ extincta.*
11 *Statutum exorbitans an extenditur ad ſimilia ex identitate rationis.*
12 *Acceptilationis exceptio an admittatur excluſis exceptionibus.*
13 *Peſtis dicitur caſus fortuitus remiſſ.*
14 *Pericula appoſitione non veniunt caſus fortuiti.*
15 *Dotis contractus an per dolum annulletur.*
16 *Soluendo non eſſe quando quis dicatur.*
17 *Alimenta negare eſt necare.*
18 *Creditor an teneatur accipere partem debiti.*
19 *Creditor an cogatur accipere pecuniam ante tempus ſolutionis.*
20 *Venditor an teneatur facere confeſſionem debiti vel quietationem generalem.*
21 *Debitor an cogatur facere inſtrumentum creditori.*
22 *Debiti ſolutio vbi fieri debet.*
23 *Debitum quomodo probetur & alia de debito remiſſiue.*

SI quis alioqui & diuiditur in quatuor partes in prima ponit factum in ſecunda deciſionē in tertia aliud factum contrarium in quarta & vltima aliā deciſio.

deciſionem ſecunda ibi tamdiu ſibi ſi vero quarta iſti quod debitor.

SVMMATVR hoc modo in dolo exiſtentes debitores in mala paga detinētur: non doloſi non detinentur ſed proceditur prout in text. & eſt Conſuetudo Syracuſana cap. 1. ſub rubr. de iniquo debito qua de hac materia iniqui debitoris, & eius carceratione loquitur.

NOTA ex iſto tex. quod licitum eſt debitori in mala paga debitorem detinere quando debitor eſt in dolo, & reſiduū debiti ſoluere recuſat, & hoc eſt ratione ſui dolo & fraudis: ſicut & de iure debitor iſte non poſſit admitti ad miſerabile refugium ceſſionis bonorum licet ſit priuilegiatum in tantū quod etiam de ratho obligati, & tali benefi-
2 cio renuntiantes non obſtante tali renunciatione etiam cū iuramento admittuntur pro ut per Pragmaticam primam tit. 17. ſub rub.
3 de ceſſio. bono. lib. 1. diſponitur tamen ſi eſt in fraude vel delicto non admittitur vt de iure probatur per ea quæ dicit Ang. in l. 2. ff. de ceſſ. bon. & in l. ne. no carcerem C. de exact. trib. lib. x. & in l. maritus §. eleganter ff. ſolut. matrimon. & de iure Titus in cap. 190. ſub 3. rub. de ceſſ. bonorum, & idem diſponens, ita etiam in Practica ſeruatur per Magn. Reg. Cur. nam debitores in litteris ceſſionis bonorum admittuntur ad dictum beneficium dūmodo quod debita non deſcendant ex dolo fraude, & ex ſeruitijs perſonalibus cōformæ dicto cap. Ritus, idem debitor qui habuit di-
4 lationem quinquennalem, non poteſt cedere bonis refert communem Mich. Graſſ. quæ ſtio. 5. cap. 12. libro primo volum. 2. commu. opin. folio 139. & quid ſi debitum negauerit vide eundem Graſſ. in loco prædicto in quæſtio. 13. & de materia ceſſionis bonorum vide Docto. in cap. 190. Ritus, & maximè Do. Cum. & ratio rationis poteſt eſſe quia debitor in tali caſu videtur creditori calumniato inferre ergo eidem eſt licitum calumniatre, & detinere eum per Cur. in mala paga cum
5 calumniato de iure ſit licitum calumniam Ita per multa cumulando dicit Hyppo. in cō ſil. 18. num. 6. etiam in foro conſcientiæ dicit Ia. Mona c. in c. fin. de conſt. extra nu. 8 r. & 82 additio ad Decium in l. ea eſt natura ff. de regul. iur. late idem Marſil. in ſingul. 177. Immo de iure tali caſu eſt licitum aduerſarium decipere: ita dicit Tiraquell. in tract. retract. in præfat. nu. 71. de quo tamen vide Orſill. ſuper 113. deciſio. Afflict. Amnll. in §. aduocatus nu. 19. vbi dicit quod non procedit cum falſis allegationibus eidē add. pdicta Doctr. Soarez in ſua Coll. commu. opinio. in verbo aduocatus nu. 98. vbi dicit quod procedit ſi habet iuſtam cauſam vide Duenas in regula
6 366. nu. 12. vol. 1. & creditor in foro conſciētiæ poſſit ſibi ſatisfieri de bonis debitoris vide Abbatin conſi. 5. & ibi an excuſetur a pœnā furti, & eſt communis opinio quod excuſatur ſi ſuum debitum conſequi nō poteſt quā refert Clarus in §. furtum in verſic. excuſatur autem etiam in foro poli intellige vt per Cilentum in ſuo confeſſorio in verbo non furtum facies, an autem de iure actore petente totum cum re vera partem habere deberet reus poſſit totum negare variæ ſunt Doctor. opin. tamē magis cōmunis opinio eſt quod non poſſit totum negare quam refert Gabr. in titu. de expenſis in concluſio. 2. ante nu. 2. libro ſecundo vbi infert, & limitat vide ibi per eum.

IN text. ibi caſu incendij naufragij, & incurſus hoſtium, &c. qui ſunt hoſtes dicitur
7 per glo. in prohæm. inſt. & qui dicantur latrones dicit text. in l. capitalium §. famoſos ff. de
8 pœnis Clarus in §. furtum. Nota quod iſti dicuntur caſus fortuiti qui præuideri nō poſſunt l. quæ fortuitis C. de pignor. act. & ibi Doct. & qui ſunt caſus fortuiti dic quod ponit igneus in repetitione l. contractus nume-
9 77. ff. de reg. iuris, & fortuna aduerſa nō eſt in conſideratione l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. & futurorum proſpectus ad ſapientem ſpectat ſi tamen quis non cogitet non incurrit damnum ſecundum Bald. in l. ædem col. 3. C. locat. ſed in iſtis caſibus non poſſunt in mala paga debitores à creditoribus detineri prout in text. ſed an idem ſit in caſibus ſimilibus vel maioribus puta in caſu
10 peſtis prout in toto Regno per tres annos, & vltra fuit, & in noſtra Ciuitate per quatuor vices meritiſque Beatæ Agathæ Ciuis, & patronæ noſtræ miraculoſæ liberata in anno 1574. vel ſi bona furata fuerint, & ſecundum quandam apoſtillam antiquam hic poſitam dicitur quod ſic nam nō debet excludi caſus ſimiles vel maiores argum. eius quod dicit Bar. in l. & ſi qui §. quæſitum in vltimo verbo §. ſi quis cautio dum allegat capitulum ſedes de reſcript. & clem. non poteſt de procurat.
11 & de materia iſta quando ſtatutum exorbitans, in ſimilibus ex identitate rationis extēdatur vide Bar. & Pau. de Caſtr. in l. ſi conſtante in princ. ff. ſolut. matrimo. Alex. in auth. ex teſtamento in verbo aliorum C. de collat. & quę dicit Angel. Peruſ. in conſi. 121. Saly. in l. illud C. de ſacroſan. eccleſ. in prin. l. 1. §. nunc videamus in verbo niſi, & quæ ibi notat glo. ff. de nou. oper. nunt. vide Bald. in l. 1. in prin. C. de cad. toll. l. quintus ad finē ff. de ann. leg. & l. 1. C. locat. vbi Salyc. in l. ſi quis teſtibus

Coll.

Coll.quinta C.de teſtib.vbi dicit quod exceptiones extenduntur ad terminos non indifferentes ab expreſſis Bertha. in tract.Gabell. in 2.part.in prin. quæ dicuntur per Modern. in l.fin.ff.à quibus appell.non licet Alex.in l. hoc amplius nõ peri ff.rem.rath. haberi uide ea quæ ſupra in prob.in qu. 4. dixi. Et an per ſtatutum admittens exceptionem ſolutio-
12 nis intelligatur admiſſa exceptio acceptilationis vnde Foll. ſuper Bulla dicens in verbo quæ quidem executio,& facit quod dicit. Alex an in l.inret ea ff.de re iud.vlt.coll.vide tex.in §.item per acceptilationem inſtit.quibus mod.toll.obliga.

13 ET quod caſus peſtis ſit fortuitus & quod præuideri non poſſit, & multa priuilegia de iure habeat dicit Ripa in tracta.de peſte in tit.de priuileg.contra cum peſtis,& aduerte quod text. noſter dicit quæ extra prædictos caſus ſed appellatione periculi non veniunt caſus fortuiti gloſſ. in l.etſi quis in §. quæſitum in glo.magna ff.ſi quis caut.ſcriptũ reliquit Duen.in reg.380.lib.1.

IN tex.Ibi cui dolus vel fraus quid in contractibus an ſi dolus dedit cauſam contractui annullet eum ipſo iure dic quod ſic in contractibus bonæ fidei ſed contractus ſtricti iuris veniunt per ſententiã annullandi refert communem Villalob: in verbo dolus. nu me.93.in Colletra com.opin.in 1.volum. com.opin. fol. 89.

IN text. ibi per quos ſoluendo, &c. Nota qualis debet eſſe caſus per quem talis debitor eſſet non ſoluendo vnde non ſufficeret quælibet leuis iactura debitoris ſed magna, & talis per quam quis non ſit ſoluendo vt hic,& facit text.& ibi Doct.in l.ſi ab arbitrio §.fin.qui ſatiſ cog.& Salyc.in l.licet C.locat.
16 poſt Bald. & quando quis dicatur non ſoluẽdo de iure vide Pariſ.in conſi.80. nu.48. vol. 1.vbi notoriè quis non etiam ſoluendo dicitur quando bonis ceſſit vel quando moritur in carceribus pro debitis idem Pariſ.in conſ. 50 nu 67. eodem volum. & quando probetur quod quis non eſt ſoluendo dicit: idem Pariſ.in dicto conſ.50.

IN text. Ibi deductis expenſis neceſſarijs victus, & ratio huius dicti poteſt etiam nã alimenta multa priuilegia habent vt dicit Bar.in l.mela ff.de ali.& cib.leg. & dixi ſupra in Conſuetu.vnica ſupra titu.22.nam de vita hominis tractatur cum negare alimenta ſit
17 necare vt ff. de lib. agnoſc. l. necare, & hinc eſt quod adeſt Pragmatica quod debitores poſt duos menſes carceratos creditores alere teneantur niſi beneficio talis Pragmaticæ in iſtrumentis renunciaſſent, & vt infotmor in comitatu mohac adeſt obſeruantia vt poſt quadraginta dies debitores a creditoribus alimentari debeant dixi ſupra in d. Conſu. vnic.tit. 22.nu.30.& ideo in text.noſtro dicitur quod attenditur qualitas perſonæ,& maximè in paupere vt dixi ſupra in d. Conſuet. vnic.tit. 22.

18 SED quæro an de iure creditor teneatur accipere partem debiti, & quidem regulariter vt plurimum eſt quod non per l. quidam æſtimarunt ff.ſi cert.pet. hanc tractationem ponit Duenas cum limit.in regul.188. vol. 1.incipit creditor: nec etiam creditor inuitus cogitur à debitore accipere vnum pro alio regulariter vt dicit: Idem Duenas in regul. 159.in primo volum. vbi limitat, & an
19 cogatur accipere pecuniam ante tẽpus dic quod ſic ſi inrer eſt debitoris not.in l. ſi pecũniam ff.ſi cert.pet. l.Titius ff. quæ res pigno. obl.poſſ.& in l.qui Romæ in princ.ff.de verbo.oblig.tamen ſi creditoris rei intereſt non cogitur vt quando res curſu temporis deteriorari poteſt vt vinum, granum, oleum, & ſimilia Ang in d.l. Ticius Hyppo.ſing.146.

20 SED incidenter quæro an creditor teneatur facere confeſſionem accepti vel quietationẽ generalem, & cancellare contractũ per Crucem Sancti Andreæ vide Iaſo.in cõſil.9.volum.1.vide Cappell.Tolleſa. deciſio.
21 307.& additionem ibi, & an debitor teneatur facere contractum ſeu inſtrumẽtũ debiti creditori dic quod ſic Docto.in l. ſi quis argentarijs §.fin.de ædend. Anto. caut.45. Afflict.in Conſtit.Regni Neap.de Ferijs,& ſoll. cum rub.73.nu.88. per l.ſecundam §.item ff. de aqua.plu.arcend.Maſcard.in tract.de pro in verbo debitum q.479.nu.2.vol.1. vbi ampliat vide tamen de iſtis quæſtionibus Do. Cum.in c.25.Ritus nu.28.& ſeq.

22 VLTIMO quæro vbi debet fieri ſolutio debiti de iure vide Docto. in l.quod æpheſi ff.de eo quod cert.loco.Socc.in conſil.267.volum.2.Menoch.in libro de arb.iudic. lib.2. Centur.3. caſu 132.Domi.Cum in dicto cap.Ritus nu.18. reliqua circa materiã creditoris vide per Fanum in tractatu de pigno. & contra calumnioſos debitores aliud ſtatuitur per Conſue.no.Ciuit.Meſſanæ cap.
23 55.quomodo autẽ probetur debiti ſolutio, & debitum ipſum,& an debitorem eſſe fugitiuum probetur iuramẽto creditoris,& multa alia de debito vide per Ioſeph: Maſcar. in tract.de probatio.in concluſ 479. & ſequen. lib.primo.

TITVLVS XXVIII.

De ſolutionibus faciendis per tabernarios, & pœnis eorum.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD tabernarij nõ poſſint aliam regentem vini vendere, niſi primo ſatiſfaciant domino de vegete vini iam vendita: & quod poſſint carcerari pro debito vini venditi quã tumcumque debita ſint in modica vel minima ſumma vel quantitate.

SVMMAE.

1 *Tabernarij non poſſunt aliam vegetem vini vendere niſi primo ſolnant domino de prima vegete.*
2 *Tabernarij pro pracio vini venditi carcerantur etiã minimo.*
3 *Carcerari quis ab vnc. infra an poſſit, & quando.*
4 *Tabernarij non poſſunt cadere bonis.*
5 *Tabernarij qua actione conueniuntur pro vino.*
6 *Tabernarij tenentur de bonis in taberna ammiſſis.*
7 *Iuratur in litem contra tabernarios pro rebus in taberna ammiſſis.*
8 *Apothecarij an aquiparentur tabernarijs.*
9 *Tabernarij, & apothecarij quomodo puniantur propter falſa pondera, & menſuras.*
10 *Vini venditi periculum ad quem ſpectat.*
11 *Apothecarij, & tabernarij viles perſona dicuntur.*
12 *Vino vendito non veniunt dolea.*

QVOD tabernarij, &c. Diuiditur in tres partes in prima ponit vnã prouiſionem in ſecunda aliam, & in tertiam ampliat ſecundã prouiſionem ſecunda ibi, & quod poſſint tertia, & vltima ibi quantumcumque.

1 SVMMATVR hoc modo: tabernarij non poſſunt aliam vegentem vini vendere niſi primo ſatisfaciant domino de vegete vini vendita, & pro tale cauſa pro ſumma pecuniarum etiam minima poſſunt carcerari.

NOTA quod in ſummario habetur, &
2 quod in text. dicitur quod tabernarij
pro præcio vini etiam minimo carcerantur
3 eſt vna limitatio ad capitulum 125. Ritus per
quod diſponitur quod a vncia infra debitor non carceratur niſi ſit obligatus ad ſeruitia perſonalia vel niſi occultauerit bona vel ſit ex barattaria vel ad factum obligatus vnde etiam limitatur per hanc Conſuet. niſi ſit debitum vini in tabernario, & per capitulum Ritus diſponitur quod Ritus obſeruetur priuilegijs locorum ſemper ſaluis, & poteſt cõpræhendi quaſi iſtæ caſus ſub obligatione ad factum, & ſic ad vinum vendendum, imo dicit Dominus Blaſcus hic quod tales taberna
4 rij non poſſunt cædere bonis per ea quæ dicuntur in Conſtitutione Regni poſt mundi machinam, & per ea quæ ſtatim dicam.

5 SED quæro qua actione tabernarij teneantur, & conueniantur dic quod ſi datur aliquid tenetur locati actione l. videamus §. qui vinum ff. de præſcript. verb. ſed ſi vinum vel aliud agitur actione præſcriptis verbis l. ſi pollienda ff. de præſcript. verb. & hoc ſecundum Dominum Lanza hic vide Azonem in rubr. C. locati in princ. ſed ſi eſſet perfecta uini venditio actione exempto ageretur toto tit. ff. de action. emp. & vend.

6 QVANDO vero in tabernis eſſent ammiſſa aliqua bona ibi comedẽtium ta-
7 bernarij tenerentur toto tit. naut. cau. tabula. & maximè contra eos iuraretur in litem vt dicit Plot. in tract. de in lit. iur. §. x. poſt nu. 6. vbi refert communem opinionem, & ibi la-
8 tè de hac materia, & nota quod tabernarij, & apothecarij ſeu fachini etiam per conſequẽs tenentur hac conſuetudine & ita ſeruatur in Curia Secretiæ huius Ciuitatis maximè quia non datur diuerſa ratio ſed eadem tenentur etiam, & ſubiacent bannis, & pœnis Specta. Dominorum Iuratorum, & Regiæ Secretiæ
9 & qua pœna tabernarij, & apothecarij teneã tur falſas menſuras vel pondere habentes vi-, de quæ dicam infra in Conſuetudine vnic. in tit. 71. ſub rubr. de modo ſeruan. tabern. quæ
10 fiunt extra Ciuitatem, & ſi vinum venditum deuaſtetur eius periculum ad quem ſpectat dic quod perfecto contractu regulariter ad emptorem Bal. in l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. Afflict. in deciſion. 339. ampliatur vno modo, & limitatur quatuor per Duen. in re-
11 gula 158. volum. 2. incip. perfecto. Et nota quod tabernarij, & apothecarij dicuntur viles perſonæ Cœphal. in conſi. 238. numc. 11.
12 Thom. ſecundo quæro an vinum vendens cenſeatur, & oleum vendere dico quod non Lucas de Penna in l. tertia in præſump. 118. C. de Apoch. publi. libr. x. l. prima §. vlti. ff. de pericul. & commu. rei vend. Cuppæ vero, & vaſa alia vendita cenſentur l. 1. §. vlt. de peri. & commu. rei vend. Menoc. de præſumptio. lib. 3. præſump. 77.

TITVLVS

TITVLVS XXIX.

De locatione apothecarum domorum tabernarum magazenorum, & ruſticorum prædiorum.

CONSVETVDO VNICA.

DOMVS locata pro habitatione conductoris auferri non poſſit ab ipſo conductore per Dominũ ſeu locatorem infra conſtitutum tempus locationis: præter quam in caſibus infraſcriptis, videlicet ſi domino fuerit neceſſaria pro habitatione ſua vel pignorare, ſeu vendere vel in dotem dare de qua neceſſitate ſtabitur ſacramento domini: niſi conductio ſit facta ad non modicum tempus (id eſt à quinquennio vltra) vel niſi in duobus de tribus caſibus prædictis videlicet pignoris, & venditionis: Inquilinus æquè vtiliter contractũ domino facere ſit paratus.

SVMMAE.

1 *Domus locata a locatore auferri non poteſt.*
2 *Inquilinus non ſoluens penſionem an poſſit à domino expelli.*
3 *Conductor ob modicam deteriorationem expelli non poteſt.*
4 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
5 *Pactum de non expellendo conductorem quid operatur.*
6 *Scholaris à domibus locatis expelli non poſſunt.*
7 *Scholares cogunt dominos domorum vt domos locent.*
8 *Rector ſtudij facit pretium domus locatæ ſcholari.*
9 *Doctores, & ſcholares expellunt fabros iuxta ſe malentes.*
10 *Priſtemium iuxta ſcholares reijcitur.*
11 *Locationis contractus an probet dominium, & nume. 12*
13 *Locationis inſtrum. an probet poſſeſſionem, & nu. 14.*
15 *Poſſeßio per Colonum tutorem, & ſeruum conſeruatur.*
16 *Conductor an poſſideat vel detineat.*
17 *Conductor quando expelli poſſit infra tempus locationis.*
18 *Succeſſor ſingularis an teneatur ſtare Colono quando conductor habet rem conductam obligatam ampl. num. 20.*
21 *Succeſſor particularis ratione iuramenti præciſè teneatur ſtare colono.*
22 *Succeſſor ſingularis in multis caſibus tenetur ſtare colono.*
23 *Colonus ſi expenſas in re locata fecerit expelli non poteſt.*
24 *Vſufructuarius an teneatur ſtare colono.*
25 *Creditor miſſus in poſſeſſione ex primo decreto an teneatur ſtare colono.*
26 *Vxor an teneatur ſtare locationi facta per maritũ.*
27 *Locatio de rebus dotalibus ſoluto matrimonio an præiudicet vxori.*
28 *Minores an teneantur ſtare locationi per tutorem facta.*
29 *Longum tempus quod dicatur.*
30 *Primogenitus in feudis an teneatur ſtare Colono.*
31 *Principis ſucceſſor an teneatur ſtare Colono.*
32 *Epiſcopi ſucceſſor an teneatur ſtare Colono.*
33 *Locatio bonorum Eccleſiæ non poteſt fieri vltra triennium.*
34 *Præbendæ ſucceſſor an teneatur ſtare Colono.*
35 *Fiſci ſucceſſor particularis an teneatur ſtare Colono.*
36 *Legatarius an teneatur ſtare Colono.*
37 *Neceßitas ſolo iuramento probatur.*
38 *Probatio per iuramentum non dicitur legitima probatio.*
39 *Neceßitas domini locatoris debet ſuperuenire.*
40 *Socius an cogit alterum ſocium vt locet rem communem.*
41 *Longum tempus in locatione quod dicatur, & nume. 42.*
43 *Locatio ad ſeptem annos non dicitur ad longum tempus.*
44 *Locatio, & conductio de nouennio ad nouennium dicitur ad longum tempus*
45 *Locatio vltra triennium de rebus Eccleſiæ dicitur ad longum tempus.*
46 *Locatio ad vitam an dicitur ad longum tempus.*
47 *Viuere quilibet præſumitur vſque ad centum annos.*
48 *Locatio ad vitam an dicatur perpetua.*
49 *Emphyteota locans rem emphyteoticam ad vitam ſine conſenſu cadit in commiſſum.*
50 *Laudemium debetur domino pro locatione perpetua idem de locatione de quinquennio in quinquennium & nu. 53.*
51 *Emphyteota alienans in partem an cadit in totum.*
52 *Locatio de quinquennio ad quinquennium an dicatur ad longum tempus.*
54 *Inquilinus non poteſt à re conducta expelli.*
55 *Extenſio in correctorys à maioritate rationis an fiat.*
56 *Conductor antiquus non præfertur conductori nouo fallit nu. 57.*
58 *Conductio quando fit an publica an differat an conductione priuati.*
59 *Conductor primus an præferatur ſecundo.*

60 *Emphyteota emphyteoſi finita an cogat dominum pro renouatione.*

61 *Scholares duo ſi locant domum, & alter decedit an ille qui remanet teneatur ad totam penſionem.*

62 *Conſuetudo de Inquilino loquens an habeat locum in Colono.*

63 *Colonus quis dicatur.*

64 *Continuatio an fiat à remotis, & quando.*

65 *Conductor ceſſante neceſſitate domini locatoris an poſſet rem conductam recuperare.*

66 *Locator quando expellit conductorem de iure ad intereſſe tenetur.*

67 *Panhormi, & Meſſanæ conſuetudines in gabella prædiorum.*

DOMVS locata, &c. Diuiditur hæc conſuetudo in tres partes in prima enim ponit vnam deciſionem in ſecunda: Illam limitat in tertia, & vltima ponit ſub limitationem dictæ limitationis: Secunda ibi prę terquam: Tertia ibi niſi conductio fiat, &c.

SVMMATVR hoc modo domus locata per locatorem a conductore auferri non poteſt niſi in caſu propriæ habitationis pignoris venditionis vel in dotem dationis de qua neceſſitate domini iuramẽto creditur ſed non procedit in locatione à quinquennio ſupra vel in caſu pignoris, & venditionis quando Inquilinus vult ſimilem contractum facere.

IN Felice Vrbe Panhormo cap. 54. Incipit domus ſub rubr. de locatione folio 36. idẽ diſponitur à dicto etiam quod alio titulo alienari poteſt vel in ea bona ſua componere vel ſi male in ea Inquilinus verſatur.

IN Ciuitate Meſſanæ capit. 35. diſponitur hoc modo domus locata auferri non poteſt antè conſtitutum tempus locationis prę ter quam ſi dominus qui locat vel in ipſa domo habitare vel res ſuas ex neceſſitate in ea ponere voluerit.

NOTA primo ex iſto text. quod regula
1 riter domus locata à conductore auferri non poteſt niſi domino ſit pro eius habitatione neceſſaria, & eſt conformis iuri communi prout dicitur in l. ædem C. loc. & ibi Docto. & ponit regulam Portius in concluſio. 33. lib. 1. Gabriel. in tit. de locatione concluſi. 3. lib. 5. vide dicta per Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphit. 9 Coll. cum ſequen. Neguſ. in tract. de pigno. in primo membro ſecundæ partis num. 9. & ſequen. vide Iaſonem in l. quoties nu. 9. C. de rei vend. quod ampliatur procedere etiam quoad neceſſitatem filij ſecundum Bald. in d. l. ædem C. locati in 3. colum. verſi. ſed quid Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuo. donat. in præfat. nu. 7. nam neceſſitas leges non habet prout dixi in Conſuet. vnica infra titu. 36. Sed an hoc procedat in re ad emphiteoſim data vt dominus propter neceſſitatem eius habitationis poſſit emphiteotam expellere videtur quod ſic quia contractus conductionis, & locationis cum emphiteotico Frater Nizant: vt habetur in l. 1. C. de iur. emph. & videtur eadem ratio ergo idem ius ſed in contrarium eſt veritas vt dicit Ioan. Andr. in add. ad Specula. in tit. locat. §. nunc aliqua verſicu. 4. Iaſo. in dicta l. 1. in fin. 9. Coll. C. de iur. emphit. refert, & ſequitur Hyppol. de Marſil. in ſingul. 94. Gabriel. in d. concluſio. 3. nu. 5. quod maximè procedit in caſu iſto cũ in ſtatutis nõn fiat regulariter extenſio vt dixi ſupra in prohæm. in q. 4. nu. 93.

2 SED quæro quid ſi Inquilinus ſeu conductor non ſoluerit penſionem domus domino vel domo malè fuerit vſus an poſſit à locatore expelli, & de iure dic quod ſic d. l. ædem C. locati Boer. conſi. 13. communem dicit Villalob. in verbo Inquilinus nu. 43. in colle. com. opin. & per dictam Conſuetudinem Panhormitanã imo propria authoritate expelli poteſt Boer. in dicto conſi. 13. nu. 17. & quid ſi arbores grandes inciderit conductor rei conductæ vide Tiraquell. de retract. conuen. §. 3. gloſſ. prima nu. 24. vbi dicit idem
3 & licèt conductor poſſit à reconducta expelli propter deteriorationem vt dicit Bal. in d. l. ædem. C. locati tamen non procedit in modica deteriorat ione Tiraquel. in tract. res inter alios acta. in titul. de iudi. in reb. eſig. cart. 41. ſed per hanc conſuetudinem crederem vt expelli poſſit Inquilinus in caſibus tantũ in ea ænumeratis nam in alijs tantum limitatur ergo in alijs remanet regula in ejus firmitate vt conductor infra tempus locationis non poſſit à domino expelli quia quòd non mutatur cur ſtare prohibetur. l. ſancimus C.
4 de teſt. cum ſimilibus prætereà exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis l. nã quod ff. de pen. leg. Iaſ. in l. properandum C. de iud. Dec. in l. 1. ff. de regu. iur. nu. 21. Cum. in Pract. Syndicatus cap. 17. num. 14. Pariſ. in conſi. 35. nu. 39. & ſequen. & conſi. 39. num. 8. & conſi. 38. nume. 8. volum. primo niſi dicas quòd ſtatutum debet interpetrari vt iuri cõmuni conforme ſit vide quæ dixi ſupra in prohœ. quæſt. 5. vnde cum hoc ſtatuto non fiat de eis mentio remanet in diſpoſitione iuris communis vt legum Correctio euitetur, & hoc credo verius formam autem, & Practicam expellendi conductorem à prædio locato ponit Alexan. in conſi. 131. volum. 4.

Butiat.

Burſat. in conſil. 23. volum. primo ſeruatur
hodie quòd fit iniunctio desfratãdo pro cau-
ſis prædictis, & limitatio de qua in text. niſi
dominus vellet pro vſu, & habitatione pro-
pria ſub limitatur non habere locum quan-
do dominus faceret pactum de non expellẽ-
do conductorem quia verba vt aliquid ope-
rentur intelligantur dominum promiſiſſe vt
etiam ſi domum, pro ſe voluerit propter ſuã
neceſſitatem non poſſet Inquilinum expel-
lere ita voluit Angel. in dicta l. ædem per di-
ctum text. C. locati Doctor. in cap. quę in Ec-
cleſiarũ colum. fin. de Cõſtitu. Corne. in con-
ſil. 303. volum. 2. Crauett. in conſil. primo
Portius in dicta concluſio. 33. limitat. prima
Dec. in conſi. 667. nu. 8. & conſil. 292. nu. 3. in
fine Gabriel: in d. concluſio. 5. in tit. de loca.
lib. 3. imo hodie in omnibus inſtrumentis
locationis, & conductionis intervenit tale
pactum cum iuramento vt nec per locato-
rem auferri poſſet nec per conductorem re
nuntiari, & fit mentio de caſibus in hac con-
ſuetudine comprehenſis, & promittunt eis
non ſe lætari, & quilibet poteſt fauori ſuo re
nuntiare l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.
cum ibi nota, & nouiſſimè in terminis tenet
Vincentius Currotii in tract. locati. par. 2. in
tit. de recuſat. nu. 5. fol. 63. ſub limitatur, & ſe
6 cundo vt non procedat in ſcholaribus nam
licet domini vellent domum pro ſe per di-
ctam l. ædem C. locati, & iuxta primam limi
tationem huius Conſuetud. tamen non poſ-
ſunt ſcolares expellere ita dicunt Bal. Ludo.
& Bolog. in auth. habita C. ne filius pro pa-
tre Duenas in regula 213. ampliat. prima vel
primo Ripa in l. prima in fine ff. ſolut. matr.
& maximè hodie ſtante nona reformatione
ſtudij huius Ciuitatis Cataniæ factæ per Ex-
cellentiam Illuſtriſſimi Marci Antonij Co-
lumnæ Proregis in anno 1579. per quam or-
dinatur quod domus à ſtudentibus, & lecto-
ribus tolli nõ poſſunt etiam quòd militibus
vt dixi ſupra in Præludijs quæſtio. 13. & de iu
7 re ſcolares poſſunt cogere dominos domo-
rum ad eas locandas vt dicit Rebuff. in tract.
priuileg. ſchola num. 1. Abb. noſter in cap. 1.
nu. 60. de empt. & vend. Iaſon, & Ripa in l. 1.
in fine ff. ſoluto matrimo. & in tali caſu pre-
8 cium loherij per rectores ſcholarium fit: Ita
dicit Duen. in d. regul. 213. in prin. & in 2. am
pliat: vbi etiam ampliat, & limitat.

PRAETEREA ipſi ſcholares, & Do-
ctores, & maximè lectores poſſunt expel
lere Fabros, & alios eos inquietantes de pro
prijs eorum domibus ita dicit Menoc. in tra
cta. de arbit. Iud. lib. 2. Centur. 3 caſu 237. vbi
ponit quinque caſus refert communem opi
nionem Soarez: in verbo Faber. nu. 2. Iaſon.
in l. 1. nu. 46. ff. ſolut. matrimon. etiam com-
9 munem dicit, & ita obſeruatum fuit in ſtudẽ
te in Curia Patriciali die 19. Settembris no-
næ Indictionis 1580. per quam ſententiam
10 fuit prohibita operatio piſtoris iuxta domũ
ipſius ſcholaris, & hoc fauore ſcientiæ quia
tractatur de fauore publico vt notatur in di
cta authen. habita C. ne filius pro patre, & in
l. aduocati C. de aduocat. diuer. Iud. & per Ia
ſo. in l. 1. ff. ſolu. matrim. nu. 48. & ideo poteſt
extendi iſta cõſuetudo vt dixi infra vide quæ
dixi infra in Conſuetud. vnica titulo 68. nu.
81. & ſequen.

SVB limitatur etiam vt non procedat quã
do neceſſitas imminebat etiam tempore
contractus vel quando poſt neceſſitatem lo
cator mercedem recepiſſet vt dicam infra in
nume. 59.

11 SED an de iure contractus locationis pro-
bet dominium dic quod nõ vt no. in cap.
inter dilectos de fide inſtrum. quando princi
paliter deducitur in iudicio ſecundum nota-
ta per Specul. in tit. de locat. in §. nunc aliqua
verſic. 25. Bal. & alij in l. ad probationem C.
locati Afflict. in deciſ. 14. Alexã. in conſil. 12.
nu. 4. volum. 4. communem dicit: ſecus autẽ
ſi alia inditia concurrent ſecundum Bar. in d.
l. ad probationem, & quod in actione reali
12 non probet dominium inſtrumentum loca
tionis refert communem Villalob: in verbo
dominium nu. 115. in verbo inſtrumentum
nu. 83. ſecus tamen ſi actione perſonali con-
ueniretur conductor communem refert: idẽ
Villalob: in d. coll. in verbo inſtrumentum
nu. 83. & quibus modis probetur dominiũ
vide per Caſſaneum rubrica prima §. 2. in ver
13 bo des Iuſtices in verſicu. ſi ſcire fol. 25. & an
probet poſſeſſionem vide Boer. in deciſ. 105.
nu. 15. vbi dicit quod locatio quo ad tertium
14 non probat poſſeſſionem, & Ioſeph: Maſcar.
de prob. in concluſi 1181. vol. 3. vide Vincen-
ti Carrott. in tract. loca. par. 4. in tit. de acquir.
poſſeſſ. & quod per ſimplicem locationem
non probetur poſſeſſio dicit Ruyn. in conſi.
47. vol. 4. ponit regulam cum multis amplia
tionibus, & limitationibus Gabriel in titulo
de locat. concluſi. 4. lib. 3. Sed bene per Colo-
num tutorem.

15 SERVVM & procuratorem poſſeſſio tã
naturalis quam ciuilis cõſeruatur etiam
ſi deteptor abſens ſit Aret. in l. 1. ff. de acqu.
poſſeſſ. nu. 109. quem ſequitur, & refert Villa
lob: in Coll. commu. opinio in verbo poſſeſ-
ſio nu. 163. item iter locantem, & conducen
tem probatur poſſeſſio ex ſolo inſtrumento
locationis Rota deciſio. 87. in antiquis. Socc.
conſi.

conſi.89.col.8.volum.3.Alex.conſi.11.volu.
4.Paril.conſi.111.nu.44.volum.1. Gabriel in
d.concluſi 4.nu.14.in titu.de loca. lib.3.vide
Maſcard. in loco ſupra citato, & an locator
16 poſſideat, & an conductor poſſideat vel de-
tineat vide Caſſaneum in Conſuet. Burgun.
rub.11.§. 6. verbo les lengeur, verſi. aduerte
folio 361.

17 NOTA ſecundo quod conductor po-
teſt etiam à domo locata expelli intra
tempus locationis in caſu quo dominus do-
mum pignorauerit vel vendiderit ita dictant
verba text.noſtri, & ſic ille ſingularis ſucceſ
ſor qui in pignus habuit vel emit non tene-
tur ſtare Colono iuxta l.emptorem C.loca-
ti Doct. in l. ſi filio §. ſi vir in quinquennium
ff. ſolut. matrimon. Guid. Pap. deciſio.480.
Socc.in regula 38.incipit ſucceſſor. Duen.in
regul. 240 primo volum.in caſu ergo iſto do
minus poteſt vendendo conductorem ex-
pellere, & tradere poſſeſſionem dictæ do-
mus cum non teneatur ſtare Colono prædi-
cta quam procedit etiam in viro qui rem ip-
ſam locatam in dotem habuit vt ſupra licet
dos ſint titulus vniuerſalis vt per Bar.in rub.
ff.ſolut.matrim.nu.18.

18 PRAEDICTA tamen regula quod ſin
gularis ſucceſſor non tenetur ſtare Colo-
no de iure multis modis limitatur, & primo
fallit quando conductor habet rem condu-
ctam obligatam pro obſeruantia contractus
eſt communis opinio quàm refert Soarez:
in ſua Coll.commu.opin.in verbo cõductor
nu.210.& refert etiam eam Gozad. in conſi.
78.colum.2.& Iaſo.in l.quoties colum. 8.C.
de rei vend.repetentes Hyſpan.in l.filiusfam.
§.Diui ff.de leg.primo nume.442.vbi etiam
dicunt communem opinionem Turzan. in
opinio.48.Incipit emptor fol. 13. in 2. volu.
commu.opinio.

20 IMO & ſecundo fallit quando condu-
ctor habet omnia bona obligata pro ob-
ſeruantia contractus,& ſic quando ineſt hyp
porheca generalis vt dicit Florian. Inſ. arbo-
res §.qui ſi.de vſufruct. Guido Papa in deciſ.
480.Socc.in d regul. 381. Roland in conſil.
6.ante nu.25.volum.primo vbi refert cõmu-
nem opinionem non eſſe differentiam inter
hyppothecam generalem,& ſpecialem com
mu.etiam dicit Duen.in regul. 240.in c em-
ptor nume.7.volum 1.& Conarru. in lib.va-
ria.reſol.cap.15 nu.3.lib.2.nam tali caſu con
ductor habet ius in re,& vtitur iure conuen-
tionis bene verum eſt quod ſucceſſor nouus
ſoluendo in temporo non tenetur præcisè
ſtare locationi factæ per auctorem ſuum vt
dicit idem Roland.in d.conſi.6.nu.10.& Soa
21 rez: in loco præcitato: niſi ſit appoſitum iu-
ramentum quia tunc præcisè tenetur ſtare
Colono nec ſoluendo intereſſe expellit con
ductorem vt dicit Roland.in d.conſi. 6 poſt.
nume.32.vbi refert magis communem opi-
nionem Turz.in d opinio 48. vide Michael:
Graſſ.in quæſtio.3. cap.13. libro primo in 2.
volum,commu.opin.fol.141.& ſic fallit etiã
d. regula ſtante iuramento per c debitores
de iur.iur.Neguſ in tract.de pigno.in 1.mem
bro ſecundæ partis nu.9.Gozad.in conſi. 24.
idem in conſi. 6. & ita hodie in omnibus in-
ſtrumentis apponitur iuramẽtum vide om-
nino.commun.in libro variar.reſolut d.cap.
15.Turza.in loco præcitato,& multo magis
quando eſſent in contractu omnia,& ſingula
bona mobilia, & ſtabilia obligata quia tunc
haberet ſpecialem obligationem iuxta Do-
ctrinam Bar.& Docto.in l. 1. de vulg.& pup.
ſub.& Petri de Gregorio in lectura Bullæ de
cenſibus, tollendo diſputationes inter ſpe-
cialem,& generalem hyppothecam licet nõ
ſit differentia inter eas vt ſupra dixi, & quod
locator non poſſit expellere conductorem
etiam in caſibus à iure permiſſis ſi habet rẽ
locatam hyppothecatam pro obſeruantia
contractus dicit Vincentius Carrotti in dicto
tract.locati par.2.in tit.de recuſat. nu.6.folio
63.intelligendo modo quo ſupra.

LIMITATVR vlterius præfata regu
la quando dominus locando rem pro-
miſit non vendere cum clauſula annullatiua
ita dicit Roland.in conſi.62.volum.2.nu.17.
vbi refert magis communem opinionẽ nam
per tale pactum impeditur dominij tranſla-
tio.vt ibi dicit & Bart. Iaſo. & omnes com-
muniter in l.filijfam.§.Diui de leg.1. & Bart.
ibi in 3. quæſt. fallit etiam quando ſucceſſor
ſingularis eſſet talis qui non haberet vtile do
minium not.in l.in venditione §.1.ff.de bon.
aut.iud.poſſ.Salyc.in d.l.cum patrem C.loca
ti. Idem ſi emptor non haberet plenum ius
in re Guido Papa in d.deciſio.480.Imol.Ro-
man & Alex. in d. §. ſi vir in quinquennium
in l.ſi filiusfam.ff.ſolut.matrim.communem
dicit Michael Graſſ.quæſt.1.cap.13.in 1.volu.
com.opin. folio 141.

ITEM fallit quando locatio eſt ad longũ
tempus facta prout dicit text. noſter, &
Alex.in d.§.ſi vir Guid.Pap.in deciſi. 280. nu.
4.& eſt communis opinio relata per Soarez
in ſua Collecta commun. in verbo cõductio
22 nu.202.& prout in text. dicitur fallit, & alijs
modis prout per Socc. in d. regul. 387. per
Guid.Pap.in deciſi. 480. ubi ponit ſeptẽ Fal-
lentias,& per Duen.in d.reg.240.incipit em-
ptor

ptor in primo volum. vbi regulam l. empto-
rem C. locati ampliat tribus modis prætereà
fallit in fundo eccleſiæ vendito quia emptor
tenetur ſtare Colono eſt communis opinio
relata per Soarez: ibi nu. 113. Gramm. conſ.
23. refert, & ſequitur Michael Graſſ. in q. 2.
capit. 13. in d. ſecundo volum. commu. opin.
23 folio 14. fallit etiam quando Colonus vel In
quilinus in re cõducta expenſas feciſſet quia
tunc expelli non poteſt niſi primo loco ſol-
uàntur ei tales expenſæ vtiles ita Hiſp. in ſin-
gul. 323. in fine Guid. Pap. in d. deciſ. 480. in
fin. Menoch. de recup. poſſeſſ. in xj. remedio
nu. 20. aliàs in remed. xv.

24 SED an vſufructuarius teneatur ſtare Co
lono quædam additio antiqua hic dicit
quod non per l. arbores ff. de vſufruc. & vltra
allego deciſi. Cappell. Thol. 420. idem tenet
Cartoz. in d. tracta. locati. in titu. de vſufruct.
part. 1. nume. 3. folio 15. quid de vſurario dic
quod tenetur ſtare Colono l. ſi habitatio §.
fin. ff. de vſu, & habit. Alexan. in dicto §. ſi vir
nu. 10. Carrot. in dicto titu. de ſingul. ſucceſſ.
nu. 16. & dictio non ibi poſita eſt ſuperflua
patet per Doct. Alex. ibi per eam allegatam,
& an proprietarius extincto vſufructu tenea
tur ſtare Colono vſufructuarij dic quod non:
quia eſt reſolutum ius vſufructuarij Cœ-
phal. in conſi. 19. nu. 20. volum. 2. per tex. in l.
ſi quis donum §. hic ſubiungi ff. locati.

25 ET an creditor miſſus in poſſeſſionem ex
primo decreto teneatur ſtare Colono cõ
munis eſt quod ſic vt per Iaſo. in l. diuortio
nu. 24. Michael Graſſ. in quæſt. 3. cap. 19. libro
primo in 2. volũm. commu. opin. folio 144.
& an ſuccedens ex ſecundo decreto tenea-
tur ſtare Colono Bart. in l. in venditione §. 1.
ff. de bon. auto. iud. poſſi. dicit quod ſic idem
dicit Bald. in cap. quoniam frequenter §. vlti-
mo extra vt lite non conteſt. dicit Iaſo. in d. l.
diuortio ff. ſolut. matrimo. nu. 35. & idem ſi
ex ſententia Carrot. in tract. locati in titu. de
bono. auto. iud. poſſ. & in d. titul. de ſing. ſuc-
ceſſ. nu. 13. col. 1. commu. dicit limitatur tan-
tum niſi locatio ſit facta in fraudem idẽ Bal.
in d. cap. quoniam frequenter §. fin. Iaſo. in d.
l. diuortio nu. 35. ff. ſolut. matrimo. limitatur
ſecundo vt non procedat quando inter po-
nitur ſecundum decretum virtute alicuius
contractus quia tunc dicitur voluntarius ſuc
ceſſor inſpecta origine, & non tenetur ſtare
Colono ita in terminis dicit Cœphal. in cõſi.
254. & ſequ. volum. 2. vbi in d. conſil. ſequen.
dicit quòd debetur laudemium ex Tiraqu. in
tract. retract. in gloſſ. 14. nu. 13. nam hodie in
noſtra Ciuit. & in Mag. Cur. etiam ſeruatur
quòd pro tali alienatione ſoluitur ius tapeni,
& contrarijs, & maximè Iaſ. in d. l. diuortio re
ſpondet Cœph. in dictis conſilijs.

26 SED an vxor teneatur ſtare contractui
per maritum facto ſoluto matrimonio vi
de Docto. in d. l. ſi filiusfamil. §. ſi vir in quin-
quennium ff. ſolut. matrim. & quod non te-
neatur ſtare dictæ locationi eſt cõmunis opi-
nio quam refert Soarez: in verbo conductor
num. 215. in dicta colum. commu. opin. vide
Michael Graſſ. in 2. colum. com. opin. libro
1. in verbo locatio cap. 14. quæſtio. 1. vbi intel
ligit hoc quando eſſet ad longum tempus lo
catio ſecùs ſi ad modicum tempus fol. 144.
Carrot. in tract. locati in titu. de iure dot. nu.
2. par. 1. fol. 14. vbi etiam de communi teſta-
27 tur, & an locatio de rebus dotalibus ſoluto
matrimonio præiudicet vxori cõmunis eſt
quod non quam refert Villalob: in coll. cõ-
mu. opi. in verbo locatio nu. 135.

28 ITEM quæro an minores à tutela vel cu-
ra liberati teneantur ſtare locationi per tu
torem vel curatorem factæ dic quod ſic quã
do non eſt ad longum tempus refert com-
munem Soarez: in ſua coll. commu. opinio.
in verbo minores nu. 181. Michael Graſſ. in
29 dicto capit. 14. q. 1. folio 144. nouiſſime tenet
Vincen. Carrot. in tract. locati par. 1. in tit. de
tut. & cur. longum autem tempus in hac cõ-
ſuetudine eſt vltra quinquennium quicquid
ſit de iure communi vt infra dicam, & cum
ſupradicta diſtinctione filius tenetur ſtare lo
cationi rei aduentitiæ per patrem factæ com
mu. dicit Carrot. in d. trac. locati part. 1. in tit.
de patria poteſtate.

30 RVRSVS circa hanc materiam cõcur-
rendo dico an primogenitus in feudis te-
neatur ſtare Colono dic quod non ſi eſt ad
longum tempus eſt communis opinio quã
refert Soarez: in ſua coll. commu. opinio. in
31 verbo maior natu nume. 11. Sed an ſucceſſor
principum teneatur ſtare contractui facto
per prædeceſſorem ſuum dic quod ſic ita idẽ
in dicta coll. commun. opin. in verbo contra-
32 ctus nu. 308. & an ſucceſſor epiſcopi vel Ret
toris Eccleſiæ teneatur ſtare Colono Socc.
in conſi. 32. vol. primo dicit quod ſic, Rolan.
in conſi. 49. nu. 8. volum. 2. Ortil. ſuper deciſ.
Affli. nu. 4. in fin. & quid in affictatione vide
Marcum in deciſio. 102. Sed Duen. in regul.
240. ampliat 3. dicit quod non procedit quã
do Prælatus locat nomine proprio ad pro-
priam vtilitatem, & refert communem, &
quod non ſit ad longum tempus Soc. in d. cõ
ſil. 32. & in eo. nume. 33. dicam vide Michael
Graſſ. in quæſt. 2. cap. 14. libro in 2. vol. com.
opin. folio 241. vide Villalob. nu. 130. & 137.

in

in verbo locatio in primo volum. commun.
33 opin. fol. 131. & Abba. in c. quærelam in fin. extra ne Prælat. vices ſuas Couarruui. in libr. variatur. reſol. cap. 15. libr. 2. & Vincent. Carrott. in d. tracta. loca. in titu. de reb. eccleſ. nō alien. par. 5. fol. 19. & Orſill. ſuper deciſio. ad Afili. 128. nu. 8. & adnerras quod locatio bonorum Epiſcopatus, & Eccleſiarum nō poſſunt fieri vltra triennium prout in extrauag. ambitioſè Pauli ſecundi diſponitur extra de reb. eccleſ. non alien. niſi conſuetudo Eccleſiæ eſſet in contrarium, & ſic vltra d. epiſc. locand. Orſill. ſuper deciſio. Afflic. 101. nu. 5. &
34 an ſucceſſor in præbenda teneatur ſtare Colono vide Anchara. in conſil. 16. Carrot. in d. tit. de reb. eccleſ. non. alie. nu. 3. vbi com. dicit non poſſe præbendarium vel ſimplicem beneficiarum locare vltra tempus vitæ ſuæ. & an eccleſia vel monaſterium teneatur ſtare Colono vide Carrot. in d. tract. locat parte 2. in titu. de ſingul. ſucceſſ. & an fiſci particula-
35 ris ſucceſſor teneatur ſtare Colono etiam ſi ad modicum tempus conduxit dic quod ſic Curt. Sen. in conſi. 10. nu. 1. eſt communis relata per Soarez: in dicto verbo conductor nu. 212. & an idem fiſcus teneatur ſtare Colono vide text. in l. fin. in fine ff. de iur. fiſci; & quòd non teneatur etiam quod ſit neceſſarius ſucceſſor dicit Cœphal. in conſi. 255. nu. 47. volum. 2. per l. ſi fundus in prin. iuncta gloſa magna ff. locati ex Iaſone in dicta l. diuortio nume. 36. ff. ſolut. matrim. non obſtat dicta per Duen. in d. regul. 240. in 8. limita. quoniam iura, & doctrinæ per eum allegatæ loquuntur de ſingulari ſucceſſore ipſius fiſci, & non de ipſo fiſco vt patet, & eodem modo intelligitur communis opinio alleg. per Carrotium in tract. locati in tit. de ſing. ſcac. nume. 15. pater per Soarez: & Curt. Senio. & Alexan. ibi per eum alleg. cum Doct. debeat intelligi ſecundum leges, & authoritates quas allegat Bartol. in l. non ſolum §. deliberationis verba de liber. leg. Hyppo. in Pract. crim. §. diligenter num. 125. Et an redimens virtute pacti de retrouēdendo teneatur ſtare Colono dicit quod ſic Laur. Chirco. in concluſ. 41. in litera C. Cent. 5. in 2. volum. comu. opinio: folio 79. vbi refert commune Roland. in conſi. 42. nume. 3. in 2. volum. vide de hijs Micha. Graſſ. in cap. 13. & 14. libro primo in 2. volum. commu. opinio: fol. 141. & ſeq.

36 ET an legatarius teneatur ſtare Colono dic quod non l. qui ſundum, & ibi gloſſ. & l. ſi merces §. primo ff. locati Vincen. Carrot. in d. tract. locati, & conducti part. 2. in tit. de ſingul. ſucceſſ. & intellige tamen prædicta niſi eſſet confectum inſtrumentum cū Hyppotheca omnium bonorum vt ſupra dixi, & limita alijs modis relatis per Duen. in regul. 55. incipit legatarius volum. 2. Fallit etiam quando in caſibus huiuſce conſuetudinis eſſet renunciatum vt ſupra dixi in Conſu. ſeq. dicam, & de iſta materia an quando ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare Colono vide latè not. per d. Vincent. Carrot. in dicto tract. locati in titu. de ſingu. ſucceſſ. part. 2. fol. nu. 46. & Duen. in d. regul. 240. incip. emptor. libro primo.

NOTA tertio quod de neceſſitate domus ſi dominus vult pro ſe, & vſu ſuo
37 ſtabitur iuramento ipſius, & ſic iſta neceſſitas iuramento probatur nam iuramentum eſt ſpecies probationis vt dicit Hyppo. de Marſ. in rub. de prob. num. 120. Docto. in rubr. & in cap. quoniam contra de probat. & latè de hac materia de hijs quæ iuramēto probentur dixi ſupra in Conſuetu. vnica tit 7. &
38 licet probatio per iuramentum non dicatur legitima prout eſt communis opinio relata per Soarez: in verbo iureiurando, & Alex. in conſil. 119. nu. 9. volum. 2. tamen quia per ſtatutum iſtud ammittitur dicitur vera probatio per tex. in cap. fin. quod metus cauſa l. ſi quando C. vnde vi, & an contra tale iuramētum admittitur probatio in contrarium dixi in d. Conſue. vni. tit. 3.

39 SED ſcias quod talis neceſſitas debet ſuperuenire poſt contractum ita quod tempore locationis non immineat nec d. tempore locationis cogitari poſſit ſecundum gloſſ. d. l. ædem C. locati vbi Angel. & Bald. nu. 74. Port. in d. concluſi. 33. Fall. 3. libro primo. Gabriel in d. concluſi. 3. in tit. locati Vincentius Carrot. in d. tract. locati par. 2. in titu. de recuſatio. num. 3. folio 63. vbi etiam limitat alijs modis vt dixi ſupra eo. nu. 10. vide Gabriel. in tit. locat. concluſio. 3. lib. 3. & in iſta materia
40 locationis, & conductionis quæro an frater vel ſocius poſſit cogere fratrem vt locet domum communem idoneo, & ſuam partem dic quod ſic Villalob: in verbo frater nu. 166. dixi ſupra in Conſuet. vnic. tit. 24.

NOTA quarto ex hac conſuetudine quod cōductio ad longum tempus dicitur quando eſt vltra quinquennium de iure
41 autem longum tempus dicitur tempus decē annorum l. 1. §. quod autem, & ibi Bart. ff. de ſuperficiebus cum ſimil. Paul. de Caſt. in l. fi. ff. de rebus eccleſ. non alien. Bal. Pau. & Imo. in l. filiusfam. ff. ſolut. matrimo. Bal. in l. iubemus C. de ſacroſanc. eccleſ. Roland. in conſi.
42 9. nume. 16. volum. 3. hinc eſt quod ſi eſt facta ad ſeptem annos de iure non dicitur ad longum tempus dicit Alex. in conſi. 4. nu. 6. vol. 5.

43 vol.5.& quod locatio ad decem annos dica-
tur ad longum tempus refert communem
opinionem Socc.in Conſ.204.Soarez in ver
bo conductor nu.197.Idem quando condu-
ctio ſit ad nouē annos & illis finitis ad alios
nouē Aret.in conſ. 55. Soarez in loco ſupra
citato 198.& an ad longum tempus quando
dicatur vide Menoch. in tractat. de arb. iud.
libro 2. Centu. primo caſu 5. & ibi maximè
de locatione rerum Eccleſiæ de qua eſt tex.
45 in d. extrauag. ambitioſè vbi longum tem-
pus dicitur vltra triennium vt ſupra dixi ſed
46 an locatio ad vitam dicitur ad longum tem-
pus dic quod ſic ita dicit Alex.in conſ.119.in
3.volum.nu.1.& in conſi.165.vol.2. Ang.in
§.at ſi ita inſtit.de verb.oblig.in finalibus ver
47 bis Dec.in conſi.204 nam quilibet præſumi
tur viuere vſq; ad centum annos vt ipſæ dicit
idē dicit Iaſ.in l.fin.C.de ſacroſ.eccl.& refert
communē opinionē Soarez: i ſua coll.com.
opi.in verbo vita humana nu. 66. & quid ſit
ad longū tēpus refert cōmunē idē Soarez:in
loco prædicto in verbo conductio nu. 198.

48 SED an locatio ad vitam dicatur perpetua
vide Plot. in concluſ.21.libro 4. & Gabr.
in tit.de locat.in concluſ.2.libro 3.qui refert
duas opiniones contrarias doctorū, & adeo
locatio ad decem annos dicitur ad longū tē
49 pus qđ ſi emphiteota locaret rē emphyteoti
cā ad dictū tēpus debetur directo Dom. Lau
50 demiū,& ſi ſine cōſenſu domini locat in cō-
miſſum cadit Alex.in d.conſ.vlt.in 3.vol.Iaſ.
in l.fi.C.de iu.emph.per illū tex.Clar.in § em
phyteoſis q.13.& in q.19.vbi dicit aliter ſi eſ-
ſet conſuetudo contraria intellige tū ſi ſim-
51 pliciter locet ſecus ſi cū clauſula ſaluo,& re-
ſeruato cōſenſu dicūtur,& nō aliter nec alio
modo Clarus in §.emphyteoſis q.13.verſ. &
quæro, & quid ſi alienaret in partē an cadat
in totū,& an quando proprio nomine veluti
emphyteota alienat vide Natt.ī cōſ.179. nu.
4.& in conſ.48.Clarū in d.§.emph.q.13.ī fine.

52 ET quid ſi locatio de quinquēnio in quin-
quenniū fuerit facta an procedat text.no
ſter dic quod ſic nā dicitur nō ad modicū tē
pus facta ſicut ſupra dixi ex mēte Soarez: in
d.verbo conductio nu. 193. vnde deberetur
53 domino Laudemiū qn̄ res emphyteotica ita
locaretur ſecundū Alex.in cōſ.165.nu.2.vol.
2.Iaſo. in l.manumiſſiones nu.8.ff.de iuſt.&
iur.& d.Iaſo.in conſi.94 nu.2. volum.1. vide
Bald.in l.voluntas C.de fideicom.

ET iſtud quod in tex.noſtro dr̄ ibi niſi loca
tio ſit,&c. Et ſic quod cōductio qn̄ eſt fa
cta vltra quinquenniū nō poteſt expelli con
ductor quia tūc ad longū tempus dr̄ prout
in ea. & eſt etiā de iure communi quādo lo-
catur ad longum tempus dicit Soarez:in ſua
coll.com.opin. in verbo conductor nu. 202.
vbi com.teſtatur. Nota quinto ex iſto tex.qđ
54 Inquilinus,& cōductor non poteſt à recōdu
cta expelli in caſu vēditiōis vel pignorationis
quando conductor eſt paratus facere ſimilē
contractum, & hoc eſt exorbitans a iure cō-
muni nā eſt cōtra tex.in l. inuitum C. de con
trah.emp. Cum ibi notat: ſed an hoc ſtatutū
extendatur ad emphytheoſim dicunt aliqui
quod nō quia eſt exorbitans a iure cōmuni
ergo non extenditur arg.l. ſi cū dotē in prin-
cipio,& l.ſi vero §.de viro ff. ſolu.matr cum
ſimili alij vero dicunt quod prouiſio de vno
caſu extenditur ad aliū ſimilem ita dicit Bal.
in l.Gallus §.& quid ſi tātū ff.de lib. & poſth.
& in emphyteoſi, militat maior ratio quā in
pignore in quo nulla eſt dominij tranſlatio
& in emphytheoſi transfertur vtile dominiū
vt in l.1.& 2.C.de iur.emphyt.

55 SED an in correctorijs fiat extēſio etiā ex
maioritate rationis vide Iaſ.in auth. quas
actiones C.de ſacroſ.eccl. Lud. Rom.in cōſi.
22.vide Rip.in l nemo poteſt nu.49.& ſequ.
ff.de leg.1.& pro reſolutione huius quæſtio-
nis vide ea quæ in Præludijs quæſt. 4. dixi, &
ea quæ ſupra ea notaui.

ET iſtud quod dicitur quod conductor ſi
eſt promptus facere ſimilem cōtractū in
caſu pignoris vel venditionis vt nō expella-
tur procedit ſi talis pignoratio vel vēditio fit
durante tempore conductionis ſecus ſi eſſet
finitū nā tunc dominus poſſet locare cui vo-
56 luerit,& non poſſet antiquus cōductor dice
re ego volo facere ſimilē contractū in loca-
tione d.l.in vitū C.de contrah.empt.l. nec vi
57 C.locati Affl.in deciſ.238.nu.4.Sed nō proce
dit in prædijs publicis quia antiquus Colo-
nus afferens contractū de nouo nō pōt ex-
pelli.l.congruit C.de locat.præd.ciuil. lib.11.
& tangit Iaſo. in l.fin.C.de iur. emphy.Bocr.
deciſ.107.Plot.in concluſio.12.in 2. ampliat
lib.primo Afflict.in deciſ.238.nu.3. Alex.in
58 conſ 80.nu.18.volu.1. & quando conductio
fit à publico non datur differentia inter mo-
dicum,& longum tempus propter cōſtitutū
ius in re l.peti §.quid autem & ibi glo.& Bar
tol.ff.de ſuperfic.& illa lex. Congruit conti-
net caſum ſpecialem ſecundum Alex.in l.ſi-
milis,& Titio ff.de verb. oblig. de qua tamē
quæſtione vide regulam cum ſec. limit. poſi
tam per Duen. in regula 85. libro 2. Incipit
locare.

59 SED quæro quid ſi dominus locat, vni &
deinde alteri an poſſit auferri, & quis

præfetatur Iaſon. in l. quoties C. de rei vend. nu. 32. dicit quod primus præfertur licet poſſeſſionem habuerit ſecundus, & probat multis modis vide additt. ad Iaſo. in d. l. quot res nu. 32. dicam in q. proxima ſeq.

QVAERO vlterius an iſtud quod in noſtra conſuetudine dicitur quod conductor offerens facere ſimilem contractum quod audiri debet, & non pōt appellare à re conducta procedat in rebus emphyteoticis eccleſiæ vel aliàs conceſſis ad 29. annos fini-
60 ta dicta emphyteuſi tempore vel per generationem dic quod ſic eſt cōmunis opinio vide Dec. in conſi. 328. & eſt magis cōmunis opinio quam refert Plot. in concluſ. 12. limit. 3. libr. 1. hanc quæſt. ampliat, & limitat multis modis Gabriel in concluſi. 1. in titu. de emphyt. lib. 3. Clarus in §. emphyteoſis q. 43. vbi refert communem opinionem, & petitio renouationis fit intra annum vt per Clarum ibi maximè quando adeſt pactū expræſſum infra vigintinouem annos ad renouandum vt dicit Dec. in conſi. 328. & conſi. 329.

QVAERO adhuc circa iſtam materiā
61 locationis duo ſcholares conducunt vnam domum vnus recedit alter remanens ſolus an teneatur iſtæ qui remanſit ad totam penſionem an vero pro rata dic quod pro rata ſua tenetur ita Imol. in l. ſi duo fratres ff. de acquiren. hæred. per gloſſam quam dicit notabilem in l. Sabinus ff. com. diuid. text. in l. ſi quis putant vbi Cyn. eod. titu. com. diuid. vide remiſſiuè Alexan. in l. ſerui electione §. Labeo nu. 11. ff. de leg. primo niſi ſint obligati inſolidum.

62 QVAERO an hæc conſuetudo procedat, & habeat locū in Colono dic quod non nam hæc conſuetudo de Inquilino loquitur non de Colono nam Colonus non venit appellatione Inquilini: ita Bal. in l. ædē C. locati Berth. in verbo Inquilinis in repert.

SED aliud poſſet dici cum rubrica noſtra loquatur etiam de Colonis cum dicit ruſticorum prædiorum: nam Colonus dicitur
63 qui ruſtica prædia ſub annua mercede conducit l. prima §. ſi quis ſeruum ff de poſit. niſi dicas quod licet, verbum in rubrica poſitum ruſticorum prædiorum non refertur ad has Conſuetudines ſed ad alea tantum quæ poſſunt eſſe ruſtica vt dicit Azo: in rubr. de ſerui. præd. & ruſt. nume. 3. & ad Conſuetu. vnicam infra titulo. 34 & cum tituli intermedij
64 ſint pertinentes ad eandem materiam continuatio fieri poteſt etiam à remotis nā tunc non dicitur etiam à remotis facta vt notant Doctor. in rubr. ff. de leg. primo, & maximè Iaſon. & Crauetta quia in text. fit mentio de domo tantum.

SED an hoc ſtatutum procedat in locatione nauis vide Tiraqu. de retract. ligna. §. 1. glo. 7. nu. 89.

65 QVAERO etiam in iſtis caſibus in quibus eſt licitum domino domus conductores expellere an ceſſantibus dictis caſibus poſſit conductor pro complendo toto tempore conductionis iterum recuperare dictā domum dic quod ſic per gloſſ. in l. ſi duo §. cum Inquilinus ff. vti poſſid. & ibi Bartol. & refert, & ſequitur Romanus in ſingul. 232. facit c. cum ceſſante de appell. l. quamuis §. adigere ff. iur. patron. nam ceſſante cauſa ceſſat effectus Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa
66 nume. 100. & nota quod quando de iure locator expellit conductorem dominus ad intereſſe tenetur l. ſi merces §. qui fundum ff. locat. vide quæ dicit Roland. in d. conſ. 6. vol. 1. quòd non crederem ſtāte promiſſione noſtræ Conſuetudinis vt aliquid vltra ius operetur.

67 ET in gabella prædiorum per Conſuetu. No. Ciuitatis Meſſanæ cap. 32. in duobus caſibus tantum licet domino auferre videlicet pro dote, & venditione niſi expreſsè fit renunciatum dictæ conſuetudini, & ibi dicitur per Panhormitanam Conſuetudinē cap. 55. ſub rub. de reb. in dotem datis. Idē quod in dicta Conſuetudine Meſſanæ dicitur.

TITVLVS XXX.

Quomodo conductor poteſt rem conductā renunciare.

CONSVETVDO PRIMA.

CONDVCTORI etiam permiſſo quod in caſibus ſimilibus ſcilicet ſi domum emerit in dotem acceperit aut fortè de Ciuitate migrauerit vel in pignore cœperit (dum modo iuret quod non fiet in fraudem locatoris) ipſam poſſit renunciare domino infra tempus locationis prædictæ, & ſi latenter, & ſine mandato domini ab ea diſceſſerit vel alijs domino ignaro loca-

locauerit ipſam integram penſionem totius anni ſoluere teneatur. Idem ſimiliter de apotheeis locatis ad annuam penſionem alicuius miniſterij. Si vero conductor ab eo infra tempus locationis diſcedere voluerit, & aliæ perſonæ æquæ idoneæ ad eumdem vſum locare eligent: pro reſiduo tempore locationis data optimo domino eligendi pagatorem vel vtrumque pro reſiduo tempore locationis eiuſdem ipſæ locator neceſſario eidem locationi conſentire cogatur: Ita quod nouus Inquilinus locatorem in dominum cognoſcat: vel ſi nolit dominus conſentire ab Inquilino recipiat prædicti temporis ſoluam ratam domo vel apotheca domino remanſura.

SVMMAE.

1 *Conductor domus quando poteſt eam renunciare.*
2 *Correlatiuorum idem ius ampliat nu. 3. & 4.*
5 *Actori non licet quando reo non licet.*
6 *Appellare ſi non poteſt reus nec etiam actor.*
7 *Verba præſentis temporis rem perfectam ſignificant.*
8 *Conductor an poſſit rem conductam tempore peſtis remittere.*
9 *Inquilinus quando poſſit a reconducta diſcedere.*
10 *Expensè neceſſarie an debeant fieri per locatorem in re conducta.*
11 *Conductor poteſt, expenſas neceſſarias in reconducta facere, & vide nu. 12. & 13.*
14 *Conductor pro expenſis poteſt retinere rem conductam nec expelli poteſt.*
15 *Conductor ſi per pactum tenetur reparare ſuis expẽſis conductam intelligitur de prima vicè.*
16 *Conductor poteſt rem conductam alteri relocare, & quomodo intelligitur nu. 17.*
18 *Conductor deſerens rem conductam tenetur ſoluere præſentem, & futuram penſionem.*
19 *Bona inuenta, & illata in reconducta ſunt locatori hyppothecata ampl nu. 20.*
21 *Bona Conductoris an ſint locatori hyppothecata.*
22 *Conducens rem propriam quaſi alienam an ammittat dominium.*
23 *Poſſeſſio ex conductione rei propria an ammittatur.*
24 *Locator præferatur ſecundo conductori.*
25 *Locator poteſt expellere conductorem ob penſionẽ non ſolutam.*
26 *Pignus propria authoritate capere an poteſt locator.*
27 *Conducta primus an præferatur, & conductori.*
28 *Pactum inter conductorem, & locatorem ſeruari debet.*
29 *Damnũ in re conducta an teneatur ſoluere cõductor.*
30 *Incendium in re conducta exiſtens an culpa conductoris venire dicatur, & nu 34.*
31 *Conductor finita locatione tenetur reſtituere rem conductam.*
32 *Conductori ſpoliato an competat inter dictum vnde vi.*
33 *Locatori competit interdictum ſpolij contra Colonum vel Inquilinum non reſtituentem poſſeſſionem rei conductæ.*
35 *Cõductor regulariter nõ tenetur de caſibus fortuitis.*

CONDVCTORI &c. diuiditur ĩ ſex partes iſtæ tex. in prima ponit vnum dictũ in ſecunda illud modificat in tertia ponit aliud dictũ contrarium in quarta ampliat. text. noſtrum ad apothecas in 5. ponit aliud dictum in 6. & vltima dictum modificat 2. Ibi dũmodo iuret 3. Ibi, & ſi latẽtur 4. ibi & ſimiliter 6. & vltima ibi ita quod nou⁹.

SVmmatur hoc modo qđ locatori ſupra ꝑ conſuetudinẽ proximam præcedentẽ cõceditur, & conductori quaſi datur iureiurando interueniente de nõ fraude: ſecus qñ doloſè conductor procedit, & procedunt hæc etiam in apothecis, & conductor alteri locãdo eſt in poteſtate domini primũ vel ſecundum conductorem in pagatorem eligere vel eos expellere ſoluta rata temporis mercede idem per Conſuet. Syracuſanam c. 1. in rubr. de locat. domi. & apotheca. diſponitur.

PEr Conſue. Meſſanæ c. 33. in medio diſponitur quod ſi conductor ante finitũ tempus conductionis ad propriã domũ migrare voluerit ad habitandũ ſeu ad alias partes domiciliũ mutare voluerit dũmodo tranſacti temporis ſoluat loherium vltra non tenetur.

1 NOta primo ex iſto tex. quod ſi cõductor domus vel apotecę aliã domũ emerit in dotẽ acceperit aut fortè de ciuitate migrauerit vel in pignore habuerit ſi iurat quod non facit in fraudem locatoris poteſt dictam domum vel apothecam dicto locatori renuntiare, & ſic iſtud quod diſponitur ſupra in ꝓxima præcedente conſuetudine an locatore diſponitur per hunc textum in conductore, & poteſtas data locatori quaſi, & cõductori
2 cõceditur, & ratio poteſt eſſe quia in correla-

tiuis idē ius diſponitut regulariter l.fin.C.de
indict. vidui. Hyppo.in l.ſ. quis viduam ff.de
3 quæſt. vbi latè dicit quod procedit etiam in
pœnalibus Soarez: in ſua Coll.commu. opi.
in verbo correlatiuorum nu. 322. & etiam
4 in ſtatutis correctorijs refert communem
opinionem Villalob: in verbo ſtatutum nu.
100.modo quo dicit Euerard. in ſua centu-
ria in loco à correlatiuis itē in iudicijs æqua
litas eſt ſeruanda l.fin.C.de fruct.& lit.expēſ.
corroboratur, & alia ratione nam de iure
5 non licet actori quod reo non licer,& econ
tra ita dictat regula non licet actori de regu.
6 iur. in 6 hinc eſt quod ſi reo non licet in ali-
qua cauſa appellare non poteſt etiam appel
lare actor ita Hyppo.in ſingul.389.volum.2.
& iſta verba in text. poſita ſcilicet emerit in
dotem acceperit vel de Ciuitate migraue-
rit ſunt præteriti temporis; & rem perfectā
7 ſignificāt l.1.§ fin.ff. quod quiſq; iuris in aliū
ſtatu.Dec.in conſi.82.in 5.colum verſicu.3.
8 principaliter ſed an conductor poſſit rē con
ductam dimittere propter peſtem ſoluta pē
ſione temporis in qua habitauerit dic quod
ſic nec tenetur pro tempore quo propter pe
ſtem non potuit habitare Calder.in conſi.5.
Socc.in conſil.44.primo volum. refert com-
munem opinionem Michael Graſſ.in quæſt.
5.cap.14 libro 1.in 2.volum.commu. opin.
9 folio 145.& quomodo, & quando Inquili-
nus poteſt etiam à locatione recedere quan
do dominus tempore conuento poſſeſſionē
ei domus non tradiderit niſi dicto tempore
aliam domum æquè idoneam ab habitandū
& ſublocandum tradiderit item ex iuſta cau
ſa Inquilinus à locationis contractu diſcede
re pōt.& propter pacta à locatore nō ſeruata
Gabriel, in conſi.75.nume. 231. item poteſt
conductor à locationis & conductionis con
tractu diſcedere propter iuſtum periculum
vtputa dæmonum prout in aliquibus domi
bus aduenire ſcriptum inuenitur, per l.habi-
tatores §.vltimo ff.loca. Couarr. in lib.varia.
reſolutio.cap.6. lib.4. regulariter tamen In-
quilino non licet abſque ſolutione penſio-
nis à contractu prædicto diſcedere dicit Ro-
man.in conſi.432.Rip in tract. de peſt.par.2.
10 nu.18. Sed quæro an expensè neceſſariæ de-
beant fieri per locatorem in re conducta, &
ſi à conductore fiant an debeant cum loerio
compenſari,vide text.in l. Colonus vbi Bart.
12 in primo notab.ff locati. vbi quod cōductor
poteſt expenſas neceſſarias facere, vide Bart.
Cœpoll.in tract.de ſeruit.in titu. de ſeruit.c.
59.& ad quas expenſas conductor tenetur vi
de Alexan.in l.diuortio §. impedita ff. ſolut.
matrimon.& Iaſo.in l.1.colum.6. & 7. C.de
iur.emphyt.vide Barto.in l. ædiles in 3.no.ff.
13 de via pub. Vincent Carrot.in tract.loca.par.
2.in titu.de refect.rei locat.& in tit. de expen
14 ſis ſol.76. & conductor pro expenſis in re cō
ducta factis poteſt retinere rem ipſam cōdu
ctam nec poteſt expelli propter penſionem
non ſolutam: ita Menoch. in tractat. recup.
poſſ.in xv.remedio num.20. & dixi ſupra in
Conſuetu. proxima, & quid ſi adeſt pactum
15 quòd conductor teneatur de ſuo reparare,
& expenſas facere dic quòd pacto ſtandum
eſt l.1.§.ait prætor.de pact.ff.legem c.loca.&
tali caſu de prima reparatione tantum intel-
ligitur ita dicit Tiraquell. In l. boues §. hoc
ſermone nume.100.Alexan. in conſi.16.nu.
8.in 4.volum.& conductor molendini tene-
tur ad refectionem vegetis vel clutæ: idem
Alexan.in conſi.189.volum. 2.& quomodo
teneatur conductor molendini ad refectio-
nem vide plures caſus conſideratos per Vin
centium Carrott.in d.tract.locati par.2.in ti-
tu.de refect.rei locate, & in d.tit. de expenſis
nu.10.ſol.77.

16 NOTA ſecundo quod conductor po-
teſt rem cōductam alteri relocare.& de
hoc eſt text in l nemo C.loc.& ibi gloſſa Ga
briel in conſi.75.nume.1.& ex forma huius
Conſuetu. debet locare perſonæ æquæ ido-
neæ,& hoc etiam eſt de iure communi: Ita
Afflict.in deciſio. 401. nume. 7. & ibi Orſill.
17 & debet locari ad eūdem effectum, & vſum
18 & quando Inquilinus deſerit habitationem
tenetur ſoluere præteritam,& futuram pen-
ſionem Aret.in l.diuortio nu.6.verſi. præte-
reà ſpeciale eſt ff.ſolut.matrimo.allegat legē
in lege §.ſi fundus ff. locati, & ibi gloſſ. vide
Duen.in regul.85.in vlt.limitat. volum.2.&
Vincent.Carrot.in tractat. locati par.1.nu.2.
ſub titu.de iure ſublocandi,& an hoc eſt etiā
conformis iuri communi hæc noſtra con-
ſuetudo.

IN TEX. Ibi Integram penſionem nota
quod cōductor locans alteri domum vel
apothecam tenetur ad penſionem totius an-
ni, & de iure pro tali penſione omnia inuet-
19 ta,& illata in re conducta ſunt tacitè hyppo-
thecata locatori eſt text. in l. item quia ff. de
pact.& ibi Docto.l.item quæritur §. qui im-
pleto ff.locati quod procedit etiam in fundo
domino ſciente l.certi iuris C.locati itē:pro-
20 cedit etiam in bonis minorum refert com-
munem opinionem Soarez: in ſua Collect.
commun. opin.in verbo conductor nu.217.
& Ioſeph: Ludouico in deciſ.75.vol.2. & di-
cam infra in Conſuet.vnic.tit.ſeq.

21 SED quæro an de iure bona ſecundi con
ductoris ſint hyppothecata pro ſumma
qua conduxit primus dic quod non ſed pro
ſua

ſua tantum ratam domus locate. & non pro
tota re text. eſt in l.ſolutum §. ſolutam ff. de
pign. plenè Neguſ. in tract.de pigno. in quar-
to membro ſecundæ partis nu. 136. & Meno
ch.de arbitra.iud.caſu 441.Cent.v. Maſcard.
de proba.in concluſi.210.lib.1.

22 QVAERO an cōducens rē propriā ſcien
ter quaſi non propriam amittat domi-
nium rei ſuæ dic quod non dicit communē
Alexā. in l. ſi aliquam ff.de acquir.poſſ.& ibi
Ripa nu. 16. & 18. communem etiam dicit
Alex.in conſi.136.volum.primo Matth.iure
conſ. in verbo locatio primo volum. com.
23 opin.fol.326. Sed an amittat poſſeſſionē dic
quod ſic Ripa in d.l.ſi aliquam nu. 19. & ac-
quiritur poſſeſſio locatori ſecundum Ripā
ibidem nu.22.vbi communem dicit:ſecus ſi
ignoranter ſecundum Cagnol. in l. nec pi-
gnus nume.8.ff.de regul. iur. vbi dicit etiam
communionem Vincent.Carrot.in tract .lo-
cat.prima par.in titu.de conduc rei prop.fo-
lio 22. niſi totam domum locaſſet notat, &
an locatio morte cōductoris an vero trāſeat
ad hæredes dic quod trāſit ad hæredes Azo
in ſumma C. eod. titu: locati in fine l.ſed, &
ædes ex conducto ff.locati vide Boer. in con-
ſil.13.nu.3.Marcium in decisio.627.par.1.li-
mitat.tamen 8.modis Vincen.Carrott.in di-
cto tract.locati par.2.in tit.de hæredi.inſti.

NOTO quarto quod licet primus con-
ductor poſſit domum conductam alte-
ri locare æquæ idoneæ perſonæ vt per hanc
24 Conſuetu.& per d.l.nemo prohibetur C.lo-
cati tamen in tali locatione dominus præfer
tur nolendo conſentire vt dicit text. in fine
idem eſt de iure communi Ludou. Roman.
in l.prima ff.ſolut. matrim. faciunt quæ dicit
Roman.in conſi.22.Barto. in l.prima in fine
ff.de priuil.cred.& in l. ſi mihi, & Titio ff. de
verbor.obligat. Imo plus nam dominus po-
25 teſt conductorem expellere ad modicū tem
pus propria authoritate propter penſionem
non ſolutam refert communem Villalob:
in verbo Inquilinus nume. 43. ſecundū Ale-
xan.in conſi.131.in quarto volum. de quo ta
men vide quæ dixi ſupra in Conſuetu. proxi
26 ma nume. 4. vbi formam ſeu Practicam ex-
pellendi conductorem à Prædio locato re-
miſſiuè ſcripſi,ex alen.conſi.131.volum.4.&
Burſatus cōſi.23. volum.1. & poteſt propria
authoritate pignus capere, & infra eod. titu.
Conſuetud.3.quod procedit etiam in Cleri-
co: Ita Folle.in Pract.Crimina.Canon.in ver
bo ſacrilegium nu. 27. & intellige vt ibi per
eum, & iudex laicus cogit clericum pro do-
mus penſione 14.ibidem nu.28.

27 SED quæro an primus conductor præfe-
ratur alteri conductori dic quod non re-
gulariter imo dominus poteſt locare rē ſuā
cuilibet inuito conductore nec primus im-
pedit ſecundum l. nec cui C. locati vbi Bald.
Angel. & Salyc. limitatur tamen ſex modis
per Duen.in regul.85.volum.2. incipit loca-
tor dixi ſupra in Conſuetu.proxima vide etiā
Vincen.Carrett.in dicto tract. locati par.1.in
titu de iure perſonarum vbi latè. Sed quid ſi
renunciatur per locatorem, & conductorē
cauſis in his conſuetudinibus contentis an
habeat locum hæc conſuetudo dic quod nō
nam quilibet poteſt renunciare fauori pro-
prio l.ſi quis in conſcribendo C. de pactis cū
28 ibi notat: nam pactum inter conductorem,
& locatorem ſeruandum eſt vide l.legem &
l.circa C.locat.Boet.in conſi.13.nu.11. & an
conductor vel locator poſſideat vel condu-
ctor detineat vide Caſſ.ſuper Conſuet.Burg.
rubr.11.§.6.in verbo leſegneur verſi.aduerte
folio 361.& dixi ſupra eod.titu. Conſuetud.
proxima & dicam infra eo nume.32.& quid
29 ſi in re conducta damnum vel ignis ſucceſſe
rit; & quando conductor tenetur vide latè
per Franc. Turz: in opin 185.in 1.vol. com.
opinio.folio 45.vide Duen.in regu.18. vol.2.
vbi loquitur de incendiario culpa cuius incē
30 dium ſucceſſit an teneatur, & quod culpa
inhabitantium factum præſumatur refert cō
munem opinionem Ioan. Ficard. in add. ad
Villalob: in Colle.commu. opinio. in dicto
verbo incendium nume. 21. qui allegat Af-
flict.in deciſio.57.latiſſimè examinat hāc ma
teriam Turz.in opinio.185. incipit quæritur
primo volum.commu.opin.folio 45.& me-
lius Ioſeph: Ludou.in deciſio.25.lib.1. & ibi
dicitur quod probare debet locator vt cōdu-
ctor condemnetur,& ſcias quòd incendium
ex culpa leuiſſima præſumitur quando eſt
in committendo ſecus in ommittendo eſt
communis opinio relata per Villalob: in ver
bo incendium nu.20.in ſua Collet.commu.
31 opin. & conductor finita locatione tenetur
reſtituere rem conductam domino in eo ſta
tu in quo eam inuenit tempore conductio-
nis Ioſeph Ludouicus in deciſio. 62. nu. 5. in
32 ſecundo volum. & an conductori ſpoliato
competit interdictum vnde vi, & poſſit ſpo-
lium intentare vide Menoc. de recup. poſſ.
in proximo remedio nume.62.& ſequ. & in
remedio 17. nume. 21. vbi communem di-
cit quod competit officium Iudicis pro detē
tatione magis communem tamen contrariā
dicit Beltram: in conſi.110 volum. 2. quem
refert Dom.Cum.in cap.Ritus 38.nu.359.&
33 domino etiam competit interdictum ſpo-
liatorium contra Inquilinum, & Colonum
non reſtituentem poſſeſſionem, & eam in-
te:

ter vertentem Bal.in 95.177.col.1.vol.3.Menoch. de recup. poſſ. in xj. remedio Cum.in
34 c.40. Ritus in caſu autem ſpolij, & an & qñ conductor teneatur de danno dato in re conducta ab initio vide not. in l. merces verſ.culpæ ff loca. vbi quod ſic vbi Bart. In l. in hijs in princ.ff. ſolut.matr. & regulariter conductor non tenetur de caſibus fortuitis l. in rebus C. eo mod.l. quæ fortius C. de pignor. vet.viui.in opp.59.lib.2.ampliatur & limitatur talis regula multis modis per Vinc. Carrot.in tract.loc.& in tit. de caſibus & periculis: niſi conductor pacto omne periculum in ſe ſuſciperet ex quocunque caſu etiã belli & cuiuſcunque alterius periculi tunc etiam comprehenderetur caſus peſtis & de his conductor teneretur com. dicit Viui. in d. opp. 59.lib.2.& regulariter tamen tenetur de dolo culpa lata & leui Viui. in d. opp.59. com. dicit & eſt Rip.in tract.peſtis in titulo de priuileg. contract. cauſa peſtis vbi late.

CONSVETVDO SECVNDA.

TABERNIS vero & Magaſenijs locatis ad annũ vel menſem infra tempus locationis per conductorem, vel locatorem nec renunciare, licet nec auferri.

SVMMAE.

1 *Taberna, & orrea ad annum vel menſem locate nõ poſſunt auferri nec renunciari.*
2 *Dictio vero denotat diuerſitatem iuris & facti.*
3 *Tabernarius propter ſolutionem non factam vel taberna male vtens an poſſit expelli.*

TABERNIS &c. non diuiditur quia vnico punto clanditur iuxta doctrinam Bald. in l. petens C. de pact. cum ſimilibus.

1 SVMMATVR hoc modo tabernæ & orrea ad annum vel menſem locate non poſſunt renunciari nec auferri.

NOTA quod diuerſum deciditur per hanc conſuetudinem in magaſenijs, & tabernis illius quod in apotecis & domibus in ſuperioribus proximis conſuetudinibus dicitur: nam in aliquibus caſibus neceſſitatis ibi enumeratis domus & apoteca poſſunt per locatorem auferri & per conductorem renuntiari in tabernis & orreis eſt totum contrarium pro quia non poſſunt per locatorem auferri nec per conductorem renuntiari infra tempus locationis etiam pro cauſis in dictis conſuetudinibus contẽtis quod probatur ex hac conſuetudine quæ eſt continuatiua illarum.

2 ITEM etiam per dictionem vero quæ denotat diuerſitatem facti,& iuris vt in auth. de hæred.& Falcid. in princ.l hoc amplius §. de his autem,& ibi Barto. ff. damno infecto
3 Menoch. in conſil.50. nume.17 volu.1.quid autem quando malè vtitur conductor taberna vel magaſenio locato an dominus poſſit conductorem expellere, & an propter penſionem non ſolutam dixi ſupra in conſuetu. præcedenti,& in Conſuetu.vnica titul.29.& de locatione magaſeniorum vide per Vincent. d.tract.loc.par.2. in tit. de magaſenijs.

CONSVETVDO TERTIA.

DE magaſenijs, & domibus locatis ad menſem ſi in principio menſis per quatuor dies tantum conductor illud tenuerit integram penſionem totius menſis teneatur ſoluere locatori, & infra menſem non liceat domino à cõductore rem ipſam conductam auferre: quod ſi infra mẽſem locationis conductor non renunciauerit illud vel illam domum teneatur ad penſionem mẽſis ſequentis ac ſi conduxiſſet eandem.

SVMMAE.

1 *Orreorum relocatio an tacite fiat.*
2 *Relocatio de iure quando fiat.*
3 *Colonus finito tempore canductionis ſi in eo remanet reconduxiſſe dicitur.*
4 *Famuli reconductio an fiat.*
5 *Relocatio fit domino ſciente: ſecus eo ignorante.*
6 *Relocatio fit in prima relocatione, & non in ſecunda.*
7 *Relocatio in prædio vrbano an fiat.*
8 *Relocatio non cenſetur facta quando adeſt contractus inſcriptis.*
9 *Executiuo modo an procedatur in reconductione ſtãte inſtrumento guarantiziato in prima locatione.*
10 *Reconductio dicitur facta cum eiſdem pactis, & prorogatiuis quæ ſunt in prima conductione.*

DE

DE magaſenijs, &c. Diuiditur iſtæ text. in tres partes in prima ponit vnum dictum: in ſecunda aliud in tertia, & vltima aliud ſecũda: ibi infra menſem; tertia ibi quod ſi infra.

SVMMATVR hoc modo conductor orreorum, & domorum ad menſem ſi per quatuor dies in eis habitauerit penſionẽ tocius menſis ſoluere tenetur quam rẽnon licet domino auferre, & non renuntiando relocatio facta cenſetur.

IDEM, & per Conſuetud. Syracuſ. quaſi dicitur in c.t. in prima rub. de locat. dom.

ISTA conſuetudo eſt continuatiua nam ſupra dictum de domibus, & orreis locatis ad annum nunc de eiſdem ad menſem locatis dicit.

NOTA ex hoc text. quod ſi conductor domus, & magazenorum ad menſem locatorum per quatuor dies in eis habitauerit penſionem totius menſis ſoluere tenetur & ratio eſſe poteſt quia ſi ab eis diſcedit non dicitur ſtare per locatorem ergo ei debetur ſalarium totum per ea quæ notantur in l. diẽ functo ff. de offi. aſſeſſo. & iam text. hoc ſenſit dum dicit quod non licet domino infra dictum menſem auferre à conductore, rem ipſam locatam.

1 NOTA ſecundo quod ſi dictus conductor ad menſem infra menſem non renunciauerit dictam domum vel orreum ſed per quattuor dies illam tenuerit cenſetur relocata ad alium menſem, & ſic præſumitur
2 facta relocatio, & hæc conſuetudo eſt conformis iuri communi in eo quod dicitur de prædio ruſtico in l. Item quæritur §. qui impleto ff. locati, & l. qui ad certum, & l. legem, & ibi glo. C. locat. Afflict. in deciſio. 365. Dom. Cumia in cap. 6. Ritus nu. 39. nam dictus §. qui impleto Afflict. & Dom. Cumia vbi ſu-
3 pra dicunt quod ſi Colonus remanet in fundo finito tempore conductionis reconduxiſſe dicitur. Pro eodem prætio; & pro anno idem dicit Soarez: in verbo conductor nu.
4 203. commu. dicit idem in famulo procedit hoc quod de iure dicitur quod cenſeatur facta reconductio: nam ſi conduxi famulũ pro vno anno vel menſe pro certo prætio, & eo finito reconducto per alium annum vel mẽſem nulla facta mentione mercedis intelligitur pro eodem met: ſalario reconductus: Ita Alex. in add. ad Bartol. in l. Item quæritur §. qui impleto ff. locati Soarez: in dicto verbo conductor num. 203. vbi loquitur generaliter tam in famulo quàm in Inquilino idem, & in medico reconducto à communitate vt cenſeatur reconductus ſecundum vltimam locationem ſi per plures annos fuerat conductus Ioſeph: Ludouic. in deciſio. 99. nu. 18. lib. 2. vide Vincen. Carrot. in d. tract. loc. in titut. de renou. locat. & in caſu prædictæ tacitæ reconductionis cenſeatur facta reconductio pro eodem precio, & ſalario, & hoc procedit
5 domino ſciente ſecus autem in ignorante vt dicit Batto. in d. l. item quæritur in princ. Afflict. in d. deciſi. 365. in fine, & procedit in tutore vel officiali Bar. in d. §. qui impleto nu. 9.

6 ITEM procedit hoc ſtatutum, in prima relocata tantum non in ſecũda ita dicit Roland. in conſi. 68. nu. 26. volum. 4. præ-
7 tereà de iure in Prædio Vrbano, & ſic in iſtis aliud eſſet nam prout quiſque habitat: ita obligatur dicta l. item quæritur §. qui impleto in fin. ff. locati. glo. in d. l. legem C. eod. refert communem opinionem Villalob: in ſua coll. commun. opin. In verbo Inquilinus nu. 45. qui dicit quod iſtæ eſt intellectus d. §. qui impleto, & idem eſt de iure C. vide l. legem. & ibi glo. & Doct. c. locati, & licèt Dominus Cum. in d. c. 6. Ritus teneat d. §. qui impleto procedere etiã in Prædio Vrbano quia allegat text. in l. qui ad certum ff. loc. tamen illæ tex. loquitur in Colono, & ſic in Prædio ruſtico, & non in Vrbano, & ideo veritas eſt incontrarium nam procedit in Prædio ruſtico tantum Afflic. deciſio. 365. nu. 9. dicit Caualc. in deci. 44. nu 96. ac ibi plures aliàs limitationes affert, & dicit quod quãdo locatio ẽ ſine tempore intelligitur conducta ad arbitrium locatoris niſi ſit conſuetudo in cõtrarium allegant Alex. in conſil. 167. volum. 8. purpuri conſi. 306. num. 29. volum. 1. & cauſa: in certo caſu eſt conſuetudo in hac Ciuitate. vt dixi ſupra in prohemio nume. 159. vnde cum cõſuetum ſit in noſtra Ciuitate domos, & apothecas ad annum locare & non poſſunt de menſe in menſem, & ſic fructus non perciperentur ſi non intelligerentur ad annum locatè dicendum eſt quod cenſentur reconductæ ad annum, & ita dicit Bar. in d. §. qui impleto nu. 10. ff. de locati, & pro reſolutione huius quæſtionis à reconductio cẽſeatur facta tam a ruſtico quam in Vrbano Prædio duas quod hoc procedit in vtroq; prædio differentia tamẽ eſt in tempore quia prædium Vrbanum cenſetur, relocatum prout conductor habitauitvt ſi per annum per aliũ annum ſi per menſem prędium verò ruſticũ per annum tantum, & ſi prima conductio fuerit maioris temporis d. §. vltimo. vers. ſicu. quòd autem diximus ff. loca. Alex conſi. 28.

in

in fine lib. 5. Ruyn. in conſi. 61. num. 11. lib. 1. Menoch. in tractat. de præſumpt. in præſumpt. 85. nume. 6. lib. 3. idem tenet Ioſeph: Mascard. in tractat. de probatio. in cõcluſio. 990. nume. 25. volum. 2. limitatur tamen in aliquibus caſibus id quòd de Prædio ruſtico dixi, et Menoch. in d. præſump. 85. nume. 8. &
8 ſequent. & prædicta de reconductione non procedunt quando contractus eſt in ſcriptis celebrat' vel locator habitare cœperit d. l. ad certum Paul. de Caſtr. in d. §. qui impleto in princ. licet aliter ſentiant Docto. vide pro cõcord. Afflic. in d. deciſio. 365. nu. 10. & Bar. in d. §. qui impleto nu. 7.

9 SED an poſſit via executiua contra Colonum vel contra Inquilinum procedi pro tempore quo habitauit caſu quo eſt facta tacita reconductio ex forma iuris ſi extabat inſtrumentum guarentigiatum: in primo anno vel menſe Bolognett. in conſil. 30. nu. 34.
10 per multas authoritates dicit quod reconductio cum eiſdem pactis pignoraticijs, & prærogatiuis dicitur facta plura cumulat Masc. de probat. in concluſio. 990. volum. 2. nu. 3. Dom. Cum. cõciuis, & compromotor meus in d. cap. 6. Ritus incipit quicunque igitur num. 94. dicit quod poteſt executiuo modo procedi, & mouetur ratione Parif. conſi. 11. nu. 85. in 1. volum. vbi communem dicit Rebuff. in trac. de lite obligati. Aret. & gl. 1. nu. 91. ſed Afflic. in deciſ. 305. nu. 150. d. Iaſon. in l. certi condictio nu. 21. quem refert Villalob. in ſua coll. commu. opi. in verbo Inquilinus. vbi num. 44. tenet quod non proceditur via executiua ex iſta tacita reconductione communem dicendo Bal. in d. l. lege c. locati. Borga in deciſio. 44. nu. 88. & quod conductor pro reconductione tacita non poſſit carcerari, dicit Carrot. in tract. locati par. 2. in titu. de reno. locat. nume. 20. & de veritate huius quæſtionis conſidera rationes, & doctrinas aductas per compatriotum meum Domi. Cum. in d. cap. 16. Ritus nu. 71. & ſeq. & communis Pariſij per eum allegata eſt in nu. 87. & non eſt in terminis noſtris licet pro eius opinione faciat, & dic quod reconſiliãtur iſtę opiniones contrarię per eundem Rebuff. in o. tract. de lite oblig. in d. arti. 2. & gloſ. 1. nu. 92. quem refert Maſcard. in d. tract. de prob. in concluſi. 990. nu. 9. & opin. Bal. in d. l. legẽ, & Borgn. procedat de iuris rigore in actu prattico contrarium ſeruatur.

TITVLVS XXXI.

De capiendo pignore ab Inquilino ſine licentia Curiæ.

CONSVETVDO VNICA.

AVTHORITATE ſemper præſtita locatori præſentis vigore Conſuetudinis: in omnibus locationibus prædictorum bonorum, quod quoties expedierit ab Inquilino ſuo vel quolibet alio habitante in domo locata donec in ea morabitur ab eo licitè pignus poſſit auferre, de domo prædicta licentia à Curia non petita; ſi verò Inquilinus pignus ab eo auferri non patiatur vel contra dixerit ipſo facto teneatur patricio ad pœnam tareni vnius de qua in pacientia vel contradictione ſtabitur ſacramento locatoris.

SVMMAE.

1 *Locator authoritate propria pignus ab Inquilino capit, & nu. 2.*
3 *Inuecta, & illata in domo locata ſunt pignori obligata.*
4 *Minorum bona pro loerio domus non ſunt pignori obligata.*
5 *Locator in terragijs an præferatur cæteris creditoribus.*
6 *Nemini licet propria authoritate ius dicere.*
7 *Inquilinus pro mercede domus non gaudet dilatione.*
8 *Libri ſcholarium pro mercede domus an expignorari poſſunt.*
9 *Libri doctorum in generali obligatione non veniunt nec eorum veſtimenta.*
10 *Conductor qui non patitur expignorari à locatore punitur pœna tareni vnius.*
11 *Locator an poſſit propria authoritate pignus capere.*
12 *Ingrediens poſſeſſionem virtute pacti de ingrediendo propria authoritate non incidit in pœnam limit. nu. 13.*
14 *Licentia data à Iudice de ingrediendo poſitionem intelligitur non data reſiſtentia.*
15 *Dominus poteſt rem emphyteoticam propria authoritate ingredi intellige nu. 16.*
17 *Iuramento locatoris ſtatur de patientia, et conditione conductoris.*
18 *Minima non conſiderantur.*
19 *Iuramento alicuius quando creditur, & an poſſit deiurans de periurio accuſari.*
20 *Sententia declaratoria in minimis non requiritur.*
21 *Inquilinus, & Colonus an differant remiſſiue.*

AV-

AVTHORITATE ſemper &c. Diuiditur iſtæ text. in tres partes principales: In prima enim ponit dictum dando licentiam locatori capiendi pignus ab Inquilinis propria authoritate: in ſecunda dicit quod quando Inquilinus non paritur ab eo pignus auferri in tertia ponit aliud dictum ſecũda: ibi ſi vero Inquilinus tertia, & vltima ibi de qua potentia.

1 SVmmatur hoc modo locator domorum & orreorum, & apothecarum poteſt propria authoritate ab Inquilinis pignus accipere pro penſione, & contradicentibus datur pena tareni vnius de qua condittione iuramento locatoris ſtatur idem per Conſuetudinem Syracuſarum cap.1. Incipit authoritate ſub ead. rubr. noſtra, & per Conſuetudinẽ Meſſanæ cap.33. In fine dicitur quòd locator domus propenſione ſibi non ſoluta põt res ab Inquilinis auferre, & retinere donec penſio ſibi ſoluatur, & plus eſt per Conſuetudinem Panormitanam cap.34. fol.25. nã poteſt propria authoritate pignus accipere non obſtante condittione vel deſenſione conductoris, & ſacramento domini creditur de quantitate penſionis.

ISTA conſuetudo eſt continuatiua præcedentium conſuetudinum de locatione, & conductione domorum orreorũ apothecarum, & tabernarum loquentiũ nã in ijs dicitur quãdo poſſunt à locatoribus auferri & à conductoribus renuntiari, & quãdo recon ductè cenſentur, & prout in eis: nũc loquitur de executione ſolutionis mercedis dicendo quod in tantum debet penſio ſolui quod domin⁹ authoritate propria ſine Iudicis vel Curiæ licentia poteſt capere pignus à relocata à
2 cõductore, & idẽ eſt de iure cõmuni no. Bar. per illũ tex. in l. eſt ff. ex quib. caſi. pig. vel hyp po. tac. contrahi facit l. vtiq; ff. de dam. infe. & ratio poteſt eſſe in tex. noſtro quia omnia in
3 uecta, & illata in domo locata sũt tacitè obligata pro penſione domus locatori, & pro deteriorratione rei locatè l. Põponius ff. in quib. caſ. pig. vel hyppo. taci. contrahi, notant Doctores in l. ſolurum §. ſolutam ff. de pign. Neguſa. in tract. de pign. in 4. membro 5. partis nu.136. Ioſeph: Ludou. deciſ. 84. & in deciſ.
4 75. vol.2. vbi ampliat etiam in bonis minorũ referendo communem opinionem, cõmunem etiam dicit contra aliam cõmu. Viui. in opi.62. libr.1. & cõmodo procedat dic vt per eum in d. deciſ.75. ſed in prædijs ruſticis hoc pcedit domino ſciente l. ſicuti C. locati. Azo in ſumma C. eo. nu.12. & in hoc facias regulam quòd inuecta, & illata in re Vrbana ſunt tacitè hypothecata propenſione, & deterioratione domus, & in prædio ruſtico domino ſciente eſt cõmunis opinio relata per Viu. in opi.49. Incipit Coloni lib.2. vbi ampliat, & limitat dixi ſup. in Conſuet.2. tit. prox. in 2. no.
5 ſed an locator præferatur creditoribus in terragijs terrarũ dic quod ſic vt in Conſuet. vni. in tit.35. Duen. in d. regul. 127. & an locator præferatur pro penſione cæteris creditorib⁹ vide Vinc. Carrot. in tract. loca par.3. in tit. de inuent. & illa nu. 28. quid in domibus, & in apothecis vel orreis. Idem, & in rebus locatis ad habitandum, & bona conſeruandũ ſecus in domibus quæ tantũ ad habitandũ concedantur Bar. in l. interdum nu. 2. ff. qui pot. in pig. habea. Ioſeph: Ludou. in deciſ.84. nu. 4. in 2. vol. ponit regulam cum duabus limitationibus Duen. in reg. 127. vol.2. vbi limitat ſecundo non procedere in bonis quę de iure expignorari non poſſunt nec tali caſu incedit in pœnam l. ſiquis in tantam C. vnde vi nã quod legitimè fit non meretur pœnam ſecũdum gl. in d. l. vtique in verbo domino ff. de dam. infecto Grachus ad l. Iuliam de adulr.
6 cum ſimilibus licet de iure regulariter nemini liceat ſibi authoritate propria ius dicere l. 1. c. ne quis in ſua cauſ. l. non eſt ſingulis ff. de regul. iur. d. l. ſi quis in tantam c. vndevi l. extat ff. quòd met. cauſa Duen. latè in regula 67. vol.1. vbi remiſſiuè limitat pluribus modis, & multis modis per Affl. in Conſt. Regni pacis cultum de cultu pacis lib.

7 ITEM pro loerio domus nõ poteſt Inquilinus dilatione aliqua gaudere vt per Pragmaticã diſponitur in titulo de dilationibus.

8 SED an procedat hæc cõſuetudo in libris ſcholariũ, & armis militũ dic quod de iure extraordinario nõ fit in eis p gl. in l. nepos proculo ff. de verb ſig. Iaſ. in §. ſi. inſt. de actio. per Duen. in reg. 197. nu.5. & nu.8. vol.2.

9 ITEM in generali obligatione non veniũt libri doctorum, & ſcholarium nec eorum veſtimenta Docto. in l. obligatione generali cum lege ſequenti ff. de pign. Idem Duen. in reg.82. vol.2. tamen ex forma reformationis ſtudij Catinenſis ab Eccellentia Illuſt. Marci Antonij Columna expignorantur pro loerio domus vnde hæc conſuetudo etiã procedit in libris, & allegata Paulo ante in contrariũ non procedunt in loerio domus quod eſt priuilegiatum per hanc conſuetudinem, & per dictam reformationem nam vltima derogẽt prioribus l. pacta nouiſſima C. de pactis.

10 NOTA ſecundo quod ſi cõductor nõ petitur ſibi expiguorari vel dño expignorare volenti contradixerit punitur pena tareni

vnius quæ Sp. Do. Patricio applica ur ratione
in obedientiæ quia hāc legem ſpernit in qua
pœna incurrit ipſo facto vt dicit tex. noſter.

11 SED quæro an conductore reſiſtente vel
contradicente erit licitum locatori ingre
di domum locatam, & propria authoritate
pignus capere tex. noſter non dicit: ſed caſus
omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōmu
nis l. commodiſſimè ff de libe & poſth. cum
ſimil. & d. l. eſt differentia ff. in quib. cau. pig.
vel hyp. tac. contrahit: hoc nō ſentit nec Bar.
in d. l. eſt differētia ibi ergo ad alia iura recur-
rendum eſt, & dico quòd non erit licitū loca
tori conductore reſiſtente ingredi domū lo-
catam, & pignus accipere per ea quæ ſtatim
12 dicā nam de iure ingredienti poſſeſſionē ali-
cui⁹ prædii ſtāte pacto de ingrediēdo propria
authoritate licet īgredi p text. in l. creditores
C. de pigno nec ſpoliatus tali caſu de iure re
ſtituit poſſeſſionē vt dicit Cœpoll. in conſil.
60. Dec. in conſi. 191. nu. 5. & alij Menoc. re-
lati in tract. de recup. poſſ in primo remedio
13 nu. 261. quæſt. 22. tamen d. l. creditores cōclu
dit Menoc vt non procedat quando per vim
ingreſſus fuiſſet, & ſic poſſeſſore de facto re-
luctante: nam tunc non poſſit ingredi ēt di-
cto exiſtente pacto vt dicit Bar. in d. l. credito-
rem nu. 18. Tiraq. in tract. de conſt. 1. part. nu.
37. refert cōmunem opinionē Menoch. in d.
14 q. 22. nu. 262. nam, & iudex ſi dat licentiā ali-
cui intrādi poſſeſſionē alterius intelligitur ſi
non habet reſiſtentiā eſt communis opinio:
quā refert Villalob: in col. com. opi. in verbo
judex nu. 100. in 1. volu. com. opin. fol. 120. ex
Iaſ. in l. iuſtè poſſider nu. 13 ff. de acq. poſſ. Itē
15 de iure eſt communis opinio quod dominus
poteſt propria authoritate ingredi rem em-
phyteoticam ſi eſt finita tēpore vel dolo aut
culpa emphyteotæ vt refert Clarus in §. em-
16 phyteoſi q. 11. & q. 44. & ſi emphyteota facto
reſiſtit proprietario ingredi non poteſt ſecus
quando verbo tantum vt dicit Clarus in d. q.
11. propè finē, & cū diſtinctione d. Dom. Clar.
intellige hanc quæſtionē ſed aliud in Felice
Vrbe Panormi quia per eius Cōſuetudinē ex
preſſè diſponitur vt ſup. ead. in prin. dixi.

17 NOta vltimo quod de condictione, & in
patientia conductoris vt ad pœnam tare
ni vnius puniatur ſtatur iuramēto locatoris
pignus authoritate propria capere volētis, &
ſic in iſto caſu iuramentū locatoris facit ple-
nam probationē l. fin. C. vnde vi, qui de iure
eſt ſpecies probationis vt dicit Hyppo. in ru-
br. de prob. nu. 120. vbi magis cōmunem di-
cit non eſſe probationē quod intellige vt ibi
per eum de qua q. vide latè per Ioſeph: Maſc.
in tract. prob. in quæſt. 9. lib. 1. & ratio poteſt
eſſe in hoc tex. quare ſtatur iuramento partis
quia tractatur de minimo de quo non curat
18 prætor nec minima ſunt in conſideratione vt
dicit Hyppo. multa allegando in l. in rem nu.
9. ff. ad l. Cornel de Sicarnis Alex. in rubr ff.
ſolu. matr. nu. 3. eſt communis opinio quàm
refert Soarez: in verbo minimis num. 160. &
de materia iſta an, & quando credatur iura-
19 mento alicuius per ſtatutum, & quid iuris &
an poſſit de periurio accuſari iurans virtute
ſtatuti vide Bal. in l. 1. C. de reb. cred. & iniur.
vide etiam Ang. in l ſequ. C. vnde vi latè per
Plott. in tract. de in litem iur & infra in Con-
ſue. ſeq. dicam: & an requiratur ſententia de-
claratoria pro iſta pœna tareni vnius iuxta ea
quæ dicit Tiraqu. in l. ſi vnquàm C. de reuoc.
dona. in gl. in verbo reuertantur, & alij quos
non curo hic referre quos citabo in Conſue.
1. infr. in tit. 74 & quia tractatur de minimis
dic quod non requiritur ſententia nec decla
20 ratoria per ea quæ ſupra dixi, & quis dicatur
Inquilinus quis Colonus, quis cenſitus quis à
ſcriptitius vide latè per Caſſa. ſuper Conſue.
Burgē. rub. 9. in verbo des maius mortes nu.
11. & 12. & ibi nu. 14. vide quæ differētia inter
21 Colonum, & Inquilinum fol. 300. & aduerte
quòd conſuetudo noſtra dicit quoties id ex-
pedierit vnde Tucius erit ſemper adire Iudi-
cem pro tali ex pignoratione cum cautela
qui ſtatim licentiam tribuet vt poſſit ſeruare
videmus no. Doct. in d. l. creditores, & paſſim
ſeruatur.

TITVLVS XXXI.

Quando liceat patrono ſeruitore licentiare.

CONSVETVDO VNICA.

LICEAT patronis licentiare
ſeruitorem cōductum ad an-
num vel menſem cauſa legi-
tima interueniente: de qua ſtabitur iu
ramēto patroni ſatisfacto in omnib⁹
ſeruitio pro rata tēporis quo ſeruiuit.

§ *SVMMAE.* §

1 *Patronus licet ſeruitores licentiare ex cauſa.*
2 *Promiſſio qualibet etiam iurata intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
3 *Communis vſus loquendi attenditur etiam in ſtatutis, & facit ius in odioſis nu. 4.*
5 *Patronus de iure multis modis capitur.*
6 *Ius patronatus ex conſtitutione eccleſiæ cōſequitur,*
7 *Iuramento alterius in multis caſibus ſtatur remiſſiuè.*

8 *Impe-*

8 *Impedimentum iuramento probatur.*
9 *Pupillus non doli capax an iurare poſſit.*
10 *Infans non poteſt verba proferre.*
11 *Statutum quòd credatur iuramento alicuius an procedat in fauorem forenſis.*
12 *Statutum qui credatur iuramento alicuius an procedat Iudice conſentiente.*
13 *Statutum vt credatur iuramento alicuius an procedat in muliere.*
14 *Famulus à domino licentiatur ſoluta mercede pro rata temporis.*
15 *Famulo ſimpliciter conducto an debeatur ſalarium.*
16 *Famuli reconductio an fiat.*
17 *Famulus an petat ſalarium pro rata temporis.*
18 *Famulus expulſus à domino an poteſt cogi iterum ad ſeruiendum.*
19 *Famulus infra quantum tempus debet petere ſalarium.*
20 *Famuli conductor an poſſit alteri delegari.*
21 *Famulus, & ancilla an ſint idonei teſtes.*
22 *Dominus an poſſit eſſe iudex in cauſa famuli.*
23 *Famulo ſi dictum eſt à domino ad aures non reuertaris &c. an teneatur dominus.*
24 *Dominus an teneatur ex delicto famuli.*
25 *Famuli clericorum & ſtudentium an gaudeant priuilegio domini, & nu. 28.*
26 *De familia qui dicantur etiam.*
27 *Epiſcoporum famuli an gaudeant priuilegio epiſcoporum.*

LICEAT &c. Diuiditur iſta tex. in tres partes: In prima ponit vnum dictum: In ſecunda aliud in tertia, & vltima ponit vnam deciſionem declaratiuam primi dicti ſecunda: Ibi de qua ſtabitur, tertia: Ibi ſatisfacto.

SVmmatur hoc modo dominis licet ſeruitores conductos ad tempus infra tempus licentiare cauſa legitima ſubſiſtente de qua ſtabitur patroni iuramento ſoluta prius mercede temporis quo ſeruiuit.

NOTA primo ex iſta Conſuet. quod pa
1 tronis licet ſeruitores ad tempus condu
ctos infra tempus conductionis licētiare cauſa legitima ſubſiſtente: Idē diſponitur per cōſuet. Panor. c. 69. Incipie: vt quorundam ſub rub. de ſerui. & merced. de iure autem an, & quando famulus licentiatur à domino vide Bal. in l. 1. C. de epiſc. & cler. & text. noſter dicit cauſa legitima ſubſiſtente: nam ratio poteſt eſſe, quia ea quę de nouo emergūt de nouo indigent auxilio l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrogato. actio. & ibi Bartol. & Doct. in cap. paſtoralis de exceptio. & in l. planè ff. vt in poſſ. legat. nam quælibet promiſſio etiam iuratá intelligitur rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente: Ita dicit text. capit. cum iter de renunciat. & in capit. clericus eod. titu. l. fin. qui ſatiſdar. cogant. & multa ſimilia cumulando dicit Hyppo. de Marſil. in repet. rubricæ de fideiuſſoribus nu. 151. & ſequen. & in text. noſtro in verbo patronis, & in verbo ſeruitores ſtant
3 poſita ſecundum communem vſum loquen
di vulgatum qui attendi debet etiam in ſtatutis nam facit ius ita dicit text. in l. librorum §. quod tamen caſſius ff. de leg. 2. l. Labeo ff. de ſupp. lega. cap. ex literis de ſponſa. Alexan. in conſil. 124. in fine volum. 4. ſic veſter in §. ſed hoc iure num. 7. inſtitut. de Attil. tutore, &
4 etiam in odioſis referr communem opinio
nem Soarez: In ſua collecta commu. opin. in verbo vſus nu. 108. latè de hac materia dicit Tiraquell. in tract. retrac. Lignag. §. primo gloſ. 1. nume. 5. Becc. in conſil. primo nu. 30. volum. 2. Rolandus in conſil. 7. nu. 9. volum.
5 3. nam de iure patronus capitur multis mo
dis aliquando enim capitur pro domino manumittente ſeruos, ex qua manumiſſione conſequitur ius patronatus de quo loquitur totus titulus ff. de iure patronatus aliquando pro aduocata de quo loquitur Titulus de aduoc. diuerſo. Iud. & maximè l. aduocati eo. titul. C.

ALIQVANDO etiā capitur pro præ
ſentante beneficia quia ex fundatione
6 dotatione vel conſtitutione eccleſię quis ius
patronatus conſequitur, & patronus vocatur de quo loquitur titulus de iure patro. extrà de qua materia latè per Lambertum in trac. de iur. patrona. dicitur vbi in anno 1580. dixi in text. noſtro vero capitur pro dominis famulorum.

NOTA ſecundo quod de cauſa legitima ſtatur iuramēto domini ſicut ī alijs multis conſuetudinibus iuramento illius ſtatur, & ratio alia aſſignari poteſt quia tractatur de modico præiudicio vt aliàs dixi cum aliū patronum famulus inuenire poteſt, & ſalariū pro rata habere vt dicit tex. vt ſtatim dicam: nam etiam de iure in multis alijs caſibus cre
7 ditur iuramento alicuius vt dicit Caſſan. ſu
per Conſuetudinibus Burgen. in rubr. prima §. quinto in verbo des Iuſtices verſiculo ſeu quid ſi aliquis folio 60. vbi ponit triginta quinque caſus vt per Hyppo. in rubr. de proba. nu. 119. & ſeq.

8 SED an impedimentum iuramento pro
betur eſt communis quod ſic quam refert Duen. in regul. 23. volum. ſecundo qui allegat dictæ deciſion. 32. in antiquis Feder. de Senilis in conſil. 109. & ibi limitat de qua

quæſtione vide tamen Menoch. in tractat. de
9 lud libro 2. Centu. 2. caſu 148. Sed an de iure
pupillus nō doli capax poſſit iurare dic quod
non quia iuramentum debet habere Comi-
tes de quibus in capitulo: & ſi Chriſtus de iu
re iuran. extra, & in auth. de nupt. per glo. &
inter eos Comes eſt diſcretio quæ in tali pu-
pillo non cadit, & multo minus infans quia
verba requiruntur in § ſed neque in auth. de
10 mand. prin. Sed infans non poteſt verba pro-
ferre ff. de verb. oblig. l. 1. ergo. Secus in pupil
lo doli capace quia admittitur iurare volens
l. pro iuraſſe ff. de iur. iurand. & tutor pupilli
admittitur iurare volens pro pupillo etiam
in litem vide per Iacob. de Sanct. Georgi. in
tractat. feudo. in verbo qui quidem inueſtiti
colum. ſexta.

11 SED an hoc ſtatutum loquens quod cre-
datur iuramento alicuius puta creditoris
procedat in fauorem forenſis dic quod non
eſt communis opinio relata per Viui. in ſua
coll. commu. opin. in opinio. 214. vol. 2. Inci-
pit ſtatutum qui allegat Pariſ. in conſ. 12. nu.
26. volum. 3. & in conſi. 550. nu. 8. & imo in-
12 telligitur tale ſtatutum Iudice conſentiente:
Hyppo. in ſingu. 458. Plot. in tract. de in lit.
iurand. in §. 50. nu. 71. & an tale ſtatutū quod
credatur iuramento alicuius procedat in
13 muliere vide eundem Plotum in d. trācta. §.
52. nu. 18. Socc. Iun. in conſi. 1. nu. 102. Corn.
in conſi. 14. nu. 6. Incipit in præſenti vol. 2. &
an admittatur probatio in contrarium Ang.
in l. qui reſtituere ff. de rei vend. dicit quod
ſic Iaſo. vero in §. ſed iſtæ quidem nu. 95. in-
ſtit. de actio. dicit quod in re maximè præiu-
dicij admittitur probatio in contrariū ſecus
ſi cauſa non ſit minus præiudicialis iuxta gl.
in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem in verbo relin-
quatur de reſcript. in 6. Paul. de Caſtr. in l. de
pupillo §. qui opus ff. de nou. oper. nunc ſe-
quitur Ioſeph: Maſcard. de probatio. in con-
cluſ. 94. nu. 12. vol. 1.

NOTA tertio quod datur licentia per
14 hanc Conſuetu. patronis famulos licen
tiare ſatisfacto ſeruitio pro rata tēporis quā-
tum famulus ſeruiuit quod videtur eſſe con-
tra ius commune nam de iure communi lo-
cans operas ſuas per aliquod tempus debet
habere ſalarium totius temporis l. qui ope-
ras ff. locat. & ibi Doct. & l. diem functo ff. de
offic. aſſeſſo. nam dignus eſt operarius merce
de ſua dicitur in Sacro Euangelio niſi dica-
mus quod ſatis per eum quaſi ſtat rē ex cau-
ſa mittitur pro vt ſupra dixi nam text. noſter
dicit cauſa legitima interueniente vide in ſe-
quen. Conſuet.

SED quæro quid ſi famulus non erat con
ductus cum ſalario ſed ſimpliciter, & pa-
tronus infra tempus cum licentiauit an te-
neatur ſibi dare ſalariū pro rata temporis in
quo ſeruiuit Barto. in l. id ueſtimentum ff. de
pecul. tenet quod ſic Alex. in l. ſi cum dotē
§. ſin autem in ſæuiſſimo ff. ſolut. matri. & in
l. in hijs §. ſi mus cod. titul. de iure dicas quod
non nam conductus ſimpliciter non debet
habere ſalarium ſed tantum victum, & veſti-
mentum vt dicit Flori. in l. ſed ſi quid §. man
cipiorum ff. de vſufruct. Alexan. in l. in rebus
§ poſſunt ff. eo. mod. Natta in conſil. 376. nu.
4. cum diſtinctione, de qua per Natta. in di-
cto conſilio.

16 QVAERO etiam ſi famulus ſit condu-
ctus ad certum tempus ſub certo ſala-
rio ſi finito tempore reconducatur nulla fa-
cta mentione ſalarij an intelligatur recondu
ctus ſub eodem ſalario quo conductus fuit
dic quod ſic ita Alex. in add. ad Bar. in l. Item
quæritur §. qui impleto ff. locat. nam ſi recō-
ducitur nulla facta ſalarij mentione de ſolito
intelligitur l. & cauſam in fine de iure dot.
Alex. in d. §. qui impleto: Soarez: in ſua coll.
commu. opinio. in verbo conductor nu. 203.
vbi refert communem opinionem dixi ſu-
pra in Conſue. 3. tit. 30.

ITEM quæro quid ſi famulus eſt condu-
ctus ad annum cum pacto quod in fine an
ni habeat ſalarium an poſſit illud habere pro
rata temporis de iure eſt quod non ſed ſibi
imputetur vt dicit Bald. in l. ſecunda C. locat.
aliud ſtante noſtra Cōſuetudine in caſu ſuo.

18 SED an dominus expellens famulum in-
fra tempus qui erat conductus ad annum
puta aut ſi pœnitet poſſit eum cogere vt ſer-
uiat pro tempore quo erat conductus dic
quod ſic re tamen integra: Ita dicit in addict.
ad Bened. de plum. in verbo ſtatu liber ff. ad
Trebell. §. fin quem allegat Condam Sp. Do
minus de Guillo olim præceptor meus.

19 VLTERIVS quæro infra quantum tē
pus famulus debet petere ſalarium à pa
trono dic quod in Hiſpania de iure Regis in
fra triennium Cor. in conſi. 69. & 528. volu. 1.
Duen. in regul. 306. Incipit famulo vbi limi
tat duodecim modis volum. 1. & per Capitu
lum Regni Regis Ferdinand. 61. ſeruicia per
ſonalia ab artificibus infra quinquenniū pe-
tuntur viuo debitore, & mortuo infra annū
cui adaptari poterunt limitationes Duen. in
d. reg. 306.

20 ET an conductor famuli poſſit illum al-
teri

teri delegare ad ſeruiendum dic quod ſic regulariter eſt tex.in l.opere in terum in fin. ff. de oper.libert.& in l.homines, & in l. vxoris in §.Serapium ff.de vſufru.&.legat.vide nouiſſimè Vincent. Carrot in tract.locati par. 1.in titul. delegatio. quam concluſionem ponit Duen.in regul.304.volum. 1. vbi limitat tribus modis,&an famuli poſſant pro dominis teſtificari vide Hyppo.in ſingu.5.l. idonei de teſt.Pariſ.in conſi.67.nu.85.volum.3.& an fa
21 mulus, & ancilla ſint idonei teſtes tempore peſtis vide eundem Pariſ.in conſil.32. nu.51. volum.2.Duen in regul. 216. incipit teſtium nu.9. volum. 2. vbi facit regulam quod non niſi aliter veritas haberi non poſſit, & ponit regulam cum multis limitationibus Gabr.in tit.de teſti.in concluſ.x.lib.1.fol.66.

22 SED an dominus poſſit eſſe iudex in cauſa famuli vel familiaris dic quod non regulariter Bald.in cap. eam quæ de off. deleg. ponit regulam cum octo Fallen. Duen. in
23 regul.32.volum.2. & ſi dominus dicat famulo non reuertaris ad domum niſi aliquid de te ſentiam ſi famulus occiderit aliquem dic quòd tenetur dominus de homicidio quando dominus prius aliquam iniuriam habuit. ab inimico occiſo: Bartol.& alij Doctor.in l. ſi quis mihi bona §.pro ſero nu 2. per illum tex.ff.de acquir.hered Alex.in conſi.127.nu. 4.& conſi.128.nu.5 volum.4.refert communem opinionem in addict ad Angel.de maleſi. Aug iſt. In verbo , & Sempronium mandatorem nu.24.Clar.in §.fin.in quæſtio. 89.verſi.ſed hic incidenter,& verſic.ſeq.vide Duen.in reg.302.1.vol.vbi ampliat:369,modis,& limitat: ſex remiſſiuè.

24 ET an dominus teneatur ex delicto famuli in prob.v de Duen.in regu.303.volum. 1.vbi dicit quod ſic,& deinde limitat tu vide Clar.in §.fin.quæſtio.86.verſic.hinc infertur vbi dicit idem quando notoriè ſceleſtos famulos in domo retinet aliàs non tenetur :
25 Item famuli clericorum, & ſtudentium gaudent priuilegio ipſorum Doctor.in auth.habitaC.ne filius pro patre l.1.& 2.C de epiſco.
26 & cleric. & qui propriè de familia dicuntur vide Felynum in cap.inſinuante de offic.deleg. vide de his Duen. in regula 305. primo volum. Sed quo ad famulos clericorum in contrarium eſt communis opinio videlicet vt non gaudeant d. priuilegio quam refert Capicc.deciſio.12.Clar. in §. fin. quæſtio.35. verſicu. quæro nunc quid : Michael Graſſ in quæſtio.7.cap.x. libro 2. in ſecundo volum. commun. opinio: folio 180.Siue ſint perpetui ſiue temporales licet ſecus in famulis epi
27 ſcoporum quia gaudēt eius priuilegio Clar. & Capicc. in dictis locis dicunt communem dicit Soarez : in ſua coll. commu. opinio: in verbo epiſcopi nume.156.& famulis officialium Sanctiſſimæ Inquiſitionis per nouam reformationem Suæ Catholicæ Maieſtatis gaudent priuilegio dominorum, & hodie in
28 famulis ſtudentium ſeruatur in noſtra Ciuitate quod gaudeant priuilegio ſtudentium , & remittitur domino Rettori ſtudij prout pluries deciſum extitit In Cur.Capitaniali in anno decimæ Indict 1582.& 83. famuli vero familiarium Sancti Officij non gaudent priuilegio dominorum per d.nouam reformationem de Locumtenentibus Officialium d. Sancti Officij gaudent vxor pater fratres filij ſimul habitando prout in ea .

TITVLVS XXXIII.

Quod perſona conducta infra tempus locationis non recedat à ſeruitijs locatoris .

CONSVETVDO VNICA.

ET ſi fortè perſona conducta infra tempus locationis à ſeruicijs locatoris ab eo licentia non obtenta receſſerit teneatur reſtituere patrono quicquid pro ſolidis receperit ab eodem: exceptis calceamentis, & vidanda . Si vero patronus ipſæ infra tēpus locationis licentiauerit: liceat ſibi licētiare ſolutis ſibi primitus ſolidis pro eo tempore quo ſeruiuit vt ſupra proxima conſuetudine declaratur.

SVMMAE.

1 *Famulus diſcedens à ſeruicijs domini infra tempus locationis venia non petita quid reſtituat.*
2 *Famulus à domino diſcedens venia non petita præſumitur furaſſe res domini ammiſſas .*
3 *Fuga contra fugientem quando indicium faciat ad torturam, & quando ſufficiat ad condennationē .*
4 *Famulus non tenetur furti ſi tantum de bonis patronis recipit quantum debet habere.*
5 *Fideiuſſor famuli an teneatur de furto ab eo facto.*
6 *Famulus diſcedens à ſeruicijs domini venia petita non ammittit ſolidum ſed petit ſalarium pro rata temporis .*
7 *Licentia à quo debet probari.*
8 *Banniri quis non poteſt ex cauſa deſcendenti ex delicto ciuili.*

9 *Famulus*

9 *Famulus recedens à ſeruicijs domini pro infirmitate an ammittat ſalarium, & an debet habere medicinas.*
10 *Pena corporalis & pecuniaria non habet locum non dato dolo & culpa.*
11 *Famulus an tranſmittat ſalarium ad hæredes.*
12 *Legens aduocatus & officialis an tranſmittant ſalarium ad hæredes.*
13 *Filius familias an ſine conſenſu patris poſſit operas ſuas locare.*
14 *Neceſſitatis tempore multa permittuntur quæ alias non permitterentur.*
15 *Conſenſus illius qui debet requiri tempore neceſſitatis non requiritur.*
16 *Filius familias an poſſit ſe obligare pro docēda arte.*

ET ſi forte diuiditur iſte tex. in quatuor partes: in Prima ponit vnum dictum: in Secunda illud limitat: in Tertia ponit aliud dictum: in Quarta ſe remittit: Secunda ibi exceptis: Tertia ibi ſi vero: Quarta & vltima ibi vt ſupra.

SVMMATVR hoc modo famulus diſcedens à ſeruicijs domini in licentiatus ſolidum reſtituit ſecus ſi licentiatus & eſt ſimilis conſuetudo in Ciuitate Siracuſarum cap. 9. incipie. & ſi forte ſub rubrica quod perſona conducta infra tempus &c.

1 NOTA ex iſto tex. quod famulus diſce
dens à ſeruicijs domini infra tempus
conductionis venia non petita quicquid à do
mino recepit reſtituit exceptis calciamentis
& vidanda & per conſuet. Panormitanam
cap. 69. in verbo & ſi forte idem diſponitur
imo plus quia calceamenta & vidanda non
exceptuantur & in licētia probatur iuramen
to patroni per quaſdam additiones antiquas
hic quærunt an iſta conſuetudo ſit cōformis
iuri communi & ſe remittunt ad ea quæ di
cit Bald. in l. ædem C. locati & Alex. in l. ſi
2 vno §. cum quidam ff. locati & famulus à
domino diſcedens ſine venia ſed fugiens vl
tra reſtitutionem ſolidi vt dicit conſuetudo
noſtra præſumitur furaſſe res domini ammiſ
ſas ita Hyppo. de Marſ. in ſingul. 497. refert
communem opinionem. Viuius in oppin.
120. vol. 1. in 7. Fallen. Clar. in §. fin. q. 66. in
princ. Soarez. in ſua collet. com. opin. in ver
bo fuga famuli. nu. 376. & ſequen. ponit re
gulam Duen. in verbo famulus regula 307.
vol. 1. vbi limitat quinq; modis & an & qn
3 fuga contra fugientes a carceribus vel alibi
faciat indicium ad torturam & quando ſuf
ficiat ad condennationem vide Viui. in d. op
pin. 120. & Clarum in dicta q. 66. Villalob. in
ſua colle. com. opin. in verbo abſens nu. 40.
& ſeq. vbi limitantur communes opiniones
vide eundem Duen. in regu. incipit fuga lib.
2. & Ioſeph Maſcard. in tract. de probat. in
concluſ. 820. incipit fuga lib. 2. ſed famulus
4 non tenetur furti ſi dum ſibi ſalarium non
ſoluitur adhibita diligētia ſubtrahit tantum
de bonis patroni quātum ſibi ſatisfiat gram.
in 95. 50. nu. 4. in crimina. Marſ. ſing. 177.
& Afflict. deciſ. 140 etiam eſt communis re
lata per Didacum Couarruuiam varia reſol.
lib. 1. cap. 2. num. 15. Soarez. in ſua coll. com.
opin. in verbo furtum nu. 3. q. 9. poteſt tamē
puniri pœna extraordinaria Alex. in conſ.
135. vol. 3. Viuius in opp. 135. incipit furtum
p. 2. Catrot. in tratt. locati in tit. de tempore
penſ. nu. 13. p. 2. fol. 31. vide Clar. in §. furtum
in verſ. excuſatur qui dicit idem creditori li
cere furari debitori ſi debitum ſoluit ſoluere
& dicit Gram. in d. conſi. 50.

SED quæro an caſu quo famulus aufugie
rit poſſit condennari pro rebus in domo
amiſſis prout ſupra dictum eſt teneatur, &
5 fideiuſſit quod famulus non delinquet, &
communis opinio eſt quod non tenetur niſi
fideiubet de ſoluenda omni condemnatio
ne Felyn. in cap. cum Bertoldus colum. x de
re iud. verſic. limita ſecundo quem refert, &
ſequitur Boſſius in ſua praxi. criminali in tit.
de carcerato. fideiuſſo. nu. 58. in fine.

6 NOTA ſecundo quod quando famulus
licentia petita à domino diſcedit infra
tempus locationis non reſtituit ſolidū quod
accepit imo debet habere ſalarium pro rata
temporis quo ſeruiuit.

SED quæro ſi famulus diſcedit quis debet
7 probare licentiam datam an ipſæ an do
minus qualiter in licentiatus diſceſſit Bald. in
conſi. 79. volum. 2. dicit quod illæ qui allegat
licentiam fuiſſe datam probare debet, & ſic
famulus nam ſine licentia dicitur diſcedere,
dum de ea non conſtat vide tamen Crauet
tam in conſil. primo nu. 10. volum. primo, &
Ioſeph Maſcard. de probatio. in concluſ. 982.
in verbo licentiam volu. 2. in text. noſtro di
cit probari per dominum cum ſit eius inten
tionis l. ei qui dicit de probatio. Cum ſimil.
eſt illa qualitas à noſtro ſtatuto poſita vt reſti
tuatur totum ſolidum ergo verificari prius
debet vt dixi ſupra in prohœm. lib. 9. an autē
famulus poſſit à domino accuſari vide Prag
maticam Regni vnicam tit. 30. par. 1. fol. 123.
ſub rubr. de accuſat. non recipie. Item eſt, &
8 alia Pragmatica per quam diſponitur quod
quis banniri non poteſt pro re deſcendente
ex cauſa ciuili, & an procedat ſi interuenit
dolus vide latè per Plotum in tract. de in lit.
iurand.

9 iurand. §. 6. vlterius quæro quid ſi famulus re
cedit à ſeruitijs pro infirmitate an ammittat
ſalarium an vero debet habere medicinas,
& alimenta vide tex. in l. cum hæres §. Titius
ff. de ſtatu. liber. vide Alex. in l. ſi cum dotem
§ ſin autem modo ff. ſolut. matrimo. Cagno.
in repet. l. diem functo nu. 245. ff. de offic. aſ-
ſeſſor. & dicam infra eod. in præſenti quæſt.
In fine dic tu quod non ammittit ſalarium
temporis quo ſeruiuit nam non ſtat per eũ
quo minus ſeruit Ang. in l, qui operas ff. loca
ti nec receſſit à ſeruitijs culpa ſua ergo con-
ſuetudo noſtra non procedit in famulo infir
10 mo cum reſtitutio data ſit pro pœna quæ ne
que corporalis neque pecuniaria habet lo-
cum niſi dato dolo vt in l. 1. Hyppo. in con-
ſil. 25. nu. 6. Clar. in §. fin. quæſtio. 84 in princ.
ſunt, & Doctor. per eos allegati, & tali caſu
non interuenit dolus neque culpa famuli er
go ſalarium non reſtituit ſed nec debet habe
re ſalarium pro tempore quo eſt infirmus
eſt communis opinio quam refert Abb. in
cap. 1. de cleric. ægrot. num. 6. Soarez: in ſua
col. commu. opin. In verbo famulus nu. 14.
de quo vide Villalob: in opin. 108. Incipit fa
mulus volum. 2. & Vincent. Carrot. in tract.
locati in titu. de tempo penſio. nu. 9. fol. 31.
dicit communem eſſe de rigore non deberi
11 de æquitate ſic, & ſi moritur ante tempus nõ
tranſmittit ad hæredes cum in Magiſtratibus
& Doctoribus tantum ſit iure cautum Do-
12 ctor enim legem vt aduocatus vel officialis
tranſmittit ſalarium etiam ſi moritur ante tẽ
pus l. diẽ functo ff. de officio. aſſeſſo. & ibi Bo
logne. & eſt communis opinio quàm refert
Villalob: in verbo ſalarium nu. 1. quod cor-
roboratur dum noſtra conſuetudo in ſimili
dicit quod debet habere ſalarium famulus
pro rata temporis quo ſeruiuit ſi ergo non
ſeruit non debet habere cum labor, & ſala-
rium recipiant diuiſionẽ vt in l. Seio in prin.
ff. de annu. legat. cum ſimil. licet diminutio
de iure fiat arbitrio Iudicis prout voluit Bar.
in d. l. Seio Capyc. deciſ. 7. nu. 10. tamen in ca
ſu noſtræ Conſuet. ſit pro rata temp. quo ſer
uiuit: circa reſtitutionem veſtimentorũ de
iure recurrendum eſt ad diſtinctiones poſi-
tas in add. quæ incipit dic quod quædam ve
ſtimenta: In deciſ. Capell. Tholoſ. 336.

13 ET an filiusfamilias ſine conſenſu patris
poſſit operas ſuas locare dic quod ſi eſt
inops, & aliter alimenta habere non poteſt à
patre vel ab eo expellitur quod poteſt cum
14 tempore neceſſitatis, & famis multa permit
tuntur quæ aliàs non permitterentur, & dixi
ſupra ſæpius, & Alex. in rubr. ff. de offic. eius
cui mand. eſt iuriſd. Roland. in conſi. 80. vol.
15 3. vbi dicit quod conſenſus illius qui debet
requiri tempore neceſſitatis non requiritur
eſt tex. in cap. 2. in fin. de obſerua. ieiun. vide
quæ dixi ſupra: in Conſuet. vnica titul. 20. &
16 quid ſi ſe obligat ſine patris conſenſu alicui
cerdoni puta per annos ſeptem pro docen-
do artem an talis obligatio valeat Odoffred.
in l. 1. in §. huius ſtudij ff. de iuſt. & iure dicit
quod non ſed Albert. & Iaſon ibi nu. 17. te-
nent contrarium ſed conſidera ſi hoc poteſt
dicit in filiofam. minore quia repugnat text.
& Capitulum Regni Regis Caroli 78. cart.
149. & an cum tali caſu contractus dicatur vti
lis minori, & valet vide quæ dixi ſupra in Cõ
ſuetu. vnic. tit. 5. nu. 69. & inueni poſtquam
hanc meam ſcripſerim opinionẽ quod Con
dam Spect. de Gullo licet noſtri ſtudij lector
matutinus in ſuo repertorio in verbo filius
idem tenet per eadem media licet ipſæ non
allegauerit Rolan. ſed tantum Gerard. in ſi-
gnu. 100. quia tunc tertium volumen conſil.
Rolan. Impreſſum non erat.

TITVLVS XXXIIII.

Quod ſit licitum Colono ſeu conductori re nunciare ſegetes ſeu Magiſias dominis prædiorum.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD licitum ſit Colono ſeu conductori, terras Burgenſiũ in quibus Magiſias fecerit, ſeu ſegetes ſeminauerit, domino renunciare: dũ modo prædictas Magiſias per totum Menſem Nouembris renunciet, & ſegetes tempore meſſium vicinorum niſi locatio facta fuerit in Gabellam de qua ſtetur conuentionibus indefactis: ſegetes vero ita demum Colonus ſeu conductor renunciare debeat: quod in totum ipſi domino renuncient: nec liceat tantum præcium ſegetum ſeparare, & pro parte renũciare, & pro parte colligere.

SVMMAE.

1 *Coloni poſſunt terras Burgenſium renuntiare dominis, & quomodo.*

2 *Conductor an poſſit à contractu conductionis recedere*

re ab damnum, & nume. 14.
3 *Mercedis remiſſio conductori an fiat propter ſterilitatem.*
4 *Peſtis tempore an fiat remiſſio mercedis.*
5 *Milites ſi damnum dederunt prædijs an fiat remiſſio.*
6 *Mercedis remiſſio quando fiet.*
7 *Remiſſio in quibus caſibus fiat.*
8 *Gabellis quando fiat remiſſio.*
9 *Renunciatio generalis in iſtrumentis locationis, & conductionis facta an noceat conductoribus.*
10 *Mercedis remiſſio an fiat quando eſt renuntiatũ omni legum auxilium.*
11 *Mercedis remiſſio an fiat quando eſt cum iuramento facta renuntiatio.*
12 *Molendinum ſemel reficienti virtute pacti an fiat remiſſio mercedis.*
13 *Mercedis remiſſio non fit quando in anno ſequenti, fructus prædij eſſent augmentati.*
15 *Noualia quæ dicantur.*
16 *Locatio facta ad gabellam non habet renunciationem.*
17 *Commodum qui habet debet habere, & incommodum.*
18 *Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
19 *Iuris accreſcendi materia vbi tractetur remiſſiuè.*
20 *Ius accreſcendi an habeat locum in contractibus.*

QVOD licitum ſit, & certè diuiditur in tres partes iſtæ text. In prima parte ponit vnum dictũ: In ſecunda illud modificat duobus medijs: In tertia, & vltima ponit aliud dictum ſecunda ibi dummodò ſupra, & vltima ibi ſegetes verò.

SVMMATVR hocmodo Coloni terras in quibus noualia vel ſegetes fecerunt dominis terrarum renunciare poſſunt modis prout in text.

1 NOTA quod Coloni poſſunt terras Bur
genſium renuntiare dominis in quibus
Magiſias fecetint ſeu ſegetes ſeminauerint
dummodo noualia per totum Menſem No
uembris renuntient, & ſegetes tempore meſ
ſiuni, & ſi non renunciant in dictis tempori-
bus non poſſunt amplius renuntiare, & caſu
quo renuntiatur terra in dictis temporibus
fit mercedis remiſſio facta renũtiatione pro-
2 ut in text. dicitur de iure autem an condu-
ctor poſſit recedere à contractu ob damnum
vide Duen. in reg. 84. volu. 2. vbi dicit quod
non & limitat duobus modis maximè ſtan-
3 te ſtatuto, & an ſit facienda remiſſio propter
ſterilitatem dic quod ſic Gozad. in conſi. 72.
volum. 2. & Viui. in opin. 63. libr. 2. Villalob:
in verbo Inquilino nu. 38. vbi communẽ re-
4 fert: & an impedito propter peſtem fiat re-
miſſio mercedis dic quod ſic vbi dicit Villa-
lob: nu. 37. & vide ad plenum Rip. in tract. de
peſte in titul. de priuileg. contractuum cauſa
peſtis: Michael Graſſ. in quæſtio. 5. cap. 14. li-
bro in 2. volum. commu. opi. fol. 145. & quid
5 quando a militibus prædia inuaduntur vide
ibi per Villalob: nu. 40. & tunc fit etiam re-
6 miſſio mercedis quando inſigne damnũ da-
tur ſecundum vulgi opinionem gloſ. in l. li-
cet C. locati eſt communis opinio relata per
Turza. in ſua coll. commu. opin. in opin. 107.
in primo volum. commu. opin. fol. 26. Socc.
in conſi. 100. libro primo, & in agris, & terris
tunc fit remiſſio mercedis Colono quando
deducto ſemine atque habita expenſarum
ratione tam paucos colligit fructus quòd
Colonus remanet læſus vltra dimidiam vtſu
pra dixi eſt magis communis opinio relata
per Alex. in conſi. 107. nu. 18. lib. 7. Corneu
in conſi. 28. nu. 36. libro 2. Capic. in deciſ. 88.
nu. 1. refert communem opinionem Soarez
in ſua coll. commu. opin. in verbo conducto
ri nu. 219. & 220. Villalob: in d. verbo Inqui-
lino nu. 38. Idem Graſſ. in quæſt. 4. cap. 14. in
2. volu. commun. opin. fol. 144. & in quibus
caſibus, & quando fiat remiſſio mercedis cõ
ductori vide tex. in l. habitatorem, & ibi Do-
ctor. ff. locat. & infra eo. nu. 14. vide Ioſeph
Maſcard. de probat. In concluſ. 1333. vol. 3. &
8 remiſſio mercedis in gabellis quando fiat
propter bellum vel peſtem vel propter ti-
morem belli Gozadinum in conſi. 74. Anch.
in conſi. 87. Dec. in conſi. 555. & in conſ. 697.
Boer. in deciſio. 249. nu. 4. & quid debeat tali
caſu probari vide Capic. in deciſ. 88. Natta in
conſi. 610. nu. 11.

9 SED quid ſi eſt facta renuntiatio in inſtru
mentis an conductori noceat vide Capic.
in deciſ. 88. Natta in conſ. 610. qui dicit quod
aut conductor habebat ſcientiam belli aut
peſtis, & non fit remiſſio mercedis aut nõ ha
bebat ſcientiam, & fit remiſſio. dicit etiam
Ioſeph: Ludou. in deciſ. 106. nu. 29. vol. 2. vi-
de Rip. in d. tracta. de peſte in d. titu. de priui-
leg. contract. cauſ. peſt. & quando fiat remiſ-
10 ſio, & quando non, & quid quando eſt renũ-
ciatum omni legũ auxilio vide pulchrè Ro-
land. Auall. in conſil. 86. nu. 10. volum. 3. vbi
dicit quod non nec quando ſterilitas venit
11 culpa conductoris, & quid quando eſſet re-
nunciatum cum iuramento quod non fit re-
miſſio vt dicit Eman. in conſil. 149. eſt text. in
l. excepto, & l. legem C. locati. Berih. in d. tra-
cta. gabell. in 3. parte prin. l. ſi quis fundum ff.
locat vide ſupra cœteros Doctores citatos.

12 ET an reficient molendinum ſemel virtu-
te pacti fiat remiſſio mercedis vel com-
penſatio ſi vltra reaptauerit dic quod ſic Ti-
raquell.

ràque.multa dicit in l. boues §. hoc ſermone nu.100.ff.de verb.ſignif.vide quæ dixi ſupra in conſuet.1.tit.30. nu.15.

13 ITEM non fit remiſſio quando in anno ſequenti fructus eſſent augmentati vt dicit Aemil.in d.conſi.149.& d.l. excepto.C.loc. Roland.in tract.de reb.eccleſ.in q 13.ſub rubr.eui.cedd. Auguſtum rei locatæ nu.15.fol. 391.& ibi de hac materia.

14 SED an quando fit remiſſio mercedis cõductori locator poſſit recedere à contractu locationis vide Boſſ.in tit.de remiſſ.merced. nu.43. Duen.in reg.34.lib.2.Iter nõ fit remiſſio mercedis conductori verò improbo Ripa in tract.de peſte in tit.de priuil. contractu cauſ.peſt.nu.34.Vincent.Carro.in tract.loca. & conduct.par.2.nu.18.in tit. de dolo,& culpa,& qñ fiat remiſſio mercedis, & quãdo nõ vide eundem Vincen.in d.tract. locat.& conduct.par.3.in titulo de remiſſ.merced.fol.97.

15 IN TEX. Ibi magiſias quæ noualia dicuntur quaſi quod terra præciſa per annũ ceſſat ſecundum Varr.,& Plin. & Verg. in d. gl.Ibi hæc tamen culpa noualia miles habebit, & græcè dicitur δεμινιαυτος vide tamen Duenn.in regul.115.Incipit nouale volu.2.in hac conſuetudine vocantur ſecundum communem vſum loquendi vulgi licet aliàs de iure vocetur vt docuit innocen.in cap. veniẽ de verb.ſignif.lib.6.ferre in conſ.195.num.2. vol.1.Maſcar.in d.tracta. de probat.concluſi. 1106.in verbo noualia vol.2.

QVAERO quid ſi augetur introitus rei locatæ an dominus tali caſu poſſit peterem maiorem penſionem Hypp.ſing.134.dicit quod non vide tu Menoc.de arb. Iud. lib. l.2.Cent.2.caſu 258.nu.10.

16 NOTO tertio ex iſto tex.quod quando locatio terrarum eſt facta ad gabellã nõ fit renuntiatio ipſorum nam tunc ſtatur conuentionibus interlocatorem, & conductorẽ factis per tex.in l.legem C.locat. cum ab inicio ea quæ ſunt voluntatis ex poſt facto fiũt. neceſſitatis l.ſicur ff.de actio.& obligat. cum ſimil. & hodie vt plurimum, & quaſi omnes terræ ad gabellam dantur per inſtrumenta publica, & in eis conſuetudinibus huius Ciuitatis cum iuramento renunciãtur vnde renũciatio terrarum de qua loquitur iſta conſuetudo non fit neque fieri poteſt an iſto caſu.

NOTA vltimo quod caſu quo terræ per Colonum renunciari poſſint vt puta quando non ad gabellam dantur nec inſtrumenta conficiũtur ita demum renunciatur ipſi domino ſi in totum renuntiatio fiat nec licet Colono peccium ſegetum ſeparare, & pro parte renuntiare, & hoc eſt iure conſonum nam eum ſequi debent commo-
17 da, quem ſequuntur incommoda l. ſecundũ naturam ff.de regul iuris cum ſimil. cum ergo dominus habeat ſegetum renuntiationẽ ergo debet habere commodum aliarum,& ſic omnium ipſæ colligere debet, & non Colonus ſicut etiam redditur ratio in iure accreſcendi in l.vnica §.ius ita C.de cad. toll.l.1.& ſecunda ff.de acqui.hæred.l.qui ex duabus §.
18 fin ff. eod. titul. ex eo quia vna,& eadem res non debet diuerſo iure cenſeri l.cũ qui ædes ff. de vſucap. latè Iaſ. in materia iuris accre-
19 ſcendi in l.vni. C.quando non pet. parr. per. accreſc in 1. not. quem text.nunc præmanibus habeo in ſtudio publico in anno 1583.

20 ET an in contractibus habeat locum ius accreſcendi vide Cagnol.& Boloz in primo not.& an in emphyteoſi vide ibi Docto. ſed meli' per Iul. Clar.in §.emphyteoſim in quæſt.39.Cagnol. in d. rubr. C. quando non pet.par.peten.accreſc in fine, & quis dicatur Colonus, & quis Inquilinus dixi ſupra in Cõſuet.vnica tit.31.in fine.

TITVLVS XXXV.

Qualia, & qualiter terragia terrarum dominis ſint ſoluenda.

CONSVETVDO VNICA.

TEneatur, & debeat cõductor Colonus,ſeu gabellotus, terragia dominis ſoluere ſeu ipſam gabellam in vittualibus exiſtentem de vittualibus ſata, & recolletta ex ſatis prouenturis de terris locatoris eiuſdem qualiſcũque ſint exiſtentia tempore recollettionum victualium prædictorum:quę vittualia dominus recipere teneatur per conductorẽ Colonum vel gabellotum ad domos dominorum præterea deferenda præſtito prius ſacramento per Colonos ſeu gabellotos eiuſdem quod ipſa virtualia ſint de ſatis terrarum ipſarum:& ſi conductor Colonus, ſiue gabellotus terragia ſoluere ſeu exigere dominis

terrarum, ipſarum aliquatenus non locarent licitum ſit dominis terrarum conductores, Colonos, & gabellotos in terris eiuſdem vel importa Ciuitatis cum victualia eorum intrant per portam eandem abſque licentia Curiæ de eorum terragijs authoritate propria expignorare, & tantum de victualibus ipſis accipere quod eis de eorum terragijs integrè ex inde ſatiſfiat poteſt poſitis prioribus creditoribus ex quocunque contractu.

SVMMAE.

1 *Terragia dominis prædiorum quomodo ſoluantur.*
2 *Terragia ſoluere ſe obligans iure collectionibus an intelligatur per totas recollectiones.*
3 *Terragia Coloni in domibus locantium apportare tenentur.*
4 *Terragia domini terrarum authoritate propria capere poſſunt.*
5 *Creditor pro terragijs præfertur cæteris creditoribus anterioribus.*
6 *Innecta, & illata in prædio ruſtico ſunt tacitè obligata pro mercede domino.*
7 *Et quid in prædio Vrbano.*

TENEATVR & debeat &c. Diuiditur iſtæ text. in quinque partes prout quinq; ponit d. 2. ibi quæ victualia, tertia ibi &ſi conductor quarta: ibi licitum ſit quinta: ibi poſt poſitis.

SVMMANTVR terragia dominis prædiorum ſoluuntur de victualibus collectis in terris locatis quomodocunque ſint prius iuramento præſtito per Colonos, in orreis dominorum quæ authoritate propria in terris vel importa capere poſſunt, & præferuntur omnibus creditoribus, per Conſuetud. Panhormit. capitu. 84. in rubr. de ſolut. terrag. ſic diſponitur Ciuis Conſuetudinis verba hæc ſunt quicunque ciuius Panhormi ſeminauerit vittualia vel ligumina in terris vacuis alterius Ciuis Panhormi vel alicuius qui Ciuis non ſit vel Curiæ ſeu alicuius Baronis vel feudatarijs ſeu alicuius Eccleſiæ abſque pactione, & licentia, & ſine pactione, &c.

1 NOTA primo quod terragia dominis prædiorum ſoluuntur in vittualibus, & de collectis in terris ipſarum qualiacunque ſint, & hoc eſt etiam de iure communi per text. in l. domini prædiorum, & ibi Bart. C. de agric. & cenſ. libr. x. Sed hoc quod dicitur in text. quod vittualia ſoluuntur qualiacunque ſint intelligas nulla data conuentione contraria inter dominos, & Colonos quia ſecus eſt ſi daretur conuentio ſeu alia obligatio quia tunc ei ſtaretur prout hodie fiunt inſtrumenta terrarum, & ex pacto, & conuentione in eis Coloni promittunt ſoluere ea bona, & non malitiata: ſed mercantibilia, & receptibilia iuxta formam Pragmaticæ ita dictat quædam additt. hic antiqua, & idem ſi eſſet facta conuentio de ſoluenda gabella in pecunia numerata prout ſæpius fiunt tales contractus: illa ratione quia hoc ſtatutum diſponit illud quod eſt de iure ergo aliter dicendum eſt quando conuentiones in contrarium extant cum prætor air pacta ſet uabo l. prima §. ait prætor ff. de pact. cum ſimil. & multocies terragia ex conuentione: in pecunia ſoluuntur cui' conuentioni ſtandum eſt vtſupra dixi, & per l. nemo prohibetur, & l. licet, & l. legem C. de locat. & conduct.

2 ET an ſi quis ſe obligat ſoluere terragia in recollectionibus an intelligatur de totis recollectionibus, & ſic in menſe Auguſti de iure eſt quod ſic per l. qui hoc anno ff. de ver bor. obligatio. & §. qui hoc anno Inſtit. eod. Sed aliud eſt ſtante noſtra Cõſuetudine quia dicitur quod debent ſolui ex vittualibus ex ſatis prouenturis de terris locatis qualiſcunque ſint exiſtentiæ tempore recollectionum prædictorum vittualium, & ſic de primis, niſi in contractu aliter conuentum eſſet puta quia ſe obligauit ſoluere in menſe Auguſti vel Iulij vt plerunque ſit quia tunc ſtandum erit dictæ cõuentioni, & de hac quæſtione vide Bartol. in l. ſi legatarius §. fina. ff. de legat. tertio text. in l. firmio §. ſi pater ff. quando dies leg. ced. & quod debeat ſolui de primis recollectionibus prout iu text. dicitur quando pactum in contrarium non eſt l. tenet quondam Spett. Ioſephus de Gullo præceptor meus inſignis Doct. in quodã ſuo repertorio in verbo recollectio.

3 NOTA ſecundo quod Coloni tenentur apportare terragia in domibus dominorum ſeu in orreis eorũ, & ſic ſolutio ſit Catinæ quomodo autem fiat ſolutio de iure cõmuni: vide Doct. in l. quod æpheſi ff. de eo qđ cert. loco, & debent iurare Coloni eſſe de proprijs terris ad hoc vt dominus teneatur illa accipere ſic in caſu iſto ſtatur iuramento Colo-

Colonorum,& vim probationis habet ſicut de iure ſunt alij caſus quos exponit Hyppol. in rubr. de probat. nume. 121. & ſequent. per noſtras etiam conſuetudines multa iuramento alterius probantur, & pluries ſupra dixi.

4 NOTO tertio quod ſi Coloni non ſoluerint terragia dominis terrarum prout in noſtra conſuetudine diſponitur licitum erit dominis terrarum dicta terragia in victualibus authoritate propria ſine iuſſu Curiæ tam in terris ipſis quàm in porta Ciuitatis in qua intrant accipere, & hæc conſuetudo ſimilis eſt Conſuetudini vnicæ ſupra titul. 31. & ibi dixi quid ſit de iure, & quid ſi fiat à Colono reſiſtentia.

5 ET habent aliud priuilegium domini in terragijs nam præferuntur alijs creditoribus etiam anterioribus. & ſic eſt debitũ priuilegiatum ratione illa quia ſine terris ſemina fieri non poſſunt,& in hoc attenditur prima cauſa l.cenſoria §.1.ff.de verb.ſig.nã quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati l. manumiſſores ff.de iuſt.& iur.not. Dec. in rubr. C.quando non pet. accreſ. & hoc eſt de iure vt dicunt Barto. & Angel.in l.1.C.de metall. lib.1.Duen.in regul.127.nu.1.volu.2. Sed an hoc procedat etiam in debito de Maſſaro ad mercatorem quod nos vocamus per quod dantur pecuniæ iſtis Colonis vt emant triticum,& aliquando datur triticum vt ſeminẽt in dictis terris vel vt faciant expreſſas in recolligendo, & mittendo victualia prædicta, & videtur quod non quia iſtud debitum eſt pariter priuilegiatum cum ſit cauſa vt dominis terragia ſoluantur, cum ſine eo non ſeminarent nec recolligerent, & vnde cum etiam eſt poſterius deberet præferri argum. l.interdum ff qui pot. in pigno. habea. Item viget fauor prius vt ſeminetur, & recolligatur vnde priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum Barto. in auth. quas actiones C. de ſacroſanct eccleſ. l. ſiue apud ff.de minor. Hyppo.in ſing.99.& quod iſtum debitum eſt priuilegiatum patet vltra ſupra dicta in Pragmatica Regni vnica titu. 29.fol 233. in 2. volu. Prag. vbi talis debitor nulla dilatione nec priuilegio ſe lætari poteſt & ſatis patet priuilegiatum in capit. noſtræ Ciuitatis in cap. ſtudij in alijs vero debitis prædictis non priuilegiatis habet locum regula qui prior in tempore potior in iure cap.qui prior de reg.iur.in 6.l.2.C.qui pot.in
6 pigno.habea. & an de iure omnia inuecta, & illata in fundo locato ſint tacitè obligata domino pro penſione ipſius fundi domino ſciẽ te dic quod ſic eſt text.in l.certi iuris C.de locat.& conduc.§. Item Seruiana inſt.de actio. refert communem opinionem Viuius in ſua collect.commu.opin.in opin.49. libr.2.ſicut
7 etiam inuecta, & illata in domibus locatis ſunt tacitè obligata locatori l. Pomponius ff.in quib.cauſ.pign.vel Hyppoth. contrahi. dixi ſupra in Conſuet.5.tit.30.& in Conſuet. vnica tit.31.& ibi etiam in alijs locationibus locator præferatur alijs creditoribus de qua quæſtione vide per Vincent.Carrot.in tract. locat.& conduct.par.3.In titu.de in vectis, & illatis.

TITVLVS XXXVI.

De alienatione, & obligatione bonorum minorum.

CONSVETVDO VNICA.

IMMINENTE iuſta neceſſitate pro qua res minorum obligari, vel alienari debeant: eadem neceſſitatis cauſa per Curiam ſummariè cognita poſſint res minorum cum decreto Curiæ obligari vel alienari nec aliquando retractetur.

SVMMAE.

1 *Minorum bona regulariter alienari non poſſunt.*
2 *Sollemnitates quæ debent interuenire in alienatione bonorum minorum.*
3 *Iudex in decreti interpoſitione pro Tribunali ſedere debet.*
4 *Tranſactio,& compromiſſum fieri non poſſunt quãdo res non poteſt alienari.*
5 *Tranſactio,& compromiſſum æquiperantur.*
6 *Prælatus ſine decreto non poteſt tranſigere nec cõpromittere bona eccleſiæ.*
7 *Prælatus poteſt venire contra factum proprium & iuratum.*
8 *Sollemnitates quæ requirantur in alienatione bonorum eccleſiæ remiſſiuè.*
9 *Sollemnitates quæ requirantur in alienatione bonorum vniuerſitatis.*
10 *Collegij bona quomodo alienantur.*
11 *Decretum in quibus caſibus requiratur remiſſiuè.*
12 *Actiones ad res immobiles competentes minoribus alienari non poſſunt.*
13 *Decreti ex falſa cauſa interpoſitio eſt nullum vbi ampliat.& lim.remiſſiuè.*

14 *Decretum ſine cauſa cognitione interponi non poteſt, & nu. 34.*
15 *Minorum ſtabilia an poſſint ad longum tempus locari.*
16 *Minores à tutela liberati tenentur ſtare locationi ad modicum tempus facta.*
17 *Minorum bona non poſſunt obligare ſine ſollemnitate.*
18 *Statutum prohibens minorem poſſe contrahere an habeat locum in tutore alienante.*
19 *Minorum bona alienari poſſunt vrgente neceſſitate.*
20 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
21 *Neceſſitas quæ ſit vt bona minorum alienentur.*
22 *Neceſſitatis tempore multa conceduntur quæ aliàs non concederentur.*
23 *Minorum bona ſine ſollemnitate alienantur quando per teſtatorem ita eſt mandatum.*
24 *Decretum non requiritur quando alienantur bona per ſententiam.*
25 *Bona minorum etiam cum decreto non poſſunt alienari per donationem.*
26 *Minor etiam cum decreto donare non poteſt.*
27 *Minor an poſſit donare cauſa mortis remiſſiuè.*
28 *Donare ob bene merita an poteſt minor.*
29 *Adultus ſi contrahit cum iuramento ſine curatoris autem an contractus valeat.*
30 *Minores reſcindendo alienationem bonorum an teneantur prætium reſtituere.*
31 *Iuſta cauſa alienandi an præſumatur ſtante decreto.*
32 *Decretum vbi interuenit an præſumatur læſio.*
33 *Decretum præſumitur ex iuſta cauſa factum, & ſollenniter.*
35 *Cauſæ cognitio præſumitur in decreto.*
36 *Decretum eſſe cauſa cognita interpoſitum ſtatur aſſertioni iudicis.*
37 *In decreto omnia ex integro fieri debeat.*
38 *Subbaſtacio an fiat in alienatione bonorum minoris.*
39 *Sollemnitates quando præſumantur interueniſſe in decreto.*
40 *Sollemnitates in decreto licet præſumantur tamen poteſt probari contrarium.*
41 *Minor alienans cum decreto ſine curatore an alienatio valeat.*
42 *Minor alienando faciendo condemnationem ſuã meliorem an reſcindat contractum.*
43 *Mulier prohibita contrahere virtute ſtatuti ſine cõſenſu conſanguineorum faciendo conditiones meliorem poteſt contrahere.*
44 *Summariæ conſtare debet de neceſſitate.*
45 *Sollemnitates quæ debent interuenire in alienatione bonorum minoris.*
46 *Alienatio facta à matre vel à patre de bonis communibus an annullentur in totum vel in parte.*
47 *Alienatio bonorum minorum facta cum ſollennitate de qua in tex. noſtro non annullatur.*
48 *Minor an reſtituatur data enormiſſima læſione.*
49 *Læſus enormiter reſtituitur non obſtante renunciatione.*
50 *Reſtitutio in integrum infra quantum tempus petatur.*
51 *Reſtitutio in integrum competit minori etiam ob res minimas.*
52 *Reſtitutionis in integrum beneficium tranſit ad conſortem.*

EMMINENTE iuſta diuiditur iſtæ text. in tres partes in prima ponit factum: in ſecunda deciſionem: in tertia ampliat deciſionem ſecunda eſt ibi eadem tertia ibi nec aliquando.

SVMMATVR hoc modo: bona minorum neceſſitate vrgente ſummariæ per Curiam cognita alienari, & obligari cũ decreto poſſunt, & talis alienatio non retractatur ſimilis conſuetudo eſt in Fel. Vrb. Panormi in cap. 51. ſub. rub. de bon. mino. alie. ex cauſa ſolio 35. & per eadem verba: Idem diſponitur per Conſuetu. Syracuſarum cap. 1. ſub. eadem rubr.

SIMILIS eſt conſuetudo in No. Ciuit. Meſſanæ in cap. 18. ſub. rubr. de reb. minor. & maior. abſen. & plus diſponitur quod etiam res maiorum abſentium cum cauſæ cognitione per Curiam alienantur, & inſolutum dantur.

PRIMO nota ex iſto text. quod in ſummario dicitur regulariter tamen de iure
1 bona minorum ſtabilia alienari non poſſunt l. magis puto §. ne paſſim ff. de reb. eorũ quæ ſub. l. lex. quæ tutores C. de adminiſtr. tut. & ibi Doct. niſi interueniant ſollemnitates de quibus in dictis legibus habetur, & quod bona immobilia minorum non poſſint alienari ſine decreto dicit Pariſ. in conſi. 98. volu. 1.
2 & ſolemnitates quæ interuenire debent in alienatione bonorum minorum, & requiſita ponuntur per Dec. in conſil. 479. nu. 4. per Afflict. in deciſio. 249. per Pariſ. in conſil. 98. & in conſi. 100. primo volum. & per Rolan. Auall. in conſi. 33. & conſi. 99. volum. vbi ponit decem, & octo requiſita Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. Centur. 2. caſu 131. Caualc. in tract. de tut. & curat. nu. 164. ſol. 103. Couarru. in libro variar. reſol. libro 2. cap. 17. & an
3 in decreto, interponendo ſuper alienatione talium bonorum iudex pro Tribunali ſedere debet, dic quòd ſic eſt text. in l. naturali §. ſi quæratur ff. de confir. tut. l. 1. §. decretalis ff. quis ordo. in bon. poſſ. ſeruatur com. dicit Corne. Peruſi. in conſi. 98. nu. 4. Duenas ponit regulam cum tribus ampl. & duabus limit. in reg. 35. vol. 2.

QVAE

QVAE quidem ſollemnitates debent
interuenire,& in tranſactione,& in cō-
promiſſo factis ſuper de bonis minorum vt
dicit idem Roland.in conſi.7. volum.3.nam
ſuper eo quod eſt in alienabile non poteſt
4 tranſigi nec compromiſſum fieri, & illæ qui
non poteſt alienare non poteſt compromit-
tere ita dicit Ripa in rub.de iud.nu.83. Alex.
in conſi.32.nu.6.libro 2.qui loquuntur de tu
tore,& curatore,& prælato qui non poſſunt
bona minorum adultorum, & eccleſia ſine
decreto, & ſollennitatibus prædictis aliena-
re nec vt poſſint ſuper eis compromittere
Capic.deciſ.93.nu.3.Dec.in conſ.435.in fine
& conſil.48. nu.5. Iaſon in l.mandati nu.5.ff.
de off. eius cui Socc. in conſi.95.vol.3. Pariſ.
in conſi.12.nu.42.Roland.in conſi.76.vol.1.
Soarez: in ſua collett. commu. opin. in ver-
bo, compromiſſum nu. 160. vbi refert com-
5 munem opinionem nam: tranſactio, & cō-
promiſſum æquiperantur refert etiam com-
munem idem Soarez: in ſua coll.com.opin.
in verbo compromiſſum nu.154. & ſequ. &
in verbo tranſactio nu.291.vide Caualc.in d.
tract.de tuto.& curato.nu.11. & quod Præla
6 tus ſine decreto non poſſit tranſigere nec cō
promittere dicit Soarez: in d.loco nu.161.&
7 quod poſſit venire contra factum proprium
etiam iuratum latè dixi in meo conſ. quod
feci Illuſtri Abbati Roccadie, & eſt commu
nis opinio quàm refert Marcus in deciſ. 43.
nu.4.Abb.in cap.2.de iur. iur. nam intelligi-
tur facta ſi & quantum validitatem habuerit
8 quia iuramentum non debet eſſe vinculum
iniquitatis, & ſolemnitates omnes quæ de-
bent interuenire in alienatione bonorū ec-
cleſiæ vide per Hoſtienſ.in rub.de reb.eccle.
non alen.& ibi publicè legēdo dixi vide Ro
doan.in trac.de reb.eccleſ.non alien. Rolād.
Aualle in conſil.15. volum.2.& pulchrè per
Laur.Chirco: in 2.volum.commun. opin.in
concluſ.14.& 15.Cent.4.nu.11.& 12.in ſecū
do volum.commun.opin. fol. 65. & quæ in
9 alienatione bonorum vniuerſitatis vide per
eundem Chirco, in concluſio.7. Cent. 5. in
2.volum.commun.opin.folio 32.Roland.in
dicto conſi.90.nu 21.volum.1.& quid in alie
10 natione bonorum Collegij vide Bar.in l.1.ff.
de alb.ſcrib.vide Franc. Turz.in opin.53. In-
cipit illud in primo volum.commu. opinio.
folio 34. & in quibus caſibus requiratur de-
11 cretum vide Duen.in regula 187.1.volu.vbi
ponit viginti caſus, & aliquando prohibe-
tur alienatio per teſtatorem cum cauſa,& ex
preſſione perſonę vt in l.filiusfam.§.Diui vbi
per Iaſ.Ripam,& Bologn.aliquando per ſta-
tutum vt ibidē dicitur de quibus nō loquitur
conſuetudo noſtra ſed tantū loquitur de bo-
nis minorum prout in ea dicam infr. tit.40.

ET ſicut bona minorum ſtabilia vel mo-
bilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt alie-
nari nequeunt ſine dictis ſollemnitatibus ita
12 nec actiones ad res inmobiles prout refert
communem opinionem Alex. in conſil.21.
nu.1.volum.6.ſecus. vero inmobilibus, per
dictam l.lex quæ tutores, & l. magis puto §.
ne paſſim: noſtra ergo conſuetudo de mo-
biliæ non loquitur vnde mobilia ſine ne-
ceſſitate,& decreto de quibus in tex.fit men
tio alienari poſſunt dictis iuribus, & ſcias
13 quod decretum ex falſa cauſa interpoſitum
eſt nullum d.l.magis puto §. ſi es alienum ff.
eod. refert communem Michael Graſſ. in
quæſt.37.cap.9 libro 1.in 2.volum. commu.
opin.& eſt ipſo iure nullum, & non requirit
reſtitutionem refert: idem Graſſ.in loco præ
dicto quæſt. 38. folio 133. vbi ampliat ponit
hanc regulam cum quatuor ampliat, & ſe-
ptem limitat Duen.in regula 185. in 1. volu.
14 nec ſine cauſa cognitione decretum de iure
interponi poteſt ponit regulam cum 9. am-
pliat.Idem Duen.in regula 186.eod.vol.1.&
in quibus caſibus decretum annulletur vide
Duen.in regula 189.Incipit decretum 1.vol.
vbi ponit quinque caſus. Inſuper iudex qui
interponit talem decretum debet eſſe ſupe-
rior minoris,& non inferior vel ſubditus pu
ta quia eſſet iudex alicuius terræ vel Caſtri
cuius minor eſſet Baro. vel dominus ita Ber-
tazol.in conſi.231.in prin.in criminal. volu.
1.ſi debet de re alienanda iuriſdictionem ha-
bere quia ſi alienetur res feudalis in qua iu-
riſdictionem iudex non habet vt cauſat C.
non poſſet decretum interponere ſed Ma-
gna Regia Curia interponit no.in d.l. magis
puto §. ne paſſim.

15 SED quæro an bona minorum ſtabilia
poſſunt ad longum tempus locari ſine di
ctis ſollēnitatibus dic quod non per ea quæ
not.in l.fin.C.de reb.eccleſ.non alien.vide in
l.cum hij §.eam tranſactionem ff.de tranſac.
& ratio ſecundum Doctores eſt quia tranſ-
fertur vtile dominium l.fin.ſi ager. vectigal.
& l.1.§.quid autem ff.de ſuperf.not. in clem.
1.de reb.eccleſ.non alien.ergo in ea locatio-
ne ad longum tempus ſollemnitates requi-
runtur de quibus ſupra diximus ſecus eſt in
locatione ad modicum tempus facta quia
valeret, & fieri poteſt ſine ſollemnitatibus
prædictis, & ſine decreto: nam tunc ceſſat ra
tio prædicta vt dixit glo.in verbo locationes
in d. clem. prima de rebus eccleſ. non alien.
16 hinc eſt quod minores à tutela vel à cura li-
berati debent ſtare locationibus ad modicū
tempus per tutores vel curatores factis pro
ut refert communem Soarez: in ſua collect.
commu.opin. in verbo minores nume.181.

quando

quando autem dicatur locatio ad modicum tempus, & quando ad longum de iure vel per noſtras conſuetudines dixi ſupra in Cõſuet. vnica in capien. domus locata ſupra tir.
17 29. item etiam nõ poſſunt obligari bona minoris ſine cauſa, & ſollennitatibus ita Dec.
18 in conſi 479. nu. 4. per l. ſi præſes C. de præd. minor, nec ſubiugari ad annum cenſum dixi ſupra in Conſuet vnica tit. 4. & ſtatutum pro hibens minorem poſſe cõtrahere, an habeat locum in tutore alienante vide Pariſ. in dicto conſi. 98. & 99. nu. 31. volum. 1. vbi dicit quod ſic, & quod dicitur in noſtra conſuet. quod vrgente neceſſitate, & decreto poſſunt bona minorum alienari eſt etiam de iure: nã
19 bona minorum alienari poſſunt vrgente neceſſitate cum decreto d. l. lex quæ tutores, &
20 d. §. ne paſſim, & ratio poteſt eſſe quia bona dicuntur deducto ære alieno vt l. ſubſignatũ §. bona ff. de verb. & ter. ſignif. ſicut dixi ſupra in Conſuet. vnica incipit viri, & vxoris titu. 3.
21 Et quæ neceſſitas ſit iuxta alienãdi bona quæ de iure alienari non poſſunt latè per Menoch. in tract. de arbit. iudi. libro. 2. Cent. 2. caſu 182. nu. 32. caſu 171. ſcriptum reliquit.

ITEM alia aſſignatur ratio nam neceſſitas legem non habet cum multa tempo-
22 re neceſſitatis conceduntur quæ aliàs non concederentur vt add. Alex. in rubr. ff. ſolut. matrim. & neceſſitatis cauſa etiam Deo dedicata alienantur l ſancimus C. de ſacroſanc. eccleſi. c. Cum. 12. quæſtio. 2. & dixi ſupra in Conſuetud. vnica incipien. domus locata d. titulo 29.

23 SED in caſu tes minorum ſine decreto & ſollennitatibus, & ſine neceſſitate alienantur quando ſcilicet per teſtatorem eſt mandatum quod bona ſtabilia alienentur l. 1. C. quando decreto opus non eſt vbi Doct. Roma. in conſi. 394. Durand. in tract. vltim. volunt in titulo de folio mihi 160. vbi dicit quod quando alienatio fit per executorem hæres debet certiorari facit Hyppo. ſingul. 498.

24 ITEM quando alienantur per ſententiam non requiritur decretum Gram. in conſi. 15. nu. 10. per l. ſed ſi pecunia §. 1. ff. de reb. eorum.

PRAETEREA alienatio bonorũ ſtabilium fit ad tempus ſine decreto Aczo in Summa C. de bon. quelib. qui autem dicã tur minores dixi ſupra in Conſuetud. vnica titu. 20. & aduerte quod licet bona minorũ cum decreto, & ſollennitatibus de quibus ſupra poſſint alienari, & obligari tamen non
25 procedit in alienatione quæ fit per donatio-
26 nem cum decreto quia minor donare non poteſt etiam cum decreto vt dicit Iaſon. in conſi. 69. volum. 1. Barb. in conſi. 6. volum. 4. & quid ſi interueniat iuramentum vide Dec. in conſi. 180. & ſeq. vide Port in concluſ. 32.
27 prima limitat. libro 4 & an minor poſſit donare cauſa mortis vide Tiraquell. in l. ſi vnquã de reuocan. donat. In verbo donatione largitas nu. 253. & an poſſit filiusfamil. vide Clarum in §. donatio quæſt. 6. Michael Graſſ. in § donatio. quæſt. 3 & an tutor poſſit dona re bona minorum regula eſt quod non niſi ſit tutor principis, & quomodo, & quando vide Caualc. in tract. de tuto. nu. 121. fol. 74.

28 ET an minor poſſit donare ob benemerita vide Tiraquell. in d. l. ſi vnquam de reuocãd. don. in verbo omnia vel partẽ nu. 29. & quid ſi minor per decem annos non fuerit conqueſtus de tali donatione dic quod tenet donatio dicit Roland. in conſil. 72. vol. 4.

29 SED quæro quid ſi adultus contrahat cũ iuramẽto ſine curatoris authoritate an cõ tractus valeat Crauett. in conſi. 7. nu. 16. dicit communem opinionem, & obſeruantiam eſſe quod ſic vide Doct. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vend. & Dec. in d. cõ ſil. 180. & 181. Hos in Regno habemus Capitulum Regni Regis Caroli 78. per quod non poſſunt minores contrahere ſine iudicis vel curatoris authoritate etiam cum iuramento & quid ſi maior factus infra quinquennium non proclamauerit regulæ contractus ratificatur per l. finalẽ C. ſi maior factus alien. fact. ſine decre. vel ſi expreſsè vel tacitè talem alienationem poſt minorem ætatem ratificauerit l. 1. C. ſi maior fact. ratum habuerit vide ſi Moncell. in tract. de decreto: ſed talis ratifica tio non fit quando adeſt dolus d. l. 1. Bertaz. in conſi. crimi. 231. in fin. volum. 1. prout per Capitulum Regni præſumitur aut ratum ha beat talem contractum debet de eo cũ eius qualitatibus certiorari minor maior factus Petrus Surdus in conſi. 49.

30 AN autem minores volendo reſcindere alienationem quia ſine ſollennitatibus facta extitit teneantur prætiũ reſtituere multi multa dicunt de hac materia tu vide Roland. à Valle in conſi. 7. vol. 3.

QVAERO vlterius quid ſi in alienatione bonorum ſtabilium vel mobilium quæ ſeruando ſeruari poſſunt ad venditionẽ actionũ ad immobilia minorum interueniat
31 decretũ iudicis: an præſumitur interueniſſe. Iuxta cauſa neceſſitatis prout in noſtra cõſue tudine

tudine dicitur, & alia ſollennitates de quibus per Roland. à Valle in d. ſuis conſil. dic quod ſic nā pro Iudice preſumitur vt dicit Dec. in conſi. 209. Iaſo. in rub. C. qui admitt. ad bon. poſſ. nu. 7. Bal. Ang. & Salyc. in l. cum te C. de probatio. Alex. in conſil. 87. libro primo, &
32 vbi decretum interuenit non præſumitur læſio adeo quod l. 2. C. de reſcind. vend. non procedit dicit Alex. in conſil. 92. nu. 38. vol. 6. & in conſil. 53. nu. 18. volum. 3. Dominus Cumia Ciuis, & compromotor meus in lectura Ritus in cap. 17. nu. 163. fol. mihi 104. Dec. in conſi. 210. nu. 8. verſi. 3. communem dicit: Sed incontrarium eſt alia communis opinio quàm refert Iaſon. in l. pacta nouiſſima nu. 9. de pact. Port. in concluſ. 36. in 2. limit. libro primo licèt ipſæ alleget Dec. in d. conſil. 210. qui tenet contrarium eius quod ipſæ allegat ſed dic tu quod eſt magis communis opinio quod imo in decreto habeat locū l. 2. C. de reſcind. vend. quam refert Cagnol. in l 2. nu. 158. quæſt. 23. Soarez: in ſua coll. In verbo decretum nu. 22. Et videtur ſaluare iſtam opinionē contrariam Portij in d. concluſ. 36. in 3. limit. in fine ſed Rolan. in d. conſil. 7. nu. 89 volum. 3. dicit quod quando læſio eſt euidens non præſumitur pro decreto, & idem dicit Menoch. in tract. præſumpt. in præſump. 75. nu. 34. libro 2.

33 ITEM decretum præſumitur ex iuſta cauſa factum, & ſollenniter refert communē opinionem Villalob: in ſua coll. commun. opin. In verbo decretum num. 16. Soarez: in ſua coll. commu. opin. in eodem verbo nu. 18. quod quidem decretum cum cauſa cognitione fieri debet vt dixi, & Doct. omnes ſupra citati dicunt, & eſt communis opinio quam refert Viuius in libro commu. opin. In
35 opinio. 163. in 1. volum. in fine quæ cauſæ cognitio præſumitur eſt communis relata per Soarez: in d. verbo decretum nu. 19. nam ſta
36 tur aſſertioni Iudicis decretum eſſe cauſa cognita interpoſitum etiam quod non exprimatur communem dicit Villalob: in littera D. nu. 17. & Crauetta in tract. de antiq. tempo. par. 2. In verbo ſed iſta nu. 15. Gabriel: in titu. de ſentent. concluſ. 5. lib. 2. quibus in locis latè ſcriptum inuenitur quando pro decreto præſumitur, & quando non. Soarez: in
37 d. verbo decretum nu. 19. vide quæ ſupra eo. ſtatim dixi, & dicam, & quod in decreto omnia ex integro fieri debēt eſt communis opinio relata per Bald. in conſi. 513. nu. 3. volu. 5. & eſt indiuiduum vt dicit Rolan. in d. conſi. 7. num. 88. Item in decreto interponendo in
38 alienatione bonorum minoris ſubhaſtatio requiritur, & vbi decretum in alienatione exigitur, & ſubhaſtatio neceſſaria eſt refert communem opinionem Soarez: in loco prædicto nu. 20. ergo in noſtra conſuetudine ſubhaſtatio requiritur.

LIMITATVR tamen quod ſupra diximus vt in decreto omnia ſollennia facta extitiſſe, & interueniſſe præſumantur vt procedat quando ſollennitates enumerantur nominatim ita dicit Roland. in d. conſ. 7. nu. 70. tamen in hoc vide Crauett. de antiqu. tempo. par. 2. num. 14. limita ſecundo vt per Ruinum in conſi. 29. nu. 4. volum 4. videlicet quando ſumus in actibus veris ſecus quando nullo modo conſtaret: limitatur etiam & per Pariſ. in conſi. ſuo. 99. nu. 12. vt procedat in antiquis.

40 LIMITA & tertio quando contrarium probaretur: Ita Crauett. in d. tract. de antiq. tempo. par. 3. nu 27. & 28. & quando ſollennitates in actibus antiquis in alienatione bonorum minorum vel eccleſiæ præſumantur interueniſſe vide eundem Crauett. in d. tract. par. 3. vbi ad plenū probat textū quod decretum Iudicis præſumitur ex iuſtis cauſis interpoſitum Duenas: Cum duabus ampliat, & quinq; limitationibus: in regula 189. Incipit decretū Iudicis volu. 1. latè ſcripſit Gabriel: in d. concluſi. 5. in titul. de ſentent. lib. 2. ad quem Reg. Curiæ.

41 SED quæro quid ſi minor in caſu quo poteſt alienare alienat cum decreto non tamen cum authoritate curatoris an talis alienatio valeat gloſſa in verbo ab ſimilis C. de in integr. reſt. videtur ſentit quod ſic vide tamen quæ ſupra firmaui, & Rolan. in d. conſi. 38. & conſi. 99 vol. 1.

42 SED an minor alienans ſine decreto, & ſollennitatibus faciens cōditionem ſuam meliorem tenet alienatio dic quod ſic ſecūdum gloſ. in l. cum hij §. eam tranſactionem
43 ff de tranſactio. facit quod de muliere dicitur quæ virtute ſtatuti contrahere nō poteſt ſine interuentu conſanguineorum quia ſi cō trahendo facit conditionem ſuam meliorē, & contractum ſibi vtilem valet eſt communis opinio quam refert Soarez: In verbo mulier nu. 226. dixi ſupra in Conſuetu. vnica tit. 4. nam tunc ceſſat ratio deceptionis, & læſionis ergo ceſſare debet prohibitio c. cum ceſſante de appell. extra cum ſimil.

AN autem emens rem minoris ſine ſollennitatibus iuris, & de quibus diximus iuſto præcio ſit tutus in foro conſcientię dic quod ſic quia ſponte reſtituere non tenetur niſi eſſet per ſententiam cōdennatus ita ſcri-

pſere

pſere Butr.in cap. quia plerique nu. 28. de in
munit.eccleſ.vbi Abb.in cap. 1. num.7. de in
integ.reſtit. Iaſ.in l.ſi nõ ſortem nu.4.ff.de cõ
di. indeb. Berous in cap. quæ in eccleſiarum
nu.43 rub.in conſil.152.nu.3.niſi ſciet a mi-
nore emere quia tunc eſt in aliquale fraude
Innocen.in d.cap.quia plerique refert, & ſe-
quitur Menoc.in tract.de præſumpt.in quæ-
ſtio.80.nu.3.lib.1.

NOTA etiam quod de iſta neceſſitate
44 Curiæ ſummariæ coſtare debet, & quo
modo procedatur de iure vide per Bald.in l.
iudices C.de iudic.

SED quæro an omnia de iure acquiſita in
45 alienatione minorũ ſtante noſtra conſue
tudine debeant interuenire dic quod ſic ſed
videtur ſufficere quod inmineat neceſſitas,
& ſummariæ per Curiam cognoſcatur,& de
cretum interponatur dummodo ſubhaſta-
tio interueniat cum in caſu quo decretũ re-
quiritur, & ſubhaſtatio interuenire debet vt
refert communem opinionem Soarez: in
ſua coll.commu.opin. in verbo decretum d.
20.& dixi ſupra eo. aliæ vero non debent in-
teruenire nam aliàs non ſeruiret hæc cõſue-
tudo vt ergo aliquid operetur debet intelli-
gi prout dictat niſi dicas quòd vt legum cor-
ructio euitetur non ſint ſublatæ aliæ ſollen-
nitates ſed remaneut, & cum Iaſ. commu-
ne cogita.

ITEM quæro mater tutrix vel pater ſo-
lus alienat bona minorum proprio,& tu-
torio nomine, & non interuenit ſollennitas
de qua in noſtra Conſuet. dicitur quæ cõtra-
xerat Matthæum ſecundũ conſuetudin. no-
ſtræ Ciuitatis ſecundum quam natis filijs bo
na confunduntur,& tripartiuntur vt in Con-
46 ſuetud.vnica tit. 3.ſupra dicitur:an illa aliena
tio debeat in totum reſcindi an vero pro par
te bonorum dic quod pro duabus partibus
vno hæreditario nomine altero proprio no-
mine pro tertijs minorum vnde alienatio
pro tertia vxoris vel patris valida erit ratio
quia mater vel pater poteſt libere tertiam
ſuam vendere vno ex conſortibus:cum in re
ſua quilibet eſt moderator, & arbiter l. in re
mandata C.mand.cum ſimil.§. 1. inſtitut. de
emptio.& vend.& §.1.inſtit.de obligat. quæ
ex contractu naſc.& ibi Doct. & ita deciſum
extitit in Magn.Reg.Cur. in cauſa Magnifici
Notarij Vincentij lo Burgio cum Magnifi-
co Laurentio Bulano, & conſortibus in an-
no 6. Indict. 1578.

47 NOTA vltimo quod alienatio bonorũ
minorum facta cum ſollennitatibus de
quibus in tex.noſtro nõ infringitur amplius
48 adeo quod minor non poteſt petere reſtitu-
tionem in integrum nec ſe læſum vocari niſi
dicas quod non procedit data enormiſſima
læſione vt magis communem opinionem aſ
firmat Soarez: in verbo decretum nu.22.Ro
land.in d.conſi.7.nu.88.& Port.in dicta con-
cluſ. 36. ſecunda limit. In fine cum nõ detur
49 remedium quia enormiſſimè læſus non poſ-
ſit vti benefitio d.l.2.C. de reſcind. vendit. &
ibi dicunt Docto.& Port.vt ſupra,& de reſti
50 tutione in integrum per minorem facienda,
& infra quãtum tempus peti debeat,& mul-
ta alia vide per Dom.Cumi. in cap.21. Ritus
item ſi lata ſententia nu. 1. & 2. & dicit quod
licet reſtitutio infra quatuor annos peti de-
beat tamen data enormiſſima læſione conce
ditur etiam poſt quatuor annos refert com-
munem opinionem Socc.in conſi.266.libro
2.refert etiam,& ſequitur Soarez: in ſua col-
lett.commu.opin. In verbo reſtitutio nu.80.
51 & minori datur reſtitutio in integrum etiã
ob res minimas locatas Couar. libr. 1.variar.
reſol.cap.3. nu.11. quod beneficiũ extẽditur
52 ẽt ad conſortem minorum vt dicit Io. Mau-
ricius. In tract.de reſt.in integru. cap. 188. &
an Regi vel Reginæ vel Caſtro, & Ciuitati
competat, & alia vide per Soarez: in dicto
verbo reſtitutio nu.71. & ſequ.vide quæ dixi
ſupra in prohemio in verbo vniuerſitatis, &
in verbo Ciuitas,& coram quo petatur reſti-
tutio in integrum primæ eundem Mauriciũ
in d.tracta de reſti.in integr.

TITVLVS XXXVII.

De contentionibus oriundis interlocatorẽ,
& conductorem de locationibus quorũ-
libet prædiorum.

CONSVETVDO VNICA.

SI de quantitate præcij loca
tionis prædij ruſtici vel Vr
bani: aut locatione opera-
rum, & ſolutione merce-
dis alicuius oriatur contentio: & ex
parte locatoris, & patroni defectus
probationis fortè affuerit: vſque ad ta
renos quindecim incluſiuè, ſoli tantũ
locationis, & patroni iuramento cre-
datur: & demum vſque ad vnciã auri
vnam ipſius locatoris, & patroni, &
vnius teſtis idonei ſufficiat iuramen-
tum

cùm dummodo perſona locatoris, & patroni de leuitate minimè argui poſſit, & de ſententia inde lata minimè audiatur appellans, vel prouocans quacumq; via nec nullitas dici poſſit.

SVMMAE.

1 *Locatoris iuramento de mercede prædiorum, & perſonarum, & quando credatur nu. 3. & nu. 17.*
2 *Iudicis taxatio an requiratur iniuramento vigore ſtatuti præſtando.*
4 *Teſti vni in minimis creditur.*
5 *Teſtis vnus regulariter non probat.*
6 *Teſtis vnus omni exceptione maior probat ſemiplenè.*
7 *Teſtis à ſtatuto requiſitus vt ſemiplenè probat an requiratur quod articuletur, & probetur quod ſit omni exceptione maior.*
8 *Teſtes in dubio præſumuntur omni exceptione maiores.*
9 *Statutum quod credatur iuramento locatoris an procedat in hærede.*
10 *Statutum quòd credatur iuramento damnum paſſi an procedat in hærede.*
11 *Iurandi facultas an cedi poſſit.*
12 *Statutum quod credatur iuramento domini an procedat in poſſeſſore.*
13 *Poſſeſſor ſecundum communem vſum loquendi dicitur dominus.*
14 *Statutum quod credatur iuramento alicuius an procedat in ſubſidium.*
15 *Statutum quod credatur iuramento alicuius intelligitur ſi iudici videbitur.*
16 *Probatio in contrarium an admittatur contra iurantem virtute ſtatuti.*
18 *Per iuro non creditur etiam ſtante ſtatuto quod credatur iuramento alicuius.*
19 *Appellatio an à ſtatuto remoueri poſſint.*

SI de quantitate, &c. Diuiditur iſtæ text. In quatuor partes in 1. enim ponit factam in 2. vnã deciſionem in 3. aliam in vltima ponit vnum dictum 1. Ibi vſq; ad tarenos 3. Ibi, & demum quarta, & vltima ibi, & de ſententia.

SVmmatur hoc modo ſolutiones prædiorum locatorum, & mercedum probãtur prout in text. & à ſententia in tali cauſa lata non appellatur: nec nullitas intentatur, ſimilis eſt conſuetudo in Ciuitate Syracuſarum ſub rub. de ſolut. merced.

1 NOTA primo ex iſto tex. quod ſi de quãtitate mercedis locationis prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum aut locatione operarum contentio interueniat à tarenis quindecim infra creditur, & ſtatur iuramento locatoris, & patroni, & per Conſuet. Panhormitanam cap. 34. ſub rubric. de permiſſ. licent. Ciuib. In fine folio 25. de tota pẽſione creditur locatori contra text. in l. Mullus ff. de teſtibus, & l. omnibus C. eod. tit. vbi nullus in cauſa propria poteſt eſſe teſtis, & ẽt contra tex. in l. ius iurand., & contra capitulũ veniens extrà cod. vbi vox vnius vox nulliũs, & multa in his cumulat Tiraq. in tract. de iudi. in rub. exig. in 1. parte concluſ. 5. ampliat 1. ſed quia de releui tractatui ideo noſtra conſuetudo valet vt dicit Tiraq. in loco præcitato: quæ minima non ſunt in conſideratione & multa in minimis conceduntur quæ aliàs non concederentur vt communẽ refert Soarez: in ſua coll. com. opin. In verbo minimis nu. 160. Hyppo. in l. ſure nu 9. ff. ad l. Corn. de Sic. ſed hoc ſtatutũ limitatur vt procedat ĩ hominæ bonæ famæ ſecus ſi de leuitate redargui poſſit vt dicit cõſuetudo nr̃a propè finẽ.

2 SED an requiratur iudicis taxatio dic qđ ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur nulla facta mentione quantitatis requiretur ſecus in noſtro ſtatuto vbi quantitas eſt expræſſa ita Bologn. in l. in actionibus nu. 34. ff. de in lit. iuran. quam legem nunc publicę legendo enucleo Menoc. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 3. caſu 208. nu. 7. vbi tenet quod etiam taxatio requiritur licet vſque ad certam ſummam iurari poſſit ſed intellige eum in verificatione dannorum, & intereſſe quod non eſt in caſu noſtro maximè quia ſumus in minimis vt dixi.

3 NOTA ſecundo quod ſi contentio in dictis cauſis fuerit à tarenis quindecim vſque ad vnciam vnam creditur iuramento locatoris ſeu patroni adiuncto alio teſte idoneo, & creditur patrono, & vni teſti in hoc caſu quia etiam ſumus in minimis in quibus
4 etiam de iure vni teſti creditur vt dicunt Doct. in auth. niſi breuiores C. de ſent. ex periculo recitandis Matth. in ſing. 1. & 2. Portius: in concluſio. 5. limitat. 16. libro 1. licet regu-
5 lariter vni teſti non credatur cap. In omni negotio, & d. capit. veniens, & cap. licet de teſt. ponit regulam cum multis ampliat. & limitationibus Portius in d. concluſio. quinta libro primo, & Gabriel. in concluſio. prima in titulo de teſtibus libro 1. & in caſu noſtro eſt pluſquàm vnus teſtis nam adeſt iuramentum patroni ſeu locatoris quod eſſe poteſt
6 in ſupplementum plenè probationis cum vnus teſtis omni exceptic ne maior faciat ſemiplenam probationem Doctor. & præ-

ſertim Iaſon. in leg. admonendi de iur. iu-
rand.& dicit Roland. in conſil. 50.nume.17.
vol.2.Zuccard.in repet.l.fin.C.de ædict. Diui
Adrian.tollen.nu.100.Alexand in conſi.18.
nu.9.volum.1. refert communem opinionē
Viuius in opin.422.volum.2. iuxta doctrinā
Iaſon.& Doctor.in d.l.admonendi ff. de iu-
re iuran.

7 SED quæro an debeat articulari,& proba
ri quod iſtæ teſtis qui iurat ſit idone⁹, Ro
lan.in d.conſi.50. dicit quod ſic nam quādo
per ſtatutum requiruntur teſtes omni exce
ptione maiores debet articulari, & probari
per partem producētem eſt communis opi-
nio quàm refert Viuius in opi.292.Incipit ſta
tutum vol.2. & de iure pars contra quē pro-
ducuntur debet opponere quod tales teſtes
non ſint omni exceptione maiores vt dicit
Alex.in conſ.18.nu.9.vol.1.Fel. in c. præſen-
tium de teſtibus Gram.conſi.41.nu.8.Steſa-
nus Aufre.in rubr. de probationibus in ver-
bo idonei teſtes nu.58. in dubio autē de iure
8 regulariter teſtes præſumuntur omni exce-
ptione maiores niſi contrarium probetur ſe
cundum Cur.in conſ.56.Affl. in conſtitutio.
corruptelæ nu.29.ſub rub.d̄ defenſio.impoſ.
& in conſt. ſiquis impoſterū nu.24. ſub rub.
de defenſ.impoſ. item, & omni exceptione
maiores debent eſſe teſtes. In cauſis matri-
monialibus c.1.vbi glo.de conſang.& affi.itē
ad reprobandum inſtrumenta Cra. conſ.56.
nu.9.vbi dicit hoc non procedere inſtrumen
tarijs,item in crimina libus l.ſciāt C.de prob.
item vt faciant ſemiplenam probationē eſt
communis opinio relata per purpura in l.ad
monendi nu.245.de iur. iur. & in his caſibus
debet articulari hoc,& probari Maſc.de pro
ba.in concluſ.136.vol.3. in caſu ergo noſtro
requiritur quod probetur iſta qualitas quod
teſtis ſit idoneus,& vt in Pręludijs dixi ſed nō
requiritur quòd in ſcriptis probetur cum de
re ab vnc. vna infra tractetur per c. Ciuitatis
ſed iudici oretenus conſtare debet.

9 ITEM etiam quæro an hæc cōſuetudo pro
cedat,& habeat locum in hærede patroni
aut locatoris vt etiam iuramento eius ſtetur
prout in conſuetud. dicitur Bald. in l.3. ff.de
iur. iura. tenet quòd non Tiraquell. in tract.
retractus Lignag.§ 4 gl.2. nume.8.& 7.tenet
quod ſic cum diſtinctionibus ibi per eum po
10 ſitis: nam ſtatutum quod credatur,iuramen
to paſſi extenditur ad eius hæredes imo:
ibi num.10. dicit quod ſufficit quod iuret de
credulitate.Idem dicit Plot. de in lit. iurand.
§.29. nu.2. vide Alex. in l.fin.§. hoc ſtudium
nu.7.ff.ne quis eum vbi Socc.Iaſon. & Rom.
11 & an facultas iurandi alteri cedi poſſit vide
eundem Tiraque.in tract.retract.§.26.glo.1.
nu.79.fol.240.

12 SED quæro ſi ſtatutum dicit quod creda
tur iuramento domini an intelligatur de
poſſeſſore dic quod ſic quia ſtatutum tale in-
telligitur etiam de poſſeſſore ita dicit Ripa
in l.rem quæ nobis nu.53.ff.de acq poſſ. facit
quod dicunt Doct.in l.1.ff.de nou.ope.nunc.
vbi dicunt quod ſecūdum communem vſū
13 loquendi dominus dicitur etiam poſſeſſor
qui communis vſus loquendi debet attendi
etiam in ſtatutis vt pluries dixi, & an proce-
14 dat ſemper an vero in ſubſidium, & de iure
tale ſtatutum intelligitur in ſubſidium ſecū-
dum Salyc.in l.1.C.de reb.cred. Plot.in dicto
tracta.de in lit.iurand.in §.49. nu.26.ſol.252.
& cum noſtra conſuetudo dicit ſi defectus
probationis abſuerit, & hoc ſtatutum intel-
15 ligitur ſi iudici videbitur, & quod contineat
veriſimilia,& non calumniam Hyppo. in ſin
gul.458.Idem Plot.in §.50.nu.21. & ſeq. fol.
261.& ſeruit tex. Ibi minimè ius,quod intel-
lige rem cum diſtinctione Bolognett. in d.l.
in actionibus nume.34.& an admittatur pro
16 batio in contrarium vide latè per Tiraqu. in
tract.retract.§.4.gloſſ.2.in princ. vbi nume.5.
refert communem quod ſic licet aliqui ibi
per eum, & alij contrarium teneāt niſi aliud
per ſtatutum diceretur, & alijs modis ibi li-
mitat, & vide omnino eum ibi nu.13.& 26.
& 27.

17 ITEM nota quod dominus non debet de
leuitate redargui ad hoc vt eius iuramen-
to credatur vt dixi vel ſi aliàs dominus eſſet
18 periurus ei non crederetur nec tali teſti vt
dicit Hyppo.in ſing.74.& in §.diligenter nu.
103.Plot.de in lit.iurand.in repet.l.ſi quando
§.50.limitat.7. & talis qualitas quod non re-
darguatur de leuitate à ſtatuto requiſita de-
bet verificari Hyppo.in ſing.187. Incip. qua-
litas vide quę dixi ſupra in Præludijs in quæſ.
17.princ. & an credatur iuramento credito-
ris dixi ſupra in Conſuetud.vnica tit.32.& an
procedat in fauorem exteri, & quādo ibi di-
xi:itē ibi vncia vna intelligẽ qui tarenis 30.de
in hoc Regno faciunt vnciam vnam licet ali-
ter ſit in Regno Neapolis etiam cum per ſta
tutum ſit mentio de moneta intelligitur de
vſu ali,& ſecundum conſuetud. loci Pariſ. in
conſil.169.nume.26.vol.4. dixi ſupra in cōn-
ſuet.2.tit.1.

19 VLtimo nota quod à ſentētia in cauſa no
ſtrę cōſuetudinis lata modo prout in ea
nō appellatur nec aliqua via prouocatur nec
nullitas teneatur quomodo hoc intelligatur
& an ſtatutum hoc facere poſſit vide quæ di-
xi ſupra

xi ſuprà in Conſuet 4. titul. primo §. primo & dicam infra in Conſuetud. 1. de iure prothomiſe, titulo 4.

TITVLVS XXXVIII.

Quid fieri debet de poſſeſſione quando vtraque pars poſſidere contendit, & de eius fructibus, & pronuntiatione iuris alteri competentis.

CONSVETVDO VNICA.

POSSESSIONE fundi quem duo vel plures ſe poſſidere contendunt, ſi de ſoluendo toto terragio Gabella ſeu penſione agitur ad manus Curiæ auocata: cognitio ſummarie per ſacramētum coloni ſeu Inquilini vel per alias probationes legitimas ſine libello & Iudicij ſtrepitu, curia ex ſuo officio de penſione tantum rei locatæ quis contendentium in iure poſſeſſionis ipſius ſit potior ſibi Gabellam penſionem fructus ſeu terragia ſolui mandet poſſeſſione fundi reſtituta nihil potiori & durante cauſa cognitionis prędicti terragij Gabelloti ad ſoluendum terragium ſeu Gabellam ipſis litigantibus vel eorum alteri donec de poſſeſſione agitur minime moleſtentur, & ſi fuerit terragetius vel Gabellotus minus forte ſufficiens terragium ipſum ſeu Gabella interea, donec accordium tractetur inter litigantes vel ſaltem donec per curiam terminetur per curiam ſequeſtretur.

SVMMAE.

1 *Summarie proceditur in cauſis poſſeſſorijs.*
2 *Poſſeſſoriæ cauſæ ex forma ritus ſunt ſummariæ.*
3 *Libellus in cauſis ſummarijs requiritur.*
4 *Litis conteſtatio requiritur in ſummarijs ſed omne nu. 11. & nu. 27.*
5 *Libellus in interdicto vti poſſidetis requiritur.*
6 *Libellus in ſummarijs imò non requiritur.*
7 *Litis conteſtatio & libellus non requiritur quando proceditur ſine ſtrepitu & figura Iudicij.*
8 *Iudex in cauſis ſummarijs ſine ſtrepitu & figura iudicij procedit vti princeps.*
9 *Cauſa ſine figura iudicij per ſolum principem committi poteſt.*
10 *Libellus vbi non requiritur ſufficit qualis qualis petitio.*
12 *Statutum ſi decidit quod credatur ſine iuris ſollennitatibus poteſt procedi etiam diebus feriatis.*
13 *Inſtantia vbi lis non conteſtatur quando incipere curat.*
14 *Cauſa ſi eſt ſummaria omnes articuli etiam ſunt ſummarij.*
15 *Defenſiones non denegantur in cauſa ſummaria.*
16 *Citatio in ſummarijs non eſt ſublata.*
17 *Poſſeſſio quid ſit quotuplex, & quomodo acquiratur remiſſiue.*
18 *Probatio ſemiplena an ſufficiat in poſſeſſorio & vide numero 19 & 20.*
21 *Poſſeſſorium aliud plenarium & aliud ſummarium.*
22 *Probatio ſemiplena an ſufficiat in poſſeſſorio ſummarijſſimo.*
23 *Teſtes parte in citata ſufficiunt in ſummarijſſimo poſſeſſorio.*
24 *Poſſidere ſi duo contendant quomodo petantur literæ conſeruatoriales.*
25 *Appellatio & ſupplicatio in poſſeſſorio ſummarijſſimo non admittitur.*
26 *Libellus in poſſeſſorio plenario requiritur.*
28 *Litis conteſtatio in poſſeſſorio requiritur.*
29 *Probatio plena requiritur in ſpolio per Ritum Regni.*
30 *Probatio ex præſumptione iuris includitur in ſtatuto de probatione loquente.*
31 *Probationes præſumptiuæ domini euidentes.*
32 *Titulus ex iuris præſūptione verus titulus dicitur.*
33 *Poſſidens de præterito an cenſetur poſſidere de futuro.*
34 *Fructus lite pendente quando ſequeſtrantur.*
35 *Salaria cuſtodibus miſſis in poſſeſſione contendentiū quis ſoluere teneatur.*
36 *Curia capit poſſeſſionem quando duo vel plures poſſidere contendunt.*
37 *Sequeſtratæ res ſi ſunt tempore perituræ venduntur.*
38 *Sequeſtrum regulariter per ſatis dationem tollitur.*
39 *Statutum de ſequeſtro loquens an procedat in forenſibus.*
40 *Appellatio in poſſeſſorio an admittatur & nu. 42. & 45.*
41 *Supplicatio in poſſeſſorio an admittatur.*
43 *Appellatio in poſſeſſorio parte non opponente admittitur.*
44 *Appellatio in poſſeſſorio de iure canonico an admittitur.*
46 *Reſtitutio in integrum an admittatur in poſſeſſorio.*
47 *Nullitas an intentatur in poſſeſſorio.*
48 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*

49 *Vittus vittori ad expenſas condemnatur.*
50 *Vittus vittori non tenetur ad expenſas quando habet iuxtam cauſam litigandi & quid ſtante ſtatuto, & nu. 51.*
52 *Succumbens in ſecunda inſtantia & obtinens in prima ad ammittat expenſas primæ ſententiæ.*
53 *Expenſæ primæ inſtantiæ debentur quando iudex appellationis condennat victum ad expenſas.*
54 *Iudex non poteſt reſeruare condennationem vel abſolutionem expenſarum vbi limit.*
55 *Expenſarum taxatio quomodo fiat remiſſiue.*

POSSESSIONE fundi &c. diuiditur iſte text. in tres partes Primo vt tria ponit dicta: Secunda eſt ibi & durante: Tertia ibi & ſi fuerit terragerius.

SVMMATVR hoc modo contendentibus de poſſeſſione fundi ſummarie per Curiam facta probatione de Gabella decidatur & poſſeſſio dicti fundi potiora iura habenti tradatur, & durante tempore dictæ cognitionis Gabelloti non moleſtentur & ſi inſufficientes ſint terragium per Curiam ſequeſtretur ſimilis conſuetudo eſt in Ciuitate Syracuſarum vt in cap. primo ſub rubrica de his qui vnam & eamdem rem.

NOTA primo ex iſto text. quod ſi duo vel plures contendunt de poſſeſſione fundi ſi de ſoluendo terragio gabella ſeu pēſione tractatur cauſa in Curia redacta per eā ſummarie, & de plano ſine iudicij ſtrepitu, & libello decidatur de penſione tantum rei locatæ facta probatione prout in text. vnde cū
1 tractetur de iſto poſſeſſorio ſummariæ proceditur etiam de iure communi nam cauſæ poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ l. momentaneæ vbi Bar. C. vnde vi Maran. in tract. de ord. iud. par. 4. diſt. 9. nu. 43. cum ſequen. Idem etiam ex forma Ritus hodie licet tempore noſtræ conſuetudinis confectus non eſſet cum Rex Alfonſus qui Ritum fecit poſt multos annos Regis Ludouici fuerit prout in vita eorum apparet in cap. Regni, & dixi ſupra in Præludijs in principio.

EX forma enim Ritus cauſæ poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ prout per capitulū 133. Incip. per pri°, & in d. cap. 38 latè Do. Cumia nu. 109. & in eis ex forma Ritus non proceditur prout in noſtra conſuetud. dicitur nam in cauſis ſummarijs per Ritum debet dari libel-
3 lus lis conteſtari, & dantur dilationes prout
4 dicit Paul. de Caſtr. in l. Iudices C. de iud. nu. 2. Do Cumia in d. cap. Rit° 38. nu. 45. Imo in
5 interdicto vti poſſidetis requiritur libellus vt dicit Neutzanus in conſi. 80. & litis conteſtatio ſecundum Bar. in l. naturaliter §. nihil cōmune nu. 11. ff de acquir. poſſeſſ. Rolandus à Valle in conſil. 8 nu. 1. volum. 4. ſecus autem
6 in ſummarijs imo d. l. momentaneæ vt dicit idem Rolandus ibi nu. 30. per noſtram tam conſuetudinem hæc non requiruntur quia
7 expreſsè dicitur ſine libello, & iudicij ſtrepitu vnde nec libellus nec litis conteſtatio requiritur Hyppo. in ſing. 102. intelligendo tamen vt infra dicam vnde omnes ſollennitates requiſitæ de iure in cauſis ſunt ſub latè, & iudex procedit vt princeps inſpecto iure
8 gentium tantum prout dicit Paul. de Caſtro in d. l. Iudices Roman. in conſi. 20. multa cumulando dicit idem Dom. Cumia in cap. Ritus 38. nu. 8. & ſequen. vbi etiam dicit quod
9 hæc clauſula ſine figura iudicij in ſtatutis vel reſcriptis per ſolum principem poni poteſt, & quid importet hæc clauſula ſine figura iudicij vide per Marant. in Speculo Aureo in 4. par. 9. diſtinct. nu. 11 Hyppo. in d. ſing. 102. Gram. deciſ. 15. in caſu ergo noſtro vbi libel-
10 lus non requiritur ſufficit qualis petitio vt dicit Alex. in conſi. 50. nu. 8. volum. 2. Iaſo. in l. ex quacunque ff. ſiquis in ius voca. nec etiā
11 requiritur litis conteſtatio vt dicit idem Alexan. in cōſi. 71. nu. 35. volum. 1. Dom. Cumia in dicto cap. 38. incip. col. & Hyppo. vbi ſu-
12 pra, & ſcias quod quandoque per ſtatutum diſponitur quod in cauſis procedatur ſine iuris ſollennitatibus poteſt tunc procedi etiā in diebus feriatis in honorem Dei introductis Barto. & Docto. in l. milites C. de teſt. milit. eſt communis opinio quam refert Viuius in libro communi opinio: in opin. 271. Incipit ſtatutum volum. 2. & quid in caſu noſtræ Conſuetud. lis nō conteſtatur vt dixi ideo in-
13 ſtantia in cauſa prædicta incipit currere ab actu qui ſolet fieri in medietate poſt litis cōteſtationem vt dicit Alexan. in d. conſil. 50. nu. 13. volum. 2. & Marant. in d. tract. de ordine iud. parte 5. num. 4. quæ autem ſint cauſæ ſummariæ ex forma Ritus dicitur in d. capit. Ritus 133. & quæ ſint cauſæ ſummariæ de iure dicitur per Marant. in Speculo Aureo de ord. iud. par. 4. diſt. 9. nu. 42. vbi enumerat 30. caſus in quibus ſummariæ proceditur.

ET non tantum cauſa ipſa principalis eſt
14 ſummaria ſed etiam omnes articuli ex cauſa prædicta peruenientes: Ita dicit Barto. in extrauag. ad reprimendum in verbo ſummariè & in l. ſed etiam ff. de alimen. cibar. leg. Bald. in l. 1. C. de reb. credi. Doctores in clem. ſæpe extra de verbor. ſignifi. licet non procedat hoc in criminalibus ſecundum Iacob. de Butig. in l. 1. C. ad l. Falcid. Hyppo. de Marſil. ſingul. 17. vide Cum. in capit. 40. Ritus nu. 36. ſed in cauſa etiam ſummaria prædicta nō de-

negan-

15 negantur de iure defenſiones nota in l. in pa-
ri cauſa nu. 6. ff. de reg. iur. nec etiam ſublata
16 citatione, & maximè ad dicendum, & alle-
gandum ſecundum Paul. de Caſtro in conſi.
254. libro 2. Crauett. in conſi. 265. colum. pe-
nult. in princ. poſt nu. 6. Barto. in tract. ad re-
pelmendum in verbo figura iudicij in additt.
quæ incipit citatio vide quomodo intelligi-
tur hoc Dom. Cum. in d. cap. Ritus in 2. col.
17 poſſeſſio quid ſit, & quomodo acquiratur, &
quotuplex ſit poſſeſſio vide per Iaſo. & Ma-
riam. Socc. & alios in rubr. & in l. 1. ff. de acq.
poſſ. & per Villalob. in Colle. com. opin. in
verbo poſſeſſio nu. 8. & ſeq.

NOTA ſecundo quod in iſta contētio-
ne interuenit iuramentum Coloni ſeu
Inquilini, & ſic ſemiplena probatio vel aliæ
legitimæ probationes, & ſumpta iſta occaſio
ne quæro an de iure in poſſeſſorio ſufficiat ſe
18 miplena probatio dic quod ſic vt dicit Par. in
l. 1. C. quorum bon. & ibi Alexan. in apoſtill.
Hyppo. in ſingul. 620. Io. Durand. in tracta. de
arte teſtand. caut. vltim. in tit. de acqu. vel re-
pud. hæred. nu. 7. & in conſil. 252. ante nu. 2.
Crauett. in conſil. 158. nu. 12. incip. viſis actis
Curt. in tract. de art. teſtand. cōclus. 60. Idem
tenet Dec. in l. fin. nume. 28. c. de ædict. Diui
Adrian. Toll. Gozadi. in conſil. 12. nume. 21.
Paul. de Caſtro in d. l. fina. nu. 14. refert com-
munem opinionem Curt. in repeten. l. ad-
monendi nu. 68. ff. de iureiuran. Alexan. in d.
conſil. 103. volum. 7. vbi dicit quod defertur
iuramētum ſuppletorium quia tractatur de
modico præiudicio Doct. in l. 1. in glo. in ver-
bo filium C. quorum bonorum Hyppo. in
rub. de probatio nu. 445.

19 SED incontrarium eſt magis communis
opinio quod imo non ſufficit ſemiplena
probatio quam refert Alexan. in conſil. 187.
nu. 7. volum. 7. & in conſi. 139. in fine volum.
6. Cagnol. in d. l. in pari cauſa nu. 3. ff. de regu.
iur. refert, & ſequitur Lauren. Chirco. in con
cluſ. 82. in littera p. nu. 27. Centu. 3. in 2. volu.
commu. opinio folio mihi 30. Matthæus Iu-
recon. in Coll. commu. opinio. In verbo poſ-
ſeſſio. in primo volum. commun. opinio.
folio 335.

20 PRO concordia iſtarum opinionum di-
ſtinguendo dicas cum Cagnol. in d. l. in
pari cauſa quod duplex eſt poſſeſſorium vnū
21 ſummarium, & aliud plenarium vt dicit pul
lere Decius in conſi. 21. nu. 10. & 11. in primo
poſſeſſorio ſummario ſeu ſummarijs imo qđ
fiat ne homines ad arma veniant ſed vt co-
gnoſcatur eius ſit actor, & quis ſit reus ad ef-
fectum vt terminetur iudicium plenarium
vt dicit Roland. in conſil. 8. nume. 18. volum.
4. de quo etiam per Menoch. latè in tract. de
recup. poſſ. in Præludijs nu. 24. & non requi-
ritur libellus nec litis cōteſtatio vt dicit Pau.
de Caſtr. in conſi. 5. volum. 2. Neuiza. in con-
ſil. 80. num. 7. nec requiritur ordo iudiciarius
vt dicit Baldus in l. quiſquis verſic. quæro. C.
quorum appell. Cagno. in l. in pari nu. 7. ff. de
regul. iur. Cœpoll. in caut. 10. Dominus Cu-
mia in d. cap. 38. incipit per Picus nu. 24. Dec.
in d. conſi. 21. nume. 10. & in hoc poſſeſſorio
22 ſummario ſeu ſummariſſimo prout in no-
ſtra conſuet. non requiritur plena probatio
ſed ſufficit ſemiplena vt dictum eſt cum iu-
ramento olim prout in ea, & procedit pri-
ma opinio communis Doctorum imo tali
caſu ſtatui ſolet informationi relationi vt di-
cit Barto. in auth. niſi breuiores C. de ſenten.
ex periculo. recitandis, & iudex officio ſe in-
formar. & prouidit vt dicit Capic. in deciſio.
13. & ratio eſt quia non infert præiudicium
ſed de modico agitur, & proceditur prout
in text. noſtro etiam de iure communi, &
ne homines ad arma veniant vt dicit Rolan.
in conſi. 8. volum 4. vbi etiam, & num. 30. &
23 dicit quod ſufficiūt teſtes parte incitata pro-
ducti ex Cœphalo in conſil. 19. colum. fin. in
princ. Alexan. in conſil. 147. in princ. volum.
6. Neuiz. in conſi. 80. nu. 7. & ſequitur Ioſep.
Maſcar. in tractat probatio. in concluſ. 1366.
nu. 9. volum. 2. & dicit plus Roland. in conſi.
8. num. 30. quod in poſſeſſorio ſummario ad
dicatur dictum teſtis non iurati, & ab eo po-
teſt capi informatio extra iudicialiter Ro-
land. ibi nu. 31. & de hoc poſſeſſorio ſumma-
riſſimo loquitur text. noſter cùm dicatur in
rubrica quando vtraque pars poſſidere con-
24 tendit, & melius in text. declaratur, & de hac
materia quando duo poſſidere contendunt,
& quilibet petit litteras conſeruatorias ma-
nutentionis poſſeſſionis vide omnino Bolo-
gnett. in conſi. 7. nu. 262. & ſequen. qui loqui
25 tur in terminis Conſuetud. noſtræ, & in hoc
caſu non appellatur nec ſupplicatur dicit
Natta. in conſi. 172. nume. 11. Roland. in di-
cto conſi. 8. num. 33. & infra dicam ſtatim, &
an de nullitate poſſit dici dicam infra eod. &
in iſto ſummariſſimo etiam non admittitur
repulſa teſtiū. Afflict. deciſi. 13. Marant. B. V.
actu 13. & quādo teſtatur de poſſeſſorio ſum
mario ex vltima voluntate, & in hoc iudex
informabit quis ſit ſcriptus hæres in vltimo
teſtamento non cancellato, & eum in poſſeſ
ſione defendet Docto. & Zuccar. in l. fi. C. de
ædi. Diui Adria. toll. vide Dom. Cum. in cap.
38. Ritus per prius nu. 113.

26 IN ſecundo vero poſſeſſorio plenario re-
quiritur libellus vt dicit Bartol. in §. Item
dictum

dictum colum. 2. verſic. vltimo ff. vti poſſide-
tis Salyc. in l. 1. nu. 30. C. vti poſſidetis Ang. in
§. quadupli colum. 2. inſtit. de actio. Cagnol.
in d. l. in pari ff. de regul. iur. Neuiz. in conſil.
27 prædicto 80. Item, & litis conteſtatio vt dicit
idem Barto in l. naturali §. nihil commune ff.
de acqui. poſſeſſ. vbi Doctores communiter
28 concludunt quod in poſſeſſorio requiritur
litis conteſtatio Roland. in conſil. prædicto
nu. 3. Matth. Iurecon. in d. verbo poſſeſſio fo-
lio 333. Becc. in d. conſi. 21 nu. 11. & in ſpolio
etiam requiritur plena probatio, & præcedit
ſecunda magis communis opinio Alex.
in d. conſi. 139. in fine volum. 6. magis com-
munis dicit etiam Ludouic. in deciſ. 59. nu.
2. lib. 1. & teſtes debent iurare, & poſſunt re-
probari vt dicit Roland in d. conſi. 8 licet nō
poſſint reprobari ſecundū Ritum, & vt infra
dicam, & hodie per Regiam Pragmaticam
non conteſtatur lis cum ſummariæ proceda
tur vt in ea.

29 IN ſpolio etiam ſecundum Ritum plena
requiritur probatio per lis: verbum in Ri-
tu poſitum: conſtito quod plenam requirit
probationem vt dicunt Doctor. legentes Ri
tum, & Dominus Cumia in d. cap. in caſu au-
tem ſpolij nu. 45. & proceditur nullis auditis
defenſionibus extremis verificatis prout in
dicto cap. Ritus dicitur in text. ibi vel aliàs le
gitimas peracta puta vel per inſtrumenta vel
alias probationes à lege approbatas de qui-
bus per Lanfranc. in cap. quoniam vt in ver-
bo confeſſiones de probation. extra. & per
30 Hyppo. in rubr. de probation. & an hoc ſtatu
tum comprehendat probationem ex iuris
præſumptione vide Natta in conſil. 32. nu.
17. & dicit quod ſic Menoch. de recuper. poſ
ſeſſ. in his remedio nu. 400. & de iure dicun-
tur probationes quæ per præſumptiones iu-
riticas probantur: ita Crauetta in tract. de an
tiqu. tempor. part. 1. in verbo viſo de forma
32 nu. 37. folio mihi 100. & titulus ex præſum-
ptione vt puta ex ſoluttione cenſus decem
annorum cauſetur in emphyteuſi dicitur ve-
rus titulus: ita Dida. Couarru. in regula ma-
læfidei §. quartus nu. 2. vbi cōmunem refert
& quod in ſtatutis probatio ex præſumptio-
ne iuris dicatur vera probatio dicit Crauett.
33 in conſi. 6. Menoch. in tract. de recup. poſſeſſ.
in d. remedio xv. nu. 400. An autem poſſidēs
de præterito cenſeatur de futuro poſſidere
text. in l. ſiue poſſidetis de probat. dicit quod
ſic, & ibi Docto. an autem procedit iure mo
bili vide latè per Port. In concluſ. 29. lib. 1.

NOTO tertio quod donec cauſa prædi-
cta tractatur, & per Curiam decidatur ſi
gabellotus eſt inſufficiēs terragium pœnes
34 Curiam ſequeſtratur de iure autem fru-
ctus lite pendente in prima inſtantia non
ſequeſtrantur nec pecunia l. 1. C. de prohib.
ſeque. pecu. ſecus in appellatione vel quan-
do dubitatur de fuga vt dicit Io. Plat. in l. de-
fenſiones de iure fiſci libro 12. Lucas de Pen
na in dicta l. defenſionis. & in l. cum ſæpè cō-
tingit de erog. mili. C. libro x. Item quando
eſt periculum dedi lapidatione vt dicit Af-
flict. in deciſio. 188. nu. 7. vel quando duo poſ
ſidere contendunt, & adhuc nō apparet quis
ſit actor, & quis ſit reus vt in noſtra Conſuet.
dicit Curt. Senior: in conſi. 60 in prin. vbi cō-
munem dicit ſecus ſi alter poſſideret vt dicit
Ferre. in conſi. 21. nu. 5 & quando mittuntur
cuſtodes ſuper loco vel fructu in quo vterq;
35 poſſidere contendit quis debet eis ſalaria præ
ſtare dicit Lucas de Penna vbi ſupra quod
ſolui debent per eum ad inſtantiam eius pe-
tuntur mitti ſi eius commodum tantum tra-
ctatur ſecus ſi de vtriuſque commodo tracta
tur quia ad expenſas vtriuſque. & ne aliquā-
do homines ad arma deuenirant capitur poſ-
36 ſeſſio per Curiam, & fructus ſequæſtrantur
vt dicit Capicius. In deciſ. videlicet. In princ.
Aret. in conſi. 60. Ange. in conſi. 107. Curt. Se
nior in dicta concl. 60. in princ. decit. in regu.
199. volu. 2. vbi ponit regulam de ſequeſtro
cum multis ampliat, & limitat, Natt. in conſ.
568. nu. 3. 9. volum. 3. vide Viui. in opin. 263.
volum. primo, & ita ſeruatur in Magna Cu-
ria, & fuit ſeruatum in terra Biſcari in anno
1578. In menſe Iulij, & aliàs in terra Veriæ in
anno 1570. Et quando tale terragium vel res
37 ſequeſtratæ eſſent tēpore pen iure vendūtur,
& præcium deponitur vt dicit Bartol. in l. in-
ter eſſe nec ff. de acquirē. poſſeſſio. Hyppo. in
38 ſua pract. criminali in § conſtante nu. 7. & ſe-
queſtrum de iure tollitur per ſatiſdationem
l. fin. C. de ord. cogni. & Doctores communi
ter in d. l. 1. de prohi. ſeque. refert commune
opinionem Viuius in opinio 266. volum. 2.
Villalob. in collect. commu. opin. In verbo ſe
queſtrum nume. 51. vbi communem etiam
dicit.

39 SED an ſtatutum de ſequeſtro loquens
procedat in forenſibus vide Pariſ. in conſ.
107. nu. 59. volum. 3. & dum noſtra conſuetu
do dicit quod terragium ſequeſtretur donec
per Curiam terminetur cauſa ſic tollitur ſe-
queſtrum facta terminatione cauſæ quia ve-
rò poſſeſſori datur, & eſt conformis iuri cō-
muni vt ſupra dixi alias poſſeſſor eſſet ſpolia
tus vt dicit Ferr. in conſil. 27. nu. 2. & dum di-
cit text. noſter per Curiam ſequeſtretur intel
lige ideſt pœnes Curiam deponatur patet in
hoc dum dicit ſe terragerius minus fortè ſuf
ficienter expone illud verbum per idem pœ

nes Curiam nam dictio per multis modis
exponitur vt aliquando pro ad vt in l. ſecunda
de præſumpt.verb. & ſic per Curiam ideſt
ad Curiam por iudicem, & infra in Conſuet.
vnica titu. 51. vbi per Curiam deponatur ideſt
pœnes Curiam deponatur, & ita ſeruatur
& patet ex alio quia in tex. dicitur quod quã
do eſt ſufficiens gabellotis non moleſtatur,
& ſic conſuetudo tunc confidit de eo.

41 SED quæro an à tali terminatione Curiæ,
& ſic an in ſpolio poſſeſſorio admittatur
appellatio, & ſi admittitur an ſuſpendat exe-
cutionem quod non admittitur appellatio
dixi ſupra in 2.not.verſ. pro concord.in fine,
& eſt text. & ibi Doctores communiter in l.
1.C.ſi de moment.poſſeſſ.Socc.Iun.in conſi.
181. nu. 11. libro 2. refert communem opi-
nionem.Pariſ.in conſil.108.nu.13.in 1.volu.
& nec ſupplicatio: Natta in conſil.172.Ro-
land.Auall.in d.conſi.8.in fine qui refert Di-
dacum Coua. atteſtãtem de communi præt.
in auditorio ſupplicatio Regis referr com-
munem opinionem Laur. Chirco. in concl.
26.Cent.5.in verbo appellatio nu.6. in 2.vol.
commu.opinio folio 75. Afflict.deciſio.269.
42 nu. 3. tenet quod appellatur a ſententia lata
in poſſeſſorio licet: per appellationem non
ſuſpenditur executio, & ibi Oldr. quem ſe-
quitur Viui referendo communem opinio-
nem in opin. 22. incipit appellatio volum.2.
& quid ſi de iure Canonico vide Ioã.Duran.
vltimo volum.caut.20.nu.10. in titu. de acq.
hæred vide omnino Boer.in conſil.52. nu.8.
Grattu.in conſi 16. Alexand.in conſi.2.libro
43 3.qui dicit quod appellatio admittitur per iu
dicem parte non opponente Dec.in l.1. C.de
bon.poſſ.ſecu.tab.Crauett.in conſil.273.nu.
14. & quod de iure Canonico in poſſeſſorio
44 admittatur appellatio refert communẽ opi-
nionem Laurent. Chirco: in dicta concluſi.
26. in verbo appellatio nu.6.in 2. volu. com.
opinio fol.75. Viui. in d. opinio. 22. qui dicit
quod in omnibus poſſeſſorijs de iure Cano-
nico appellatur, & quãdo admittatur appel-
45 latio in poſſeſſorio vide Iaffr. Lanfra.in deci-
ſio.445. cõmunis tamen eſt quod dato quod
admitteretur nunquàm ſuſpenditur execu-
tio. Ita dicit Pariſ.in dicto conſil. 108. nu.20.
volum.primo, & Viui. in d. opinio. 22. vide
Duen.in regula 44.libro primo vbi ponit rẽ-
gulam quod non appellatur, & deinde limi-
tat quinque modis Michael Graſſ. in quæſt.
14. capit.24. in verbo appellatio libro 2.in 2.
volum.commu.opinio. folio 213. vbi magis
communem refert appellari non poſſe ad ef
fectũ retardãde executionis quod limitat nõ
procedere quando tractaretur de maximo
præiudicio idem quando ex actis conſtat de

iniquitate ſententiæ Ioſeph: Ludouic.in de-
ciſ.21.nu. 2. 1.volum. admittatur tamen reſti
46 ſtitutio in integrum vt dicit gloſſ.communi-
ter approbata in dict.l.1.C.de moment.poſſ.
Socc.conſil.299. nu.6.volum.2.& an ſuſpen-
dat executionem vltra ſupra dictos Doctor.
vide Cumia.in capit.21.Ritus, & dic quòd in
hoc caſu nõ impedit ſicut nec appellatio per
47 ſupradicta, & an de nullitate poſſit dici vide
Alex.in conſi.2,libro 3. nu.10. in ſpolio autẽ
48 fore regulam quod ſpoliatus ante omnia eſt
reſtituendus l.ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iu-
liam de vi publica c. in literis de reſti.ſpoliat.
qua ampliatur 23.modis, & limitatur 54.mo
dis Port.in concluſ.44.libro 2.Gabriel.in cõ-
cluſio prima in titu.de reſtitu.ſpoliato. quid
autem in ſpolio ſecundum Ritum, & Capitu
la Regni vide text. Ritus in cap.135.incip.in
caſu autem ſpolij, & ibi legentes maximè
Dom.Cumia, & cap. Regni Regis Ferdinan.
54. per quod dictum priuilegium ſpolij non
datur niſi in quatuor caſibus in eo contentis
per quæ capitula procedunt nullis auditis
defenſionibus, & ſic omnia ſunt ſublata, &
49 an facta terminatione Curiæ vt in text. vic-
tus Victori condẽnetur ad expenſas dic quod
ſic tam in ciuilibus l.quæ ſolidum §.etiam ff.
de leg.2.l.eum quem temere ff.de iudi.c.fine
litibus de dolo, & contumacia quàm etiã in
criminalibus C de his qui accuſa. non poſſ.l.
criminis & l.fin.C.de fruct. & lit.expenſis &
iudex tenetur condennare victũ ad expẽſas
l properandũ § ſin autẽ C. de iud. com. dicit
Viui.in opi.161.incip. iudex lib.1. quod pro-
cedit ſi a parte petatur alias nõ tenetur iudex
licet poſſit vt ibi per Viui.communẽ opinio
nẽ dicit Hyppo. de Marſi. in l.patre vel mari-
to nu.18. ff de quæſt. & vbi limitat niſi reus
50 ſuccumbens haberet iuſtam cauſam litigan-
di, & dicit eſſe communem opinionem Ca-
gnol.in l.alterius nu.25. ff. de regul. iuris Vi-
uius in dicta opin. vbi in fine, & quæ ſint iu-
ſtè cauſæ litigandi vide not. per Menoch. in
tracta.de arbitra.iudi.lib.2.Centu 2.caſu 177.
& per Hyppo.de Marſi.l.in d.l.patre vel ma-
51 rito, & quid ſi ſtatutum hoc dicte1 quod vic-
tus uittori ad expenſas condemnetur, prout
in Regno noſtro eſt cap. Regis Alfonſi 199.
an nõ obſtante quod habeat iuſtam cauſam
litigandi debeat ad expenſas condennari
Hyppo.in d.l.patre vel marito nu. 25. & Ro-
land. Aualle in conſil. 62.in num.14 volum. 4.
tenet quod victus hoc in caſu ad expenſas cõ
dennari debet vt ſtatutum aliquid vltra ius
operetur ex noua. per Bat. in l.1.ff.ad legem
Falcid. & per Crem.in ſingul.121. & Boer.in
deciſ.158.magis commu. videtur dicit Gabr.
in titulo de expenſis concluſi.1.lib.2. contra-
rium tenet Ioſeph Ludouic.in deciſi. 25. nu.
2.lib.1.

2.lib. 1. quo in loco ſupra dictis Doct. reſpondet, & nume. 3. de magis communi teſtatur quod imo habens iuſtam cauſam litigandi non obſtante tali ſtatuto victus non debet ad expenſas condemnari, & hanc partē æquiorem, & veriorem dicit Alex. in l. properandū §. ſiue autem alterutra colum. pen. C. de iudic. refert, & ſequitur Gabriel. in d. concluſione prima lib. 2. in titulo de expenſ. verſi. contrarium vero vbi nu. 2. dicit ex Caſtrenſ. conſil. 16. colum. 3. volum. 1. hoc procedere, & iam quòd ſtatutum dicat quod ſemper debeat victus ad expenſas condemnari prout dictat dictum cap. Regni refert, & ſequitur Crauett. in conſi. 3. nu. 22.

52 ET quid ſi in primo iudicio obtinuit quis, & in ſecundo ſuccubuit an etiam primi iudicij expenſas ammittat vide no. in additt. Capellæ Tholoſa. 222. vbi dicitur quod ſic Dec. in c. ſæpè nu. 16. & in c. repræhenſibilis, de appella. extrà.

53 SED quid ſi iudex appellationis in ſententia dicat victum victori ad expenſas condemno an talis condennatus ad expenſas vtriuſque iudicij primi, & ſecundi ſcilicet teneatur Menoch. in tracta. præſumptio. lib. 2. præſumpti 88. dicit quod ſic vide Paul. Granutium in Theorem. vj. vbi pulchrè ſcripſit.

54 ET an iudex in diffinitiua ſententia in futurum expenſarum condennationem ſibi reſeruare poſſit dic quod non ex Lanfran. Doctrina in repe. C. quoniam contra in c. 11. de expenſ. nu. 6. de probationis Doct. communiter in l. terminato C. fructib. 2. licium, & expenſ. quod etiam in delegato procedit eſt commun. opin. per Viui. in opinio. 164. incipient. iudex lib. 1. relata niſi talis delegatus dictam ſententiam exequi poſſit, ſecus tamen eſt in interloquutoria vt per Viu. in loco præcitato.

55 QVOMODO autem expenſarum taxatio fiat vide notata per Boer. in conſ. 27. & quomodo expenſè probentur vide latè vero per Maſcardum in tracta. probatio. in concluſio. 717. & ſequen. in verbo expenſè volum. 2.

TITVLVS XXXIX.

De duplicanda arra, & pœna mercenariorū.

CONSVETVDO VNICA.

LOCANTES opera perſonarum ad dictas hebdomadas ſeu menſem ac etiam ad ex taleū arra accepta: ſi tempore ſtatuto ad conductoris ſeruitia non fuerit duplicatē arram domino, & Patricio ad frenam tarenorum duorum in remiſſibiliter teneantur, de quantitate vero arre, vſque ad aureum vnum, & tempore conſtituto ac defectu ſeruitoris non complentis promiſſum cōductoris ſacramento ſtabitur dummodo quod de leuitate cōductor ipſæ nullatenus arguatur.

SVMMAE.

1 *Locantes opera perſonarum ſi ad ſeruiendum non acceſſerint ad quid teneantur.*
2 *Carcerari quis poteſt pro ſeruitijs perſonalibus etiā ab vnciam infra.*
3 *Ceſſio bonorum an admittatur in obligatione ex ſeruitijs perſonalibus.*
4 *Quindena pro ſeruitijs perſonalibus eſt dierum octo de communi ſtilu.*
5 *Locare an quis poſſit ſeruitia ſua perſona in perpetuum.*
6 *Locantes opera ſuarum perſonarum ſi impediti fuerint an excuſentur.*
7 *Impedimentum an iuramento probetur.*
8 *Obligatio qualibet, etiam iurata rebus ſic ſtantibus intelligitur.*
9 *Iuramento conductoris in arris an ſtetur.*
10 *Nullatenus dictio omnem adimit poteſtatem.*
11 *Probatio in contrarium an admittatur contra iuramentum vigore ſtatuti præſtitum.*
12 *Aureus pro ſolido accipitur.*
13 *Statutum de moneta mentionem faciens intelligitur de vſuali.*
14 *Furtum magnum vncias quinque excedere debet.*
15 *Obligatus ad factum ad quid teneatur.*
16 *Iuramentum in litem in obligationibus ad factum an præſtetur.*
17 *Faciens aliquid lege permittente pœnam non meretur.*
18 *Obligatio perſonarum an eis extinctis ad heredes tranſeat.*
19 *Conductis ad opus faciendum an per filium vel ſubſtitutum ſeruire poſſit.*
20 *Obligatus domum facere non obſtento loco an teneatur.*

LOCANTES operas, &c. Diuiditur: iſtæ teſtus in quattuor partes in prima factum ponit in ſecunda deciſionem in tertia dictum

ctum in quarta illud limitat ſecunda eſt ibi,
dupplicatè tertia ibi de quantitate: quarta, &
vltima eſt ibi, dummodo.

SVMMATVR tali pacto ſuarum per-
ſonarum locatores arra accepta non ſer-
uientes dupplicata arra, & tarenis duobus
Patricio puniuntur, & de quantitate arre ab
aureo infra conductori iuramento de leuita-
te non ſuſpecti ſtabitur.

1 NOTA primo ex iſto textu quod ope-
ras ſuarum perſonarum locantes ſi ad
promiſſa non acceſſerint ad dupplicatam ar
ram domino pœnam prædictam tareno-
rum duorum Spectabili Patricio tenentur,
& cum generaliter loquatur hæc Conſuetu
do generaliter intelligi debet de omnibus
perſonis locantibus operas ſuarum perſona
rum, & ſic de famulis Magiſtris artium fa-
bris, & ſimilibus l. de præcio: de publ. & ve-
ctigal. cum ſimil.

2 SECVNDO locantes operas ſuarum
perſonarum etiam ab vncia infra carcerā
tur ex forma Ritus Regni noſtri capit. 125. li-
cet regulariter ab vncia infra quis obligatus
etiam cum iuramento non carceratur vt in
d. cap. Ritus dicitur.

3 TERTIO obligatus ad operas, & ſer-
uitia perſonalia non poteſt cedere bo-
nis vt in cap. 190. dicti Ritus habetur licet re-
gulariter ceſſio bonorum admittatur in om
nibus caſibus prout in d. capitulo ſcribunt
noſtrates, & in l. 1. & titulo. C. qui ben. ced.
poſſeſſ.

SED licet contra iſtos locantes operas
ſuarum perſonarum hæc ſtatuta ſint da-
tur tamen eis aliud commodum contra con
ductores cum iuſtum ſit quod qui in vno
grauatur debeat in alio releuari: probatur
in l. in principio ff. de inſtitut. cum ſecun-
dum naturam ſit eum ſequi commoda quē
ſequuntur incommoda leg. ſecundum na-
turam ff. de reg. iuris vbi Dec. videlicet quòd
4 pro mercede eis debita contra conductores
quindena eſt dierum octo de communi ſtilu
licet ex forma Ritus ſit dierum quindecim
imo Sp. cap. ſolent mæſſoribus ſtatim merce
dem ſolui facere abſque quindena pro quo
facit dictum Sacræ paginæ, ne transferas mer
cedis ſolutionem mercennario vſque ad ma
ne, & ſtilus obſeruari dicit vt in prohemio
ſupra dixi.

5 SED an quis poſſit operas, & ſeruitia ſuæ
perſonæ in perpetuum locare, & com.
opinio eſt quod poſſit quam Viuius in opin.
162. volu. 2. in ſua colle. com. opinio. refert
Carrotius in tractat. locati in titulo de operi-
bus perpe. par. 1.

6 SED quæro quod ſi opera ſuarum perſo-
narum locantes legitimo impedimēto de
tenti eſſent an à pœna huius Conſuetudinis
excuſentur dic quod ſic per text. in l. 2. §. fin.
7 ff. ſi quis cautio. quod impedimentum ſecun
dum perſonæ qualitatem per eius iuramen-
tum probari poterit prout vult Bartol. in d.
§. fin. & confirmatur hoc per Condam Do.
Nicolaum de Intrigliolu hic, & melius per
Hyppol. de Marſi. in rubr. de probatio C. nu.
132. quo in loco latè de iſto iuramento lo-
quitur, & nouiſſimè Ioſeph: Maſcar. in tract.
probatio. in concluſio. 884. incip. impedimē
tum volum. 2. vbi lariſſimè ſcripſit vbi videas
quomodo hoc intelligatur pro quo facit illa
vulgata iuris regula quod quælibet promiſ-
8 ſio, & obligatio etiam iurata rebus ſic ſtanti
bus, & aliquo de nouo non ſuperueniēte in-
telligitur nam ea quæ de nouo emergūt no-
uo indigent auxilio l. de ætate. §. ex cauſa ff.
de interroga. actio. cum ſimil. de quo latè
idem Hyppo. de Marſi. in rubr. de fideiuſſor.
nu. 151. ſcriptum reliquit.

9 NOTA ſecundo quod de quantitate ar
ræ datè dictis locatoribus conductoris
iuramento vſque ad aurum vnum creditur
dummodo quod conductor de leuitate nō
redarguatur, & ſic quod integer, & ratio po-
teſt eſſe quare eius iuramento credatur quia
de minimis tractatur, & ſtatutum hoc facce-
re poteſt prout in Conſuet. prima ſupra titu-
lo primo dixi Soccin. in regula 380. Port. in
concluſio. quinta in. 15. limita. & quod non
integer non iuret dicit Plotus in repetit. l. ſi
quando §. fin. C. vnde vi Hyppol. de Marſi-
lijs in ſingula 74. & in Practic. crimi. in §. dili-
genter nume. 103. periuro enim vel aliàs fal-
ſam deponenti non creditur nec eius iura-
mento ſtatur vt ibi per eos quod maximè
10 procedit in ſtatuto iſto per illam dictionem
in text. poſitam (nullatenus) quæ omnem
poteſtatem adhimit vt dicit text. in §. ſen-
tentiam capitu. Romana de appellatio. in
vj. & in fin. dicit actum ipſo iure gloſſ. in
authent. ſi qua mulier. C. ad Velle. Felyn.
in cap. in cauſa in fin. 2. colum. de teſti. Dom.
Cumia in Ritu Siciliæ in capit. 41. nume. 23.
Incip. Item prædicta, vide quæ dixi ſupra in
Conſuetud. vnica titulo 37. ſub rubrica de
contentio. oriu. interlocat. & conductorem.
nu. 15. & ſeq.

11 SED quæro an admittatur probatio in

cōtrariū contra conductorem integrum con tra locatorem iurantem dic quod ſic ex Soc. cyn.in regul.380.Hyppo.in ſingula 357. vide Felinum in capitu. propoſuiſti nu.3. de probatio. & maximè probatio per inſpectionem oculorū puta quia habitatores ſe obligauerint facere parietem ad extaleum, & dominus iuret non eſſe factum, & per inſpectionem oculorum apparet factū fuiſſe nam talis probatio numquam intelligitur excluſa quia præfertur cuicumque generi probationum Hyppol. in rubri.de probatio. nume. 157. eſt communis opinio quam refert Soarez: in ſua coll.commu.opin. In verbo damnum nu. 2.

AB aureo vero ſuprà cum per hanc conſuetudinem non dicatur ſtabitur diſpoſitioni iuris communis l. commodiſſimè ff. delib. & poſth. cum ſimil. & ſic probabitur ſolutum iuxta ius & cum in noſtra conſuetudine fiat mentio de aureo: quæro quod
12 importet aureus dic quod de iure aureus pro ſolido accipitur l. quoties C. de ſuſcep. l. x. aliquando & quantum ſit ſolidus aureus late examinat referendo communem opinionē Franciſcus Curtius in opin.29.vol. primo & etiā quomodo capiatur in ſtatutis dicunt gloſa Alex. & doct. In l. fin. ff. de in ius voc. Sed in noſtra conſuetudine capitur pro ſcuto & ſic pro tarenis duodecim quia ſic ſecundum communem vſum loquendi
13 vocatur quia ſtatutum faciens mentionem de moneta intelligitur de vſuali ſecundum modernos in l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. facit tex. in capit. 2. de decim. extra Alex. in conſ. 104. colum. penul. vol. primo Pariſ. in conſ. 169. nu. 26. vol. 4. & libra auri quanta ſit not. in l. nemo C. de oper. publ.

14 ET ſolidus capitur pro vncia vna, & ſic pro tarenis triginta vnde quinque ſolidi ſunt vnciæ quinque de quibus facit mentionem text. in §. ſi quis quinque ſolidos de pace conſtan. in vſibus feudor. vnde furtum magnum in Regno debet excedere quinque ſolidos ideſt vncias quinque: Ita dicit Afflict. in Conſtitutio. Regni Siciliæ quicumq; mulierem ſub. rubric. ſiquis mulie. viol. petre. per text. in Conſtitutio. dicti Regni Iuſticiarij nomen, & formam de officio Iuſt. & ita ſeruatur licet aliter dicat d.§. ſi quis quinque ſolidos.

NOTA vltimo quod per hanc conſue-
15 tudinem obligatus ad factum non videtur quòd ad aliud tenetur niſi ad dupplicatā arram domino, & ad tarenos duos Spectā. Patricio ſed an vltra teneatur ad intereſſe cō-

ſuetudo noſtra non dicit nec de eis mentionem facit ergo remaneret in diſpoſitione iuris communis d.l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum. & de iure eſt quod obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur l. ſtipulationes non diuiduntur verſicu. Celſus ff. de verbor. obligatio. l. ſi quis cum alio §. 1. ff. de re iudic. communem dicit Roman. nume. 8. & Alexand. & Iaſon. nume. 20. ff. in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur Soarez: in verbo factum nume. 2. Iaſon. & Dec. in l. in actionibus nume. 31. & Dec. nume. 24. ff.
16 de in lit. iurand. vbi limitat ſtante præcepto Iudicis; & an iuretur in litem affectionis contra obligatum ad factum dic quod ſic dicit text. in l. quarta §. ſed ſi quis ff. fin. regund. Bartol. in dicta l. in actionibus nume. tertio quem allegat Decius, & cum eo tenui contra Bolognettum in repetitio. l. in actionibus (ſed in caſu noſtræ Conſuetudinis non iuratur quia pœna eſt certa, & determinata niſi iuramentum interueniat in obligatione quia. tunc præcisè tenetur ad factum vt latè dicit Roland. in conſil. ſexto volum. tertio dicit etiam Soarez: in ſua coll. commun. opinio in dicto verbo factum nume. 8. & in verbo iureiurando nume. 335. vbi refert communem opinionem, & ibi etiam quid ſit de Iure Canonico dicit: & hoc ſtatutum diſponit vltra illud quod diſponit ius commune ſed cogita, & vide ea quæ dicit d. Iul. Clarus in Practic. criminali in conſil. 85. verſicu. debet; & poterit intereſſe cenſeri per hanc Conſuetudinem dupplicata arra, & tareni duo qui ſoluuntur vnde non poteſt amplius puniri cum non dicatur contumax: ſoluendo vt in text. di-
17 citur: nam qui facit aliquid lege permittente non meretur pœnam l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulter. Dec. in l. in actionibus nume. 25. ff. de in litem iurando led noſtra conſuetudo non loquitur de obligatione iurata ergo in ea ſtabitur iuri communi d.l. commodiſſimè.

18 SED an de iure obligatio facta per artificem alicui ratione induſtriè perſonæ perſona extincta duret, & tranſeat ad hæredes dic quod non l. inter artifices ff. de ſolut. matrimon. l. nemo eſt qui neſciat ff. de duo reis Roman. in conſil. 670. ſed fallit in duobus caſibus poſitis per Duen. in regul. 118. Incipie. obligatio lib. 2.

19 ET AN conductus ad aliquod opus faciendum poſſit ſeruire per filium ſubſtitutum dic quod ſic, & quid de alijs ſubſtitutis vide per Vincent. Carocț in tract. lo-
20 cat. part. 2. in titul. de induſtria perſonæ ſo-
lio

ſio 29. & in titul. de operibus perpetu. folio mihi 18.

20 ET an obligatio ad ex talenm inſulæ ſeu domus faciendæ non obſtenſo loco valeat dic quod non tanquàm ſuper incerto l. qui inſulam l. 2. §. ſi quis inſulam ff. de eo quòd certo loco Ripa, & alij com. in l. ſi inſulam nu. 2. ff. de verb. oblig. ſed quid ſi non fuerit appoſitum tempus licet locus ſit oſtenſus dic quod valet l. ſi inſulam ff. eod. l. ſi ſtipulatus eſſem abſte eod. titul. Doct. commu. in dicta l. ſi inſulam, & quid ſi non fuerit deſignata forma, & qualitas com. eſt opin. relata pro Ripam in d. l. ſi inſulam quod non valet & ſequitur Bologn. ibi nu. 53. Sed Ripa ab ea diſcedit ego autem in legendo d. l. ſi inſulam tenui contra com cum Roma. pro rationes in mea lectu. d. l. poſitas.

TITVLVS XXXX.

De iure prothomiſeos, & quibus competat.

CONSVETVDO PRIMA.

IVS prothomiſeos competit ciuibus habitatoribus Ciuitatis Cataniæ, & in alijs tam iure ſanguinis quam iure contiguitatis loci ſolutis primo præcio emptori, & neceſſarijs expẽſis in emptione rei venditæ ſatis appellatione, & nullitate pœnitus amputatis: via grauaminis in ſuo robbore permanſura.

SVMMARI.

1 *Ius prothomiſeos quibus competat & nu. 9.*
2 *Iuris prothomiſeos materia vbi trattetur.*
3 *Iuris prothomiſeos conſuetudo vbi viget.*
4 *Prothomiſeos nomen multis modis appellatur.*
5 *Statutum iuris prothomiſeos valet de iure.*
6 *Statutum iuris prothomiſeos an ſit fauorabile.*
7 *Domum magnam habens recuperare non potens. Illam vendere cogitur.*
8 *Iuris prothomiſeos ſtatutum an ſeruari debeat in foro eccleſiaſtico.*
10 *Ciuis ſolus an admittitur iure prothomiſeos ad recuperandam rem venditam.*
11 *Habitator quanto tempore fiat.*
12 *Domicilij forum eſt fortius domicilio originis.*
13 *Recuperare volens iure prothomiſeos an debeat probare rem eſſe ſuam.*
14 *Conſanguineus vel uicinus ex pluribus corporibus venditis an poſſit vnum redimere.*
15 *Viſinus ſi duæ domus in eodem contractu vendantur quarum vna eſt collateralis an poſſit illam tantum recuperare remiſſiue.*
16 *Vendito prædio cum reſeruatione vnius palmi circum circa an habeat locum hoc ius prothomiſeos.*
17 *Gabella ſi de prædio vendito ſolũ debeat an primus vel ſecundus emptor tale prædium recuperans ſoluere tenetur.*
18 *Ius prothomiſeos an licet clericos.*
19 *Clericus an ligetur iure prothomiſeor.*
20 *Clericus ſi vendit laico ius prothomiſcos locum habet.*
21 *Minores an ligentur ſtatuto iuris prothomiſeos.*
22 *Baſtardi an admittatur ad recuperandum iure prothomiſeos & num. 35.*
23 *Baſtardi non ſunt de familia nec ſuccedunt & num. 27.*
24 *Baſtardi quando ſuccedant & ſucceſſiue.*
25 *Baſtardi non dicuntur nobiles nec patris nobilitas in eos deſcendit.*
26 *Spurius non facit ſemiplenam probationem.*
27 *Baſtardi non poſſunt arma domus portare.*
28 *Spurij a dignitatibus repelluntur.*
29 *Spurij multi illuſtres fuere.*
30 *Bartholus & alij famoſi doctores ſpurij.*
31 *Spurij ſub pœna danda filijs comprehenduntur.*
32 *Baſtardi an admittantur ad recuperandum prædium à matre venditum.*
33 *Monachi an admittantur ad ius prothomiſeos.*
34 *Emphiteotæ an competat ius congrui.*
35 *Ius patronatus eſt fructus rei emphiteoticæ.*
36 *Ius prothomiſeos an in re emphiteotica eccleſiæ competat.*
37 *Soccius an vicino vel conſanguineo recuperanti proferatur.*
38 *Ius prothomiſeos an cedi poſſit.*
39 *Ius prothomiſeos an tranſmittatur.*
40 *Ius congrui an renunciari poſſit.*
41 *Ius prothomiſeos an in domuncula vendita competat.*
42 *Febris leuis non dicitur febris & tortura leuis non dicitur tortura.*
43 *Minima non ſunt in conſecratione.*
44 *Ius prothomiſeos ſolutis expenſis competit.*
45 *Ius prothomiſeos in contractu venditionis competit.*
46 *Precij vbi ſit mentio vendicio præſumitur.*
47 *Ius prothomiſeos in datione inſolutum an competat.*

48 *Facultas reddimendi rem immobilem ſi vendatur an ius congrui competat.*
49 *Ius prothomiſeos an in permutatione competat.*
50 *Ius prothomiſeos quibus in contractibus competat remiſſiue.*
51 *In tranſactione an ius prothomiſeos locum habeat.*
52 *Ius prothomiſeos an in re cum pacto de retrouendendo vendita competat.*
53 *Ius prothomiſeos an competat ſi venditio facta eſt cum pacto quod non transferatur dominium.*
54 *Et quid ſi eſt facta venditio cum pacto quòd recuperando conſanguinei vel vicini res ſit in empta.*
55 *Ius prothomiſeos an competat in re cum pacto meis creditoribus ſoluendi vendita.*
56 *Simolatu contractu exiſtente an ius prothomiſeos competat.*
57 *Ius prothomiſeos an in contractu emphiteotico vel liuellario competat.*
58 *Fructus rei recuperate an per recuperantem repetantur.*
59 *Appellatio in cauſis iuris retractus non admittitur.*
60 *Appellatio regulariter in omni cauſa admittitur.*
61 *Nullitas regulariter non eſt probibita.*
62 *Apppellatione & nullitate in cauſa prohibitis an ab articulis prohibite etiam cenſeantur.*
63 *Appellatio ab interlocutoria qua pronunciat ſe competentem admittetur non obſtante ſtatuto noſtro.*
64 *Appellatione ex parte rei prohibita an ſit ex etiam ex parte actoris.*
65 *Nullitatis euidentis exceptio an in cauſa iuris congrui ammittatur.*
66 *Nullitas euidens an executionema ſententi impediat.*
67 *Grauamen notorium non eſt ſublatum nullitate ex appoſitione reiectis.*
68 *Appoſitione probibita ſi ſententia ex oculorum inſpectione nulla apparet an admittatur.*
69 *Probatio per oculorum inſpectionem numquam excluſa cenſetur.*
70 *Nullitas defectu iurisdictionis Iudicis an nullitate reiecta excluſa cenſeatur.*
71 *Appellatio via grauaminis in materia conſuetudine admittitur.*
72 *Argumentum à ſufficienti partiũ enumeratione validum eſt de iure.*
73 *Appellatio via grauaminis per reuiſionem ſit.*
74 *Querela an excluſa intelligatur reiectis appellatione & nullitate.*
75 *Nullitas ab appellatione in quibus differat.*
76 *Reſtitutio in integrum an excluſa ſit reiectis appellatione & nullitate.*
77 *Reſtitutio in integrum an ſuſpendat executionem.*
78 *Recurſus ſuperioris an ſit ſublatus reiectis appellatione & nullitate.*
79 *Appellatio via grauaminis vt admittatur quæ requirantur.*
80 *Appellatio friuola non admittitur.*
81 *Appellans via grauaminis an cauſam exprimere teneatur.*
82 *Appellatio in dubio via grauaminis interpoſita eſſe præſumitur.*
83 *Summarie in cauſis iuris prothomiſeos per ritum Siciliæ procedatur.*

IVS prothomiſeos competat. &c. Diuiditur hæc conſuetudo in tres partes in prima ponit quibus competat ius prothomiſeos in ſecunda quæ requirantur ad hoc vt competat in tertia,& vltima ponit dictum ampliando primum ſecunda eſt ibi ſolutis tertia eſt ibi appellatione.

1 SVMMATVR hoc modo ius protho-
miſeos ciuibus habitatoribus competit
refectis prætio, & expenſis appellatione. &
nullitate ſublatis via grauaminis remanẽte.
Super iſtis conſuetudinibus de iure protho-
miſeos loquentibus non tanquam omnia
quæ in materia prædicta dici poſſunt quo-
2 niã ſatis abundè de ea tractatur per Tiraqu.
in ſuo tract. de retract.& per Afflict. in Con-
ſtitu. Regni ſancimus,& per d. Curiam in ca
pitulis Ritus,de iure prothomiſeos ſed ſecũ-
dum,quotidiana, & breuia a l.qua dubia exa
minabo,& ad eos me remittam.

ET præmitto primo quòd conſuetudo
de iure prothomiſeos non tantum viget
3 in noſtra Ciuitate,& eius territorio,& in ter
ra,& territorio iacis, & etiam in terra, & ter-
ritorio Paternionis Adernionis, & Motte in
Ciuitate Randatij quæ noſtris conſuetudini
bus reguntur verum etiam in Gallia Medio-
lani Venetijs Ferrariæ, Lucæ, Paduæ, Floren-
tiæ, Alexandriæ, Bertagna: in Italia in Hiſpa-
nia,& in vtroque Regno Siciliæ prout teſta-
tur idem Tiraquel. in d. tract. in præfatio. nu.
1. Afflict. in Conſtitu. ſancimus,& in hoc Re-
gno per Ritum. In Felic. Vrbe Panhormo vt
in cap. 26. ſub rubr. de iure prothom. & con-
ſang. fol. 19.& in Ciuitate Syracuſarum vt in
titu. de iure prothom.& in Ciuitate Meſſanæ
cap. 31. Ideoque hic dicam multis in locis de-
ſeruient.

4 SECVNDO præmitto quòd hoc nomẽ
prothomiſeos multis modis nuncupatur
nam in Conſtitutione Regni ſancimus per
Regem Fidericum vocatur ius prothomi-
ſeos prout etiam in noſtra Conſuetudine vo
catur,& videtur hoc nomen quaſi corruptũ
quia prothomiſeos deberet vocari græcæ
πρωθομιξεως à πρωθος idest primus,& μιξεως idest
miſtio coytus ſeu coniunctio quaſi quòd miſceantur, & vocant vel in idem dominum ſi
vicinus vel conſors redimat vel appellatur

πρω-

προτιμήσεως idest ius prælationis quaſi quòd vicini vel conſanguinei invenditionibus bonorum conſanguineorum vel vicinorum præferuntur aliis. & conuenit expoſitio magis literæ prout dicit Tiraque. in loco præallegato nu. 2.

SECVNDO modo appellatur ius congrui prout appellat Bart. in l. prædia C. de locat. prodio. ciuil. libro xi. & Afflict. in d. conſtit. ſancimus quòd l. congruit C. eod. tit. quaſi qui congruit vt conſanguinei & vicini extraneis præferantur in venditione bonorum ſtabilium ipſorum aliquando vocatur ius præſentationis aliquando ius recompre & aliquando retractus à retrahēdo quaſi reuocatio prout de hiis omnibus largius ſequitur Idem Tiraq. in loco præcitato nu. 3. 4. & 5. & ius prothomiſeos triplex eſt conſuetudinarium vt hoc de quo habetur in c. conſtitutus in integr. reſtituit & in l. dum dū c. de contrah. emp. emphi. l. 1. c. ne liceat ſub Menoch. lib. 12. & in l. Imperatores cū gloſa & Bart. ff. de pactis & in c. ſi titius ſi de feud. fuerit controuerſ. Aliud eſt legale vt in emphiteoſi & Fiſco vt per Iaſonem in l. fin. C. de iur. emph. Item & conuentionale de quo in l. 2. & ibi doct. C. de pact. int. emp. & vend. de quibus late per Tiraq. in tract. de vtroque retract. & per Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rub. 9. §. 1. & 2. in verbo quant comme on femme fol. 331.

5 ITEM præmitte quòd hoc ſtatutum iuris prothomiſeos valet de iure hippol. ſingul. 64. per multa dicit Tiraque. in d. tracta. in præfatio. nu. 16. imo ibi nu. 14. dicit quòd valet ſtatutum prohibens vendere extraneo aut forenſi & de hoc refert communem opinionem Clar. in pratica crim. in q.
6 82. ſtatuto quinto & an tale ſtatutum ſit fauorabile vel odioſum vide Menoch. de recupera. poſſeſſion. in primo remedio nu. 22. Ioſeph. Ludo. in deciſio. 85. vol. 2. qui allegat Clarum & extendit etiam in hæredis inſtructione ad longum tempus ſicut etiam vidimus quòd de iure nobilis pauper habens in
7 ciuitate domum magnam quam reparare non poteſt fauore ciuitatis cogitur illā vendere Romanus in ſingul. 118. duenas in regula 140. libro 2. vbi ampliat & limitat vero modo ſicut per Pragmaticas Regis Martini quis cogitur vendere domum alteri pro ampliando eas ſoluta tertia parte plus pretij vt in libro Pragmaticarū Regni parti & an ſit contra ius vel præter ius dicit Tiraq. in di. tract. retrat. in præfation. nu. 21. & qui eſt contra ius refert communem opinionem Villalob: in ſua coll. comun. opinio. in verbo retractus nu. 58. ex Tiraquell. de retract. §. 35. nu. 1.

8 ET an ſtatutum iuris prothomiſeos approbetur de iure Canonico vide per Tiraquell. in d. tract. in præfacio. nu. 13. vbi dicit quòd ſic per c. conſtitutus de integr. reſtitu.

9 NOTO primo exiſto tex. hic præmiſſis quod ius prothomiſeos competit ciuibus habitatoribus Ciuitatis Cataniæ, & non aliis, & procedit in recuperare volentibus tā de iure ſanguinis quàm contingiuitatis loci adeo quòd ſi venditur res ſtabilis extraneo conſanguineus vel vicinus Ciuis, & habitatis huius Ciuitatis admittitur ad recuperationē rei venditè, & præfertur extraneo, & non vicino, ſoluto prius prætio emptori, & hoc eſt etiam in toto Regno. & in omni Ciuitate vt recuperans debeat eſſe habitator, & Ciuis illius loci vt admittatur: Ita Do. Cum. in capit. Ritus 171. nu. 2. ſcripſit.

10 SED primo quæro an ſolus Ciuis per habitationem admittatur ad recuperationē rei venditæ: quædam addittio antiqua hic dicit quòd ſi aliquis habitauerit per annum menſem edomadam, & diem in hac Ciuitate cum vxore, & familia quòd efficitur Ciuis per hanc habitationem vt dicit Conſuetudo vnica infra titulo 55. Sed de alibi habitantibus minus dubitat quia dicta Conſuetudo vult quòd habitatores non gaudeant alia Ciuilitate.

SED quid de Ciue natiuo non habitatore an admittatur ad recuperandum: dic quòd non quia requiritur concurſus vtriuſque maximè quia non adeſt dictio, & quia tunc aliud videndum eſſet per ea quæ dicit: Iaſon in l. prima ff. de iuſti. & iure, & ratio poteſt eſſe quia Ciuis qui ſentit incommoda, & onera Ciuitatis habitando debet' habere cōmoda l. ſecundum naturam ff. de regu. inr. & ita deciſionem fuit in Curia Patriciali noſtrę Ciuitatis in cauſa illorum de Ramundo, & de Paula in anno vj. Indict. 1578. & quod debeat eſſe, & habitator dicit Ioſeph: Ludouic. in deciſ. 3. nu. 17. lib. 1. quis autem de iure di-
11 catur habitator, & pro quanto tempore fiat habitator vide l. 1. §. habitare autem, & ibi Bartol. ff. de hijs qui deie. & effuderunt. & in l. habitatio §. vtrum ff. de vſu, & habit. ex forma Cap. Regni domiciliatus quis dicitur per ſex menſes habitando quoad hoc vt in d. loco domicilij conueniri poſſit reſpectu delicti per capit. 22. Regis Alfonſi, & fortius eſt
12 vinculum domicilij quam originis: ita per multa dicit Tiraquell. in tract. retract. in §. 9. glo. 2.

glo.2.nu.21.quod ſine dubio in conſuetudine noſtra procedit vt ī ea dicitur vide Ioſeph: Lud. in .deciſio. 85.nu.4.libro 2. & quomodo conſtituatur domicilium vide eundem Ludo.in deciſio.76.nu.11.& ſequen. volu.2. Menoch in lib.de arbit.iud.libro 2 Cent prima caſu 86. vbi lite de hac materia domicilij in noſtra verò Ciuitate conſtitui domiciliũ per annum menſem hebdomadam, & diem vt in dicta Conſuet. prima in titulo 55. dicitur,& quoad officia aliter prout per Conſue. par.5.tit.2.

13 QVAERO de aliquibus ad hanc materiam occurrentibus quæſtionibus, & primo an veniens iure iſto congrui, & recuperare volens debeat probare rem eſſe in dominio venditoris vel ſufficiat probare in ea eſſe in quaſi poſſeſſione dic quòd ſufficit probare in ea eſſe in quaſi poſſeſſione dominij pernotata per exn.in l.conſuetudinis C. quæ ſit long. conſuet. nu.20. & ſic ſufficit dicere prædium Petri ita Bald.in l. Gallus §.nunc de lege Velleia. ff. de liber. & poſthum. refert Cœpolla in conſi.3.nu.11.in criminalibus vide Bartol. & modernos in rubrica ff.de nou. oper.nuntia.& ibi per Iaſonem nu.9.vbi publicè legendo dixi vide ad hoc Afflic.in deciſio.83.nu.2.

14 SECVNDO quæro an ſi fuerint vendita plura corpora, & conſanguineus vel vicinus vult vnum tantum redimere an poſſit vide Iaſonem in l. ſtipulationes, non diuiduntur colum.21 .ff.de verbo.obligatio.vide Tiraquel.in d.tract.in § 23 gloſſa 1. num. 32. Cum.in cap.Ritus 100.nu.2.per dictum textum per quem dicitur quòd vnum tantũ non poſſit redimere ſed omnia dicit,& integrum præcium ſoluere.

15 ET quid ſi vendantur duæ domus quarũ vna ſit mihi vicina, & vendantur in vno, & eodem contractu an poſſim domum vicinam tantum recuperare vide eundem Tiraquell.in d.§.211.glo.2.nu.2. Affl.in Conſtitut.ſancimus col.penul.Ibidem pone.

16 ITEM, & tertio quæro quid ſi eſt vendita tenuta terrarum vna cum reſeruatione palmi vnius circumcirca aut eſt vendita vna domus per venditorem qui habebat duas vnam propè alium, & vna erat vicina alicuius, & fuit vendita primo loco illa quæ non erat confinis cum vicino, & ſecundo loco fuit vendita illa quæ erat confinis an competat ius congrui vide Capic.in deciſio. 38. Petrum de Girardo: in ſing.26.incip.tu habes.

17 QVARTO quæro an ſi fuerit vendita res pro qua debuit ſolui gabella, & primus emptor non ſoluit recuperare volens an teneatur ſoluere, & quid ſi primus ſoluit puta ius tareni quod ſoluitur pro venditione rerum ſtabilium vide Cagno.in repet.l.2. C. de pact.int emp & vend.nu. 226. & de gabella cui ſolui debeat, & an ex venditione vel ex recuperatione, & an ex tempore contractus vel ex tempore ratificationis vide Tiraquell.in d.tract.retractus Ligna.in §.1.in gloſſa x.nu.70.

18 QVINTO quæro vlterius an hoc ſtatutum iuris prothomiſeos liget clericos tam in vendendo quàm in emendo vide Ioan.de Amicis in conſil. 14 tertia col. vide Docto in l.neq; pro ſe C.de hæred inſtituẽd. vide Marant.in ſuo ſpeculo aduoc. in diſputatione octaua vbi ad longum examinat hãc quæſtionem, & tandem facit quatuor diſtinctiones,& caſus: & primus caſus eſt quando laicus vendit laico. ſecundus quando laicus venditi clerico. tertius quando clericus venditi laico. quartus, & vltimus quando clericus vendit clerico.

IN primo caſu clarum eſt quod habet locum ius congrui: in ſecundo,& 2. quando
19 laicus vendit clerico licet ſit dubium tamen ipſæ tenet quòd habet locum ius congrui in tertio caſu 53. quando clericus vendit laico tenet: idem in quarto, & vltimo caſu 53. quando clericus venditi clerico dicit quòd eſt maxima difficultas tamẽ ipſæ tenet quòd non habeat locum ius congrui, & ſecundũ concluſionem Marantæ 53. quando laicus vendit clerico quòd competat ius congrui tenet etiam Tiraque.in d.tract.retract. ligna. §.primo glo.13.nu.1. vbi refert hanc opinionem communem,& cum eo. tenet Marant. in d.8.diſputat.in tertio caſu 53. Quando cle
20 ricus vendit laico quòd competat ius retractus tenet idem Tiraquell. in loco prædicto nu. 11. & refert quaſi communem nu. 12. & Ioan.de Amicis,in conſil.14.nu.3. in vltima column. refert communem quòd ſi clericus emat ſiue vendat competat ius congrui contra id quod tenet Boer.in deciſio.231.dicens quod tunc competit ius congrui quãdò clericus vel eccleſia emit ſecus quando vendit & quod clericus, & eccleſia legitur iure congrui vltra prędictos Doctores tenet Caſſan.in Conſuet.Burgund.rubr.x §.1. In verbo quãt. le homine inverſ.& quo fol.332.& an monachi vel religioſi admittantur ad ius cõgrui vide Tiraq.de retract.§.1. gl. 8. nu. 19. eccleſia vero an admittatur ad recuperandum dicã in Conſue.vnica in tit.48.

21 QVAERO vlterius an hoc ſtatutum li-
get minores, & an detur recuperatio
minoribus vicinis vel cõſanguineis, & quod
detur minoribus non eſt dubium quia deter
minatur pro Conſuetud. vnica infra in titu-
lo proximo ergo, & contra eos debet com-
petere, & eos ligat vt ĩ iudicijs ſeruetur æqua
litas per l. fina. C. de fruct. & lit. ex pen. & per
ſingulari. Hyppol. 389. Tiraquel. in terminis
in tract. retract. Lignag. in §. primo gloſſ. 13.
num. 13. vide Roland. in tract. de lucro. dotis
quæſtio. 44.

22 SESTO quæro an baſtardis computat
ius prothomiſeos vide text. in l. tutelam
ff. de cap. dimin. Afflict. in d. Conſtitut. ſanci-
mus col. 19. Tiraquell. in d. tract. retract. Li-
gnag. in §. primo gloſſ. 8. vbi dicit quòd non
23 & mouetur illa ratione quia baſtardi non
ſunt de familia nec ſuccedunt, & allegat Do-
ctores tenentes quòd etiam filij baſtardorũ
nec ſuccedunt, & ibi nu. 7. nec etiam baſtar-
di ſuccedunt in feudo cap. 1. §. naturales ſi de
feudi fuer. contro. int. dom. & vaſſal. licet ſe-
cùs fit. In baſtardis legitimatis per ſubſequẽs
matrimonium Duen. in regul. 350. ampl. 6. &
24 quando illegitimi ſuccedant vide Bald. in
tractat. de ſucceſſ. ab inteſt. & baſtardi non
25 dicuntur nobiles nec nobilitas patris in eis
deſcendit Bart. in l. prima nu. 50. C. de dignit.
libro x. Duen. in regula 69. volum. primo, &
quòd dicantur ignobiles, etiam in fide nõ ſta-
biles, & libidine fluentes cap. ſigens anglo-
rum 56. diſtinc. item ſpurius non facit ſe-
26 miplenam probationem Duen. in regula
358. Incipie. filio ſpurio volu. primo, & ideo
27 non admittitur ad ius retractus quia ba-
ſtardi non habent iura ſanguinis ſecundum
Barto. in l. fin. C. de verbo. ſignifi. nec poſſunt
dici agnati nec cognati l. ſpurius ff. vnde co-
gnat. nec baſtardi dicuntur coniuncti ſecun-
dum Ioan. Andream, & Innocen. in cap. nul-
28 li de reſcrip. nec arma domus poſſunt porta
re ſecundum Bald. in l. generaliter C. de Inſt.
& ſubſt. Orſill. ſuper 195. deciſio. Afflict. in
fine: quod tamen limitatur per Caſſan. ſuper
Conſuetu. Burgund. in d. rubr. decima §. pri-
mo in verbo quant lombe. verſicu. primo li-
mita poſt nu. 6. & ſtatim dicam item ſpurij
29 repelluntur a dignitatibus eccleſiaſticis, &
beneficijs in cap. cunctis, & in capit. innotuit
de electio. Nico. de Vbald. in tract. ſucceſſ. ab
inteſtato in 6. colum. nec poſſunt eſſe Magi-
ſtri Notarij vt dicam infra in Conſuet. vnica
titulo 56. nu. 21. & ſequ. ſed aliquando ſpurij
ſunt perſpicaciores legitimis ſapientes, & Il-
30 luſtres vt fuit Salamon ex ea quæ fuit vxor
Alex. Magnus, Hercules Remulus Bartolus,
31 & Iaſon, & alij, vt dicit Caſſan. in rubr. 3. §. 3.
In verbo le baſtard. añ baſtarde verſ. aduerto
tamen nu. 8. fol. 285. ac etiam Gratianus, &
Magiſter ſententiarum, & Petrus Conme-
ſtor Fratres de adulterio nati vt patet. In vi-
ta gratiam in decreto: Item, & Tancredus
Spurius Rex Siciliæ vt dicit Fazell. in hiſtor.
Sicilię libro 7. cap. 6. & in Francia dicũtur no-
biles, & arma ſuorum anteceſſorum faciunt
vt dicit idem Caſtan. ibi verſ. aduertendum
nu. 21. & in pœnis impoſitis filijs propter de-
32 lictum patris filij naturales, & ſpurij compræ
hendunter eſt communis opinio relata per
Villalob. in ſua coll. commu. opinio. in ver-
bo filij nume. 96. in primo volum. com. opin.
fol. 107.

33 SED an admittantur baſtardi ad recupera
tionem fundi vel rei ſtabilis à matre ven-
diti dic quòd ſic quia ei ſuccedunt per leg. ſi
qua Illuſtris, & quòd ibi notat. ad Orfit. Tira
quell. in loco præallegato nu. 8.

34 ET an monachi admittantur, & Galeni
Tiraquell. in d. tract. de retra. Lignag. §. 1.
glo. 8. nu. 10. 19. dicit quòd ſi non poſſunt ſuc
cedere non admittuntur ſi ſuccedere poſ-
ſunt admittuntur intellige tum dummodo
in monaſterium non tranſeat vlm prohibitũ
ſit recuperare vt in Conſuetu. vnica titu. 48.
& ita dicit Tiraquell. ibi vel res exeat de
genere.

35 ITEM ſeptimo quæro an emphiteotæ do-
mus, ratione contiguitatis loci prædij ven-
diti competat ius prothomiſeos: an vero pro
prietario dic quòd competit emphyteotæ re
ſpectu vtilis dominij nam eſt hæc vtilitas, &
fructus rei qui ſpectant ad emphyteotam vi
de in ſimili Tiraquell. in tract. retract. conuẽ
ad finem tituli nume. 94. In fine fol. 385. facit
36 quòd dicitur de iure patronatus quod eſt fru
ctus rei emphyteotæ, & emphyteota Villa, in
qua eſt eccleſia debet præſentare, & nõ pro-
prietarius vt dicitur in cap. ex literis de iure
patrono. & ibi gloſſa, & num. 66. ibi publicæ
dixi de quo vide per Lambert. in tract. de iu-
re patro. in 2. & 4. articul. 2. part. 8. q. princ. 1.
37 libro fol. 265. & an iure emphyteotico vel
feudali eccleſiæ, competat ius congrui vide
Tiraq. in d. §. 1. gl. 13. nu. 8.

38 OCTAVO quæro adhuc an ſocius rei
præferatur vicino vel conſanguineo vi-
de Dom. Cum. in capit. 105. Ritus nu. 4. vide
Anchar. in conſi. 110.

39 NONO quæro an ius prothomiſeos cõ
petens vicino vel conſanguineo cedi
poſſit vel cum re tranſeat vide Alex. in l. poſt
dotem

dorem in pen.colum.ff.ſolut.matr.& in l.ad
officium C.commun.diuid.& ibi Doctor.vi
de Paul.de Caſtro in conſil.45.incip.videtur
dicendum Ioan. Andr. Alex. Rubeus in con-
ſil.146.Guid.Papam deciſio 257.nu.3. Boer.
in deciſio. 139. & concludendo dicas quòd
ius prothomiſeos cædi non poſſit prout per
multas authoritates dicit Tiraquell.in tract.
retract.Lignag.§.26.gloſſ. 1. nu.1.& 2. & ibi
in num.ſequen.multas quæſtiones de hac re.
ponit Dom.Cum.in cap.106. Ritus num.24.
vbi dicit quòd cædi non poteſt abſque re ip-
ſa: Idem dicit Caſſan in rubr.x. §.6. in princ.
fol.339.Sed aliud eſt in retract. conuentiona
li quia cædi poteſt vt dicit: Roland. in conſi.
28.nu. 14. volum. 2. quem ſequitur Laur.
Chirco.in concluſio.4.nu.37. Cent.3.fol.37.
& Boer. in d. deciſio. 139. In fine dicit quòd
poteſt cædi conſanguineo, & dicit quòd ita
fuit deciſum.

40 SED an tranſmittatur ius prothomiſeos
vide Caſſan.in d.rubrica x.in §.6.nume.1.
fol.339.qui allegat Iaſonem in l.1.§.fina.in 4.
colu.ff.de nou. operis nuntiat.

41 DECIMO quæro an ius congrui renun
tiari poſſit emptori vel venditori,& ſi vi-
cinus vel conſanguineus fuerit requiſitus ſi
vult recuperare,& dicat quòd non vide Tira
quell.in d.tracta.retract.Lignag. in §.1.gloſſa
9.nu.112.& nume.126.& ſequen.& ibi quid
quando promiſit non recuperare Afflictus:
tamen in dicto tractatu de iure congrui in
gloſſa prima in 14.colum. tenet quòd non
poteſt recuperare iſtæ vicinus vel conſangui
neus qui licentiam dedit vendendi: ſed Caſ-
ſan.ſuper Conſuetu.Burgund. in d.rubr. x.§.
xj. In verbo de res retraiz: verſic. Sed quæro
nu.2.fol.343.dicit quòd imo poterit recupe-
rare quia nondum competebat retractus an
tè venditionem ergo iuri non competenti
renuntiari non poteſt l. eſt repudianda l. qui
ſuperſtitis ff.de acquir.hæred.l.1.§.decretales
ff.de ſucceſſ. ædicto tu tamen vide Tiraquel.
in loco prædicto.

42 VLTIMO circa primum notabile quæ
ro an ſtatutum iuris prothomiſeos ha-
beat locum in domuncula vendita dic quòd
non per ea quæ dicit Bald.in capit.ſi duo fra-
tres de duob. fratribus Bened. Zanglinus ſu-
per extrauagant.ambitioſè ius, Fallent.extra
de reb.eccl.non aliena. corroboratur illa ra-
43 tione quia leuis febris non dicitur febris per
l.quæſitum ff.de re.Iud.Hyppol. de Marſil.in
l.in rem ff.ad l.Corne. de Sicar.nu.13. vbi nu.
17. vult quòd leuis tortura non dicitur tortu
ra,& Gramma.in deciſi.34.nu.55.Boſſ.in tit.
de tortur.num.15. in ſua Pract.criminale de
quo tamē vide Clarum in Pract.criml.quæſt.
44 64.verſic. nunc de gradibus, & minima non
ſunt in conſideratione vt communem refert
Soarez: in ſua coll. commun.opinionum in
verbo minimis,quod tamen intellige reſpe-
ctu perſonarum cum res minima,& domun
cula reſpectu pauperis magna dicatur vide
quem in ſimili dicit Menoch. in lib.de arbit.
iud.lib.2.Cent.1.caſu 72.nu.3.

45 NOTA ſecundo ex hoc teſtu ibi.ſalutis
quod conſanguineus vel vicinus admit
titur ad recuperandam rem venditam ſolutis
primo præcio, & neceſſarijs expenſis empto
ri in emptione rei factis, & hoc eſt etiam de
iure Ritus prout in cap.196. & quæ expenſæ
veniant, & quæ non vide Do Cum.in dicto
cap.Ritus vbi dicit quòd omnes expenſæ ne
ceſſariæ,& voluntariæ debent refici ſecundū
ius, & de non liquidis præſtatur, & ex hoc
46 tex. videtur inferre quòd hoc ſtatutum de iu
re prothomiſeos, & procedit in venditione
tantum, & non in datione inſolutum per il-
la verba in text.poſita: præcio, nam præciū
facit venditionem cum ſine præcio eſſe non
poſſit § præcium,& ibi not.Inſtit. de emp.
47 & vend.& vbi fit mentio præcij venditio prę
ſupponitur vt dicit gloſſa in l.cum dorem in
verbo quis enim C.de iur.dot.Hyppo. in ſin-
gul.105.& maximè in ſtatutis vbi debet fieri
ſtricta interpetratio,& propriè verba ſunt in
telligenda l.quicquid abſtringendæ ff.de ver
bor.obligat. & quòd ſtatuta mentionem de
prætio facientibus intelligantur de venditio
ne tantum in terminis dicit Pariſ.in conſ.82.
nu.15.& nu.4.& 5.volum.3.Dec.in l.inmagi
naria nu.1.ff.de regul.iur.& ibi Cagn. Afflic.
deciſ.72. Socc. Iunior conſil.61. nu. 3. lib.
1.Menoch de præſumptio.præſump.74.lib.
3. vbi nu. 5. declarat non procedere quando
præcium non eſt conueniens, & etiā in mul-
tis conſuetudinibus ſequentibus ſit mentio
de venditione, & in hac conſuetudine etiam
dicitur ibi in emptione rei venditæ, & ſic in
contractu emptionis, & venditionis com-
petit.

48 CONTRARIAM vero opinionem
quòd etiam ius prothomiſeos compe-
tat etiam in datione inſolutum tenet Iaſon
in l.inter cætera §.ſed ſi parauerit ff.de deleg.
primo nam eſt ſimilis emptioni l. ſi præ-
dium ff.de euictio.l. 1. §.pro empto. l. fin.
ff.in quib.cau.in po.cat.tenet: hoc etiā Dec.
in conſil.586.num.9.& per multa concludit
Tiraquell.in d.tract.retract.Lignag. in §.1.in
gloſſa 14.nu.7.& nu.2.& ibi nu.15.& 16.li-
mitat primo vt procedat in datione inſolu-

tum

tum volũtaria facta à debitore creditori pro
debito pecuniæ numeratæ,ſecus ſi ex alia re
eſſet debitor: & non in neceſſaria quæ fit à
Iudice, & vide quæ ibi dicit, vide Caſſan. in
rubri. x. §. 9. In verbo retraictz verſicu. ſed
quæro nume. 5. fol. 340. & quid ſi vendatur
49 facultas reddimendi rem inmobilem? vide
Tiraquell.in d. tractat. §. 1. glo. 7. nume. 32.
Sed hodie ceſſat hæc diſputatio in Regno
vbi contrariæ Conſuet.non vigent: per Ritũ
in cap.194.vbi dicitur quòd indatione inſo-
lutum locum habet ius prothomiſeos,& ibi
Dom.Cumia examinat prædictam quæſtio-
nem etenim ſtatutum declaratur per aliud l.
non eſt nouum ff.de leg.Bart.in l.1.§.& parui
ff.quod ui aut clam Pariſ.in conſ.110.nu.34.
vol.3.vide quę dicam infra in Conſuet.vnica
tit.prox. in 1.notab.& infra eo.nu.52.

50 SECVNDO quæro an ius prothomiſeos
competat in permutatione? vide Conſue.
51 vnicam infra in titulo 49. Incip. reſtabili: &
an in venditione vſufructus, & an in contra-
ctu renuntiationis vel refutationis,& quid in
locatione vide quæ dicit Domin. Cumia in
cap.99.Ritus,vbi latè poſt Tiraq. in locis per
eum allegatis in d.tract.retract.& poſt Affli.
in Conſ.Regni ſancimus,Et in locatione ter
rarum vel tenutarum viget Conſuetudo nõ
ſcripta, vt dixi ſupra in præludijs in 17. quæ
ſtione principali.

52 TERTIO quæro,an habeat locum ius
congrui in tranſactione vel in alienatio-
ne neceſſaria,puta in adiudicatione facta per
Curiam a creditore? Rolan.in conſil.21.nu.
13.dicit quòd non,& ibi nu.18.communem
omnium opinionem dicit 1. vol.vide Tiraq.
vbi ſupra.vide quæ dixi ſupra eo.nu.48.

53 QVARTO quæro an ius prothomiſeos
competat in venditione rei factæ cũ pa
cto de retrouendenda? vide Afilic.in deciſio.
338.nu.9.vbi dicit quòd ſic, & vide ibi Vrſil-
lum vide Tiraqu.in tract.retract.conuentio.
54 per totum,Et quid quando eſt facta vendicio
cum pacto quòd non transferatur dominiũ
niſi facta ſolutione prætij,an dum non ſolui-
tur competat ius prothomiſeos? Afflict.in d.
deciſio. 338. dicit quòd interim competit tu
vide Tiraquel.in d.tractat.in §.primo in gloſ
55 ſa 2.nume.36.fol.mihi 20.Et quid ſi eſt facta
venditio cum pacto quod retrahentes con-
ſanguinei ſit res inepta? vide Tiraq.in d.tract.
in §.1.glo.2.nu.59.

56 ITEM quæro an ius prothomiſeos com-
petat in venditione vel refutatione do-
mus,cum onere ſoluendi meis creditoribus
vide Tiraquell.in dicto tractat.retract. Lign.
in §.primo in glo.14.nu.114.Et quid ſi venda
tur facultas redimendi rem inmobile? vide
Tiraquell.in d.tract.retract.§.1.gl.7.nu.32.

57 QVINTO quæro an competat in con
tractu ſimulato? vide Afil.in deciſi.339.
& ibi Vrſill.vide eundem Tiraq.in loco præ
allegato in §.1. gloſſa 2. nu. 12. Et an hoc ius
competat in feudalibus? vide eundem in §.1.
glo.3.num.4.Et an in decimis? dic quòd non
58 Rebuff.In tractat.de decim.quæſt.x.num.28.
Et an in contractu emphiteotico, & liuella-
rio? & quod competat in re emphiteotica vẽ
dita etiam eccleſiaſtica dicit Tiraq. in d.trac.
§.1.gl.3.nu.2.& 3.& § 1.gl.13.nu.8. & 9.vide
Do.Cum.in c.Ritus Regni ritu 99. nu. 30. &
per Conſt.Regni ſancimus habet etiam locũ
ius congrui in emphiteoſim, & per Conſue-
tudinem Meſſanæ c.53. diſponitur quòd cõ-
petit ex omni contractu vbi directũ vel vtile
dominiũ transfertur excepto in dotibus, hæ
reditatibus legatis diuiſionibus, & quolibet
contractu inter parẽtes, liberos, fratres,& ſo
rores,& filios fratrũ,& ſororum ſed an recu
59 perãs poſſit petere fructus rei recuperatè ab
emptore Io.Fab.in §.actionum 2. col.inſt.de
actio. dicit quòd nonniſi à tempore litis con
teſtationis tu vide Caſſa.ſuper Conſuet.Bur.
rubr.x.§.2.In verbo de retract. 3. verſ. ſed an
retrahens fol.336.vide Tiraq.in tract.Ligna.
§.15.glo.1.& 2.l.

60 NOTA tertio,& vltimo quòd in cauſis
iuris prothomiſeos non auditur appel-
latio,nec nullitas tentatur; ſed per appella-
tionem via grauaminis proceditur.: & ſic
dirimitur appellatio quæ operaretur deuo-
lutiuum, & ſuſpenſiuum toto titulo de ap-
pellat.contra iuris regulas: nam a quocum-
que grauamine,& cauſa poteſt appellari niſi
ſit regula prohibitiua ſecundum gloſſam in
l.qui reſtituere ff.de rei vend.Doctor.in cap.
cum ſit Romana col. 4. de appellatio. refert
communem Boſſius in ſua Practica crimina
in titulo de appellatio.nume.4. quam ſequi-
tur Viuius in ſua coll.commu.opin. In opi-
nio ſecundo:incip.appellatio.volum.2. ſicut
61 etiam nullitas regulariter non eſt prohibita
vt latè ſcripſit Vancius in tract.de nulli. pro-
ceſſ.in tit.quid ſit nullitas, Et dicta regula de
iure fallit in multis caſibus in quibus non
admittatur appellatio quos ad longum refe
runt Hypp.de Marſi.in rub.C. de raptu virg.
nu.130.& ſeq.Marant.in ſuo Speculo aureo
part.6.in 2.actu num.263. & ſeq. & eſt etiam
prohibita ſupra in conſuetud. quarta in §. 1.
ſupra titu.1.& infra videbimus in Conſuetu.
vnica tit.59.ſub rubrica de cogn.& deciſ.ſer-

uanda in ſeruitutibus, & in dict. §. 1. dixi an
ſtatutũ poſſit hoc facere vbi dixi quòd ſic in
noſtris conſuetudinibus ab nupe cõfirmatis.

62 SEd primo quæro an prohibitis appellatio
ne, & nullitate in cauſis iuris prothomiſe
os, ſint etiam prohibite ab articulis emergẽti
bus, & incidentibus antè ſentẽtiã diffinitiuã?
dic quòd ſic: ita dicit Anch in conſ. 78. ex ver
bis ſẽrẽtię per totũ Decius in c. paſtoralis nu.
4. de appel. Hypp. in ſing. 17. Socc. in cõſ. 200.
nu. 6. vol. 3. contrarium dicit Cagn. in l. vni. §.
fin. nu. 25. ff. ſi quis ius dire. non obtẽp. dece.
in l. ſi quis in conſcribẽdo nu. 35. C. de pactis:
63 Sed prima opinio nõ procedit in interloquu
toria qua iudex prouunciat ſe competẽtem
quia appellatur ab ea non obſtãre noſtro ſta
tuto: Ita dicit Rolan. in cõſ. 33. nu. 6. in 4. vol.
qui refert cõſilium Ang. 195. & dicit cõmu-
nem opinionem: ita eſſe dicam inf. eo. nu. 70.
64 in 3. q. & an hæc appellatio intelligatur ita ꝓ-
hibita, ex parte actoris ſicut ex parte rei, dic
quòd ſic vt in iudicijs ſeruetur æqualitas vt
dicit Bar. in l. fina. per illũ tex. C. fruct. ex lit.
exp. Hyppo. in ſing. 389. & ſupra in Conſuet.
vnica nume. 24. titul. 26. ſub rubric. de vendi.
rer. deli.

65 SEcũdò, quid ſi opponeretur exceptio nul-
litatis euidentis contra ſententiam latam
in cauſa iuris prothomiſeos in qua eſt ſubla-
ta nullitas an admittatur? Iaſ. in l. 1. nu. 8. ff. de
nou. ope. nun. dicit quòd ſic, vbi communem
refert, & dicit, ab ea non eſſe recedendũ (vbi
alias dixi) & ibi dicit quid de alijs nullitatib⁹
euidẽtibus, vide Folle. ſuper Bulla de cœlibus
in verbo quę quidẽ executio in prin. nu. 5. &
66 6. Imo nullitas euidens impedit executionẽ
ſententiæ quando non requirit altiorem in-
daginem eſt communis opinio relata per Vil
lalob: in ſua collet. com. opin. in verbo exce-
ptio nullitatis nu. 115. Rolan. A ualle in conſ.
1. nu. 29. vol. 1. neque etiam quando eſſet no-
toria nullitas vt dicit idem Roland. in conſil.
29. nu. 37. in 1. vol. Natta. in conſ. 172. nu. 4. &
5. vbi dicit quòd ſublatis appellatione, & nul
67 litate non ſunt ſublata nullitas, & grauamen
notorium, & nullitas incontinenti probata
dicitur quando per inſtrumenta ſtatim oſtẽ-
ditur vt dicit Dec. in conſi. 424. idem Rolan.
in conſ. 1. nu. 30. & Hyppo. in rubr. de proba-
tio nu. 172. dicit quòd ſi per ſtatutum appel-
68 latio eſt prohibita tamen admittitur ſi ex in-
ſpectione oculorum app. eſſe nullam vt quia
ſententia in die Dominico lata eſt, & aſſigna
tur ratio quia dicitur priuilegiata probatio,
& probatio per inſpectionẽ oculorũ, & per
euidentiam numquã excluſa intelligitur vt
dicit idem Hyppo. in d. rub. de probatio. nu.
157. & ſequẽ. com. dicit Emanuel Soarez: in
ſua coll. com. opi. in eo verbo nu. 2.

70 TERTIO quæro an reiecta' nullitate
per hoc ſtatutũ intelligatur reiecta nul-
litas defectu incompetentiæ Iudicis, & iuriſ-
dictionis? Imola in clem. prima in gloſſa ſu-
per verbo non obſtante in fine de ſequeſtr.
poſſeſſ. & fruct. indemnit. dicit quòd non vi-
de tu Port. in concluſ. 24. libro quarto qui lo
quitur in ſtatuto denegante nullitatem vbi
ponit regulam quòd nõ intelligitur excluſa
nullitas quæ venit ex defectu iuriſdictionis:
quam ampliat. ſeptem modis, & limitat decẽ
modis dixi ſup. in d. Conſu. 4. §. 1. nu. 26. tit. 2.

71 QVARTO quæro: dicitur in text. via
grauaminis in ſuo robbore permanſu-
ra, & ſic licet à ſententia in cauſa iuris pro-
thomiſeos non appelletur, neque nullitas ſtẽ-
tari poſſit, tamen admittitur appellatio via
grauaminis quæ erit iſta appellatio via gra-
uaminis dic quòd eſt per viam reuiſionis per
eadem acta per ſupplicationem non ope-
rando ſuſpenſionem: Ita dicit quædam ad-
ditio Domini Petri Rizzati Senioris hic, *nam*
de iure communi dicit ipſæ tria ſunt data re-
media contra ſententiam; primum eſt appel
latio quod remedium ſuſpendit, & deuoluit
vt ſupra diximus, & nullitas, & reuiſio quæ
fit per ſupplicationem cum ergo in noſtra
Conſuetud. denegantur illa duo remedia
ſs. appellationis, & nullitatis ergo remanet
72 aliud ſs. reuiſionis arguendo à ſufficienti
partium enumeratione l. patre furioſo vbi
Bart. & Doct. ff. de hijs qui ſunt ſui vel alien.
iur. l. obligationum fere §. placet ff. de actio.
& obligat. cap. cum dilectus, & ibi Abb. ex-
tra de iure patrona. & infrà dicam quod tale
argumentum validũ eſt de iure vt dicit Eue-
rard. in ſua centuria in loco à ſufficienti par-
tium enumeratione, & probatur expræſsè
in auth. quæ ſupplicatio in fine C. de precib.
imper. offer. vbi colligitur quòd quando tol-
lantur illa duo remedia ſs. appellatio, & nul
73 litas via grauaminis eſt reuiſio quæ fit per
ſupplicationem quæ non impedit executio-
nem ſententiæ nec eam ſuſpendit vt notatur
in capit. Ritus 116. Incipient. Item ſi lata ſen-
tentia in cauſa appoſitoria in fine, & ibi Do-
minus Cumia, & Afflict. in deciſio. 341. nu.
3. & ita ſeruatur, & praticatur, nam vnum ſta
tutum declaratur per aliud vt ſupra dixi, &
dato quòd per hanc Conſuetudinem non eſ
ſet admiſſa appellatio via grauaminis non in
telligeretur prohibita nec excluſa vt dicit
Dec. in l. fin. nu. 31. C. de ed. Diui Adri. tollen.
74 nec etiam quærela intelligitur excluſa ſecun
dũ Aret. in conſi. 106. & eſt cõmunis opinio
quam

quam refert Dec.in conſi.533. Imol. in conſil.143.nu.3.Grammat. deciſ.35. nu.4. Natta
75 in d.conſil.172. nu.9. in quibus autem differant appellatio,& nullitas vide Maran.de ordi.iudicio,parte vj.actu 2.nu.15.

QVINTO quæro an ſit prohibita reſtitutio in integrum : vide Socc. in conſil. 299. in 2.volumine colum.2.vide Bal. Salyc. & Doct.in l.1.C.ſi de mem.poſſeſſione vbi dicunt quòd prohibita appellatione,& nullitate intelligitur prohibita reſtitutio in integrũ quæ opinio mihi placet illa ratione quia pro
77 reſtitutione in integrum ſuſpenditur executio ſententiæ Pariſ.in conſ.100. nu.18. lib. 1.Bellonus in conſ.18.num.11. Soarez in ſua col.com.opi.in verbo reſtitutio in integrum nu.69. vbi refert communem opinionem vt ſupra concluſum eſt quòd ſupplicatio,& reuiſio remanet quia per eas nõ ſuſpẽditur iudicatũ ergo non proceditur per reſtitutionẽ in integrũ quia ſuſpenderet per ſupradicta.

SEXTO quæro an ſit ſublatus de iure ſu-
78 perioris recurſus vel quærela dic quod non quia appellatione remota per ſtatutum ſeu pactum non tolluntur vt notatur ex cap. ex literis de reſti.in integre refert cõmunem opinionem Dec.in conſil.533.nu.2. Rube.in conſ.51.vide Fran.in c.vt debitus honor col. 23.quæritur de appellatio præpoſit.in c. dilecto col.23.q.8.dixi in d.§.1.i cõſu.4.ſup. tit.1.

SEPTIMO quæro quæ requirantur ad
79 hoc vt appellatio via grauaminis admittatur dic quòd de iure requiritur quòd appellãs ſit grauatus ita Alex.in addit.ad Bart.in l. antè ſententiam in 4.col. in addittio quæ incipit puto verũ ff.de appella.recip.Craue.in conſi.273.nu.5. vbi dicit quòd appellans via grauaminis debet fidem facere de grauamine Pariſ.de Puteo in trac.Syn.in verbo an ſit ſententia lata fol.245.Itẽ ſi iſta appellatio via
80 grauaminis eſſet friuola non eſſet amittenda ſicut in appellatione dicitur per c.vt cum de appellationibus friuolis de appell.extra cum ſimil.Ita Brun.in conſ.54.nu.1.

81 ET an appellans via grauaminis debet nominatim cauſam exprimere,& à iure approbatam,& an ſufficit narrare talia Doct.in cap.paſtoralis de appella.& in cap.vt debitus eo. titu. dicunt quod ſufficit ſicut in appellatione ab interlocutoria dicitur vt per Mara. in dicto tractat.par.6.actu 2.nu.142.& iudex tali caſu tenetur appellationem admittere ſummariæ Marant.in tractat.de ordin.Iudic. in 6.& vltima parte iur.actu princ.nu.122.&
82 ſequent. in dubio tamen cenſetur inter poſita propter grauamen ſecundum d.de Sancto Geminia.in cap.ſi a iudice nu. 4. de appellat. in 6.vide Francũ in cap. ſi a duobus in 1. col. de appellatio.& nota quòd omnia capitula conſuetudinis huius Ciuitatis iuris prothomiſeos ſunt confirmata per Regem Alphõſum in Ritu,in cap.202.ibi priuilegijs tamen Ciuitatum,& terrarum ſaluis.

83 ITEM aduerte quòd in cauſis iuris prothomiſeos ſummariæ per Ritum Siciliç proceditur prout diſponitur per Ritum in cap.33, ſub rubrica de modo procedi in cauſis ſummarijs vbi Do. Cum. meus conciuis ſcripſit.

CONSVETVDO II.

VENIENTES ad ius prothomiſeos iure ſanguinis vſque ad quartum gradũ admittantur incluſiuè ſcilicet ex parte aſcendentium deſcendentium, & collateralium : Aſcendentes ſunt hij : pater auus, & proauus : deſcendentes ſunt filij : nepotes, & pro nepotes collaterales : fratres primi conſobrini, & ſecundi auunculi, & materteræ patrui, & amite eiuſdem gradus, & vtriuſque ſexus.

SVMMAE.

1 *Conſanguinei vſq; ad quartum gradum admittuntur ad recuperandum.*
2 *Conſanguinei ad recuperandum in Franciæ vſque ad decimum gradum admittuntur.*
3 *Gradus aliter de iure Ciuili, & aliter de iure Canonico conſideratur, & nu.5.*
4 *Fratres, & ſorores in quo gradu ſint, & nu.6.*
7 *Gradus in noſtra Conſuetud ſecundum ius ciuile capitur.*
8 *Statutum faciens mentionem de gradibus intelligitur ſecundum ius ciuile.*
9 *Collateralium alij ſunt aſcendentes, & alij deſcendentes.*
10 *Ab auus, & ab aua ab nepos, & ab neptis an admittantur ad recuperandum.*
11 *Exempla non reſtringunt regulam.*
12 *Natus in Hyſpania ex parentibus Catinenſibus an ammittatur Catinæ ad recuperandam.*
13 *Affines an ſint excluſi a iure prothomiſeos.*
14 *Digniora ſunt præponenda.*

15 *Ius prothomiſeos an competat quando res vendita eſt emphyteotica, & dominus emptores acceptat pro emphyteota.*

16 *Proprietarius an præferatur conſanguineis.*

VENIENTES ad ius, &c. Diuiditur iſtæ textus in duas partes in prima ponit vnum dictum: In ſecunda illud declarat; ſecunda ibi aſcendentes.

SVMMATVR hoc modo ad ius prothomiſeos admittantur conſanguinei vſque ad quartum gradũ prout in text. & quia ſupra in proxima præcedenti conſuetudine fuit dictum quoad recuperationem rei vẽditæ admittuntur tam iure ſanguinis quàm cõtiguitatis loci nunc per hanc cõſuetudinem declaratur qui ſunt iſti conſanguinei qui admittuntur ad recuperandum iure ſanguinis, vſq; ad quem gradũ, & dicitur vſque ad quartum: Idem per Conſuetudinem Panhormitanam cap. 26. & per Conſuetudinem Meſſanę vſq; ad tertium gradum, & quòd res perueniat ex linea deſcendenti a qua res vendita ſit, & per Conſuetud. Syracuſanam in titulo de iure prothomiſeos capit. primo vſque ad tertium gradum incluſiue à fratribus ſeu ſororibus numerando.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd venientes iure ſanguinis ad recuperationem iure prothomiſeos admittuntur vſq; ad quartum gradum incluſiuè quod procedat tam in aſcendentibus quàm in deſcendentibus, & collateralibus, & ſic per hunc text. reſtringitur conſuetudo proxima præcedens: quæ generaliter loquitur admittens omnes iure ſanguinis venientes per quam admitteretur, & remoti vt dicit Iaſon in l. non ſolum nu. 2. ff. de no. oper. nunt. vel in gradum quo dicit Tiraquell. in d. tract. retract. Lignag. §. primo glo. 9. nu. 22. vbi nu. 25. dicit quòd ſecundum aliquas conſuetudines admittuntur vſq; ad ſeptimum gradum, & ſecundum Conſuetu.
2 Franciç admittuntur vſque ad decimum gradum vt dicit idem Tiraquell. in loco prædicto in §. primo in glo. 16. nu. 4. Cumia in cap. 206. Ritus nu. 22. & vide eundem Tiraquell. in d. §. 1. gloſſ. 9. nu. 23. & de iure Conſtitutio. Regni vſque ad quem gradum admittantur conſanguinei ad recuperandũ vide Afflict. in d. Conſtitu. Regni ſancimus per noſtram ergo conſuetudinem conſanguinei recuperare volentes vſque ad quartum gradum admittantur.

3 ET quia gradus conſanguinitatis de iure diuerſimode conſiderantur nam vno modo conſiderantur quo ad aſcendentes alio modo quo ad deſcendentes, & alio modo quo ad collaterales in primo ergo gradu aſcendentium ſunt hij: pater, & mater: In ſecundo auus, & auia: in tertio proauus, & proauia in quarto gradu ſunt abauus, & abauia in primo gradu deſcendentium ſunt filius & filia in ſecundo nepos, & neptis in tertio pronepos, & proneptis in quarto gradu abnepos, & abneptis in ſecundo gradu collatera
4 lium ſunt fratres, & ſorores in quarto gradu ſunt primi conſobrini, & ratio diuerſitatis quia in collateralibus non datur primus gradus de iure Ciuili cum quælibet perſona faciat gradum vt in § haſtenus inſtit. de gradibus affin. vnde ſi ego patri meo ſum in primo gradu ſi naſcitur mihi ſoror eſt mihi in ſecundo gradu & ſic ſoror & frater ſunt in ſecundo gradu quia vt dixi non datur primus gradus inter collaterales de iure Ciuili, & eorum filij, & ſic primi Conſobrini ſunt in quarto gradu cum quælibet perſona faciat gradum, & ita etiam ſunt in quarto collateralium parentes patruales, & amitini vt dicit Chriſtopho. Porcus in declarat. arbor. Affin. inſtit. de grad. & ita dicit noſtra conſuetudo quæ conſiderat gradum de iure Ciuili quia ius Ciuile debet attẽdi in materia noſtra ſed in cauſis matrimonialibus conſideratur de iure canonico vt dicit porcus in declaratio.
5 dictæ arboris affin. & de iure canonico gradus alio modo conſideratur nam qui ſunt in ſecundo gradu de iure ciuili ſunt in primo de iure canonico & qui ſunt in quarto de iure ciuili in ſecundo de iure canonico: nam ſecundum ius canonicum duæ perſonæ fa-
6 ciunt gradum & ſic frater & ſoror faciunt primum gradum & conſideratur quo ad copulam vt dixi ad quam duæ perſonæ requiruntur inter aſcendentes vero & deſcendentes nulla datur diuerſitas inter ius canonicũ & ius ciuile docto. in prædict. arbor. affin. inſtit. de grad. affin. omnia hæc & alia dicunt & eſt gloſa in capitulo ad ſedem 35. q. 5. &
7 qui in conſuetudine noſtra gradus in collateralibus computetur ſecundum ius ciuile patet quia quo ad tutelam & ſucceſſiones gradus de iure ciuili connumeratur vt dicũt docto. ſupra citati: ſed conſanguinei admittuntur ad recuperandum ad inſtar ſucceſſionis ſecundum comulata per Tiraque. in dicto tract. retract. Lignager. §. 1. glo. 9. nu. 23. magis com. dicit Soarez in verbo gradus nu. 18. 19. ergo & quòd gradus in conſuetud. noſtra debeat computari ſecundum ius ciuile dicit Baldus in l. fina. C. de ſucc. edicto eſt communis opinio relata per Viui. in opinio. 329. incip. ſtatutum diſponens volu.
8 primo vbi dicit quòd ſtatutum faciens mentionem

tionem de gradibus intelligitur ſecundum
ius ciuile quia proprie ſecundum ius ciuile
computatur & ſecundum ius canonicum
in proprie ſed in ſtatutis verba ſunt proprie
intelligenda ergo &cæt. Sed quia in text.
modo ſunt illa verba tibi & ſecundi dicas
quod ſtante quia expreſſe ponitur ſecundi
conſobrini quòd de eis etiam intelligitur
prout per conſuetud, Panhormit.cap. 26. in
verbo ſi aliquis ſub rubrica de iure protho.
folio 21. expreſſe diſponitur quòd gradus in
recuperatione connumeratur de iure canonico
conſidera.

9 ET quia collateralium alij etiã ſunt aſcendentium,
ideo dicit noſtra conſuetudo
qui ſint collaterales aſcendentium & qui
admittuntur ad recuperãdum & dicit quòd
ſunt auunculi & matertere patrui & amite
eiuſdem gradus vtriuſque ſexus de iure ciuili
loquendo vt ſupra dixi & vt dicit Io. Andr.
in declaratione dictæ arbor. affin. & ſecundũ
10 tex. l. non facile ff. de gradib. & licet abauus
& ab aua in aſcendentibus ab nepos & ab
neptis in deſcendentibus non ſint per noſtram
conſue. nominati tamen non per hoc
remouentur ſed admittũtur quia iam ſupra
dixi indiſtincte quòd admittuntur conſanguinei
53. vſque ad quartum gradum & cuiuſcumq;
ſexus ſint & ſi exemplificatur in ali
11 quibus non per hoc alij excluduntur quia
exempla non reſtrigunt regulam. §. actenus
& ibi Doctor. Inſtit. de gradibus licet ſit de
raro contingentibus quòd ab bauus, vel ab
nepos eodem tempore viuant.

12 SED an filius qui natus eſt in Hyſpania
ex parentibus Catinenſibus venerit in
Ciuitate ad habitandum in qua patris originẽ
aſſumpſerat qui ante receſſũ, & natiuitatẽ
filij prædicti vendiderat certã domũ retrahere
poſſit vide Boerium in deciſ. 23. vid. quæ
dixi ſupra in Conſuet. proxima in 1. notab.

SED quæro an per hanc conſuetudinem
13 ſint excluſi affines dic quòd ſic quia inter
eos non eſt gradus propriè ſecundum Cyn.
in l. non facile in § gradus, & ibi gloſſa ff. de
gradibus capit. pen. de conſangu. & affinit. &
gloſſ. in l. lex Cornelia ff. de iniurijs, & Io. de
Plat. Inſtit. de gradibus §. finali, & ſtatutũ debet
propriè intelligi ergo, & in conſuetudo
noſtra ammittit conſanguineus iura ſanguinis,
& non affinitatis contrariorum ſtatuta
de conſanguineis loquent, & non trahitur
ad affines, & in terminis affines ad recuperãdum
iure prothomiſeos admittendos non
eſſe dicit Tiraq. in d. tract. retract. Lign. §. 14.
glo. 2. nu. 16.

SED quæro quare in tex. In primis poſiti
fuerunt deſcendentes, & deinde aſcendẽ-
tes cum digniores ſint parentes filiis; & di-
14 gniora ſunt præponenda cap. ſolitè de ma-
ior. & obed. l. 1. & 2. de albo ſcrib. ff. reſpon-
deo quòd ſtante quia conſanguinei admittũ-
tur ad recuperandum ad inſtar ſucceſſionis
vt ſupra dixi, & in ſucceſſione prima cauſa ẽ
deſcendentium §. 1. inſtitu. de hæred. ab inte-
ſta. veni. ergo prius deſcendentes in text. po-
ſiti fuere.

15 QVAERO vlterius quid iuris ſi emphy-
teota vendit rem emphyteoticam, &
dominus directus acceptet emptores in em-
phyteotam an habeat locum ius congrui, &
iſti conſanguinei admittantur ad recuperan-
dum videtur quòd non, & ceſſat ius congrui
quia tali caſu emptor à proprietario videtur
habere, & non ab emphyteota cõſanguineo
& proprietarius tamẽ præfertur conſangui-
neis vt ſtatim dicam. Ita tenet quædam addi.
16 antiqua hic, item quæro an dominus dire-
ctus præferatur conſanguineis in recupera-
tione iuris congui rei emphyteotæ dic quòd
ſic ita per multa dicit Tiraquell. in tracta. re-
tract. Lignag. §. 21. gloſſa prima ſeu vnica nu.
3. & ſequen. vide Cum. in capit. 99. Ritus nu.
3. & quid ſi dominus directus rem prædictã
emphyteoticam emerit Bald. in conſil. 300.
lib. 1. dicit non habere locum ius congrui vi-
de Tiraquell. in d. tract. retract. §. 1. glo. 13. nu.
111. vbi etiam dicit quid ſi renuntietur dicto
proprietario in gl. 7. §. 1. nu. 60.

TITVLVS XXXXI.

Infra quod tempus competat ius prothomiſeos.

CONSVETVDO PRIMA.

RE vero ſtabili vendita, & contractu ex inde celebrato maiores præſentes poſſint ipſam rem vẽditam recuperare infra dies quindecim à die publicæ bannitionis in anteà numerandos: ſi verò abſentes ſint hij quibus ius prothomiſeos competit, & infra ſex menſes redierint: vſque ad quindecim dies poſt primum eorum reditum: ſi vero minores præſentes, & patre carentes

rentes

rentes infra duorum menſium ſpacium audiantur.

SVMMAE.

1 *Ius prothomiſeos iure ſtabili competit.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur vbi reſultat ll. correctio.*
3 *Verba in ſtatutis ſunt propriè intelligenda.*
4 *Ius prothomiſeos an habeat locum in re mobili præcioſa vendita.*
5 *Ius prothomiſeos an habet locum in venditione iuris.*
6 *Stabilis res dicitur, & ſi in ea quis vtile dominium tantum habet.*
7 *Ius protho. an competat cum vſufructuario venditur proprietas, & nu. 8.*
9 *Ius prothomiſeos an competat in vſufructu rerum ſtabilium.*
10 *Vſufructus an inter ſtabilia connumeretur.*
11 *Habitatione vendita an ius locum hoc competat.*
12 *Inmobilium appellatione quæ veniunt.*
13 *Ius protho an competat contra tertium.*
14 *Ius protho. an competat quando conſanguinius conſentijt.*
15 *Vendere aliud eſt, & aliud venditionem conſentire.*
16 *Vendere aliud, & aliud promiſſio de vendendo.*
18 *Ius protho. an competat quando quis promittit vendere.*
19 *Tempus ad recuperandum iure congrui quod detur.*
20 *Ius prothom. infra quod tempus competat.*
21 *Tempus recuperandi iure congrui an competit in cōtractu conditionali.*
22 *Terminus recuperandi an currat in contractu falſo in pracio, & quando.*
23 *Fraus, & dolus præponderantur culpæ.*
24 *Fraus non debet alicui prodeſſe.*
25 *Dies termini an computetur in termino.*
26 *Terminus recuperandi iure prothomiſeos an currat à die contractus an à die inſtrumenti.*
27 *Abſentibus quod tempus datur ad recuperandum.*
28 *Abſentes qui intelligantur.*
29 *Abſentes cauſa rei publicæ an reſtituantur.*
30 *Pauperi quod tempus detur ad recuperandum.*
31 *Minoribus quod tempus datur ad recuperandum iure prothomiſeos.*
32 *Decennium infra quod via executiua proceditur currit etiam minoribus.*
33 *Pupillo ſine tutore an currat terminus ad recuperandum.*
34 *Menſis de triginta diebus intelligitur.*
35 *Maiores, & minores qui dicantur.*
36 *Reſtitutio an detur minoribus in iure prothomiſeos.*
37 *Abſentibus cauſa rei publicæ an detur reſtitutio.*
38 *Impeditis an currat tempus ad recuperandum.*
39 *Inſtancia an currat impedito propter partis cauillationem.*
40 *Reſtitutio vt detur impedito inſtancia requiritur proteſtatio.*
41 *Terminus à ſtatuto præfixus currit irreparabiliter.*
42 *Inſtantia ſtatutaria ſubrogatur in locum inſtantiæ iuris communis.*
43 *Inſtantia vbi non poterit ius currit irreparabiliter.*
44 *More purgatio an admittatur in termino recuperandi.*
45 *Citatus an habilitetur.*

RE vero ſtabili, &c. Diuiditur iſtæ tex. In tres partes in prima ponit vnum dictum: in ſecunda aliud in tertia aliud: ſecunda eſt vbi ſi vero abſentes: tertia vbi ſi vero minores.

SVMMATVR hoc modo à die publicæ bannitionis recuperare volens maior, & præſens infra quindecim dies venire debet abſentes infra ſex menſes venerint infra alios dies quindecim: recuperant: minores patre carentes infra duos menſes.

IN Conſuetudine Syracuſarum cap. 3. ſub rubrica de iure protho. abſens infra annū & diem veniens in Ciuitate infra 14. diē poteſt recuperare: & per Conſuetudinem Panormitanam cap. 26. in eadem rubri. à tempore redditus in Ciuitate dantur duo anni, & præſentibus duo anni conſanguineis, *vicinis* vero datur annus menſis hebdomada, & dies: & per Conſuetu. Meſſanæ infra annum ſi abſens, & ſi redierit quindecim dies habet.

NOTO primo ex iſto text. ibi re ſtabili
1 vendita: quod conſanguineis, & vicinis ius prothomiſeos competit re ſtabili vendita & ſic duo concurrere debent: primo vt res ſit ſtabilis ſecundo vt ſit vendita vnde licet alibi ius prothomiſeos competat in alijs caſibus, & contractibus vt dixi ſupra in Conſuetud. prima tit. 40. tamen per hanc conſuetudinem datur intelligi quòd hic Catinæ ius prothomiſeos competit re ſtabili vendita tantū, & non in locatione, & ad emphyteoſim conceſſa ſecundum quandam additionem hic, & ſecundum eam ſumitur argumentum a contrario ſenſu hæc vt vendita re non ſtabili vel alio contractu quam venditionis alienata non competat ius prothomiſeos arguendo à contrario ſenſu: nec obſtat lex conuenticulam C. de epiſc. & cler. vbi dicitur quòd
2 non eſt ſumendum argumentum à contrario ſenſu vbi deuenitur ad iuris correptionē vt hic quia reſpondent Doctores in authen. quod locum. C. de collatio. quod eſt verum quando verba ſtatuti correctorij in ſenſu directo aliquid operentur ſed vbi non operantur

tur ſummendum eſt & ſic hic verba directa
nihil operantur quia ſi ſtatutum hoc inducit
de re ſtabili in iure prothomiſeos idē diſpo-
nitur quaſi de iure ſeu generali conſuetudi-
ne & ſic in ſēſu directo nihil operatetur hoc
ſtatutum a contrario ſenſu operatur quia
derogat in ceteris contractibus & in alijs re-
bus arguendo à contrario ſenſu ſequitur
quondam Nicolaus Intrigliolo hic opinio-
nem prædictæ apoſtillæ dicens ꝙ ius pro-
thomiſeos competit re ſtabili vendita & in
3 contractu venditionis quia ſtatutum noſtrū
hoc dicit nam verba ipſius ſunt ſtricte &
proprie intelligenda per l. 3. §. hæc verba. ff.
de nego. geſt. & proprie in venditione &
allegat Iaſonem in l. filius fami. in §. diui nu.
107. ff. de leg. primo & ibi l. 1. nu. 123. C. de
iur. emphi. & maxime per verba conſuetu-
dinis primes tit. 40. Ibi precio cum precium
facit emptionem & ibi dixi & ſimilibus ver-
bis vtitur conſuet. vnica tit. proximo & vi-
de Bald. in conſ. 336. volu. 5. vide Cumi. in
cap. 99. nu. 30. in Ritu Siciliæ vide Tiraquell.
de retract. §. 33. glo. vnica vbi dicit quòd in
re emphit. ad emphiteoſim conceſſa non ha-
bet locum ius congrui ſecus ſi cenſus poteſt
redimi prout eſt conſuet. in Infrancia vt ibi
per eum ſed an competa in alijs contracti-
bus quam in noſtris conſuetudinibus ex-
preſſis ex ſupra dictis & infra eo. patebit.

IBI re ſtabili: Nota quod in re ſtabili tan-
4 tum haber locum ius prothomiſeos. quid
aut de re mobili precioſa vide Tiraquell. de
re tract. lignag. in §. 1. gloſ. 7. nu. 10. & ibi an
5 in venditione mobilium & immobilium ſi-
mul & an in venditione iurium & actionum
6 habeat locum vide in gloſa. 7. & res ſtabilis
dicetur etiam ſi in ea quis habeat dominium
vtile tantum per gloſam in l. 2. C. vbi in rem
actio. & vide Cyn. in l. ſi maritus C. de inoff.
teſtam. vnde ſumpta iſta occaſione quæritur
ſecundum Guglielm. de Cuneo in d. l. ſi ma-
7 ritus, quid ſi aliquis habet vſufructum in fun
do tuo deinde vendidiſti mihi proprietatem
vicinus vel proximior vult retrahere & ſic
extinctus eſt vſufructus §. item finitur inſtit.
de vſufruct. quæritur an ſaltem poſſim reti-
nere vſufructum Gugl. de Cuneo ind. loco
indiſtincte tenet quòd non quia eſt extinctus
per l. cum filius §. dominus ff. de legat. ſe-
cundo: Sed Iac. Aretius diſtinguit, aut ego
vſufructuarius vel emphiteota ſciebā cōſue-
tudinem, aut non primo caſu perdo etiam
vſufructum ſecundo caſu non. Bald. tamen
ind. l. ſi maritus ita diſtinguit aut conſuetu-
do procedit reſcindendo & tūc reſciſſa cauſa
reſcinditur eius effectus & res debet tranſire
vt prius ſtabat antè contractum, & non pote
ro venire per d. l. ſi maritus vbi reſciſſa adit-
tione hæreditatis per quærelam in officio ſi
teſtamenti, tamē vxor inſtituta remanet cre-
ditrix in debito ſuo antiquo: aut procedit
transferendo ius emptoris in recuperatione,
& tunc ſubdiſtinguit aut habuit iuſtam cau-
ſam ignorandi conſuetudinem aut non vt ſu
pra proximè dixi vide ea quæ ſupra in Prælu
dijs dixi an ignorantia excuſet in ſtatutis.

8 ET ex ſupradictis infertur quòd ſi vſufru-
ctuarius vel emphyteota emerit proprie-
tatem, & directum dominium quod recupe
rans iure prothomiſeos recuperat totū quia
extintus eſt vſufructus, & in emphyteota vti
le dominium eſt conſolidatum cum directo
vide tamen de omnibus qq. prædictis Tira-
quell. in tract. retract. Lignag. in §. primo glo.
7. nu. 60. & ad eam me remitto, & ibi etiam
nu. 62. dicit quòd ſi vſufructuarius emit pro-
prietatem.

9 AN autem ius prothomiſeos competat
ſi vendatur vſufructus rerum ſtabilium
10 & an inter ſtabilia vſufructus connumere-
tur vide eundem Tiraquel. in loco proximè
allegato nu. 55. 56. & ſequ. vbi dicit quod in-
ter immobilia connumeratur, & competit
eo vendito ius congrui, & ibi etiam nu. ſequ.
dicit an competat ius prothomiſeos vendita
12 habitatione vel vſufru. & quæ veniant appel-
latione bonorum ſtabilium vide eundem
Tiraquell. §. 1. gloſſ. 7. vide quæ dixi ſupra in
Conſue. vnica tit. 3. in 1. notab. in verbo quæ-
ro in primis.

QVAERIT & de alio Condam Do. de
13 Intrigliolo hic quid ſi facta venditione
rei ſtabilis antequam vicinus vel conſangui-
neus recuperet, ille emptor donat alicui talē
rem an poſſit vicinus vel conſanguineus ta-
lem rē donatam retrahere a poſſe tertij do-
natarij? Afflict. in dicta conſtit. ſancimus in
6. notab. in 3. colun. tenet quòd non. Con-
trarium tamen tenet Arnon. in comento.
160. vide ea quæ dicam infra in conſuetud.
prima tit. 54. & dic quod iſta dubia ceſſant
per conſuetudinem vnicam infra tit. 50. &
& conſu. prima infra tit. 54.

14 QVAERO vlterius quid ſi aliquis non
vendidit ſed venditioni conſentijt an
habeat locum ius congrui vt conſanguineus
vel vicinus conſentientis admittatur ad recu
perationem rei prædictæ & videtur quod nō
quia aliud eſt vendere & aliud venditioni cō
ſentire l. aliud eſt vendere ff. de reg. iur. vnde
prohibitus alienare non dicitur prohibitus
alienationi conſentire ſecundum Bartol.
in l.

in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ſecundo. Sicut etiam aliud eſt vendere, & 16 aliud promiſſio de vendendo vt dicit Rolan. Auall. in conſi. 69. nu. 37. & ſeq. volu. 3. contrarium tamen tenet Tiraquell. in dicto tractat. de retract. in §. 1. gloſſa a. num. 58. vbi loquitur in ſtatuto quod ſtrictè debet intelligi: non obſtat lex aliud eſt vendere. quoniã pro-
17 cedit quando militat diuerſa ratio, ſecus quã do militat eadem ratio. vt dicit Dec. in d. l. aliud eſt vendere. num. 3. non obſtat dictum Roland. in d. conſi. 69. quoniam ſatis reſpondet ad doctrinam per eum allegatam Tiraq. in loco præallegato in §. 1. gloſſ. 9. nu. 108 Et
18 quid ſi quis promittit vendere an competat ius prothomiſeos? vide Rolan. in d. conſi. 69. nu. 5. & ſequen. & Tiraq. in dicto §. 1. in gloſſa 2. nu. 55.

NOTO tertio quòd tempus ad recuperandum eſt determinatum, & nõ com-
19 petit ſemper. vt in text. nam ius recuperandi
20 infra quindecim dies competit maioribus, & præſentibus à die publicè bannitionis, cõnumerãdo competit, & abſentibus infra ſex menſes redeuntibus. Idẽ terminus competit. minoribus verò infra duos menſes competit, aliàs per Conſtitutio. Regni infra 30. dies d. Conſtit. ſancimus tamen de iure datur annus vt dicit Hyppol. in ſingu. 64. Idem in hac Ciuitate per noſtras Conſuetudines ſi res vẽdita publicè non bannitur, prout in Conſuetud. prima infra tit proximo dicitur, Et infra quantum tempus competat ius recuperandi vide Dom. Cum. in cap. Ritus 106. nume. 8. & ſeq.

21 SED an iſtud tempus currat in contractu cõditionali? vide ſup. vbi per Dom. Cum. qui dicit, quòd à die purificatè conditionis currit, & allegat Albe. in tract. ſtatu parte 1. quæſtio. 90. ego addo Tiraquell. de retra. §. 1. glo. x. nu. 47. vbi nu. 55. quid ſi res tradatur pẽdente conditione.

22 QVAERO præterea, quid ſi venditor mentiatur de prætio, & in inſtrumento apponitur maius prætiũ quàm ſit in rei veritate; an currat iſtud tempus, an verò currat poſt declarationem veri prætij non obſtante quòd à die celebrati contractus, & publicæ bãnitionis ſit elapſum? Dic quòd currit poſt declarationem veri prætij per ea quæ notat Saly. in l. fin. in pen. col. C. de iure emphiteo. & ſequitur ibi Dominus Iaſon in 2. volum. in verſic. ſexto notat. ſequitur Afflic. in d. Cõſtitut. ſancimus in verbo vt infra 30. dies. Nec obſtat quòd debet inueſtigare verũ præcium infra quindecim dies vt dicebat Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra de probatio. in verbo cum in cauſis ſoleat quia illud procedit in expenſis vt actor qui nõ perquiſiuit ius ſuum condemnetur victori in expenſis, quia punietur, ex ſua temeritate, & nullus dolus fuit partis aduerſã, hic fuit dolus ex parte venditoris, & emptoris, qui falſum dixerunt nã fraus, & dolus præponderã
23 culpæ l. Item ſi obſtetrix §. 1. ff. ad l. Aquil. Et
24 fraus non debet alicui prodeſſe vt dicit Speculat. in titul. de ceſſio. actio. §. primo ver. ex præmiſſis, vide Dominum Cum. in c. Ritus 103. num. 6. vide Tiraquell. de retract. in §. 4. verſi. 2. Et per Conſuet. Fel. Vrb. Pan. cap. 26. in fine dicitur quòd quando maius prætium ponitur ſtatur iuramento contrahentiũ, aliàs procedit æſtimatio, Et per Ritum capit. 198. ſtatur iuramento emptoris, & venditoris licet in contractu maius præcium fuerit poſitum vide Conſuetudinem vnicam infra titul. 51.

25 SED quæro, an dies publicè bannitionis computetur in termino? an verò illud tẽpus currat de momento ad momentum? & ſic an iſta dictio à in text. poſita. Ibi a die publicæ bannitionis capiatur incluſiuè vel excluſiuè vide Anch. in conſi. 49. late per Tiraquell. in tractat. de retract. in gloſſa 1. §. primo num. 51. & 52. & ad eum me remitto Guid. Papa in deciſio. 257.

26 ITERVM quæro, quid ſi venditio iſta Coram teſtibus facta ſit an ex tunc, tempus in noſtra Conſuetudine præfixus, currere incipiat. Et per noſtram Conſuetudinem apparet quod non. quia dicitur a die celebrati contractus, qui pro inſtrumento accipitur vt infra in Conſuetud. prima titulo 42. dicam vbi videas de iure autem quid ſit? vide Menochi. in tractat. de arbitr. iudic. lib. 2. Centu. prima caſu 63.

27 IN TEX. ibi abſentes. Nota quarto quòd vnum tempus præſentibus ad recuperandum datur, & aliud abſentibus. prout in textu. vnde abſentibus tempus menſium ſex; & dierum quindecim poſt eorum redditum. Et
28 abſentes intellige omnes qui extra Ciuitatẽ ſunt, & verbum hoc propriè capitur per nota. in c. vbi periculum in §. hoc ſacro c. 2. de electio. in vj. Et præſentes qui ſint, & qui abſentes longa, & diuturna abſentia dicantur latè ſcripſit Menoch. in prædicto tracta. de arb. iudic. libr. 2. Centur. 1. caſu 40. & 62. Et in materia noſtræ Conſuetudinis quis dicatur præſens & quis abſens, vide Doctor. in l. abſentem ff. de verbor. ſignificat. Tiraquell. in dicto tractat. retracta. Lignag. §. 35. gloſſ. 3. nu.

5.nume. 2. Ioan. Fab. in §. primo inſtitu. de
vſucapio.

29 ET quid quando quis cauſa reipublicæ
abſens ſit, an reſtituatur, & de iſtis abſen-
tibus vide Villalob: in ſua coll. com. opin.
in verbo abſens, Et an, & quãdo præſentia vel
abſentia præſumatur, & quando, & perquẽ
probetur nouiſſimè multa cõquierit Ioſeph
Maſcar. in tract probat. in cõcluſ.v. in verbo
abſentiam vol. 1. vbi in cõcluſionibus ſequ.
multa de matèria abſentiæ ſcripta reliquit.

30 SEd quæro an pauperi qui propter ei9 pau-
pertatẽ recuperare non põt detur etiam
iſtud tempus quòd in noſtra conſuetudine
dicitur? dic quod ſic imo non põt tale ius alte
ri cedere per ea quæ no. per Albe in tract. ſta
tuto parte 1. & an ius prothomiſeos cedd
poſſit vide quæ ſupra in conſuet. 1. tit. pro-
ximo in 9.q.prin.ſcripſi.

31 NOta vltimò quod minoribus præſenti-
bus, & patre carẽtibus tempus menſiũ
duorum ad recuperandũ rem venditã datur,
& hoc tẽpore elapſo recuperare nõ poſſunt,
32 & ſic minoribus tempus currit ſtatutariũ. dic
quod idem eſt de iure Ritus circa decenniũ
infra quod agi poſſit via executiua virtute in
ſtrumenti prout in c. 111. Ritus, & idẽ de iure
cõmuni 2. Doct. in l. 1. C. in quib. cauſis in in-
tegr. reſtitut. non eſt neceſſ. vid no. per Guid.
Pap. q. 257. & Alex. in conſ. 24. vol. 4. vi-
de Caſſ. ſup Conſue. Burg. rub. x. §. 1. in verbo.
33 quãt l'homne verſ. ſed an iſtud fol. 336. Et an
currat pupillo ſine tutore, vel adulto ſine cu-
ratore vid. Tiraq. de retract. §. 1 gl. 13. nu. 21.
& ſeq. Et iſti duo menſes ſunt 60 dies nã mẽ-
34 ſis abſolute, & ſimpliciter prolatus de trigin
ta diebus intelligitur l. ſi maritus §. hæc m
maritis. ff. ad l. Iul. de adul. bene verũ eſt quod
vbi lex duorum menſiũ mẽtionẽ facit, & qui
ſeſſageſimo primo die venerit audiendus eſt
l. vbi lex. ff. de reg. iur. quæ regula ſecundum
Bar. in l. cum biſextus in fi. reducitur ad com.
opi. quæ habet quòd menſis intelligitur ſecũ
dum qualitatem menſis in quo data eſt fide-
iuſſio vnde ſi die 23. Auguſti data ſit dilatio
vnius menſis incipit in die predicto 23. & ter
minatur in die 22. Settembris idem ſcripſere
Bal. & Imo. in l. de diuiſione ff. ſol. matr. Dec.
in d. l. vbi lex ff. de reg iuris, vbi de cõi cũ Bar.
teſtatur, vbi videas quomodo autẽ intelligatũ
in ſtatuto noſtro vide Tiraq in d. tracta. retra.
in §. 1. gl. xj. nu. 19 & in l. ſi vnquã in verbo ſu
ſceperit liberos nu. 208. C. de reuoc donatio.
35 qui autẽ dicantur maiores, & qui minores
vide quæ dixi ſupra in Conſuet. 1. tit. 2.

36 SED quæro an minoribus detur reſtitutio
ſi infra tempus non compareant ad recu
perandum? vide textum in c. conſtitutus de
reſtitu. in integ. vide Alex. in conſ. 165. in fine
2. col. vol. 6. vide Tiraq. in d. tract. retract. Lig.
§. 35. gl. 2. vbi dicit quod ſi ſtatutum non facit
mentionem de minoribus datur reſtitutio,
ſed ſi de eo loquatur prout in noſtra conſue
tudine dicitur non datur reſtitutio.

37 VLtimò quæro, an impedito currat tẽpus
ad recuperandum in tex. expræſſum? &
videtur quod non quia non valenti agere nõ
currit præſumptio. l. fin. C. de annal. excepti.
cum ſimili, quòd procedit etiam ſi ſtatutum
hoc dicat prout ſcripſit Natta in conſil. 437.
38 num. 5. ſicut nec in Inſtantia impedito propter
partis aduerſæ cauillationes currit prout idẽ
Natta in conſi. 171. in fi. voluit. Roman. ta-
men in conſi. 220. dicit quòd irreparabiliter
currit inſtantia Neuiz. in conſ. 42. Alex. in cõ
ſil. 69. nu. 6. vol. 7. vbi com. refert, & licet Ro-
ma. in d. conſil. 220 dicat quòd licet curat ta-
men datur reſtitutio, intelligit Crauett. in cõ
39 ſil. 270. ſi proteſtatio interueniat ſequitur Ma
rant. in tract. de ordi. iudicio par. v. nu. 31. vbi
de magis comm. teſtatur. Sed in caſu noſtrę
40 conſuetudinis tempus in ea pręfixum irrepa
parabiliter currit: Et illud quòd dicitur q̃ im
pedito non currit præſcriptio nõ procedit in
ſtatutis quæ ſtrictè interpetrari debẽt, & pro
ut ipſa verba ſonant l. hæc verba ff. de verbo.
oblig. l. quicquid abſtringendæ ff. eo. tit.

NON obſtant quæ in contrarium allegata
fuerunt quoniam procedunt, in inſtancia
41 iudiciali, quæ licet ſit aliquando ſtatutaria,
tamen ſubrogatur in locum inſtantiæ iuris
communis. Doct. in l. properandum C. de iu-
di. vnde ſapit naturam inſtantiæ iuris cõmu-
nis § fuerat inſtit. de action. cum ſimil. ſecus
in ſtatuto iuris prothomiſeos in quo currit
etiam minoribus ſi de eis mentionem facit
vt dixi ſupra eodem nu. 36. ex Tiraquel. de re
tract. §. 35. gloſſ. 2 per rationem per eum alle
gat. non obſt. dictum Nattæ: in conſil. 437.
quoniam non procedit in ſtatutis tractanti-
bus de lucro vt eſt hoc noſtrum ſed in ſtatu-
tis de damno euitando tractantibus, & patet
per ea quæ in inſtantia præcitati Doctores
dicunt quòd in prima inſtantia vbi non pe-
42 rit ius currit irreparabiliter: in ſecunda in-
ſtantia, & ſic in cauſa appellationis vbi ius
perit non currit, vt ibi per eos, & Tiraquell.
in dicto tractat. retracta. nume 35. gloſſa 3. &
quarta, concludit quòd currit etiam impe-
dito: Sed an admittatur more purgatio vide
eundem Tiraque. in loco præcitato, & in gl.
v. & in §. 12. glo. 2. nu. 2.

44 SED an ſi elapſo termino in hac Conſuetudine præfixo conſanguineus vel vicinus citetur ab emptore ſi admittatur ad recuperandum dic quòd ſic quia conſtituitur legitimus contradictor, & habilitatus dicitur pro citationem Iaſon. in l. de pupillo §. 1. ff. de nou. oper. nunci. Natta, in conſil. 656. nu. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. x. nu. 20. niſi citatus eſſet cum clauſula quatenus ſua putauerit intereſſe Socc. ſingu. 264. Fall. 1.

CONSVET. SECVNDA.

VENIENTES iure ſanguinis præferantur in recuperatione omnibus venientibus ratione contiguitatis loci (etiamſi contiguitaté loci habentes in venditione ſeu recuperatione ipſa in tépore perueniſſent) quàm alijs conſanguineis dummodo conſanguinei recuperare volentes inſtrictiori gradu perſiſtant.

SVMMAE.

1 *Conſanguinei in recuperatione iure prothomiſeos vicinis præferuntur ampl nu. 2. & nu. 4.*
3 *Conſanguinei quare præferantur vicinis in recuperatione iure prothomiſeos.*
5 *Actio cui datur multo magis datur exceptio.*
6 *Conſanguinei in pari gradu exiſtentes æqualiter admittuntur ad recuperandum.*
7 *Cõſanguineus recuperare volẽs quid probare debet.*
8 *Statuti qualitates debent obſeruari.*
9 *Aſtrictiores conſanguinei in recuperatione præferuntur.*

VENIENTES &c. diuiditur iſte teſtus in tres partes in prima ponit vnum dictum in ſecũda illud ampliat in tertia, & vltima illud reſtringit ſecunda, eſt ibi etiam 3. ibi dummodo.

SVmmatur hoc modo cõſanguinei aſtrictiores in recuperatione iuri congrui præferuntur alijs conſanguineis, & vicinis in quo aũt gradu debẽt eſſe dicitur ĩ cõſu. 2. ſup. ti. 4.

NOta primo ex iſto tex. quòd conſanguinei in recuperatione prçferuntur vicinis quibus competit ius congrui ratione contiguitatis loci, & ſic iſta conſuetudo eſt declaratiua conſuetudinis primç ſup. tit. 4. per quã indiſtinctè dicitur quod ciuibus habitatorib. Ciuitatis Cataniæ cõpetit ius prothomiſeos tam ratione ſanguinis quam contiguitatis loci, & ſic declaratur quis eorũ præferatur prout in tex. vt conſanguineus præferatur vicinis
2 etiã ſi in tempore perueniſſent in recuperatione contra regulam iuris c. qui prior de reg. iur. in vj. & l. fin. C. qui potio. in pigno. habean. ſimiliter diſponitur per Conſuetudinẽ Panhorm. in c. 26. ſub rub. de iure protho. fol. 19. verſ. præterea conſanguinei, & per Cõſuetud. Meſſa. c. 31. rubr. eadem, & inter conſan-
3 guineos aſtrictio præfertur, & ratio poteſt eſſe quia maior ratio recuperationis militat in cõſanguineo vt res in familia remanear vt dicit Tiraq. in d. tract. retra. lign. in præfacio.
4 Et hoc eſt de iure vt veniens iure ſanguinis præferatur ſecundum Bald. in l. ſi maritus C. de inoffic. teſtam. l. Imperator ff. de pactis, & proximior præfert, quia cui datur actio mul-
5 to magis datur exceptio contra alios conſanguineos non abſtrictiores l. inuitus §. cuidamus ff. de reg. iu. & per Io. And. in cap. qui ad
6 agendum de reg. iur. in vj. & quia de iure conſanguinei çqualiter ad recuperandũ admittũtur quando ſunt in pari gradu ẽt vſq; ad vnũ palmum terræ vt dicit Affl. in d. conſt. ſancimus in principio nu. 29. & nu. 24. in verbo vltimo nota, tamen abſtrictiores in gradu præferuntur alijs conſanguineis, nam vt dixi in conſuetud. prima titulo 4. ius congrui competit ad inſtar ſucceſſionis, & in ſucceſſione gradatim ſucceditur l. 1. de ſucceſſ. ædicto docto. in l. 1. C. quãdo nõ peten. partes petẽ. acrç. ergo, &c. & de hoc vr̃ tex. in c. Ritus 201. incip. itẽ ſi aliqui ſed alibi cõsãguineus habẽs etiã contiguitatẽ loci prçfertur cõſanguineis etiã eiuſdem gradus vt in cõſu. 2. tit. proxim.

7 SEd quærit quondã Dom. Nicolaus Intriglioio hic an ſufficiat quòd iſtæ conſanguineus probet ſe eſſe in gradu à conſuetudine permiſſo, an vero requiratur quòd ꝓbet quod nemo eũ procedit in gradu, & dicit quod ſufficit probare ſe eſſe in gradu à noſtra cõſuetudine permiſſo, & ex hoc ejus intẽtio dicitur fundata, & allegat Socc. in conſ 89. 4. vol. Iaſ. in l. is poteſt nu. 83. ff. de acq hære. quod corroborari poteſt vltra eum per do. Alex. in l. is poteſt col. 5. nu. 11. vbi Iaſ. col. pen. nu. 83. ff. de acq. hære. com. dicit Soc. l. Gallus in pri. nu. 6. in fin. ff. de lib. & poſth. Crau. in cõſ 249. Maſcar. latè in tract. probat in concluſ. 1245. nu. 1. Incip. proximiorem vol. 3. vbi nu. 1. magis com. teſtatur. ſed prædicta procedunt qñ quæſtio eſt inter conſanguineũ, & extraneũ tũc enim ſatis eſſe probare ſe cõſanguineũ licet non eſſe ꝓximiorẽ ita reſpõdet dictç opi. com. & magis com. Maſc. ĩ d. cõcluſ. 1241. nu. 8. ſed ſecus eſt qñ compareret ad recuperandũ conſanguineus in ſtrictiori gradu qui vult

præferri

præferri alteri conſanguineo tunc debet probare gradum, & qualiter eſt aſtrictior aliàs non admitteretur, gradus ergo verificari debet quia hæc eſt qualitas à noſtra conſuetu-
8 dine requiſita, & qualitas ſtatuti obſeruari, & verificari debet ſecundum Socc. in conſil. 55. colu. 2. Roland. in conſi. 72. nu. 51. & ſeq. volum. 3. Tiraquell. in tract. Lignag. §. 8. glo. prima in principio, & vide eundem Tiraqu. de ſupraſcripta quæſtione in dicto tract. in §. x. glo. 1. nu. 22. & in d. §. 1. glo. 9. dixi ſupra in prohemio in quæſt. 17.

9 ET ſcias in hac materia quòd aſtrictiore reluctante locus eſt remotiori, & poteſt eum remouere interpellando, & aſſignando terminum d. cap. 2. 1. Ritus incip. Item ſi aliqui habentes de qua quæſtione vide latè per Caſſan. in Conſuetu. Burgund. rubrica x. §. 2. in verbo des retrac. verſ. concluſio fol. 337. & vide inf. in Conſuet. ſeq. titu. proximo eſſe Tiraq. in d. tract. retract. in §. xj. gl. 2.

TITVLVS XXXXII.

De Bannitione rei vendite.

CONSVETVDO PRIMA.

VENDITA re ſtabili tribus diebus aſſiduis banniri debeat publicè in Logia Magna Ciuitatis Cataniæ quæ publica bannitio in actis Curiæ Ciuilis Ciuitatis eiuſdem redigatur in ſcriptis: poſtquam ſcripturam redactam: infra dies quindecim ab inde in antea ius prothomiſeos competat recuperare volenti, ſi vero bannita non fuerit duret dictum ius prothomiſeos recuperare volenti vſque ad annum vnum à die celebrati contractus in antea dummodo dicti prædij venditi interueniat, traditio corporalis.

SVMMA.

1 Terminus ad recuperandum iure prothomiſeos à die publicæ bannitionis currit.
2 Scientia ex publico banno præſumitur.
3 Terminus ad recuperandum in iure prothomiſeos in Ciuitate Panormi quantum duret.
4 Bannitio in iure congrui an liget clericos.
5 Terminus ad recuperandum an currat à die contractus an à die inſtrumenti.
6 Contractus venditionis perficitur coram teſtibus.
7 Inſtrumentum differt à contractu.
8 Venditio non dicitur perfecta ſi de inſtrumento conuentum ſit.
9 Vendere aliud eſt, & aliud promiſſio de vendendo.
10 Contractus quando dicatur celebratus.
11 Communis vſus loquendi eſt attendendus ampliat. nume. 12. & quando procedat hoc nume. 13. & nume. 15.
14 Contractus an capiatur pro inſtrumerto.
15 Contractus in ſtatutis non capitur pro inſtrumento.
16 Conſanguinei in recuperatione ſi ſe artant in fine termini an detur alijs remedium.
17 Conſanguineo in priori gradu recuperante poſt quindenam renuntiante an alius in inferiori gradu admittatur ad recuperandum.
18 Ius prothomiſeos ad inſtar ſucceſſionis competit.
19 Dictio infra an capiatur incluſiuè.
20 Dies bannitionis an includatur in termino recuperandi.
21 Annus datur à iure ad recuperandum.
22 Terminus ad recuperandum an currat ignoranti.
23 Conſanguineus poſt quindecim dies an recuperet ſi iterum citetur ſeu habilitetur.
24 Annus datur ad recuperandum non facta publica bannitione.
25 Emphyteota alienans prædium emphyteoticum non facta traditione non cadit in commiſſum.
26 Annus ex quot diebus conſtat.
27 Poſſeſſio vera an transferatur per clauſulam conſtituti.
28 Conſtituti clauſula ficta poſſeſſio transfertur.
29 Statutum de poſſeſſione ſimpliciter loquens an procedat in clauſula conſtituti vel precarij.

1 VENDITA re ſtabili, &cæt. Diuiditur text. In quattuor partes: In prima enim ponit formam bannitionis rei ſtabilis vendite: In ſecunda ponit tem-
2 pus quando bannitur: In tertia ponitur aliud tempus quando non bannitur: In quarta ponit modificationem, ſecunda ibi poſtquam tertia, ibi ſi vero, quarta, & vltima ibi dummodo.

SVMMATVR hoc modo ius prothomiſeos infra dies quindecim à die publicæ bannitionis rei, & in actis Curiæ redactæ competit ſi vero bannita non ſit infra annum à die contractus, & traditionis corporalis.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd ad hoc
vt currat terminus dierum quindecim,
& alij termini de quibus in conſuetu. prima
ſupra titulo proximo conſanguineis vel &
vicinis re ſtabili vendita ad recuperandum
iure congrui, requiritur bannitio publica per
præconem facta in logia magna huius Ciui-
tatis tribus diebus aſſiduis, & quòd in actis
Curiæ Patricialis redigatur in ſcriptis ad rela
tionem d. Præconis vt quotidie fit, & ſic non
requiritur quòd detur alia ſcientia ipſis, per-
venditorem aut emptorem nec etiam ſuf-
ficit ſcientia ſimplex, vel quod requiratur
prout in Conſuet. no. Ciuitatis Meſſanæ cap.
31. diſponitur, & ratio eſt quia per publicum
2 bannum ſcientia præſumitur, nec ignorantia
allegari poteſt quia vox Præconis omnibus
innoteſcit prout dicit Gram. in deciſi. 36. nu.
14. & nu. 24.

3 SED per Conſuetudinem Fel. Vrb. Pan.
cap. 26. ſub rubr. de iure prothom. in verſ.
quod quidem ius fol. 19. non bannitur ſed
durat ius recuperandi per annum menſem
hebdomadam, & diem, Et à quo tẽpore cur-
rat infra eodem patebit, Et conſanguineis ter
minus duorum annorum datur vt in dicta
Conſuetu. dicitur quando præſentes ſunt, &
tempus anni hebdomadæ, & diem in dicta
Ciuitate à die ſcientiæ, & præſentiæ currit vt
in d. Conſuet. dicitur.

4 SED quæro an hæc publica bannitio aſſi-
ciat clericos ita quòd cogantur compare
re Coram Iudice laico? dic quòd ſic, per ea
quæ notat Afflict. in deciſio. 24. num. 8. & ita
quędam apoſtilla hic antiqua teſtatur aliàs
fuiſſe deciſum in Curia Patriciali noſtræ Ci-
uitatis inter quondam presbiterum Franci-
ſcum Mina, & quendam laicum in anno 14.
Indict. 1541. & eſt communis opinio relata
per Caſſaneum ſuper Conſuetudine Burg.
rubr. x. in §. primo, in verbo quã l'homne &
femme in verſic. ex quo concludendo nu. 7.
folio 33. & dixi ſupra in Conſuet. 1. in titulo
4. in 1. nota.

5 SECVNDO quæro an iſti quindecim
dies currant a die contractus venditionis
coram teſtibus facti, an à die confectionis in-
ſtrumenti? quædam addittio antiqua hic di-
cit quòd currit à die contractus venditionis,
& non à die confectionis inſtrumenti, &
6 quòd intentio conſuetudinis hæc eſt, nã fa-
cta venditione coram teſtibus cum prætio
dicitur contractus venditionis abſque ſcri-
ptura quia eſt obligatio quæ conſenſu con-
trahitur §. 1. inſtitu. de oblig. quæ ex conſenſu
& §. 1. inſtit. de empt. & vendit. & poteſt ad-
iuuari hæc opinio ex eo quòd conſuetudo
7 noſtra facit mentionem de contractu, & in-
ter contractum, & inſtrumentum eſt differẽ
tia nam contractus dicitur conuentio corã
teſtibus facta, & maximè in venditione nam
ſimul atque de prætio conueniunt contrahẽ
tes inter eos eſt facta venditio d. §. 1. inſtit. de
empt. & vendit. inſtrumẽtum vero eſt quan-
do contractus in ſcriptis reducitur l. cum in-
ſtrumentis C. de fide inſtrum. l. cum res C. de
probat. & differentiam inter contractum, &
inſtrumentum collige in gloſſa fin. inſtit. de
obligat. & per Tiraq. in tract. retract. §. 2. glo.
1. in prin. Caſſan. ſuper Conſuet. Burgund. in
fine dicti tract. ſub rubrica de gabellis in ver
ſic. & aduertendum nu. 14. folio 388. vnde a
die contractus debet currere terminus in Cõ
ſuetudine præfixus: Et ſi volumus tenere
hanc opinionem poſſet diſtingui hoc modo,
quia aut partes conueniunt de vendendo rẽ
dummodo quòd fiat inſtrumentum, & tunc
dum non eſt confectum inſtrumentum non
8 currit terminus nam non dicitur perfecta vẽ
ditio dum non eſt confectum inſtrumẽtum
imo poſſunt a tali venditione diſcedere pro-
ut dicitur in l. contractus C. de fide inſtrum.
& per Dec. in conſi. 159. nume. 4 vel eſt facta
promiſſio de vendendo rem ſtabilẽ quia tũc
etiam non dicitur venditio: nam aliud eſt vẽ
9 dere, & aliud promiſſio de vendendo vt pul-
chre per plura media cõcludit Rolan. Auall.
in conſi. 69. nu. 5. & ſeq. in 5. volu. licet ſecus
ſentiat Tiraq. in tract. Lignag. in §. 1. gloſſa 2,
nu. 55. qui loquitur de iure cõgrui, & in hoc
etiam caſu ſi teneamus cum Rolando non
currit tempus, ſi verò eſt facta venditio corã
teſtibus, & perfecta cum prætio, & tunc poſ-
ſet dici quòd ex quo eſt factus contractus vẽ
ditionis d. §. primo de emp. & vendit. inſtit. &
tunc currit tempus a die dicti contractus: Sed
dicendum eſt quòd tempus currat à die cele
brari inſtrumenti quia noſtra conſuetudo
10 vtitur hoc verbo ſcilicet à die celebrari con-
tractus, & tunc dicitur celebrari quando ſol-
lemnitates per notariũ interueniunt de qui-
bus dixi in Cõſuet. vnica in titul. 72. ſub rubr.
de offi. Tabell. & hic cõtractus capitur pro in
11 ſtrumento ſecundum communem vſum lo
quendi qui debet attendi, & præfertur pro-
priè ſignificationi vocabuli l. librorũ §. quod
tamen Caſſius ff. de lega. 3. & ibi Iaſon. cap. ex
literis de ſponſ. & matrim. & annis pręteritis
legendo publicè dixi in rub. de oper. no. nun.
Tiraque. iud. tract. retract. dicto §. 2. glo. 1. nu.
6 communem dicit Ioan. Ficard. in addittio.
ad Villalob: in coll. commun. opinio. In ver-
bo communis, & in verbo verba num. 18. &
nu. 108. in 1. volum. commun. opinio. fol. 79.
12 etiam in materia odioſa, & ſtricta pro com-

muni

13 muni refert Soarez: in verbo vſus nu.108.& licer procedat hoc quando verba ſunt verna cula lingua pro lata vt dicit Alex.in conſi. 5. nu. 6. volum. 3. & Boerius in conſi. 1. num. 32.volum. 1.tamen hoc dubium tollitur per Conſuetud.primam in tit.53.infra: vbi datur forma per notariũ adimplenda in vẽditione rei ſtabilis, & fit mẽtio ibi de cõtractu faciẽ
14 do per notarium,& tamen eſt inſtrumẽtum vnde vocat contractum inſtrumentum ac per rubricam in titulo 53.vbi dicitur de cele bratione contractuũ per notarios facienda vt in multis alijs conſuetudinibus infra in hac materia iuris prothomiſeos, & text. noſter dicit à die celebrati contractus,& per Ri tum etiam in cap.126.Incipit, item obligatus in cõtractu cap. cõtractus per inſtrumẽto,& omnia examinat pulchrè Tiraquell.in d.§.2. gloſſa prima vbi in terminis ſtatuti noſtri eſt, & ibi nu.4.& 5.nam ibi Conſuetudo Frãciæ, eſt latino ſermone ſcripta, & facit mentionẽ de contractu, & accipitur ibi pro inſtrumen to prout per multa tenet Tiraque. ibi,etiam pratticatur hodie in Curia prædicta quòd pu blicus præco refert in actis ſe tribus diebus aſſiduis banniſſe publicè in logia Ciuitatis ta lem domum vel prædium venditum à tali confinans prout in contractu celebrato in actis talis notarij dic &c. & ita cõtinuè ſerua
15 tur nam licet in ſtatutis contractus non capiatur pro inſtrumento,tamen ſecus eſt quã do ex coniecturis apparet: de inſtrumẽto ita dicit Caualca.in tract.de tuto. & cura. cap. 1. nu.88.vide tamen diſtinctionem.& doctrinã Menoch. in tracta.de arbi.iudi. lib.2. Centu. 1.caſu 63. quid autem ſi fraus inter emptorẽ & venditorem interuenit vide ea quæ ſcripſit Tiraquell.de retra.§.1.glo.2. num.12. & eius, & intellige hanc conſuetudinẽ primã vt ſupra titulo proximo nam vnum ſtatutũ per aliud declaratur l.non eſt nouum C. de legibus,& ibi dixi an tempus recuperandi in iſtis conſuetudinibus præfixum currat mino ribus abſentibus pauperibus, & an detur in integrum reſtitutio.

16 QVAERO ſi conſanguinei proximiores differunt recuperationem, & ſe artant in fine termini an detur remedium de iure alijs conſanguineis?dic quòd ſic quia po terit per conſanguineos exiſtentes in remo tiori gradu(dummodo infra quartum gradũ prout in ſecunda Conſuetud.infra titu.40. & præſentes)offitio iudicis cogi: vt ipſis proximioribus tempus ad recuperandum aſſignetur ne labantur quindecim dies quibus elapſis, & non recuperantibus admittuntur remotiores eſt text.in cap.Ritus 201.& ibi Docto.Cum.latè per Tiraquell. in tract.retract. Lignag.§.primo gloſſa x.nu.6. dixi ſupra eo. conſuet.proxima.

17 QVAERO nunc de vna quæſtione ſecundum quãdam apoſtillam hic antiquam: facta publicatione comparet proximior exiſtens in primo gradu ad recuperandum prædium venditum propter quod con ſanguineus exiſtens in ſecundo gradu non comparuit ad recuperandum infra quindecim dies, & elapſa quindena renuntiat primus: ſecundus ſtante iſta renuntiatione cõparet,& vult recuperare an poſſit videtur qđ ſic argumẽt.l.fin.C.qui admitt.non enim iſti in remotiori gradu exiſtẽti antea cõpetit ius prothomiſeos niſi prius primus cõſãguineus exiſtens in abſtrictiori gradu renuntiet l. 1.ff. de ſucce.edicto. Alias fierẽt multę fraudes,& fatigarentur multi glo fin.in.l. ff. mand. & l.vſum de iure calun. nam is vult qui poteſt l.eius eſt velle ff.de regul.iur.Item non valenti agere non currit præſcriptio l.1. in fine C.de ann.excep. & remittens quodãmodo alienat argum.l.alienationis ff.de verbo.ſignific.facit l.quæ maiores C.de inoff.teſtam. nam iam ſupra in Conſuetud. ſecunda
18 in titul.4. concludi quòd ius prothomiſeos competit ad inſtar ſucceſſionis, & hæreditatis: Sed ego aliud credo ſtante cap.Ritus 201. vbi dicitur quòd terminus ad recuperãdum currit ſimul, & ſemel omnibus conſanguineis, & ideo ne remotior deluſus remaneat fit iniunctio proximiori vt dixi tenet expreſſe Tiraquell.de retract.conuentio.§.2.glo.1. nu.66.vbi vult quòd iſtud tempus competit collectiuè omnibus conſanguineis, & non diſtributiuè dentur plures termini, & daretur abſurdum iſtud : non obſtant contraria quoniam loquuntur de iure communi ſecus in ſtatutis in quibus inſtantia, & terminus currit inreparabiliter omnibus vt ſupra dixi vt ſupra notaui in Conſuetud.prima tit. proximo,& per dictum capit. Ritus clarè ac apertè dicitur.vide ea quæ in d.capitu.Ritus: Dom.Cum.cumulat, & cum de iſto caſu nõ loquantur noſtræ Conſuetudines ſtandum eſt Ritui:

In textu ibi infra quindecim dies.

19 QVAERO an capiatur incluſiuè iſta dictio infrà videtur quòd ſic l.ſcire §. ſunt autem ff.de excuſat.tuto.Oldrad. in conſ.49. pro quo vide allegata per Tiraque. in tracta. retra.§.1.glo.11.nu.76.& Caſſane. ſuper Conſue.Burgund.in titul.des iuſtices rubr.1.verſ. & primo nu.9.& an iſta dictio à in tex.poſita ibi a die celebrati contractus capiatur incluſiuè vel excluſiuè vide quæ dixi ſupra in Cõ-
20 ſuet.vnica tit.41.in 3.not.& an dies celebrati con-

contractus,& bannitionis includatur vide Ti
raquell.in dicto tract.retrac.Lignag.§.1. glo.
xj.nu.17. & quando incipiat currere iſtæ ter-
minus, & multa de hac quæſtione vide per
Caſſan.ſuper Conſuetu.Burgund. rubrica x.
§.quinto in verbo hel heremyæ verſicu. quis
dicatur foglio 338. Et nota quòd iſtud tēpus
eſt contra ius,& ſtrictè debet interpetrari:nā
dato quòd ſtatutum iuris prothomiſeos nō
ſit contra ius, & tale ſtatutum valet vt dicit
Bald.in l.dudum C.de contr.empt.& Bart.in
l.2.de debi.ciuil.lib.xj.in fine Alex. in conſil.
52.volum.primo notatur in capitulo conſti
tutus de reſtitut.in integr. tamen de iure da-
21 tur annus ad recuperandum, & non quinde
cim dies vt dicit Iaſon,in conſi.95. volum.1.
& in l.2.C.de iure emph.in vj.colum.Baldus
in cap.1.§.ſi Titius ſi de feud. fuer. contr.int.
dom.& agna.latè Hyppo.in ſingul.68.Sed in
quantum in vltima parte datur annus quan-
do res vendita nō bannitur eſt,etiā cōformis
iuri communi vt dixi,ergo in hoc tempus de
bet large interpretari per ſupradicta, & an-
nus de iure datur vbi non aſſignatur tempus
expræſſum Tiraquell.de retract.Lign.§.pri-
mo glo.x.nu.7.& vltra celebrationem cōtra
ctus, & annum requiritur traditio corpora-
lis rei vendite prout in text.dicitur vide quæ
dixi ſupra in Conſue.1.tit.4.nu.5.

22 SED quæro an iſtud tempus currat igno-
ranti? vide pulchrè per Tiraquell.in d.tra-
ctat.retrac.in §.33.glo.4.nu.1.& nume.18.&
21. Et quid ſi venditor dicat nunquam alie-
naſſe rem an interim de iure, currat tempus
vide Bald.dum in l.contra maiorem C.de in
officio: teſtam. quem allegat hic quondam
Dominus Intrigliolo:ſed ceſſat hæc quæſtio
ſtante hac conſuetudine quæ dicit quando
currit, & quando non currat,quia a die cele-
brati inſtrumenti, & venditionis currit.

23 QVAERITVR etiam hic quid ſi poſt
lapſum anni vel quindecim dierū pars
citat conſanguineum vel vicinum, puta quia
iterum bannire fecit rem venditam, & con-
ſanguineus vel vicinus comparet an poſſit
per citantem apponi tempus fuiſſe elapſum
dicitur quòd non imo ſibi præiudicium in-
tulit,ita in terminis huius ſtatuti tenet Barto
lom.Veronenſ.Cœpoll.in caute.117. Incip.
per eum refert, & ſequitur Iaſon in l. de pu-
pillo § ſeruo ff.de oper.no. nuntiatat. & adi-
tur etiam conſi.10. Imole vbi dicitur quòd ſi
alicui eſt ius quæſitum per lapſum termini,
& facit aliquem actum incontrarium quòd
illi iuri quæſito videtur renuntiaſſe faciunt
notata per Docto. in cap. primo de reſtitut.
ſpol.extra.vide tamen Iaſo.in loco prædicto
qui hoc intelligit quando citatio eſſet ſpecia
lis ſecus ſi generalis ſed in caſu noſtro cita-
tio ſemper eſt generalis per bannum.

24 VLTIMO nota quòd non facta publi-
catione rei vendite in logia prout in pri
ma parte tex. dicitur,non currit tempus quin
decim dierum ſed annus à die celebrari con
tractus, & traditionis corporalis prædij ven-
diti, & conſuetudo noſtra tunc dicit vendi-
25 tionem perfectam,ſicut in emphyteota dici-
tur quòd ſi alienat prædium emphyteoticū
in requiſito domino ante traditionem non
cadit incommiſſum vt dicit Fanus in tracta.
de pignoribus in 3. membro ſecundæ partis
nu.79.latè Tiraquell.in d.tractat. retract.§.1.
gloſſ.2.nu.43.& ibi,& nu.48. dicit quod ven-
dens,& non tradens rem venditam non inci
dit in pœnam ſtatuti prohibentis venditio-
nem ſub certa pœna communem dicit Clar.
in §.emphyteoſis quæſtio.13. verſi. ſed nun-
quid & an denuè competat ius congrui re
vendita nondū tradita, vide Tiraquell.de re-
tractat.Lignag.§.1.glo.2.nu.43. Et annus iſtæ
conſtat ex 368. diebus l. cum hæredes §. Sti-
chus qui hæredi ff.de ſtat.lib. Tiraquell.de re
tract.§.1.glo.xj.nu.17.quomodo capiatur an
nus multa dicit idem Tiraquell.in loco præ-
allegat §.7.gl. x.in prin.ex quot mēſibus dixi
infra in conſuet.5.tit.55.

26 QVID autem ſi in inſtrumento vendi-
tionis fuerit appoſita clauſula conſtitu-
ti vel præcarij: an dicatur vera traditio cor-
poralis? vide latè per d. Tiraquell.in tracta.de
conſtit.prima ampl.Credo tamen quòd non
quia licet per clauſulam conſtituti vel præca
rij transferatur vera poſſeſſio tamen fictè trāſ
27 fertur prout idem Tiraquell. in loco prælle
gato. Item in ſtatutis ſimpliciter loquentib.
procedit etiam hoc vt idem Tiraquell.ibi nu.
28 4. vbi vide ſed inſtitutis nō ſimpliciter loquē
tibus non compræhenditur vt ibi per eum,
& ſtatutum noſtrū dicit traditio corporalis
29 & ſic non loquitur ſimpliciter ergo &c.

SED quid ſi fuerit appoſitum maius præ
cium in venditione, & deinde per partes
fuerit declaratum verum præcium quando
incipiat currere tempus in hac noſtra con-
ſuetudine poſitum vide ſupra in Conſuetud.
prima titul. proximo in 3.notab. verſ.quæro
prætereà in fine nu.24.

CONSVET. SECVNDA.

CONSANGVINEVS in
aliquo prædictorum graduum
conſti-

conſtitutus habens ius prothomiſeos & etiam contiguitatis loci præferatur alteri conſanguineo ſecum in eodem gradu exiſtenti: etiam ſi ipſæ conſanguineus eiuſdẽ gradus ſit emptor rei ſtabilis ſupra venditæ.

SVMMAE.

1 *Conſanguineus, & vicinus præfertur conſanguineo tantum intellige, & nu. 2.*
3 *Conſanguinitas quomodo probetur.*
4 *Fœmina an veniant appellatione conſanguineorum.*

CONSANGVINEVS &cæt. Diuiditur iſtæ text. In duas partes in prima ponit vnum dictum: In ſecunda illud ampliat ſecunda ibi etiam ſi ipſæ.

SVMMATVR hoc modo conſanguineus cui ius congrui competit iure ſanguinitatis præfertur conſanguineo eiuſdem gradus emptori rei ſtabilis.

1 NOTA ex iſto text. quòd ſi conſanguineus habentius congrui in re à conſanguineo vendita, etiam ratione contiguitatis loci: præfertur alijs conſanguineis venditoris in eodem gradu exiſtentibus, & ratio poteſt eſſe quia duo vincula magis ligant quam vnum l. baliſta ff. ad Trebell. l. illud §. tractari ff. de iure codicill. & dupplex fauor in eò viget ſcilicet, & ius ſanguinis, & ius contiguitatis loci, & ideo præfertur argu. auth. itaque C. commu. de ſucceſſ. & l. re coniuncti ff. de legat. 3. & l. 1. ff. de priuile. cred. & auth. poſt
2 fratres C. de legit. hæred. Et intellige hanc cõſuetudinem in conſanguineis eiuſdem gradus: nam ſi emptor vel alius eſſet aſtrictior præfereretur huic conſanguineo: & vicino nam cõſanguineus præfertur vicino in recuperatione iuris congrui vt in Conſuetud. 2. ſupra titul. 41. incipie. venientes vt iura iuribus concordentur.

IN TEX. ibi prædictorum graduum intellige in quarto gradu tàm aſcendentiũ quàm deſcendentium, & collateralium prout in Conſuetudine ſecunda ſupra titulo 4. incip. venientes ad ius prothomiſeos: dici-
3 tur. quomodo autem probetur conſanguinitas, & gradus dicit latè Tiraquell. in tract. retracta. §. 1. gl. 16. & dixi in dicta Conſuetu. ſecunda ſupra titulo 40. & etiam dicam infra in Conſuetu. vnica titu. 69. ſub rubr. de proband. conſang. incipie. cognatio, & agnatio. Et Conſuetudo vnica incipie. ſi prædium ruſticum in tit. 44. ſub rubr. quid fieri debeat de re vendita dicens conſanguineos eiuſdẽ gradus admitti æqualiter ſi vna, & eadem die cõcurrant ad recuperandum non intelligitur quãdo aliquis ex conſanguineis haberet ius cõgrui etiam ex vicinitate: nã vnum ſtatutũ per aliud declaratur vt ſupra pluries dixi per d. l. non eſt nouum de legib.

4 ET an appellatione conſanguineorum veniant fœminæ vide Tiraquell. in d. tracta. retract. Lignag. §. 1. glo. 9. nume. 202. vbi dicit quòd ſic, & ita ſeruatur in noſtra Ciuitate nã conſanguinææ in gradu prædicto recuperãt iure congrui.

TITVLVS XXXXIII.

De habentibus ius prothomiſeos ratione cõtiguitatis loci.

CONSVETVDO VNICA.

OMNES habentes prædia tam vrbana quàm ruſtica ſe ſe quocumq; modo tangentia vel in troitu vicinali exiſtentia ius prothomiſeos habere noſcantur: ſi vero prædium in ipſo introitu vicinali alienetur, primò qui poſſidet pro indiuiſo in totum vel in partem, ſecundò qui magis contiguus eſt tam ementi quam recuperãti præferatur.

SVMMAE.

1 *Ius prothomiſeos competit tam in vrbanis quàm in ruſticis prædijs.*
2 *Prædia alia ſunt vrbana alia ruſtica.*
3 *Ortos venditos an dicatur vendita domus.*
4 *Ius prothomiſeos competit habenti introitum ciuile & nu 9.*
5 *Aditus introitus ad conclaue magis attẽditur quàm contiguitatis.*
6 *Parochianus quis dicatur.*
7 *Ius prothomiſeos an competat vbi eſt via vicinalis in medio.*
8 *Poſſeſſio multa commoda habet.*
10 *Vicinior inter æquales præfertur.*
11 *Vicinus reſpectu domus an præferatur vicino reſpectu ortus.*

12 *Prædium ruſticum non trahit ad ſe vrbanum.*
13 *Dignius trahit ad ſe minus dignum.*
14 *Vicinus vnius prædij venditi pluribus an poſſit illud tantum recuperare omiſſis alijs.*

OMNES habentes, &c. Diuido hunc teſtum in duas partes imprima ponit vnum dictum generale: in ſecunda ponit aliud dictum: ſecunda ibi ſi verò prædium.

SVMMATVR in prædijs ſeſe quocunque modo tangentibus vel introitu vicinali exiſtentibus ius prothomiſeos competit, & vendito prædio quod introitu vicinali eſt primò qui poſſedit pro indiuiſo in toto vel in parte ſecũdo qui magis contiguus eſt admittitur, & ementi, & recipienti præfertur.

1 NOTO primo ex iſto tex. in verbo tam
vrbana quàm ruſtica quòd ius prothomiſeos competit tam in prædijs vrbanis quã
2 ruſticis quia de iure alia dicũtur prædia vrbana, & alia ruſtica nam vrbana prædia dicuntur in quibus habitari poteſt ſiue intra Ciuitatem ſiue extra l. vrbana prædia ff. de verbo. ſignifica. ruſtica vero dicuntur poſſeſſiones loca vineæ, & alia de quibus eſt text. in §. primo inſtitu. de ſeruit. præd. Cœpoll. in titu. de ſeruir. Vrbano. prædio. cap. xj. fol. 7. & etiam conſuetudo vnica tit. ſequen. facit mentionẽ de prædio ruſtico, vide quæ dicam infra in hac conſuetudine in fine: Et aduertę quòd ſi
3 eſt vendita domus cenſetur venditus ortus ſi eſt aditus per domum aliàs ſecus ſecundũ Iaſo. in l. beneficium nu. 14. ff. de conſtit. prin. & ibi communem referr, & ſequitur Villalob: in ſua coll: commu. opinio. in verbo domo nu. 119. in primo volum. commu. opin. fol. 90. ſicut etiam ratione connexitatis vendita domo, & ſtatuæ ſi domui ſunt affixæ venditę cenſentur l. minus C. de ædifi. priua. l. Senatus ff. de contrahen. emptio. addit. ad Villà lob: in d. nu. 119.

4 NOTA ſecundo quòd ius prothomiſeos competit tam habenti contiguitatẽ loci quam introitum ſeu aditum vicinale tãtum. Sed quis iſtorum de iure ſit pręferẽdus: an ille qui habet contiguitatem tantum, an habens introitum tantum, & non contiguitatẽ? Breuiter dic quòd ille qui habet introitum ſeu aditum vicinale, quia pars anterior tanquam nobilior eſt attendenda, & præferenda, & vbi eſt illa pars dicitur eſſe totum argum. l. cum in diuerſis ff. de relig. & ſumpt.
5 fur. & videtur caſus in l. quod conclaue. ff. de damno infecto: & magis attenditur aditus, & introitus ad conclauę quàm contiguitas illius domus per quam eſt aditus ad conclaue, & ad eos, licet contiguitas ſit cum alia domo eſt text. in l. prædijs §. balneam. & §. ſequent. & ibi Bald. ff. de leg. tertio, facit quòd not. Bar. in d. l. quòd conclauè, vbi dicit quòd ſi habeo domum quæ ex vna parte puta inferiore eſt de vna Parrochia, & de alia parte pu
6 ta anteriore eſt de alia parrochia quæ vbi habeo aditum, illius Parrochiæ dicor parrochianus per text. in l. ſi cui ædes vbi bona gloſſa in caſu iſto ff. de leg. 3 quòd dictũ refert, & ſequitur Imo. ibi poſt Bald. & Angel. In text. ibi in
7 troitu vicinali de iure eſt vbi eſt via vicinalis in medio duarũ terrarum competit ius protomiſeos ita Affl. in deciſio. 62. & ibi Vrſill.

NOTA tertio quòd ſi prædium in introitu vicinali alienetur qui poſſedit pro indiuiſo primo præfertur, & ſic qui intus eſt præfertur omnibus prætendentibus ſolum iure vicinitatis, & hoc eſt ex commodis poſ-
8 ſeſſionis cũ multa commoda habeat quia dicitur Beati poſſidentes, & ideo Iuriſconſultus in l. fin ff de rei vend & in l. de pupillo §. meminiſſe ff. oper. no. nunt. dat conſilium vt actor retineat poſſeſſionẽ, & facit capit. ſæpè de reſtitut. ſpoliat. extra ibi commodo poſſeſſionis miſſo, & in § retinẽdę in verſic cõmodũ inſtit. de interdict. vide quæ dixi in repet. mea in d. §. meminiſſe, & in d. c. ſæpè dum publicè legerem in diuerſis annis.

NVNC quæro iſta conſuetudo in prima
9 parte ſui dicit quòd ius prothomiſeos competit omnibus vicinis habentibus contiguitatem vel introitum vicinalem vt ſi inter ipſos vicinos vnus habet maiorem contiguitatem præfertur, quia magis vicinus inter
10 æquales præfertur. dic quòd idem eſt per Ritum, per cap. 200. & ibi Dñm. Cum. ſuper capit. 106. Ritus, & cap. 105. ſi vero ambo eſſent in æquali antiquitate tunc æqualiter admitterentur prout per Conſuetudinem primam infra in titu. proximo diſponitur, & ibi ſtatim dicam an Ritus in noſtris conſuetudinibus ſeruetur.

11 SED quid ſi vnus habet domum cõtiguã
domui venditę, & alter eidem domui habet ortum contiguum, quis eorum præferatur? dic quod habens domum præfertur, nã domus dicitur prędium vrbanum & dignius
12 orto quòd dicitur prædium ruſticum vnde prædium ruſticum non trahit ad ſe vrbanũ, & ſic domum, & per cõtiguitatem orti quis recuperare non poteſt domum orto coniun
13 ctam ita dicit Afflict. in deciſio. 223. & ibi Vrſill.

83 Vrſell. nam dignius trahit ad ſe minus dignũ, & non econtra cap. 1. de conſa. eccl. vel altaris extra: Ita Io. de Amicis in conſil. 1. in fine refert, & ſequitur Affl. Do. Cumi. in d. c. 105. Ritus incip. Item ſi prædium num. 2. Et nota quòd ſi in prædio vendito aliquis vicinus habet prædium liberum, & alter domum emphyteoticam vel prædium emphyteoticum habens prædium liberum præfertur domino prædij emphyteotici, & hoc per Conſuetud. Panormitanam cap. 28. ſub ead. rubr. folio 22. quæ in noſtra Ciuitate non ſeruatur ſed communi iuri recurritur, & vide quæ dixi ſupra in Conſuetud. Prima tit. 4. Et quid ſi
84 fuerint vendita plura prædia in eodem contractu an vicinus vnius tantum poſſit illud retrahere omiſſis alijs, vide Tiraquell. in dicto tract. retra. Lignag. §. 23 glo. 2. nu. 2. & quid ſi fuerint vendita plura prædia contigua dic quod vicinus omnia recuperare debet, & nõ partem Do. Cum. in cap. 100. Ritus nu. 3. vide latè per Tiraqu. in d. tract. retracta. §. 23. d. glo. 1. in prin. & dixi ſupra tit. 40.

TITVLVS XXXXIIII.

Quid fieri debeat de re vẽdita extraneo duobus vel pluribus habentibus ius prothomiſeos, & recurrentibus ad eandem eodem die.

CONSVETVDO VNICA.

SI prædium ruſticum vel Vrbanum fuerit venditũ, duo vel plures conſanguinei in eodem gradu exiſtentes vel vicini, habentes ius prothomiſeos, vnà eadem die concurrant cum oblatione, & cõſignatione præcij ad recuperationem prædij, venditi, æqualiter admittãtur.

SVMMAE.

1 *Conſanguinei eiuſdem gradus eadem die comparentes æqualiter admittuntur.*
2 *Conſanguinei ex parte patris, & ex parte matris quomodo admittantur.*
3 *Ius prothomiſeos introductum eſt vt res in familia remaneat.*
4 *Vicini eodem die comparentes æqualiter admittuntur intellige vt nu. 5.*
6 *Vicinior in recuperando an præferatur alijs vicinis.*
7 *Statutum vnum recipit interpetrationem ab alio.*
8 *Conſanguinei eiuſdem gradus comparentes vt æqualiter admittantur quid requiratur.*
9 *Tertius in venditione pignoris auditur.*
10 *Oblatio, & depoſitio quomodo ſit facienda.*
11 *Conſanguinei in diuerſis diebus comparentes quomodo admittantur ad recuperandum.*
12 *Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt.*
13 *Conſanguinei ad recuperandum an admittantur in ſtirpes vel in capita.*

SI PRAEDIVM RVSTICVM ETC. Diuiditur iſtæ textus in duas partes in prima ponit factum: in ſecunda deciſionem 2. eſt ibi æqualiter.

SVMMATVR hoc modo in recuperatione prædiorum iure prothomiſeos conſanguinei eiuſdem gradus, & vicini eodẽ die iuridice comparẽtes æqualiter admittũtur,

NOta primo ex iſto tex. quòd in ſummario dicitur quod in venditione prædio-
1 rum tam vrbanorum quàm ruſticorum conſanguineis in eodem gradu exiſtentibus cõpetit ius prothomiſeos comparentibus eodem die ad recuperandum, & æqualiter admittuntur, & hoc intelligitur ſi ſunt in quarto gradu nam tunc eis cõpetit ius cõgrui prout in Cõſue. 2. ſup. tit. 49. dicitur. Idem eſt de iure communi quia ius prothomiſeos competit omnibus conſanguineis pro parte, & pro indiuiſo æqualiter vſq; ad vnu in palmũ terræ alienatè vt dicit Affl. In Conſtit. Regni ſancimus nu. 29. & nu. 42. in princ.

2 ET iuxta hoc quæro quid ſit de iure ſi sũt plures conſanguinei venientes ex parte patris, & alij ex parte matris in eodem gradu exiſtentes, vltra fratres & eorũ filios: qui præferantur? Dic quòd aut bona alienata ſunt deſcendentia ex parte patris, & tunc ad recuperationem illorum bonorum admittuntur conſanguinei ex parte patris. Si vero prædia alienata deſcendunt ex parte matris, & in eis præferuntur conſanguinei ex parte matris vt bona remaneant in familia aqua deſcendũt ita ſcripſit. Io. Fab. in § ſi plures nu. 2. inſti. de legit. agnato. ſucceſ. vbi dicit ſic ſeruari de cõſuetudine, licet aliter de iure eſſet vide Caſſ. ſuper Conſue. Burg. rub x. §. 4. in principio in verbo ſe che reditage fol. 338. qui refert Ioã.
3 Fabr. nam ratio huius ſtatuti iuris prothomiſeos eſt vt res remaneat in familia vnde bona veniunt vt dicit Tiraq in tracta. retract. Lign. in Præludijs: facit illud quòd de iure dicitur quòd ſi auus paternus, & maternus cõcurrãt ad ſucceſſionem nepotis quòd paternus ſuccedit in bonis ex parte patris, & maternus in bonis ex parte matris prouenientibus ſecun

dum magis commun. opinio.relat. per Gabriel: in concluſion.3.in titulo de ſucceſſ. ab inteſta. poſt nume. 3. vbi nume. 4. ampliat idem eſſe in fratre conſanguineo & vterino & allegat Tiraq.in loco infra pro me citando, & Boet.deciſ.189.vbi limitat, in alijs vlterioribus.tu tamen in hac quæſtione vide eundem Tiraqu.in d.tract.in §.14.gloſſ.2.in prin. & ſequent.

4 NOTATVR ſecundo ex iſto text.quòd vicini habentes ius prothomiſeos reſpectu contiguitatis loci eodem die comparentes ad recuperandum cum oblatione, & cōſignatione prætij rei vēditæ æqualiter admit
5 tuntur,ſed intelligas poſt cōſanguineos quia conſanguinei præferuntur in recuperatione rei vendite vicinis,prout dicit cōſuetudo ſecunda ſup.tit.41.Incip.venientes: & vnū ſtatutum intelligitur ſecundum aliud arg. l. nō eſt nouum C. de legibus, & quid ſit de iure communi vide Do.Cumiam. in c.101.Ritus vbi multas doctrinas remiſſiue cumulat.

6 SED quæro quid ſi alter iſtorum vicinorum qui comparet ad recuperandum rē venditam habet maiorem vicinitatem, & cōtiguitatem in re ſtabili vendita : an ipſe præferatur alteri vicino, an verò æqualiter admittuntur? noſtra conſuetudo expreſsè hoc non dicit ſed tantum tacitè? dum in prima parte ſui, dicit quòd tunc parentes æqualiter admittuntur ad recuperandum rem ſtabilem venditam, quando ſunt in æquali gradu, ergo idem in vicinis cum verba præcedentia intelligātur per ſubſequentia, & econtra no. in l.vtrum verſ.& puto ff. de peritio.hæredit. & maximè hoc procedit in ſtatutis vt dicit Pau.Caſt.in conſi.212.Incip.ſuper primo dubio in antiquis.tanto magis quia per Ritum in cap.200.Incip. Item ſi prædium clarè hoc reſoluitur dicendo, quòd præfertur vicinus
7 qui maiorem contiguitatem habet, & hoc ſtatutum noſtrum recipit interpretationem ab alio ſtatuto, & ſic à Ritu per ea quæ notant Doctores in l.nam, & poſteriores ff. de legibus, & ita Condam Do. Alfonſus Rizari hic dicit, Cumia in d.cap.Ritus 105. & ita dicitur in Conſue.vni.ſupra tit.43. ſub rubr. de habent: ius protho.& ſic teneatur.

8 NOTATVR tertio, & vltimo ex iſto tex. quòd ad hoc vt conſanguinei eiuſdem gradus in recuperatione rei vendite comparentes vno codemq; die admittatur æqualiter requiritur quòd compareant offerāt, & conſignent, prætiū rei vendite, & idem invicinis recuperare volentibus iure contiguitatis loci aliàs præfertur qui offert, & cōſignat. & nō ille qui comparet, & offert tantū quia ita diſponitur per Conſue. vnicam infra titu. 51.Incip. habens ius prothomiſeos ſub rubr.
9 de præſentatio pecu.& de iure etiam tertius auditur in venditione pignoris per primum creditorem facienda offerendo deponendo, & conſignando debitum primi creditoris l. quo minus, & ibi gloſſ.C. ſi antiq.cred. & ibi
10 Docto. & quomodo debeat fieri oblatio, & depoſitio ad hoc vt debitor ab vſuris liberetur clarè, & pulchrè dicit Menoc: de arb.iud. lib.2.Cent.3.caſu 232.& de oblatione, & depoſitione pecuniæ ſeu prætij rei ſtabilis venditæ per conſanguineum vel vicinum facienda infra dicam in d.Conſuet. vni.tit.51.in c.habens ius: & vide late de hac materia cōſignationis prætij per Tiraq.in d.tract. retracta.cōuentio.in §.4.gloſſ.6.incipit conſignier vt dicit Cumia in cap.101.Ritus, & vide Conſuet. Franciæ poſitam per eundem Tiraquell. in tract. retractus Lignag.§.31.gl.11.& §.32.glo. 1. vbi quaſi ſimilis conſuetudo examinatur.

11 IN ſi.tex.ibi vna, & eadē die concurrant: qd ſi in diebus diuerſis compareant vicini vel conſanguinei in eodem gradu exiſtētes tex. videtur ſentire quòd qui pri. cōparet admittitur, & pro generali habet locum regula qui prior.de reg.iur.in 6.& l. creditor qui Pot.in pignore habeā. vbi prior in tēpore potior in
12 iure: nā poteſt dici quod vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt l. pupillus in fin; de hijs quæ i frau.cred. nā tex. dicit quòd tunc equaliter admittuntur quādo vna, & eadem die cōparent : ſed an poſſit intelligi eodem die 53; ſi infra terminum cōparear quia tempus eſt datum omnibus conſanguineis vt in Conſue. 2.ſup.tit.40.incip.venientes, & in Conſue. 1.incip.re vero ſtabili titu.41.vide quæ dicit Tyraq.in d.tract. retrac.in §.xj.gl.x.
13 nu.2. & an in ſtirpes vel in capita admittātur vide per eundem Tyraq. in d.§.xj.glo.xij.

TITVLVS XXXXV.

De prohibita alienatione rei empte in qua quis ius prothomiſeos ſe habere aſſerit.

CONSVET. VNICA.

SI vero res aliqua vendatur in qua quis ſe ius prothomiſeos habere aſſerit poſt emptionem ipſam rem alienari non liceat infra tempus quo competat ius prædictum.

SVMMAE.

1 *Alienatio rei vendite in qua ius prothomiſeos competat prohibetur.*
2 *Tempus quod datur ad appellandum idem operatur quòd appellatio.*
3 *Alienare probibitus probibetur, & compromittere.*
4 *Promiſſio de vendendo venit appellatione alienationis.*
5 *Dominium vtile transfertur per locationem ad longum tempus.*
6 *Alienationis appellatione qua veniant remiſſiuè.*
7 *Dominij tranſlatio an per ſtatutum probiberi poſſit quòd ſic.*

SI VERO ETC. Diuiditur in duas partes: in prima ponit vnum dictum: in ſecunda illud declarat ſecunda: ibi infra tempus.

SVMMATVR hoc modo res vendita in qua competit ius cõgrui infra tempus
1 recuperandi alienari non poteſt.

NOTO primo ex iſto tex.quòd in ſummario dicitur,& ratio poteſt eſſe vt euitẽtur fraudes,& res in tertium non alienetur quaſi in fraudem iuditij iuxta text.in l.1.ff.de
2 aliena.Iud.mut.cauſa fact.& ibi Doctores ſicut in ſimili dicitur, quòd tẽpus quod datur ad appellandum idẽ operatur quod appellatio: ita glo.& ibi Bar.in l.ex iudiciorum ff.de accuſ. multa dicit Hyppol.in l. ſiquis percuſſorem nu.4.C.ad l.Corne.de ſicar.ſed an poſſit dicta res vendita infra dictum tempus promitti? dic quod non.quia prohibitus alienare
3 prohibetur etiam promittere, ita per multa dicit Tiraq.in d.tract.retract. Ligna.§.1.glo.
4 2.nu.52.quia appellatione alienationis venit promiſſio ſecundum Rodoa.in tract.de reb. eccleſ. non alien. in verbo item ſub nomine nu.1.folio 7.

SED quæro an poſſit locari ad longum
5 tempus? dic quòd non,quia per locationẽ ad longus tempus transfertur dominium vtile,& poſſeſſio, & ſic dicitur alienatio eſt tex. in clem.1.cum gloſſa de reb. eccl. non alien. Tiraquell.in d.tracta. retract.Lignag. in §.1.glo.24.nu.81.Rodoan.in dicto tracta. de reb. eccleſ. non alienan.in Pręludijs in verbo vocabulũ nu.1.& ſequẽ.folio mihi 15.Vincent. Carroti.In tracta.locati.par.2.In titulo de effect.locatio.ad longũ tẽpus. Et an donari vel permutari vel diuidi vel tranſigi? dic quod
6 non quia veniunt appellatione alienationis vide Doctor.in rubr.de reb.eccl. non aliena. & Canoniſtas in dicta rubrica, & ibi publicæ legendo dictam rubricam,& capitulum nulli dixi.vide Rodoan.in d.tract.in Præludijs,& vide quæ ſtatim in Conſuetud. proxima dicam, & in Conſuetud.vnica ſuper tit.4. dixi.

7 ET an ſtatutum hoc poſſit alienationem prohibere,& ſi prohibitio valet an impediatur dominij tranſlatio? dic quòd ſic,& impeditur ita Bar.in l.filiusfamil.§. Diui el 2.nu. 11.vbi Iaſo.Ripa, & Alc. & ibi an præiudicet eccleſiæ vide Bolognett.ibi nu.191.

TITVLVS XXXXVI.

Quod res recuperata iure prothomiſeos per recuperantem infra annos duos alienari non poteſt niſi iuxta de cauſa, & approbata.

CONSVETVDO VNICA.

IVRE prothomiſeos res recuperata a recuperante infra duos annos alienari nõ poſſit, niſi iuſta, & legitima cauſa immineat: quæ probetur, & ſi alienata fuerit irritetur, & primo emptori res ipſa penitus re aſſignetur; quæ alienatio probetur ſummarie per teſtes vel inſtrumenta ſeu acta contractus alienationis ipſius.

SVMMAE.

1 *Alienari non poteſt res recuperata iure prothomiſeos infra annos duos fallit nu.4.*
2 *Fraus,& dolus ex breuitate temporis præſumitur.*
3 *Breuitas temporis arbitrio Iudicis relinquitur.*
4 *Contractus vſurarius quando præſumatur.*
5 *Simulatus quando præſumitur contractus.*
6 *Alienatio an intelligatur de omni contractu.*
7 *Tranſigere non poteſt qui alienare non poteſt.*
8 *Diuiſio eſt ſpecies alienationis.*
9 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
10 *Alienatio neceſſaria an includatur in ſtatuto alienationem probibente.*
11 *Subiugatio,& hyppotheca an dicatur alienatio.*
12 *Pignus realiter an dicatur alienatio.*
13 *Alienationis verbum in ſtatutis quomodo capitur.*
15 *Probibens facere gratiam,non procedit in caſu neceſſitatis.*
16 *Neceſſitas non babet legem.*
17 *Pater dotare filiam tenetur.*

18 *Cauſa legitima qua ſit.*
19 *Probationum plures ſpeties dantur.*
20 *Probatio per inſpectionem oculorum eſt priuilegiata.*
21 *Ius congrui an competat contra tertium.*
22 *Alienationis reſciſſio rei in fraudem iuris congrui quomodo fiat, & qua actione, & nu. 25.*
23 *Dictio penitus quid importet.*
24 *Dictio prorſus quid importet.*

IVRE prothomiſeos, &c. Di-
uido nũc textũ in quatuor par-
tes: In prima enim parte ponit
vnum dictum: in ſecunda illud
modificat: in 3. ampliat primũ
dictum: in quarta, & vltima ponit aliud di-
ctum: ſecunda: ibi niſi tertia ibi ſi alienata
fuerit: quarta ibi, quę alienatio.

SVMMATVR hoc modo, res iure con
grui recuperata infra annos duos, à recu-
perante alienari non poteſt, & alienata reuo
catur, niſi cum legitima, & approbata cauſa,
& alienatio p̃dicta probetur prout in textu.

NOTA primo ex iſto textu, quòd facta
1 recuperatione rei vendite per conſan-
guineum vel vicinum iure prothomiſeos
non poteſt dicta res recuperata à vicino vel
conſanguineo recuperante alienari infra an
nos duos, & ratio poteſt eſſe quia fraus præ-
ſumitur, cum præſumptio ſit quod recu-
perans alienatum, infra tam breue tempus in
aliam perſonam transferat rem iure protho
miſeos recuperatam, & pro illa perſona re-
2 cuperare videtur, nam ex breuitate tempo-
ris fraus, & dolus præſumitur ſecundum glo
ſam in capit diffinimus 18. quæſt. 2. Cyn. poſt
Iacob. de Aret. in l. ſi quis poſt hac vbi Bald.
& Ang. C. de bon. proſcript. Alber. in l. 1. §.
1. ff. ſi quis teſtam. liber. iuſſ. fue. & in l. etiam
C. de donat. Cum. in conſ. 500. nu 8. Caſſan.
conſi. 33. nu. 15. Affict. in deciſio. 22. num. 3.
Ruy. in conſi. 130. nu. 2. volum. 1. Ioſeph: Ma
ſcard. in tracta. proba. in concluſi. 815. nu. 15.
latè alia multa cumulando dicit Tiraquell.
in tract. retract. Lignag. §. 1. in gloſſa 7. nu. 77.
Roland. in conſi. 47. nu. 11. & 15. volum. 4. Et
3 hæc breuitas temporis de iure arbitrio Iudi-
cis relinquitur, prout dicit Menoch. de arbit.
Iud. libro 2. Centu. 1. caſu 39. nu. 2. tamen per
hanc conſuetudinem noſtram breue tẽpus
4 dicitur tempus annorum duorum, & adeſt
ſtatutum Patauinum per quod contractus
vſurarius præſumitur ſi conditor per annum
in poſitione rei vendite ſteterit & aliud quaſi
ſtatutum ſimile eſt Brexiè per quod contra-
5 ctus præſumitur ſimulatus ſi alienans per
triennium poſſedit de quibus mentionem fa
cit Menoch. in loco præallegato, & per hanc
conſuetudinem ceſſat dubium quia tempus
eſt præfixum vt dixi, & fraus ex quinquagin-
ta tribus coniecturis præſumitur quas ponit
ad longum Ioſeph Maſcar. in d. concluſ. 815.
in verbo fraus vol. 2.

SED quæro an hæc conſuetudo loquatur
6 de omni alienatione Doctor. antiqui hic
dicunt quòd ſic, & de ea etiam intelligi per
quam vtile tantum dominum transfertur ex
identitate rationis: & tunc res in fraudem
alienata reuocatur, & primo emptori aſſigna
tur vt dicit text. noſter: vnde ſecundum opi-
nionem iſtorum dicendum eſt quòd res vẽ-
dita iure prothomiſeos recuperata à recu-
perante vendi non poteſt nec donari, & ſic
per omnem actũ per quem dominiũ tranſ-
fertur alienatio fit iuſta tex. in l. 1. C. de fund.
dotal. vbi gloſſa, nec ſuper ea fieri poteſt trã-
7 ſactio lato. in l. fina. nu. 122. in quęſtio. x. C. de
iur. emphyt. refert communem opinionem
Soarez in ſua coll. commu. opinio. in verbo
tranſactio nu. 291. nec compromiſſum fieri
quia compromiſſum eſt alienatio dicit Ca-
picius in deciſio. 93. Soarez: in loco prædi-
cto nu. 292. & in verbo compromittend. nu.
8 160. nec diuidi poteſt quia diuiſio eſt ſpecies
alienationis ſecundum Socc. Iun. in conſ. 48.
vol. primo, & in donatione loquitur Anch.
in conſi. 102. nec etiã poteſt permutari quia
permutatio alienatio eſt ſecundum Docto-
res in l. fin. C. de rebus alie. non alie. & in titu.
inſtit. qui. alien. licet vel non, & in hac con-
ſuetudine hoc nomen alienatio largæ acci-
pitur vt dixi, & per conſequens infertur
ſecundum dictos Doctores quòd non po-
teſt talis res locari ad longum tempus quia
alienatio etiam dicitur, & idem quando ad
vitam alienatur ſecundum Alexan. in conſil.
pen. libro 3. Idem ſi de nouennio in nouen-
nium concederetur ſecundum eundẽ Alex.
in conſ. 194. volum. 3. Idem ſi concedatur ad
emphyteuſim per ea quæ notantur in l. 1. cũ
gloſſa, & per lato. in l. fin. C. de iure emphy-
teotico, & an procedat hæc conſuetudo etiã
10 in alienatione neceſſaria dic quòd non ſecũ
dum: Roland. Auall. in conſil. 21. nu. 18. vol.
primo, & ibi communem dicit: & an iſtæ re-
cuperans poſſit talem rem legare vide text.
in l. ex hoc ædicto §. alienare ff. de alie. iud.
mut. cau. fact. & Alexan. in conſ. 120. volum.
primo nu. 5.

11 ET an poſſit eam ſubingare vel hypothe-
care videtur quod ſic quia appellatione
alienationis non venit ſubiugatio, & hypo-
theca prout nota. per Docto. in rub. de reb.
eccl. non alien. Negui. late in tractatu de pi-
gno.

gno. in 3. membro ſecundæ partis nu. 72. cre-
derem tamen ego quòd non poſſit ſubiuga-
re nec hypothecare infradictum tempus ſi
per coniecturas apparet de ſimulatione pro
ut dicam infra in Conſuet. 1. titu. 50. ſub rub.
12 de ſimulat. contractibus, per ſupradictam ra-
tionem & an in pignus realiter dari poſſit, &
ſic hypothecari cum traditione vide Bald. in
cap. 1. §. rurſus in addit. quib. mod. feu. amitt.
in vſibus feudo. & quid quãdo datur pignus
pro tanto quòd non ſit ſpes reddimendi vi-
de Bar. in l. rem legatam in fin. ff. de adim. le-
gat. Bal. in l. fin. de reb. alien. non alien. Barto.
& Doct. in l. qui habebat ff. de legat. 3. Bal. in
auth. res quæ C. communia de legat. & quid
quando res eſt anteceſſorum, & hac de cau-
ſa alienari prohibetur vide Iaſ. & Moder. in
l. filiusfamil. §. diui il ſecundo ff. de legatis
13 primo: quomdo autẽ accipiatur verbũ alie
natio in ſtatutis vide Bald. in cap. primo §. au
tem ſi libellarie in vltima colu. verſi. & idem
dico quib. mod. feud. amitt. vide Neguſan. in
tract. de pign. in loco præallegato, & quid ve
niat alienarionis appellatione, & quid con-
tineatur maximè in ſtatutis vide quæ dixi ſu
pra in Conſuet. vnica incipie. marito tamen
ſub rubr. de conceſſ. marito, & patri aliena.
titulo quarto.

AN autem per ſtatutum poſſit impediri
alienatio, communis eſt quòd ſic quam
refert Clarus: in Pract. crimi. quæſt. 82. ver.
5. & an impediatur dominij tranſlatio dixi
ſupra in Conſue. proxima in fine.

NOTA ſecundo ex iſto tex. ibi niſi iuſta
cauſa quòd licer res recuperata infra
annos duos alienari non poſſit, & conſtito
14 de alienatione vt in text. res primo emptori
reſignatur: fallit tamẽ niſi alienatio prædicta
rei recuperate fieret ex legitima, & iuxta cau
ſa nam ſi aliquid fieri prohibetur non intel-
ligitur data cauſa legitima l. ſi hominem ff.
manda. & maximè ſi cauſa eſt neceſſaria, &
hinc eſt quòd per Curiam capitalem ex car-
cerantur ſub fideiuſſione in domo carcerati
etiam nomine M. Regiæ Curiæ ſi ſunt ęgro-
15 ti: ſicut in ſimili de iure dicitur quòd ſtatutũ
prohibens facere gratiã non procedit in caſu
neceſſitatis vt dicit Guglielm. de Cuneo
Bartol. & Angel. in l. Diuus in princ. ff. de pet.
hæred. facit tex. in l. alienationis ff. famil. her-
ciſc. nam multa prohibentur fieri quæ cauſa
16 neceſſitatis conceduntur, nam neceſſitas nõ
habet legem iuxta notata per gloſſam in l. 1.
in verbo expedire, & in verbo non aliter ff.
de offit. conſi. Alexan. in rubr. ff. de offic. eius
cui mand. eſt iuriſdictio. & etiam ſimilis Cõ-
ſuetudo vnica ſupra titu. 36. Incipit inniten-
te quæ autem ſit iuxta, & imminens cauſa
dic quòd poteſt exemplificari In dote traden
17 da filiæ, & etiam iuxta cauſa, & neceſſaria cũ
pater teneatur filiam dotare iuxta tradita
per Doctores, & maximè per Ripã in l. 1. ff.
ſolu. matrimo. in l. 1. C. de dote promiſ. vel ſi
alienaretur pro redemptione captiuorum,
18 & quæ ſit cauſa legitima, & quæ ſit cauſa in-
iuſta dic quòd remittitur arbitrio Iudicis pro
ut ſimili dicit Menoch. in lib. de arbit. Iud.
lib. 2. Cent. 2. caſu 171. & caſu 153.

TERTIO nota quòd licet dentur plu-
19 res ſpecies probationis prout Hyppol.
in rubr. de probat. ad plenum dicit, tamẽ per
hanc conſuetudinem hæc iuſta, & legitima
cauſa infra annos duos rem recuperatã alie-
nandi, probatur per teſtes, vel inſtrumenta,
ſeu contractus alienationis ipſius, quia inclu-
ſio vnius eſt excluſio alterius cap. non ne. de
20 precario. Sed quid ſi fieret probatio per in-
ſpectionem: oculorum in caſu neceſſitatis
puta quia domus recuperara infra dictum tẽ
pus corruere incipiat, & per oculos talis rui
na videri poteſt, & recuperator eſt inops in
tantum quòd non poteſt illam recuperare,
& an dicatur legitima, & iuſta cauſa, & facta
probatio per inſpectionem oculorum? vide-
tur quòd ſic: nam probatio per inſpectionẽ
oculorum numquam intelligitur excluſa vt
dicit Hyppol. in dicta rubrica de probat. nu.
157. Alex. in conſ. 35. volum. 4. vbi dicit quod
etiam præſertur cuicumque generi proba-
tionum refert communem opinionẽ Viuius
in coll. commu. opinio. in opin. 292. vol. 1. &
tẽpore neceſſitatis multa conceduntur quæ
alias non concederentur vt ſupra dixi, ergo
& probatio quæ fieri debet per hanc cõſue-
tudinem debet fieri ſummariæ prout hic di-
citur, & quomodo dicatur ſũmariè vide quę
dixi ſupra in Conſuetu. vni. tit. 38. incip. poſ-
ſeſſione fundi ſub rubr. quid fieri debeat: de
poſſeſſ. quando duo poſſid. contendi.

NOTA vltimo ex hoc tex. quòd proba
ta tali alienatione per teſtes vel inſtru-
menta infra annos duos facta, nulla legitima
cauſa imminente alienatio ipſa irritatur, &
primo emptori res ipſa re aſſignatur, & ſic
21 videtur quod ius congrui competit contra
tertium iuxta opinionem Arno. in commẽ.
160. qui tenet contra Afd. in Conſt. ſanci-
mus in verbo ſexto nota, & vide Conſuetu.
vnicam infra in titulo. 54. Incipiẽ. ſi quis rem
ſuam ſub rubrica quòd non liceat vendi ſeu
permutari.

22 SED quæro quomodo ſit iſta irritatio nui.
alienationis vt re aſſignetur primo em
ptori

ptori die quòd ſit ipſo iure per illam dictio-
23 nem penitus in tex. poſitam: nam dictio pe-
nitus importat ipſo, iure ſecundum gloſſam
in l. ſi quid aduocatorum in verbo penitus ar
ceantur C. de poſtulando quam reputat ſin-
34 gulatem Raphael. Fulgoſ. idem de dictione
prorſus dicit Abbas in capitu. in quibuſdã de
pœnis ſicut etiam idem quando dicitur ipſo
facto Rolan. in conſil. 90. nu. 21. in 3 volu. Ti-
raquell in l. ſi vnquam C. de reuoc. donatio.
in verbo reuertantur nume. 85. & faciunt ea
quæ ſupra eod. nu. 13. in 1. not. in fin. dixi, Et
an requiratur ſententia ſuper tali deciſione
vel ſaltem declaratoria vide Hyppol. de Mar
ſil. in Practica crimin. in §. aggredior nu. 105.
& ſequen. & Tiraquell. latè in d. l. ſi vnquam
in verbo reuertantur: vide Roland. in d. con-
ſil. 90. num. 20. & 21. vide quæ dicam infra in
Conſue. vni. ſub tit. de obſerua. dictarum cõ-
ſuetu. titulo finali.

25 VLTERIVS quæro, qua nam actione
irritabitur hæc alienatio, an conditione
huius ſtatuti, an per titulum de alienat. iud.
mut. cauſa fa. quædam additio antiqua hic
dicit quod Bal. in l. quoties de reuend. quem
& alios Docto. refert Hyppo. de Marſil. in l.
ſtatu liber. ff. de quæſtio. dicit quòd ſi dubito
quòd mihi moueatur quæſtio ſuper domo,
& illã alieno, & ſtatim mouetur quæſtio ſup
illa re, quòd verè dol' eſſe præſumitur ex bre
uitate tẽporis & venit reuocanda alienatio p
illum titulũ ff. de alien. iudi. mutan cauſa fa
cta vt etiam ſupra concluſi quod ex breuita-
te temporis præſumitur fraus. quòd tempus
breue per hoc noſtrum ſtatutum eſt tẽpus
duorum annorũ, alias habet locum hoc ſtatu
tum quando res non alienatur modo quo
ſupra, vt ſtatim dixi ex opinione antiqua in
caſu noſtro venit declaranda nulla alienatio
per remedium huius ſtatuti argu. eorũ quæ
no. in rub. de condict. ex lege.

TITVLVS XXXXVII.

Quibus cauſis prædia non dicuntur eſſe con
tigua.

CONSVETVDO VNICA.

PRAEDIA non dicuntur eſſe contigua: inter quæ via publica eſt in medio, vel flumen continuò defluat, ſeu diſcurrat.

SVMMAE.

1 *Via publica inter media vel flumẽ continuo defluẽs facit ceſſare ius congrui.*
2 *Vicinus quando dicatur, & quando via publica.*
3 *Strate appellatione an veniat via publica in ſtatutis.*
4 *Flumen publicum dicitur quando continuè defluit.*
5 *Continuè iſtud verbum importat ſine intermiſſione.*
6 *Torrens publicus quando dicatur, & quid ſit. numero 13.*
7 *Fluminum quædam perẽnia quædam torrentia quædam publica, & quædam priuata.*
8 *Aquam ex flumine publico an liceat accipere.*
9 *Molendina ex flumine publico an fieri poſſint.*
10 *Flumen an veniet appellatione via.*
11 *Flumina nauigabilia an ſint regalia.*
12 *Viam eſſe publicã quomodo probetur.*
13 *Flumina in quo differant à riuo.*
14 *Via publica vendi non poteſt per decuriones Ciuitatum abſque Principis conſenſu limita vt ibidem.*

PRAEDIA &c. Iſtæ text. non diuiditur ex quo vnico contextu clauditur iuxta doctrinam Baldi in l. petens C. de pactis: Nec etiam ſummatur quia breuis eſt.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd vicino
non competit ius prothomiſeos ratio-
ne contiguitatis loci, ſi inter prædium vendi-
tum, & ſuum, eſt via publica intermedia, vel
flumen continuo defluens, & diſcurrens, &
ſic eſt iam modificata Conſuetudo vnica ſu-
pra tit. 40. per quam vicinis indiſtinctè datur
ius congrui, vt non procedat nec vicinus dica
2 tur illæ qui habet domum vel aliud prædiũ
inter quæ eſt via publica. vel flumen, cũ præ-
dio vicini inter media, & videtur conformis
iuri communi, nam vicinũ dicitur quando
cohæret prædio: ita quòd non ſit via interme
dia l. 3. §. hoc iudicium ff. fin. regun. & ibi Bar
to. & Bal. in tract. iur. protho. qui loquitur in
terminis huius ſtatuti Cœpol. in titu. de Ri-
pa, & in titu. de via quæſt. 20. tenet contrariũ
vide Bart. in l. ſi tertius in 3. oppoſ ff. de aqua
pluu. arcen. Boer. ĩ deciſio. 322. Tiraquell. de
retra. Ligna. §. 1. glo. 9. nu. 21. & dicitur via pu
blica in qua publicæ tranſeunt homines, &
quæ nullius eſt: nam via eſt ius eundi, & am-
bulandi l. 1. §. via ff. de ſeru. ruſt. prædio. & in-
fra dicam, & quid ſi eſt ſtrata de medio ſed
non via nam ſtrata: dicitur via publica matu
nata lapidibus manu factis vel copes l. 1. §. ſi
3 quis, & §. viam ff. de via publica, vbi glo. & an
appellatione ſtratę in ſtatutis veniat via vide
Cœpoll. in tract. de ſeruitut. ruſt. præd. In titu

lo de ſeruitu.vie publicæ 3.nu.3, folio 69.&
dicam infra eo nu.20. ſecus autem ſi via eſſet
vicinalis puta introitus vicinalis quia tunc
competit ius prothomiſeos vt dicitur ſupra
in Conſuet. vnica tit.43. idem diſponitur per
Ritum in cap.199. vbi dicitur quod non cō-
petit ius prothomiſeos ſi eſt via publica in-
termedia inter prædia; vel aliud prædium ſit
intermedium inter prædium venditum, &
prædium vicini, & licet dictum capitulum
Ritus non loquatur quando adeſt flumē pu
blicum intermedium, facit tamen tex. in l.ſi
prius § fin.ff.de aqua pluuia.arcere. vbi Bart.
4 quòd intelligit procedere in flumine publi-
co quando continuo defluit l.1.§.item flumi
num ff.de flum.ſecus in priuato argu.l.3.ff.de
iud. ſecundum Dom. Lanz. hic quem Do-
minus Cum.in d.cap. Ritus in cap.104.nu.2.
& 3. citat. faciunt pro iſta Conſuetudine di-
cta per Ioan.de Amicis in conſilio primo co
lumna decima in verſicu.habes, Etſi flumen
eſt deſiccatum competit ius congrui quia
dicitur in noſtra Conſuetudine continuo de
5 fluat, & verbum continuo importat ſine in-
termiſſione l.continuus actus, & ibi Doct. ff.
de verbo.obligatio.cap.ſint tibi de conſecra.
diſtin.5.& omnem moram offert vt in l. qui
vxorem ff de iniuſt.teſtam. l.1.C. de hijs qui
ſe deſer.libro 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam in
verbo reuertantur nu.124.C.de reuoc.dona-
tion. Sed quid ſi in omnitempore currit ſed in
æſtate non currat Ioan. Fabr.in §.flumina in-
6 ſtit.de rer. diui. dicit quòd dicitur publicum
torrens ſed text.in l.prima §. item fluminum
ff de fluminibus dicit quod flumen publicū
dicitur quando continuo defluit vt in caſu
noſtræ Conſuet. quia in nullius dominio eſ-
ſet, & quilibet per eum tranſiret tu vide Ro-
lan. Auall.in conſil.97.in princ. & per totum
volu.3. & dicerem tandem quòd ſi torrens
remaneret publicum, quòd tunc nō compe-
teret ius congrui non ratione fluminis ſed
ratione quia eſſet via intermedia, & ſic non
loquitur de torrēte, & qualiter cognoſcatur
ſi via eſt publica vide tex.in l. viæ vicinales ff.
de locis, & iten.publicis l.2.§.viæ autem ff.ne
7 quid in loco publico, Et ſcias quod fluminū
quædam ſunt torrentia quædam perennia :
Et fluminum quædam ſunt publica quædā
priuata l. 1. §. fluminum ff. de flum. latè per
Caſſaneum in Conſuetud.Burgund.rubr.13.
§.in verbo honne peult verſic. & aduerte, &
8 ſequen. folio 67. & ibi an ex flumine publi-
co liceat aquam accipere, & an ſit communis,
& plures queſtiones de flumine ponit, & ma
ximè de iure piſcandi in verſic. ex prædictis
nu.22.& quando flumen publicum dicatur,
9 & quando aquam tolli ex eo poteſt vel mo-
lendina fieri vide per Rolan. Auall.in d. Cōſ.
10 97. colum. 3. & ibi per Caſſan. latè per Boſſ.
in titu.de aquis, & fluminibus in ſua Practic.
crimin. Et an flumen veniat appellatione vie
publicè vt ſtatutum loquens de committen
te delictum in via publica vel in ſtrata vt in
Pragmatica de furtis minimis commiſſis in
ſtrata publica habeat locum in delicto facto
in flumine? dic quòd non.ſecundum Hyppo.
in ſingu.68. & quod ſtatutum puniens com-
mittentem delictum in ſtrata publica ſi in-
quiſitio ſeu probatio fiat de via non habet lo
cum in delicto in via commiſſo, & talis dé-
linquens non poterit puniri.dicit Barr. in l.4.
11 C.de priuil.dom. Et flumina nauigabilia, etſi
inter regalia ſoli principi reſeruata ſunt quo
ad vniuerſale tamen quo ad particulare ſunt
ciuitatum, per quarum territorium tranſeūt
Signorol.in conſ.120. Alex. in conſil.194.nu.
6.vol.2.Iaſon in l.quo minus nu.39.ff. de flu-
minibus refert communem opinionem Io.
Ficard. in additio. ad Villalob. in ſua Coll.
commu.opinio. in verbo flumina nu.156.in
12 primo volum.commun.opinio.vide Boſſ.in
Pract.crimi.in d.titu.de aquis, & fluminibus.
Quæ autem requirantur ad probandum viā
eſſe publicam, & quotuplex dicatur via, &
quæ via media dicatur, & de ſeruitute viæ vi-
de latè per Cœpollam in tractat.de ſeruit.ru
ſti.prædio.in d.cap.3.& Becci.in conſil.15.in
prin. & via iuris ſemper præſumitur niſi pro
betur memoriam extare quòd ea fuerit con
ſtructa ex fundo vicinorum vt habetur in l.
vltima ff.de locis & itin.pub.Rimin.in conſi.
431.nu.20.& ſeq.volum.3, Maſcard. in tract.
de probat.in concluſio.1404.volum.3.incip.
viam vide Boſſ.in Pract.crim,in tit.de via pu-
blica nu.2.quem refert, & ſequitur Marſil.in
l.ſi quis nec quæſtu.de quæſti.nu.150. Maſcar.
in tract.de proba.in concluſ.1248.nu.25.vol.
13 3.& flumina in quo differant à riuo, & quid
etſi torrens, & multa alia per Bartho.Cœpo.
in d.tract.de ſer.ruſti.prædio.cap.31. ſoli uti-
li 13. vbi ad longum hanc materiam tract.
14 Scias vltimò quòd via publica non poteſt vē
di per decuriones Ciuitatum ſine Principis
licentia quia eſt de regalibus Aluarot.in c.1.
quæ ſint regalia niſi Ciuitas eſſet in poſſeſſio
ne immemorabili illam vendendi cum per
tantum tempus præſcribatur ius vendēdi.eſt
commun.opin.relata per Becc. in conſil.15.
num.6.cum talis præſcriptio immemorabilis
habeat vim priuilegij, & conſtituti l.3. §. du-
ctus aquæ ff. de aqua quotid. & exti. c. ſuper
quibuſdam §.præterea de verbo.ſignif.extra
Crau.de antiq.tempo.par.4.

TITVLVS XXXXVIII.

De non habentibus ius prothomiſeos.

CON-

CONSVETVDO VNICA.

ECCLESIAE monaſteria: & Barones: in iure prothomiſeos nullatenus admittantur.

SVMMAE.

1 *Eccleſia monaſteria, & Barones ius congrui non habent.*
2 *Eccleſia multis modis capitur de iure.*
3 *Eccleſia propria quæ dicatur.*
4 *Confratres an habeant ius prothomiſeos.*
5 *Confratria an veniant appellatione eccleſiæ.*
6 *Priuilegia conceſſa eccleſiæ non dicuntur conceſſa confratrijs.*
7 *Monaſterijs non competit ius congrui.*
8 *Monaſteria an veniant appellatione eccleſiæ.*
9 *Monaſteria intelliguntur tam maſculorum, quàm fœminarum.*
10 *Barones, & comites non habent ius prothomiſeos.*
11 *Reges an ligentur ſtatuto iuris prothomiſeos.*
12 *Dictio nullatenus importat nullitatem ipſo iure.*
13 *Dictio nullatenus, & nullius momenti quid importet.*

ECCLESIAE &c. iſtæ tex. non diuiditur quia breuis eſt nec etiam ſummatur quia ſeipſum ſummat: & idem diſponitur per Conſuetudinem Meſſanæ cap. 31. in fine ipſius, & per Cõſuetud. Syracuſarum in tit. de iure prothomiſeos in verſi. & ſic monaſteria, & per Conſuetud. Panormitanam capit. 27. ſub rubr. de his quibus ius procom. non comp. fol. 22. plus dicitur quòd etiam Fiſco Comitibus Iudæis, & Saracenis non competit ius congrui.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd licet conſanguineis vſque ad quartum gradũ ius prothomiſeos competat, prout dicitur in Conſuetud ſecunda ſupra tit. 40. & vicinis, vt dicitur in Conſuetudine prima eodem titu. tamen dictæ Conſuetudines limitantur per hanc, vt non procedant nec habeant locum in Eccleſijs Monaſterijs Baronibus, & Comitibus: nã Eccleſiæ, Monaſteria & Barones non poſſunt recuperare rem venditam neq; vti conſanguinei neque iure contiguitatis loci, & ratio poteſt eſſe quia vocantur de iure perſonę prohibite, & in eis res emphyteotica alienari non poteſt Iaſon. & alij Doctor. in l. fin. C. de iure emphyteotico, ſicut eccleſia non ſuccedit regulariter in feudo c. 1. §. 1. de alien. feu. Blaſcus Lanza in c. volentes in v. notab. &c. ibi publicæ legendo dixi.

2 SED quæro ex quo de iure eccleſia capit. multis modis: nam aliquãdo eccleſia dicitur collectio ſanctorum c. nuptiarũ 22. q. 7. Item eccleſia dicitur collectio fidelium cap. multo 19. cap. eccleſia de conſe. diſtin. 1. Itẽ eccleſia dicitur collectio epiſcoporum cap. legimus 93. diſtin. Item capitur eccleſia pro Summo Pontifice cap. cuncta per mũdum 9. quæſt. 3. aliquando dicitur eccleſia quæ tecto muro, & parietibus conſtat de qua loquitur totus titulus de conſecratio. eccleſiæ vel altaris: & aliquando pro loco pio vt in auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. eccleſ. & quibus modis capiatur eccleſia dixi in anno preterito publicè legens in rub. de rebus eccleſ. non alien. De qua ergo eccleſia intelligitur cõſuetudo noſtra. Et dico quòd loquitur de eccleſijs de quibus loquitur titulus de cõ
3 ſecrar. eccl. vel altar. quia propriè hæc eſt vox eccleſiæ, notant Doctores in d. rubr. de conſecrat. eccleſ. vel altaris at in ſtatutis verba ſunt ſtrictè intelligenda vulgatis iuribus, patet quia loquitur de iſtis eccleſijs dum facit mentionem de monaſterijs, & ſic rectoribus dictarum eccleſiarum vel monaſteriorũ non competit ius congrui per hanc Conſuetudinem, & per alias ſupra dictas.

4 SED an hæc conſuetudo loquatur de cõfratrijs, & hoſpitalibus, & ſic an cõfratriæ veniant appellatione eccleſiarum, & videtur quod non, quia non dicuntur pia loca nec iu
5 ra de eccleſijs loquentibus habent locum in eis vt dicit Bald. in l. illud colum. pen. C. de ſacroſanct. eccle Abb. in conſi. 31. vol. 1. Calc. in conſi. 21. volum. 2. Iaſon. in conſil. 118. col. prima volum. 2. dicuntur perſonæ ſæculares dicit Roman. in conſi. 233. Fely. in cap. 2. colum. fin. in fine de foro compet. & quòd proprie non dicantur loca pia dicit Corneus in conſi. 119. nu. 27. volum. 2. & conſil. 18. nu. 5. volum. 4. Soccy. in conſi. 92. refert magis cõmunem reſpondendo contrarijs Portius in concluſio. 6. lib. 5. verſicu. tenendo primam: etiam nos ſumus in ſtatutis in quibus ſtrictè & propriè interpretanda ſunt l. quicquid abſtringendæ ff. de verborum obliga. quinimo
6 imo priuilegia conceſſa eccleſijs non intelliguntur conceſſa confratrijs ſeu confraternitatibus vt dicit Aemilianus in conſil. 153. & Crapa in conſi. 54. & ſic vt diuerſa conſiderantur, ergo diuerſum ius not. l. illud ff. ad l. Aquili. cum ſimilibus, & ſic confraternitates non comprænhenduntur in iſta conſuetudine quid autem ſit de iure vide Tiraq. in tract. retract. Lignag §. 1. gloſſa 13. nu. 2. nam videtur quod clerico tantum competat vt dicit tex. in cap. conſtitutis de reſtit. in integr. & an ius prothomiſeos competat clerico vel con

tus

tra clericum vide Marant. in ſua diſputatio. octaua, & per Tiraq. in loco præallegato, & dixi ſupra in Conſuetu. vnica ſupra tit. 40. in 1. notab. q. v. & quid ſi confraternitas habet hoſpitalitatem, & Campanile vel eſt hoſpitale fundatũ auctoritate epiſcopi noſtri, & Sũmi Pontificis, & habet alia requiſita dic quod tunc eccleſia dicitur: Ita Ioſeph Lud. deciſio. 93. nu. 36. vide Portium in d. concluſ. vj. lib. v. & Gabriel: in tit. de pia cauſa concluſ. 1. lib. 6.
7 poſt nu. 7. & nu. 22. & ſeq. vnde ei non cõpetit ius congrui.

IN TEX. Ibi monaſteria.

8 IDeo de eis mentionẽ facit noſtra cõſuetudo quia appellatione eccleſiarum non veniũt monaſteria gl. ĩ c. grãdi in verbo monaſteriorũ de ſuppl. negl. prælato. ĩ 6. licet ſecus ſit in feudalibus quia in feudalib᷒ appellatione eccleſiarũ veniunt monaſteria ex identitate rationis eſt tex. in cap. 1. §. porrò ſecundũ Bal. ibi quæ ſit prima cauſa bo. am. & ita dicit D. Blaſc. in d. repet. c. Regni volentes de alienat.
9 feud. Et procedit conſuetudo noſtra tam in monaſterijs maſculorum quàm monialium quia monaſteria dicuntur eſt tex. in cap. monaſteria de vita, & honeſt. clerico. & ibi Abb. & Doctores monaſteria ergo monialium, & virorum quæ multa ſunt in hac Ciuitate, non habent ius congrui. An autem moniales conſanguinei poſſint recuperare dixi ſupra in Conſue. 1. c. 40. nu. 34. tamẽ de iure monaſteria habeant ius congrui, vide per Tiraq. in d. §. 1. glo. 8. nu. 10.

IN TEX. Ibi Barones.

10 DIc idẽ, & de Comitibus Marchionib᷒ Ducibus, & Principibus eadẽ imò maiori ratione, imò à fortiori, & ideo de eis nõ fit mẽtio in tex. quia tunc qñ fuerunt factæ hæ conſuetudines in Regno non erant Marchiones neq; Duces, nec Principes, & patet in c. Regni volẽtes Ferdinãdi 28. & quia tẽporibus quaſi noſtris intitulati ſunt, & ſi ſtatuentes de hoc interrogati eſſent idem dixiſſent, vnde pro expreſſo habetur per glo. in l. tale pactum in §. fin. ff. de pact. Roland. in conſi. 6. nu. 23. vol. 4. Hyppo. in conſil. crimi. 46. nu. 25. qui autem dicantur Comes Marchio. & Dux vide capitulũ primum quid ſit Dux, in vſibus feudorũ.
11 Etan Reges ligentur ſtatuto iuris prothomiſeos vide Tiraq. in dicto tract. retract. Lignag. §. 1. glo. 13. nu. 38. & quis ſit Baro Comes vel Marchio vide tit. quis ſit Dux in vſibus feudo.

IN TEXT. Ibi nullatenus:

NOta quòd Eccleſiæ Monaſteria Comites, & Barones a iure prothomiſeos ipſo iure excluduntur per illam dictionem nullatenus, quæ dictio importat ipſo iure eſt gl. ſingularis in auth. ſi qua mulier C. ad Velle. Iaſ. in l. de pupillo §. ſi quis fortè ante nume. 4. ff. de nou. ope. nunt. & quid importet iſta dictio nullius momenti, & nullatenus, vide Dom.
13 Cumiam in cap. 41. Ritus incip. Item prædicta nume. 23. & de dictione nullius momenti, dic quòd importat nullitatem etiam ipſo iure, vt dicit Ripa in l. 4. §. condemnatum nu. 1. ff. de re iud. latè de hijs dictionibus per Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo reuertantur. nu. 93. & ſeq. C. de reuo. donatio.

TITVLVS XXXXIX.

Quod ius prothomiſeos competit in bonis ſtabilibus, cum mobilibus permutatis, vel ſtabilibus cum adiuncto.

CONSVETVDO VNICA.

RE ſtabili cum mobili cõmutata cum adiuncto, precio aliquo vel ſine: conſanguineus vel vicinus volens recuperare dictam rem ſtabilem, audiatur; facta æſtimatione per Curiam ipſius rei ſtabilis permutatę: quam æſtimationem recuperans conmutatori ſoluere compellatur. Si vero res ſtabiles inter ſe permutate fuerint cum adiuncto, & etiam ſine: habentes ius prothomiſeos, facta æſtimatione modo quò ſupra, ad recuperationem ipſius infallibiliter audiantur.

SVMMAE.

1 *Ius prothomiſeos an competat in permutatione, & nume. 5.*
2 *Infallibiliter verbum importat ipſo iure, & numero 7.*
3 *Permutatio vicina eſt emptioni.*
4 *Ius prothomiſeos an procedat in tranſactione diuiſione, & compenſatione.*
6 *Permutatio non dicitur propriè venditio.*
8 *Ius prothomiſeos an competat in re immobili cũ mobili conmutata.*
9 *Aeſtimatio p quos faciẽda eſt, & qualiter fiat nu. 10*
11 *Aeſtimatores a Iudice electi iurare debent.*

11 *Aeſtimatores non poſſunt rem æſtimare abſque rei viſione.*
13 *Aeſtimatores ſecundum quod tempus rem æſtimare debent.*
14 *Aeſtimatores ſi diſcordant quid agendum.*
15 *Aeſtimatores qui inter ſe variant an de falſo teneantur.*
16 *Aeſtimatio mala an poſſit à Iudice corrigi.*
17 *Aeſtimatio an poſſit in Curia parte abſente fieri.*
18 *Aeſtimatio fit partibus præſentibus.*
19 *Verbum compellatur importat ipſo iure.*

RE ſtabili cum mobili: diuiditur iſtæ text. in tres partes: in prima ponit vnum dictum ampliatiuũ: in ſecũda dicit quid fiendum in pmutatione: l'tertia ponit aliud dictum ſuper permutatione ſtabilium: ſecũda eſt ibi facta æſtimatione: tertia & vltima ibi ſi verò res ſtabilis.

SVmmatur hoc modo, ius prothomiſeos competit etiam in permutatione rei ſtabilis cũ mobili, vel cum alia re ſtabili, ſoluta tamen rei permutate æſtimatione.

1 NOTA ex iſto text. quòd ius prothomiſeos habet locum etiã in permutatione rei ſtabilis cum mobili, vel cum alia re ſtabili, ſiue prætij ad dictio interueniat, ſiue nõ: idem diſponitur per Conſuetudinẽ Panhormitanam cap. 16. In verbo, & quia folio 20. Sed quando res ſtabilis cum ſtabili commutetur præſtito iuramento coram officialibus dictæ Ciuitatis ceſſat ius congrui vt ibi dicitur, & iſta conſuetudo eſt ampliatiua ſuperiorum conſuetudinum iuris prothomiſeos; per quas ius congrui competit in venditione rei ſtabilis, quia per eas fit mentio prætij, quòd venditionem ſignificat vt ſupra in Conſuetud. l. titũ. 40. dixi. Et competit ipſo iure
2 per illud verbum infallibiliter quod idem eſt quòd omninò vt parata ſit executio per multa dicit Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur nu. 76. & 78. iuncto futuri temporis verbo compellatur. Sed quid ſit de iure ſi iſta conſuetudo non eſſet: an ius prothomiſeos competens in venditione, competat & in permutatione cum æſtimatione? & quidem gloſſa: in verbo taxata, vbi Bartol. & Salyc. in l. 1. C. de rer. permut. dicit quod ſic: nã permutatio, & maximè cum æſtimatione venditio dicitur per l. primam §. æſtimatorem, & §. æſtimatas C. de rei vxor. actio. quia
3 permutatio vicina eſt emptioni l. 2. ff. de rer. permut. tenet hoc Dominus Simon Viuie. quem refert Dominus Cumia in capitu. 99. Ritus nume. 13. vide Domi. Lanz. in repet. capitu. volentes de feudis in viij. notab. vide Tiraquell in tractat. retractar. Lignag. §. primo gloſſa 14. nume. 19. & ſequent. Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. in verſicu. en vendition in verbo quid autem nume. 9. fol. 141
4 & ibi an in tranſactione an in donatione an compenſatione, & an in diuiſione competat ius prothomiſeos.

5 ET quid ſit de iure quando permutatur res de cambio ad cambium ſine adiuncto an habeat locum ius prothomiſeos? Dominus Alexand. in conſil. 197. columni. prima libro 7. dicit quod ſic: Sed contrarium tenet Tiraquell. in dicto tractat. retract. §. 1. glo. 13. nume. 29. Vbi concludit, ſtatuta de iure prothomiſeos in venditione loquentia, non ha-
6 bere locum in permutatione; quia permutatio non dicitur propriè venditio, & in ſtatutis verba ſunt propriè intelligenda, vt ſæpius dixi, & de iure permutatio dicitur etiam ſi interueniat præcium: quando partes intendunt permutare communem opinionem refert Villalob: In ſua collect. commu. opinio. In verbo contractus nũ. 192. vide tamen ibi per Villalob: & Boer. in deciſ. 144. per cũ
7 allegatum: Dominus Cumia in cap. 99. Ritus nume. 16. diſtinguit quòd aut ſtatuta, & conſuetudines alicuius Ciuitatis de permutatione non loquuntur ſed de venditione, & tunc ius prothomiſeos non habent locum in permutatione, per Doctores per Tiraquell. allegatos: aut conſuetudines alicuius Ciuitatis prout eſt iſta noſtra Ciuitatis Cataniæ diſponitur quod ius congrui habet locum in permutatione, & tunc habet locũ, & procedit conſuetudo, & maximè quia per Ritum in fine ſunt confirmatæ omnes conſuetudines Ciuitatum, & locorum, & ſic per Ritum eſt noſtra conſuetudo confirmata, & per conſequens ceſſant dubia, & dicendum eſt quod habet locum ius prothomiſeos in permutatione rei ſtabilis vt in textu noſtro dicitur.

8 QVAERO an ius prothomiſeos habeat locum in re immobili cũ re mobili præcioſa commutata? vide Tiraquell. in præcitato §. primo gloſſa 24. nume. 43. Et an competat in locatione ad longum tempus, vel in donatione inſolutum? dixi in dictis conſuetudinibus præcedentibus ſupra tit. 40. & 41. vbi quid in aliis contractibus, vide quæ dicuntur in Conſuet. ſequenti.

9 NOTA vltimo quòd res permutata æſtimatur per Curiam, & præcium ipſius deponitur. in dicta Curia, prout in Conſuetud. vnica incip. habens ius infra titu. 51.

& æſti-

& æſtimatur per expertos in arte, & ſi eſt
domus, per magiſtros fabricatores, & per
magiſtros fabros: etſi prædium ruſticum, per
expertos. vt dicit Angel. in §. quod autem in
auth. de non alienan. Bald. in l. 2. C. de reſcin.
10 vendit. & æſtimatio rei qualiter fiat, & quid
faciendum, & quando ſit diuerſa. vide Fe-
lyn. in capitu. cum cauſa ad finem de teſti-
bus. Et æſtimatio rei debet fieri de tota re
prout tota valet, & non per partes l. Mœui-
us, §. fin. vbi Bartol. ff. famil. herciſcund. vide
Bald. in l. ſi ex falſis ad finem. C. de tranſa-
ction. & C. commu. diuidun. & fundi æſti-
matio fit non ſecundum menſuram, ſed ſe-
cundum bonitatem l. ſi quos. vbi Bald. & Sa-
lyce. C. de reſcinden. venditio. & Bald in l. 2.
eodem titulo, & fit ex curſu, & varietate
temporis vt dicit Marian. Soccyn. in conſil.
23. Incipien. viſis verè. In primo volum. vide
text. vbi Doctores in §. ſi hæres percepto fun
do in l. prima ff. ad Trebell & in l. præcia re-
rum eodem titulo, Et iſta æſtimatio fit per
duos ad minus. vt dicit Ange. in d. §. quod au-
11 tem in auth. de non alienand. Et tales æſtima-
tores electi à Iudice, etiã iurare debent. idem
Ang. in d. § quod autem Bartol. in l. ſi vacan-
tia nume. 3. de bon. vacand. C. libro x. l. hac
ædictali §. his illud vbi Bald. & Salyc. C. de ſe
cundis nupt. Viui. in opinio. 169. Incip. Iu-
dex libro 1. imo à partibus iuramentum re-
mitti non poteſt ſecundum: gloſſam in ver-
bo diſtricte in capit. Fraternitatis de frigid. &
malef. quia eſt de credulitate, ſecus ſi de veri-
tate. capit. tuis de teſtibus quia remitti poſſet
12 Et aduerte quòd æſtimatores non poſſunt
rem æſtimare abſque eo quòd eam videant
ſecundum Bald. in l. 2. C. de reſcindend. ven-
ditio poſt num. 25. imò debent dicere quod
fuit vinea, vel terra culta, vel inculta vt ibi
per eum.

13 SED an iſti æſtimatores debeant æſtimare
ſecundũ tẽpus præſens an ſecundũ tẽpus
contractus? dic quòd ſecundum tempus con
tractus. vt dicit idem Bald. in d. l. 2. in prima
colum. Flor. in l. ſi ſeruum ff. ad l. Aquiliam
tu vide Cagno. in d. l. 2. de reſcind. vendit. nu.
255. & ſequen.

14 SED quæro. ſupradixi quod duo æſtima-
tores requiruntur ad æſtimandum, quid ſi
diſcordatur? dic quòd eligitur tertius. idem
Bal. in d. l. 2. In penul. colu. C. de reſcin. vend.
Salyc. in d. §. his illud l. hac ædictali C. de ſe-
cund. nupt. in principio, & per Curiam, & ita
ſeruat M.C. & in tribunali Sacræ Regiæ Con
ſcientiæ me Iudice ita ſeruatum fuit in cauſa
Illuſtriſſimorũ Marchionis Iulianæ & Comi
tis MõtisMellis, in mẽſe Ianuarij 3. Ind. 1590.

SED quid ſi in aliqua æſtimatione facien-
da fuerint tres æſtimatores æſtimantes di
uerſimodè puta quia vnus æſtimauit decem,
alter quindecim, & alter viginti? dic quòd de
bent omnes ſummæ coaceruari, & iudex de
bet æſtimare in tertia parte totius ſummę, &
ſic quindecim. ſecundum Salyc. in l. hac ædi-
ctali §. his illud C. de ſecun. nupt. vide notat
15 in l. ſi fundum ff. manda. per illum tex. & in l.
cum eo ff. de pactis, Et an æſtimatores qui in-
ter ſe variant teneantur de falſo? vide Bartol.
in l. teſtator §. qui induitam in fine ff. de le-
gat. 2. & æſtimatores malè æſtimantes tenen
tur ad intereſſe l. prima, & ibi Bartò. C. de di-
ſcuſſ. libro x.

16 SED quæro an mala æſtimatio æſtimato-
rum, poſſit corrigi à Iudice adhibitis alijs
æſtimatoribus? dic quòd ſic, ſecundum Bart.
in l. arbitrio. vbi Alex. ff. qui ſatiſd. coga. Lau
rent. de Fan. in §. præterea: Inſtitut. de rer. di-
uiſio & æſtimatione grauatus intra annum
conqueri debet, aliàs eo elapſo non poſſet.
niſi eſſet abſens, vel minor. ita ſcripſit Bald. in
conſi. 287. Incip. illæ qui grauatur. volum. 3.
Iuſta tamen æſtimatio eſſet ſi a teſtatore in
teſtamento facta fuiſſet. vtputa grauando hæ
redem, rem tali præcio vendere. Paul. de Ca-
ſtro in conſi. 264. in antiq. quem ſequitur Ca
gnol. in l. 2. de reſcind. vend. nu. 268. idem ſi
à lege vel ſtatuto præcium taxatam fuiſſet
Cœpo in tracta. de ſimul. contract. in 2. con-
cluſi. Maſcard. de probatio. in concluſione
650. in fi. & in concluſionibus ſeq. volum. 2.
vbi multa de iſta materia ad plenum ſcripſit.

17 ITEM etiam quęro, an æſtimatores miſ-
ſi per Curiam ad æſtimandum, poſſint re-
ferre æſtimationem in Curia parte abſente?
dic quòd ſic, licet mitti non poſſint ad æſti-
mandum parte abſente, vel non citata, ſecun
dum Bar. in l. Teopompus. nu. 11. ff. de dot.
prælega. & l. qui bona ff. de damn. infecto, &
18 in l. ſuſceptores C. de ſuper exactoribus &
archa. lib. x. nam æſtimatio rei debet fieri par
tibus præſentibus, vel citatis. vt dicit Cagnol.
in l. 2. C. de reſcin. venditio. nu. 261. Couarr. in
libro variar. reſolu. libro 2. cap. 13. verſic. no-
ua concluſio in lectione d. l. Teopompus. de
dote præleg. vide quæ dicit Natta. in cõſ. 266.
nu. 13. & de æſtimatoribus dixi ſupra in Con
ſuetud. quinta: incip. animalia titu. primo ſub
rubrica de iure pali.

ITEM facta ęſtimatione, recuperãs reſtitue
re eam tenetur, ipſo iure ſtatim per ly ver-
19 bum, compellatur. quòd hoc importat. Tyra
quell. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur nu.
123. & nu. 177. C. de reuo. dona.

TITVLVS L.

De ſimulatis contractibus in fraudem iuris prothomiſeos.

CONSVETVDO VNICA.

SI prædium ruſticum vel vrbanũ fuerit pro parte venditum,& pro parte donatum: liceat habenti ius prothomiſeos recuperare illud à donatario emptore,ſoluto prius per eum qui recuperare voluerit prætio extimationis prædij per Curiam faciendæ.

SVMMAE.

1 *Ius prothomiſeos an competat in contractu ſimulato,& nu.11.*
2 *Contractus quomodo dicatur ſimulatus.*
3 *Contractus vt ſit ſimulatus requiritur quòd à principio ſit de ſimulatione conuentum.*
4 *Simulatus contractus an poſſit per duos teſtes probari.*
5 *Inſtrumenta ſimulata per teſtes probantur.*
6 *Simulatio an probari debeat, quando lex præſumit.*
7 *Probatio per coniecturas euidentiſſima dicitur etiã in ſtatutis,& nu. 8.*
9 *Fraus quomodo probetur.*
10 *Emphytheota per 30. annos ſoluens emphytheota præſumitur.*
12 *Iuramentum an tollat vitium ſimulationis.*
13 *Præcium venditionem facit.*
14 *Donatio an faciat ceſſare ius congrui quando eſt dictum,& quòd plus eſt donauit, &c.*
15 *Donatio in ſtatutis quæ dicatur vera.*
16 *Ius prothomiſeos an habeat locum in donatione cauſa mortis.*

SI prædium ruſticum,&c. Diuiditur iſtæ tex. In tres partes: In prima enim ponit vnum dictũ in ſecunda deciſionem in tertia,& vltima modificationem, ſecunda eſt ibi liceat,habenti,tertia eſt ibi ſoluto.

SVMMATVR. In prædijs pro parte venditis, & pro parte donatis, ius prothomiſeos competit,ſoluta æſtimatione prędij prædicti idem diſponitur per Conſuetud. Panormitanam cap.26.In verbo, & quia etiã ſub rubrica de iure protho. & de ſimulatiòne contrahendi iuris prothomiſeos Panormi extat quædam declaratio in fine dictarũ conſuetudinum folio 74.vbi latè.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd iniure prothomiſeos fraus, et ſimulatio excluditur,in tantum quòd ſi prædium ſit pro parte venditum,& pro parte donatum facta æſtimatione per Curiam datur ius congrui vicinis vel conſanguineis in quarto gradu exiſtẽtibus,ratione quia contractus hoc modo ſtipulatus dicitur ſimulatus. Et circa huiuſmodi materiam aliqua dicam: Et primo ſcias quòd contractus ſimulatus de iure non dicitur contractus l. imaginaria ff. de regul. iur. Roland. in conſi.76.nu.3.volum.4.vbi plura congerit.

2 ET quæro quomodo contractus dicatur vel præſumatur ſimulatus? dic quod multis modis, & ex multis coniecturis præſumitur ſimulatus: & primo præſumitur ſimulatus ex coniectura tractatus præcedentis ſecũdum Alex.in conſi.29.colum.7.Barb. in conſil.25.Incipie.ſcribitur ſapientiſſimè col.2.libro 1.Iaſon in l.3.§.filiusfamil.col.3. ff. de li-
3 ber.& poſthu. quinimo hoc,vt contractus dicatur ſimulatus requiritur quòd ab initio ſit conuentum de ſimulatione nec ſufficit conuentio ex poſt facto ſecundum d. Alex. in d. conſi.29.nu.19.volu.7.& alijs coniecturis, & modis prout per Tiraquell.in dicto tracta.re tract.§.1.gloſſ.14.nu.24. vide Cagnol. in l. imaginaria nu.10.ff.de regul.iur.vide Afflict. in deciſio.40.nu.17.Cœpol. in tractatu de ſimulat. contractuũ vbi ponit 26. præſũptiones contractus ſimulati, & vide Clar. in Practic.Crim.quæſt.28.in verſ. fraus autem,vide etiam eundem Tiraquell.in d.§.1.gloſſ.2.nu. 13.& ibi latiſſimè per Caſſaneum ſuper Conſuetud.Burgund. in rubrica decima §.13. In verbo pouure quæ in verſic. iſta eſt præſumptio,&c ſeq. & maximè in verſic.aduerte vbi ponit multas coniecturas quibus probantur contractus ſimulati folio 344. & plura ſcripſit Menoch.in tracta. præſumptio lib.3.præſumpti.122.latiſſimè ſcripta per Ioſeph: Maſcar.in tract.de probat. in concluſ.439. cum pluribus ſeq.q.incip.contractum vol.1.

4 QVAERO an contractus ſimulatus poſſit per duos teſtes probari? dic quòd ſic: nam ſimulata inſtrumenta per teſtes probãtur ſecundum gloſſam in l.illicitas.§.veritas ff. de offic. Præſid. Imol. in cap. ad noſtram de probat.capit.in omni negotio de teſtibus Tiraque.in d.§.primo gloſſa 14.nu.57.Alex. in dicto conſi.29.nu.20. qui dicit quod quælibet

libet coniectura debet per duos teſtes probari vide Caſſan.in loco præcitato verſ. aduerte,&verſic.ſequen.num.11.& ſequē.fol.345. & quid debeat probari vt contractus dicatur ſimulatus vide per Rolan.in conſi.47.nu.29. vol.4.latè per Neuiaz: in conſi.52.

6 SED an ſimulatio probari debeat quando lex præſumit eam?dic quòd non Fely. in cap.primo col.8.de iur.iur.Socc.in conſil. 66.volum.primo, & probatur per teſtes, &
7 per coniecturas Bar. &cæteri Doct. in l.poſt contractum ff.de donat. Iaſ. in l.ſi quis ex argentarijs §. prætor nu. 26. ff. de ædend. Boſſ. in Pract.crimi.in titu.de partu ſuppoſ. nu.14. nouiſſimè Menoch.de præſumpti. lib.1.præſumpt.58.nu.9. cum probatio per coniecturas dicatur euidentiſſima probatio.l. ſi tutori cum ibi notat: in gloſſa C.de peri.tuto.l.licet Imperator ff.de legat primo Anan.in cōſil.40.Crauett.in tracta. de antiquit. tempor. par.prima in verbo viſo de famæ nu.37. Conarr.in regula malæfidei §.4.nu.2.refert communem
8 quod procedit etiam in ſtatutis vt dicit Menoch.in tractat.de recup.poſſeſſione
9 in decimoquinto remed. nu.400. Sicut dici-
10 tur inſoluente per 30. annos vti emphyteota, quia præſumitur eſſe emphyteota,prout communem dicit Villalob: in verbo emphytheota nu.46. & ſeq. Et quomodo probatur fraus,& quando præſumatur vide Caſſan.in loco præalle.in rub.x.§.xij.in verbo pouree, quæ verſi. quia pluribus modis nu. 1. & ſeq. Et quando contractus eſt ſimulatus ſic,& clauſulæ in eo poſitè ſimulatè dicuntur Ripa in l.nemo poteſt nu.72.ff.de legat 2.Dec. in conſi.575. Menoch de recup. poſſeſſio. in primo remed.nu.292.

11 QVAERO etiam an de iure in contractu ſeu venditione ſimulata competat ius congrui?Pau.de Caſtro in conſi. 75.lib.2. dicit quòd non.quia vendens noluit a ſe dominium abdicare l.nuda ff. de contrah.emp. ſequitur multa alia cumulando Tiraqu.in d. tract.retract.§.1.gloſſ.2.nu.12.:& vide ibi nu.
12 16.Sed quid ſi ſuper tali cōtractu ſit appoſitū iuramentum an per illud tollatur vitium ſimulationis,vel an requiratur abſolutio à tali iuramento?vide Afflict.in deciſio.60. Iaſonē in l.2.in fine ff.de iureiurand. Socc.in l.1.col. pen.ff.ſolut.matrimo. vide Roland.in conſi. 46.nu. 16. in 4. volu. qui refert communem opinionem non poſſe opponi quando adeſt iuramentum omnia vera eſſe. Sed Menoch. in d.primo remedio recup.poſſeſſio.nu.292. dicit iuramentum etiam ſimulatum præſumi, & iuramentum non confirmat actum ſimulatum glo.& Doctor.in l.3.C.plus valet quod agitur idem Menoch. de præſumpt.in præſumpti.12.nu.44.lib.3.ſed Rolā.in d.cōſi. 46.loquitur quando quis iurat omnia & ſingula in iuramento vera eſſe,& ideo idem Rolan.in conſi.76.num.2.volum.4.dicit contractum etiam cum iuramento præſumi ſimulatum.

NOTA vlterius quod res donata debet æſtimari,& pręcium ſolui:intelligas de
13 parte quæ donatur,nam alia pars habet præcium,quia eſt vendita vt notat.in l.fina.in fin. C.de iur. emphyt. ibi prætij vel æſtimationis vbi Bald.& Salyc.

14 SED quæro quid ſi prædium vēdatur pro minori prætio in inſtrumento,& dicatur illud plus quod eſt donauit, & donat. prout aliquando in contractibus fit an ſit vera donatio illius pluris,adeo quòd volens recuperare teneatur ad illud plus. vt res æſtimetur iuxta formam huius conſuetudinis?dic quòd non.quia non eſt vera donatio ſed actus conſequens venditionis præcedentis, vnde non habet locum iſta conſuetudo ita Bart. in rubrica C.de contrah.emptio. & in l.ſi tibi decem in princ.ff. de pactis. Contrarium tenet Condam Dominus Alphonſus Rizzari hic, & dicit quòd veritas eſt incontrarium quòd imò dicatur donatio, & refertur ad modicū & illud plus æſtimari debet,& allegat Bar.& alios Doct.in l.ſi quis cum aliter ff.de verbo. oblig.tu autem vide Afflict.in d.Conſtit.Sancimus vbi dicit quod non habet locum ſtatutum. vide Iaſonem in l. ſi tibi pecuniam ff.
15 ſi cert.pet.nu.6.idem dicitur quòd in ſtatutis propriè donatio dicitur illa quæ mera liberalitate pure,& ſimpliciter fit: de hac donatione vide. Bald.& Salyc.Ibi Portium in concluſio.36.in prima limit. libro primo Caſſan in Conſuetud.Burgund.rubrica x.§.8. in verbo quant l'homne in verſicu.numquid fol.336. Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.Cent.2.caſu 144. vide Cagnol.in l.2.C.de reſci.vend. nu.123.

16 QVAERO etiam an hoc ſtatutum habeat locum in donatione cauſa matrimonij,& cauſa mortis?dic quòd non ita Iaſo. in d.l.ſi tibi pecuniam nu.6.ff.ſi cert. peta.Roland.A uall.in conſi.44.nu.17.volum.4.Quid aut ēſit donatio,& quo iure inuenta.& multa alia de donatione vide per Iuli.Clarum in §.donatio.

NOTA vltimo quòd in caſu noſtræ Cōſuetudinis res pro parte donata vendita æſtimatur per Curiam de qua æſtimatione quomodo fiat quando et à quibus dixi ſupra in Conſuetu.proxima Præced. titu. proximo

proximo in vltimo notabili, & vide Maſcar. in tracta. probatio. in concluſi. 650. & ſeque. in verbo æſtimatio vol. 2.

TITVLVS LI.

De præſentatione pecuniæ, & probatione rei venditæ.

CONSVET. VNICA.

HABENS ius prothomiſeos, recuperare volens prædium venditū, debeat præcium rei vēdite Curiæ offerre: emptore primo citato: & ſi ipſe emptor præcium recipere recuſauerit, ipſum præcium per Curiam deponatur: & ſi dictus emptor præcium ipſum recipere noluerit, Infra triduum ſibi reſingnetur. aliàs dictus recuperans nō audiatur, & à iure ſuo cadat ipſo facto. Cum verè contentio fuerit de precio inter emptorem, & recuperare volentem, defectu aliarum probationū ſtetur ſacramento miſeri venditoris.

SVMMAE.

1 *Recuperare volens iure prothomiſeos, præcium offerre Curiæ debet.*
2 *Oblatio debet eſſe realis, & non verbalis.*
3 *Offerens præcium an excuſetur ſi non acceptetur.*
4 *Oblatio verbalis in quo caſu ſufficit.*
5 *Statutum faciens mentionem de conſignatione, intelligitur de reali; idem in faciente mentionem de depoſitione prætij nu. 6.*
7 *Depoſitarius confeſſionem de depoſito facere tenetur.*
8 *Oblatio, & depoſitio quomodo fiat, vt debitor ab vſuris liberetur remiſſiuè.*
9 *Depoſitio in ſtabilibus non requiritur.*
10 *Citatio de noctè an fieri poſſit.*
11 *Vicinus vel conſanguineus non offerens prætium rei venditè in recuperatione an audiatur.*
12 *Verbum ipſo facto importat ipſo iure abſque ſententia.*
13 *Deponens, depoſitum accipiens, cenſetur depoſitioni renuntiaſſe.*
14 *Venditor rei ſtabilis miſer dicitur.*
15 *Præcium in contractu venditionis certum debet eſſe.*
16 *Præcij appellatione venit omne quod loco prætij.*
17 *Præcium quando ſuccedat loco rei*
18 *Conſanguineus vel vicinus cui iuris prothomiſeos competit, intra triginta annos de fraude contractus quæri poteſt.*
18 *Præcium ſi eſt in auro an ſufficiat offerre in argento.*
19 *Probatio in contrarium an admittatur contra iuramentum vigore ſtatuti præſtitum.*
20 *Venditor an poſſit contra emptorem teſtificari.*
21 *Forma recuperacionis virtute iuris prothomyſeos.*

HABENS ius prothomiſeos &c. diuiditur iſtę tex. In quatuor partes: in prima ponit vnū dictū: in ſecunda aliud: in tertia deciſionem ſuper dictis, in quarta, & vltima aliud dictum ſecunda eſt ibi, & ſi ipſæ emptor, tertia eſt ibi alias dictus, quarta eſt ibi cum vero.

SVMMATVR hoc modo recuperare volens iure congrui præcium Curiæ offerat, quod præcium emptore volente ſibi reſignetur, & illud nolente infra triduum reſignetur: & hijs deficientibus recuperans non auditur, & de præcio rei venditæ, defectu probationum, iuramento venditoris ſtatur.

1 NOTA primo ex iſto tex. quod volens recuperare iure prothomiſeos prædiū venditum, debet præcium rei venditæ Curię offerre emptore citato, & ſi ipſæ emptor præcium oblatum in Curia Patriciali recipere noluerit, ipſum præcium in dicta Curia deponitur: & ſimilis Conſuetudo eſt in Francia de qua mentionem facit Tiraqu. in tractat. retractat. Lignag. in §. 3. Sed an iſta oblatio debeat eſſe realis? text. noſter videtur dicere quòd ſic. dum dicit: & ſi ipſæ emptor prçcium recipere recuſauerit, deponatur per Curiam, & redit rationem quædam additio
2 antiqua hic: quòd oblatio debet eſſe realis, & non verbalis; quia oblatio verbalis regulariter non releuat offerentem l. qui decem §. idem reſponſum ff. de ſolut. notat Bald. in l. acceptam C. de vſur. Alexan. in conſi. 130. nu.
3 13. & ſequent. volum. 4. Sed quid ſi emptor præcium oblatum recipere noluerit an ſit excuſatus, & liberatus recuperare volens, abſque eo quòd præcium prædictum deponat? de iure eſt quòd ſic: & ita dicit Alexan. in l. ſi mora in §. Fall. ff. ſolut. matrimo. & eſt communis opinio relata per Modernos in l. qui Romæ ff. de verbor. oblig. quam refert etiam Franciſcus Viuius in ſua Collectr. commun. opinio. in opinio. 230. volum. primo Gabriel in titu. de ſolutio. concluſio. octaua vbi
4 ampliat, & limitat, & quo caſu ſufficiat oblatio verbalis vide per Porcium: in conclu.

claſ.3 libro 4. & per Gabriel. in titul. de ſo-
luti. libro. 3. concluſio. 8. Item, & ſi eſſet
ſtatutum faciens mentionem de conſigna-
tione, intelligitur de reali vt dicit Dominus
Cumia in capitu. Ritus 101. nu. 11. Et non
tantum debet deponi prætium rei vendite
in Curia ſed etiam requiritur depoſitio ex-
tenſatum liquidatarum vt dicit Conſuetu-
do prima ſupra titu. 40. dicit, et Ritus Re-
gni in cap. 196. Et de nō liquidis, recuperare
volens præſtat vt dixi in dicta Conſuetudine
prima ſupra titu. 40. in nota latè D. Cumia in
d. cap. Ritus, & vnum ſtatutum interpetratur
per aliud l. non eſt nouum ff. de legib. & plu-
ries dixi, & de oblatione, & depoſitione de
qua loquitur Conſuetudo vide plenè Tira-
quel. in gloſſa 17. §. 1. Sed vide quia ſtatutum
noſtrum loquitur per verbum offerre, & ta-
men ſeruatur quòd deponitur, & citatur em-
ptor. & ſtatuto diſponente quòd facto de-
poſito prætij rei venditè vicinus admittatur
6 ad recuperandum: debet eſſe realis oblatio,
& depoſitarius debet fateri in poſſe ſuo eſſe
7 depoſitum prout fit in Curia, quia Magiſtri
notarij fatentur penes eos eſſe depoſitum
vt dicit Roland. in conſi. 61. nu. 26. volum. 1.
8 Et quomodo de iure fieri debeat oblatio, &
depoſitio pecuniæ per debitorem vt libere-
tur ab inter vſurijs vide per Menoch. de arbi.
iud. libro 2. Cent. 3. caſu 32. folio mihi 309. Et
9 ſcias quòd de iure, in rebus ſtabilibus non re
quiritur depoſitio ipſorum ſed ſufficit obla-
tio verbalis ſecundum Alex. Barto. Angel. &
Imol. in d. l. ſi mora ff. ſolut. matrim. & Bald.
in d. l. acceptam in 1. quæſtio. C. de vſur. vide
Fallent. poſitam per Gabriel: in d. conclu-
ſio. 8 & quidem Cynus Ioan. Fab. Bald. Ang.
& Salyce. in d. l acceptam C. de vſuris dicunt
quòd debent offerre, & in eius recuſatione
conſignare ſeu deponere Curiæ (vt dicit tex.
noſter) quæ citat, & ſequitur Caſſa. ſuper Cō
ſuet. Burg. rub. x. §. 1. in verbo quant l'homne
in verſi. aduerte folio 336.

IN TEX. ibi primo citato. An debeat pri-
citari? dic quòd hodie non ſeruatur ſed fit
nota prout infra in ſi. dicam. Quid ſi iſtæ qui
comparet, & prætium in Curia offerat vt ſu-
pra dixi pro recuperatione in vltima die ter-
mini, & vult citari facere emptorem: an poſ-
10 ſit eum de nocte citari facere? videtur quòd
non, quia citatio de nocte non fit, vt not. in l.
non minorem C. de tranſactio. ſed dic quòd
in hoc caſu fieri poſſit: nam tali caſu fit de
nocte quando res eſt tempore peritura l. 1. &
ſecunda, cum ibi notat ff. de ferijs faciunt no-
tat. in cap. conſuluit de officio delegat. & in
ſimili Salyc. in dicta l. non minorem, & in ter-
minis noſtris loquitur Caſſaneus ſuper Con

ſuetu. Burgun. in rubrica x. §. 1. in verbo quāt
l'homne: in verſi. ſed quæro, & in verſic. ad-
uerte folio 335. vide de citatione per recupe-
rare volentem facien. la Tiraqu. de retract. Li-
gnag §. 8. glo. 2.

11 NOTA ſecundo quòd vicinus, vel con-
ſanguineus recuperare volens, ſi nō offe-
rat prætium, vel non deponat, vt ſupra, dici-
tur a recuperatione repellitur ipſo facto, &
12 iſtud verbum ipſo facto importat ipſo iure,
abſque aliqua ſententia vt dicit Rolan. à Valle
in conſi. 96. nu. 11. volum. 1. vide etiam ea quæ
dicam in fine harum Conſuetudinum in titu.
74. de obſeruatione armorum. Contineat idem, &
13 ſi deponens depoſitum recuperat, & immedi-
diatè recuperat quia cenſetur depoſitioni re-
nunciaſſe Io. Fab. & Barr. in d. l. acceptam C.
de vſur. Caſſan. in d. Conſuet. Burgun. rubr. x.
§. 1. in dicto verbo quant l'homne verſic. ad-
uerte fol. 336.

NOTA tertio quòd ſi de quantitate ve-
ri prætij rei ſtabilis venditæ, non extant
probationes ſtatur iuramento mulieri vendi-
14 toris, vt tantum in Cur. offeratur, & depona-
tur modo, quo in text. dicitur, & dicitur mi-
ſer venditor quia proprias res, & ſuorum an-
teceſſorum relinquit, vendendo eas, cuius in-
ter eſt habere l. ſi in emptionē ff. de mino. &
hæc cōſuetudo eſt ſimilis cap. 195. Ritus Re-
gni noſtri Siciliæ incip. Item ſi fuerit quæ-
ſtio vbi formalia verba ponuntur.

SED quæro cum antiquo Doctore Blaſio
de Sancto Angelo hic: quomodo poteſt
15 eſſe iſta quæſtio de prætio inter emptorem,
& recuperare volentem cum in venditionis
contractu præcium certum debet eſſe? vt di-
cit tex. in §. prætium autem Inſtit. de emptio.
& vend. vbi gloſſa, & Doctores: imò de præ-
tio (infra tempus quòd datur ad recuperan-
dum) debet fieri inueſtigatio vt dicit Afflict.
in dict. conſtitut. ſancimus in verbo infra
30 dies plenè per Lanfranc. in repetit. capit.
quoniā contra de probatio. in verbo expen-
ſis allegat Bald. in l. properandum C. de iudi.
quia vt quis euitet expenſas debet facere om-
nia antequam incipiat iudicium ita iſtæ re-
cuperare volens debet de prætio inueſtigare
antequam offerat, & deponat prætium.

16 ET ſcias quòd appellatione præcij de iu-
re venit omne quòd loco præcij datum
eſt ff. de contrah. empt. l. fundi partem dimi-
diam, & ibi Bald. Caſſan. ſuper Conſuetud.
Burgun. rubrica x. §. primo in verbo des re-
trahitz verſic. quæro quid folio 336. & an &
7 quando præcium ſuccedat loco rei, & an ſuc-

verè

verè vel fictè ſuccedat vide Tiraq.de retract. Lignag.§.32.in gloſſ.1.nu.10.& nu.20.& dic quòd ſi maius præcium in contractu fuerit appoſitum, & recuperare volens dicat quòd eſt minus, & contentio ſit de præcio inter emptorem rei ſtabilis vendite, & inter recuperantem, in tantũ quòd nõ recuperauit ſed rẽ relaxauit deinde reperto quòd fuit minus præcium vult iterum admitti ad recuperandum, & tunc defectu probationum ſtatur iuramento venditoris de vero præcio: nã tunc poteſt recuperare. arg. eius quod dicit Salyc. in l.fina.in fin.pe.col.C.de iure emph. imò ſecundum D.Io.Aloy.de Septimo ſuper capit. 198 Ritus Regni Siciliæ in fine non obſtantibus banno publico, & denuntiatione cõſanguineis, vel vicinis factis poſſunt vicinus, vel
18 cõſanguineus infra triginta annos de tali fraude cõqueri; quia falſitas illa facit etiã factum pro non facto haberi l. cum quid §. cũ igitur ff. de in diem adiect. quem refert D. Cum.in cap.103.Ritus nu.7. de qua quæſtione quando apponitur maius præcium in contractu vide Tiraq.de retract.in §.4.gl.2.& dixi ſupra in Conſuet.vnica incip. re vero ſtabili tit.41.
18 in 3.not.in verſic.quæro præterea.ſed quid ſi præcium ſit in auro, an. ſufficiat offerre argentum? vide Tiraq.de retract.Lignag.§.1.gl.18. nume. 30 & an poſſit compenſare debitum creditoris cuius conſanguineus ceſſionem habet? vide Tiraquell.de retract.§.3.gloſſ.3. nu.13.

IN TEX. Ibi iuramento venditoris.

19 QVAERO an contra iſtud iuramentũ & probationem venditoris admittatur probatio in contrariũ? dic quòd ſic imò probationi contrariè ſtabitur. ita cumulando dicit Dominus Cumia in d.capit. 103.nu.2.vbi plus dicit quod tali caſu venditor tanquam periurus punitur, & quòd admittatur probatio in contrarium, dicit communem eſſe opinionem Rolan.in conſi.87.nu.3.& 13 vol.4. vide Tiraq.de retra.Lignag.§.4.glo.1.nu.1.vide ſupra in Conſuetu. vnica tit.7.nu.25.& in Conſuet.vni.tit.32.

20 SED quæro, an de iure venditor poſſit teſtificari contra emptorem, & contra eum iurare? dic quòd ſic. ſecundum Alex.in conſ. 197.colum.2.libro 7. & ratio eſt quia ex hoc nullum commodum ſentit. etiam ſi ad rem affectionem habuerit niſi de euictione teneretur ita Fely.in cap.in ſuper in pe.coll.verſi. quid de venditione de teſtibus. vide tamẽ pulchrè more ſuo per Dominum Andream Tiraque.in d.tract.in §.1.gl.14.nu.46.& ſequen. Et quoniam in cauſa iuris prothomiſeos in primis fit actus hic recuperationis ideo for-
20 mam inſerere decreui tenoris ſequentis.

COMPARVIT in Curia Patriciali C.C. Cataniç talis de tali Ciuis, & habitator dictæ Ciuitatis, præsẽs, cognitus, & expoſuit dicens, cum ſit quòd hijs diebus proximè prçteritis fuerit vendita quædam domus exiſtẽs in hac Ciuitate, & in contrata nuncupata Caſtri Vrſini confinans cum via publica ex oriẽte, & cum domibus talis de tali ex ſeptẽtrione, & cum domibus ipſius exponẽtis ex meridie, & alijs confinibus à tali de tale, tali, de tali pro præcio vnc. centum ſub certis pactis clauſulis, & cõditionibus adiectis ĩ dicto cõtractu vẽditionis, prout hæc apparent in actis Magnifici notar. tali de tali die 1. Martij 12. Ind. 1584 & quoniam virtute conſuetudinũ huius C. C. ipſi exponenti tanquam vicino, & collaterali quia domus ipſius exponẽtis ẽ vicina ſeu collateralis dictæ domus venditæ quia cum ea confinat ex parte meridiei competit ius recuperandi dictam domum venditam iure prothomiſeos propterea depoſitauit, & depoſitat pœnes me Magnificum notar. dictæ Curiæ dictis vnc. centum, & vult recuperare iure prothomiſeos d. domum, & obtulit, & offert facere ſimilem contractum & etiam depoſitauit, & depoſitat pœnes me præfattum Magnificum notar. tarenos ſex pro expenſis liquidis, & pro non liquidis prçſtitit, & fide iubſit talis de tali. (Si vero eſt conſanguineus dicatur, & quoniam ipſi exponenti competit ius recuperandi tanquam conſanguineus, & in gradu à conſuetudinibus permiſſo vt puta frater &c.) Quæ nota recuperationis ſcripta eſt mandato Spect. Domini Iudicis dictæ Curiæ præſentis, & mandantis, & parti notificetur, & citatur pars ad actum iſtum, & ita paſſim ſeruatur licet aliter dicant verba textus noſtri.

TITVLVS LII.

De venditione bonorum mortuorum, & carceratorum pro redemptione eorum.

CONSVETVDO VNICA.

BONA mortuorum, & defunctorum pro executione eorum vltimæ voluntatis: & carceratorum, pro liberatione ipſorum

ipſorum vendita: trina ſubhaſtatione precedente per ſingulos dies, cũ additione dierum octo ad minus: Vltimo emptori, & plus ex inde offerenti remaneant habentibus ius prothomiſeos omnino excluſis.

1 *Bona defunctorum pro executione eius vltima voluntatis quomodo vendantur.*
2 *Minorum bona quando alienentur ſine decreto.*
3 *Ius prothomiſeos an cõpetat quando res vẽditur quæ eſt reſtitutioni ſubiecta.*
4 *Ius prothomiſeos ceſſat in vẽditione bonorum defuncti pro executione eius vltimæ voluntatis.*
5 *Carcerati mortuis æquiparantur.*
6 *Carcer perpetuus dicitur perpetua ſeruitus.*
7 *Legitima filio debetur pro liberatione ſuæ perſonæ.*
8 *Statutum loquens de carceratis an verificetur in carceratis per ciuitatem vel in domo, & nu. 12.*
9 *Carceratus dicitur qui eſt in domo vel in ciuitate carceratus.*
10 *Carceratus dicitur qui eſt ſub fideiuſſione ligatus.*
11 *Carcerati dicuntur qui, à certo loco recedere non poſſunt.*
13 *Exul an dicatur carceratus.*
14 *Captiui quaſi mortui dicuntur.*
15 *Statuentium mens attendi debet.*
16 *Statutum loquens de ſollennitate interuenienda in alienatione bonorum non procedit pro liberatione captiuorum.*
17 *Exceptio de regula eſſe debet.*
18 *Omnimodo dictio importat ipſo iure.*
19 *Dictio omnimodo in portat, & habet executionem paratam.*
20 *Subhaſtatio quomodo fiat in bonis vendendis.*

BONA mortuorum, &c. Diuiditur iſte text. in tres. in prima enim parte ponit factum in quinta deciſionem, & modificat: in tertia ponit aliam deciſionem ſecũda eſt ibi vendita tertia eſt ibi habentibus ius.

SVMMATVR hoc modo bona defunctorum pro executione eorum vltimæ, voluntatis & carceratorum pro eorum liberatione vendita prout in tex. vltimo emptori, & plus offerenti remanẽt ceſſante iure prothomiſeos.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd bona defunctorum pro executione eorum vltimæ voluntatis venduntur trina ſubhaſtatione precedentes per ſingulos dies ſeparatim, & cum additione dierum octo ad minus quibus ſubhaſtationibus precedentibus vltimo emptori, & plus offerenti tradantur, & vendita remaneant, & ius prothomiſeos ceſſat, & ſic fauore vltimæ voluntatis ceſſat ius congrui. Et per hanc conſuetudinem, videtur limitata conſuetudo prima ſupra titul 40. & titu. 41. & hoc eſt fauor vltimæ voluntatis ex eo quia lex dicit diſponat teſtator in ſuis, & fiat lex eius voluntas §. diſponat in auth. de nupt. & not. Doctor. in rubrica de legat. primo ff, ſicut
2 in ſimili dicitur quòd licet bona minorum non alienentur ſine decreto l. lex quæ tutorem l. magis puto § ne paſſim ff. de adminiſtrat. tutor. per Canal. in tractat. de tutor & cura. tamen ſi teſtator mãdat alienari venduntur ſine decreto l. 1. in fi. C. quando decre. opus non eſt dixi ſupra in conſuetu. vnica incipien. inminente titul. 36. in primo nota. verſ. item in alio caſu vide Tiraquell. in tractat. retract. Lignag. in præfatio. nu. 43. Quid autem ſit de iure in hoc caſu, &
3 quid quando venditur res iuſſu teſtatoris an habeat locum ius congrui vide omnino Tiraq. in d. tract. Lignag ad finem tituli nu. 3. & ſeq. folio mihi 244.

SECVNDO nota. Ibi, & carcerato-
4 rum quòd ſicut ius prothomiſeos ceſſat in bonis ſtabilibus venditis pro, executione vltimæ voluntatis ſeruata tex. noſtri forma idem eſt in vẽditione bonorum ſtabil. ſi carceratorum pro eis, a carceribus eximendis nam vicini, & conſanguinei non admit-
5 tuntur, & ratio poteſt eſſe quia carcerati æquiparantur mortuis l. intercedit. ff. de condict. & demonſtr. l. ſeruitutem ff. de regul. iur. nam dicitur vulgo ſepultura viuorum, & mala manſio vt dicit Boſſius in tit. de carcere nume. 2. qui refert Bald. in cap. primo. §. denique in titulo quæ ſit prima
6 cauſa benef. amitt. Nam carcer perpetuus dicitur perpetua ſeruitus dicit Menoch. de arb. Iudi. libro 1. quæſtio. 89. nume. 4 vnde pro tuitione vite habent hoc ſpeciale quaſi quòd habeatur pro diſpoſitione vltimæ voluntatis vt ſupra, & eſt cauſa fauorabilis in tantum quod licet filio regulariter non debeatur legitima in vita patris vt dicit tex. in l. 3. § ſi impuberi ff. de collat. bono. cum alijs per me adductis in conſuetu. vnica ſup. tit. 3.
7 fallit tamen in caſu iſto vt dicit Duen. in regula 340. Fall. 5. vol. primo.

SED circa hoc quæro quid ſi quis reperitur carceratus per ciuitatem vel per domũ ſub fideiuſſione, & pro liberando ſuam perſonam a dictis carceribus vender aliqua bona ſua ſtabilia an habeat locum hæc con-

ſuetudo dic. quod ſic: nam tales carcerati dicuntur & ſtatutum loquens de carceratis verificatur in iſtis carceratis, ſub fideiubſione per domos. vel per ciuitatem, ita dicit Gramm. in deciſio. 33. num. 13. & idem Gramm. in deciſio. 14. nu. 4. ubi etiam dicit
9 quod ſi princeps reſcribit alicui officiali vt carceret aliquem ponendo eum in domibus vel ciuitate cum fideiubſione ſatisfiat principis reſcripto vt dicit Ang. in l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa & Cepoll. in conſ. 40. Iaſon in l. ſi pecuniam §. fin. in col. fin. ff. de condict. ob cauſ. & in repetc. l. admonendi cart. 18. col. prima ff. de iur. iur. Fely. in c. cum contingat col. 3. de reſcript. tamen Capic. in deciſio. 154. nu. 4. videtur tenere quod debeant vltra fideiuſſionem poni cuſtodes ad hoſtium tamen: non recedas a Grammatico & ab alijs doctoribus ſupra allegatis ex quo eos ſequitur Boſſius in tit. de carcerato fide iub. cõmiſſ. nu 3.
10 & 4. in ſua prattica criminali vbi dicit quòd eſt carceratus quieſt ſub fideiubſione ligatus & ſatisfit ſtatuto de carcere loquente nã militat eadem ratio quæ eſt in carceratis intus publicos carceres quæ eſt in ligatis ſub fide-
11 iubſione in certo loco cum carcerati dicantur qui a certo loco recedere non poſſunt vt dicit Ang. in d. l qui in carcerem ff. de eo quod met. cauſ. Oldra. conſi. 65. Boer. deciſ. 215. nu. 21. Guid. Pap. deciſ. 253 dic proprie carceratum ſequitur Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. centum 4. caſu. 30. nu. 10 idem ius ergo debet eſſe l. illũ ff. ad l. Aquil. cũ ſimilibus; vide Clarum in pratt. crim. in
12 q. 46. in verſ. in dubio autem. Sed aliud credo ſi princeps vel ſtatutum diceret quod quis ponatur in tutis carceribus adeò quòd de fuga non dubitetur prout multocies M. R. Curia ſcribit & tunc longe magis procederet conſuetudo noſtra & dictum Capicc. in deciſio. 154.

13 SED an hæc conſuetudo procedat in exule & in eo qui ad ſuam patriam accedere non poteſt vt vulgo, dicitur insterrato prout aliquando ſunt guidati ob delictum qui in loco delicti accedere non poſſunt parte accuſatrice exiſtente, in delicto necis vel citatricis deformis & apparentis, prout in banno capitum continetur? dic quod idẽ eſt dicendũ quod in carceratis quia eadem ratio militat & maxime per dictum Ang. in d. l. qui carcerem. ff. quod met. cauſa, item quia ſtatutum loquens de reddimẽdis captiuis habet locum etiam in captiuis ob maleficium ſecundum Boer. in conſil. primo nu. 21. videque dixi ſupra in conſuetud. vni. tit. 5.

14 ET quid in venditione bonorum captiuorum, ab hoſtibus deremptorum an habet locum hæc conſuetudo; vt ceſſet ius prothomiſeos? & videtur quòd ſic, nã captiui quaſi mortui dicuntur l. ſeruitutem ff. de reg. iur. l. interdicit in fine ff. de cond. & demonſtrat. quia eadem ratio militat & ſi ſtatuentes eſſent de hoc interrogati idem dixiſſent vt dicit Hippol. in conſ. 46. Roland. in conſilio 60. nu. 23. volum. 4. nam ſtatuti
15 mens debet attendi vt dicit gloſa in clem. prima de electio. l. tale pactum. §. qui prouocauit de pact. vide Decium in l. prima nu. 36. ff. de reg. iur. nam multa alia etiam conceduntur fauore captiuorum pro liberatione perſonarum vt dicitur in conſuetud. vnica ſupr. tit. 24. vide ſupra eod. quæſtione vnica tit. 5.

SED quæ eſt ratio ſtatuti noſtri vt in ſupradictis caſibus ceſſet ius prothomiſeos? dic quod eſt vt facilius bona vendantur cum emptores ſunt ſecuri quod ab eis non redimantur ſicut dicitur quod ſi eſt ſta-
16 tutum vel conſuetudo vt minor non poſſit contrahere niſi ſeruata certa ſollennitate nõ habet locum cum minor contraxit vt ſe liberet a captiuitate Roman. in conſil. 316. Boer. in dicto conſ. primo nu. 21. eſt conſuetud. vnica ſupra tit. 5. & in quantum iſtud capitulum loquitur de bonis intelligas de ſtabilibus nam in eis competit ius prothomiſeos vt patet in conſuetud. vnica ſupra tit. 41. & in multis alijs conſuetudinibus
17 diximus: nam exceptio ita vt in bonis carceratorum pro liberatione ipſorũ venditis ceſſet ius prothomiſeos debet eſſe de regula vt dicit Fely. in c. quoniam frequenti in principio vt lit. non conteſt. & vnum ſtatutum declaratur per aliud vt dicit Roland. in conſilio 10. nu. 16. in 4. volum.

IN tex. ibi omnino excluſis, Nota quod habentes ius prothomiſeos non admittuntur ad recuperandum in caſu noſtræ conſuetudinis: nam ly. verbum omnino importat ipſo iure vt dicit Roman. in ſingulari primo, vide Alex. in l. quis vſufructum nu. 7. ff. de verb. obligat. & per Decc. in conſ. 582. num. 2. per Tiraquel. in l. ſi vmquam
19 in verbo reuertantur num. 76. & talis dictio paratam habet executionem, vt ipſe
20 Tiraquell. ibi num. 78. dicit & quomodo debet eſſe iſta ſubaſtatio, & quæ requirantur in ſubaſtatione vide Dominum Cumi. in c. Ritus 17. nu. 115. & ſeq. incipit. & data prius.

TITVLVS

TITVLVS LIII.

De celebratione contractuum rei vendite per notarium obſeruanda.

CONSVETVDO VNICA.

NOTARIVS qui interuenerit contractui rei ſtabilis alienate: conferre ſe debet ad locum alienatum vna cum: Iudice ſolutis eis pedagijs: & omnes fines loci alienati cum diligentia per ſcrutari ipſoſque in dicto contractu ſcribere, & ſi vanellas vel introitum communem inuenerit debet ipſos menſurari, & menſuras in ipſo instrumento apparere: & ſi ſeruitutes erunt in eadem re vendita ſecundũ relationem venditorum debeat ipſas in inſtrumento apponere; quod ſi non fecerit penam vnciarum duarũ ipſo facto incurrat, dictis Patricio, & Iudicibus applicanda.

SVMMAE.

1 *Notarius in venditione bonorum ſtabilium vbi ius congrui competit quid facere debeat.*
2 *Confines duo idemptitatem rei oſtendunt.*
3 *Confinium diuerſitas arguit diuerſitatem rerum.*
4 *Confines per inſtrumenta melius probantur.*
5 *Probatio per inſtrumenta melior dicitur.*
6 *Viuere homines vltra centum annos non praeſumuntur.*
7 *Probatio per inſtrumenta dicitor euidens, & probatio probata.*
8 *Confinium demonſtratio in antiquis etiam per coniecturas ſit.*
9 *Confines in antiquis per teſtes de auditu probantur.*
10 *Antiquum in materia confinium quando dicatur.*
11 *Probatio per indicia, & coniecturas an ſufficiat quã do à lege vel ſtatuto plena requiritur probatio.*
12 *Notarius in inſtrumento poteſt apponero clauſulas ſolitas apponi.*
13 *Notarius rogatus cenſetur de apponendis clauſulis apponi ſolitis.*
14 *Clauſulæ apponi ſolite per notarios non apponuntur poſt datam copiam.*
15 *Clauſule notariorum de ſtilu apponi ſolite an operentur & nu. 17 & diſtingue, nu. 18. & 19.*
16 *Clauſula codicillaris potius de ſtilu apponitur.*
20 *Notarius an poſſit extendere clauſulas, & confines notarij mortui.*
21 *Notarius an poſſit dictum ſuum corrigere.*
22 *Notarius poteſt cogi per iudicem ad conficiendum inſtrumenta limita vt nu. 27.*
23 *Notarius an teneatur dare copiam inſtrumenti.*
24 *Notarius ſeruus publicus dicitur.*
26 *Inſtrumenti copiam aliquibus an dare teneatur norius:*
27 *Notarius de nocte inſtrumenta an teneatur conficere.*
28 *Aduocati vel medici an cogentur conficere inſtrumenta.*
29 *Notarius an præſumatur inſtrumenta conficiens.*
30 *Notarius cum quis non ſit inſtrumenta conficiens pena mortis punitur.*
31 *Doctorem vel notarium aut clericum ſe faciens cum non ſit pena falſi punitur.*
32 *Notarius falſa inſtrumenta conficiens qua pena puniatur.*
33 *Inſtrumẽta per eũ qui notarius nõ ẽ facta ſunt nulla.*
34 *Falſitas notarij an noceat partibus.*
35 *Notarij ignorantia an noceat partibus.*
36 *Conſuetudo per non vſum, & obſeruantiam non habet efficaciam.*
37 *Probare quis debet conſuetudinem non eſſe vſu receptam.*
38 *Teſtes cum negatiua ſuper non vſu conſuetudinis deponere debent.*
39 *Iudices idiote ſunt de magiſtratu Curie Patricij.]*

NOTARIVS &c. iſte tex. in duas diuiditur partes: in prima ponit dictum, in ſecunda penam ſecunde eſt ibi quod ſi non fecerit.

SVMMATVR hoc modo: Notarius in inſtrumento venditionis rei ſtabilis ſeruitutes, & confines apponat, & in loco cum Iudice accedat alias punitur vt in text. per conſuetudinem No. Ciuitatis Meſſanæ cap 52. diſponitur quod inſtrumenta venditionis rerum ſtabilium debeant præſentari Curie, & per triduum ibi manere.

1 NOTA primo, ex iſto text. quòd in vẽditione rerum ſtabilium in loco alienato notarius vna cum Iudice ſe conferre debet pedagijs ſolutis, & omnes confines rei alienate in inſtrumento venditionis apponere omneſque vanellas vias, & introitus vicinalis, & eos menſurando, & hoc inductum eſt in obſeruantia dictarum conſuetudinum vt lites euitentur; & de iure etiam confines in re ſtabili apponi debent iuxta text. in l. forma ff. de conſ. vbi dicitur quod in inſtrumento cenſuali debent apponi nomen fundi in qua Ciuitate eſt, & in quo pago ideſt Villa. & duo confines, nam

2 duo confines oſtendunt idemptitatem rei vt dicit Socc. in conſil. 89. primo volum. Vrſill. ſuper deciſio. Afflict. 23. nume. 2. & ſic debent apponi confines vt idemptitas rei venditæ probetur quia ex diuerſitate
3 confinium arguitur diuerſitas prædiorum, & pluralitas rerum. Ita dicit Alexand. in conſil. 96. volum primo. Afflict. in d. deciſi. 23. Ruinus in conſi. 147. volum. 1. refert hos, & alios Doctor. Vrſill. ſuper d. deciſio. 23. Afflict. quibus addo Syluan. in conſil. 57. nu. 2. volum. 1. ſcilicet. Et debet notarius cõfines in contractu magna cum diligentia ap
4 ponere quia confines melius per inſtrumẽta probantur quam per teſtes, & magis in inſtrumentis antiquis quàm teſtibus creditur ſi de confinibus tractatur ſecundum Alexand. in conſi. 177. nu. 5. in 6. volum Bald. in conſi. 410 nume. 4. volum. 1. l. optimam C. de contrah. & committen. ſtipula. & ibi Baldus.

5 ET probatio per inſtrumenta hoc caſu dicitur melior illa quæ fit teſtibus quia inſtrumenta ſemper probant maxime in antiquis vt dicit Natta in conſi. 672. nu. 16. teſtes vero non ſunt perpetui quia homines non
6 ſemper viuunt cum ultra centum annos viuere non præſumantur. Secundum gloſam in l. fin. C. de ſacro. ſanc. eccl. eſt communis opinio relata per Viuium in opinio 318. volum. 2. & per Soarel in verbo vita nu. 66. in
7 ſua coll. commu opinio. nam probatio per inſtrumenta eſt euidens. Bald. in l. quoties in fine de iud. Abb. in cap. cum dilecti de donatio. Decius in conſi. 682. Roland. in conſ. 9. nu. 16. volum 1. & dicitur probatio probata Cagnol. in l. ſi librarius nu 80. ff. de regul. iur. & quo modo probentur confines dicit latè Mascard. in tract. de proba. concluſ. 395. volum. primo.

8 ET probatio confinium in antiquis fit ẽt per coniecturas argumenta, literas in marmore ſcriptas & alios leuiores modos vt dicit Guid. Papa in deciſi. 193. in Pratica Crem. in titul. de Principe nu. 271. Syluan.
9 in conſi. 59. nu. 24. vide Roland. in conſ. 67. nu. 20. imo confines probantur per teſtes de auditu in antiquis & per famam, & ſemiplenam probationem, & non requiritur tam exacta probatio ſecundum Socc. in conſil. 89. volum. 1. ſecunda Coll. quem allegat hic quondam de Intriogliolo ego allego Guid. Pap. in d. deciſio. 193. Michael Graſſ in q. 2. cap. v. libro primo in 2. volum. commun. opi.
10 fol. 111. & ibi communem dicit & Mascar. in d. tract. de proba. in conclu. 396. 397. incip. confines volum. 1. & quando in hac materia dicatur antiquũ vide ibi p eundẽ Graſſ. cap. v. quæſt. 3. vbi an verba enunciatiua in inſtrumentis antiquis, & an priuilegia antiqua, & an litteræ in lapidibus antiquis probent vide Crau. in tracta. de antiqu. tempo. parte prima in verbo viſo de fama nu. 30. & vide eundem ibi nu. 35. dum dicit quid quando lex vel ſtatutum requireret plenam proba-
11 tionem an tunc ſufficit probatio per inditia & coniecturas etiam in antiquis.

NOTA ſecundo quod notarius in inſtrumento venditionis debet apponere ſeruitutes exiſtentes in prædio alienato, & ratio poteſt eſſe vt lites euitentur argum. c. finem litibus de dolo, & contumia. & vt idemptitas rei probetur vt dixi.

SED quæro an notarius teneatur alia apponere in inſtrumento? dic quòd ſic nã
12 poteſt apponere omnes clauſulas apponi ſolitas in inſtrumento, & de ſtilo apponẽdas etiam a partibus non petitas Bal. in cap. Cũ M. Ferrarienſis de conſtitu. Bart. in l. ſi Pius §. Plautius ff. de aqu. plu. arcend. Hyppol. in ſingulari 123. incip. in iure clarum eſt Pariſ.
13 in conſi. 85 nu 42. volum. 1. Imo notarius a partibus rogatus iſto caſu cenſetur eſt. text. in l. fin. iuncta glo. C. de fideicom. vbi Bald. in princ. Capicius deciſione 159. nu 39. Cagnolus in l. ſi librarius nu. 48. ff. de reg. iuris. Vnde cum de ſtilo notariorum in inſtrumẽtis apponatur clauſula conſtituti poteſt apponi: Item & hypotheca, & precarium, & multa alia cumulat circa iſtam materiã Dominus Porcius in concluſio. 19. libro 4. vbi ampliat, & limitat quatuordecim modis vbi
14 infra dicit quod clauſulæ ſolitæ apponi per notarium in inſtrumentis non poſſunt apponi poſt datam copiam ita dicit Hyppol. in d. ſingular. 123. Pariſ. in d. conſi. 45. nu. 45. vide Menoch. de arbitr. iud. Centu 2. lib. 2. caſu 144. nu. 10. & Gabrielem in tit. de conſuetudine concluſ. 3. lib. 6. fol. 19. 593.

15 SED quæro an iſtæ clauſulæ apponi ſolitæ de ſtilo per notarium operentur multum? Curt. Iun. in conſil. 101. in fine dicit quod parum eſt de eis curandum quia potius de conſuetudine, & ſtilo quàm de voluntate contrahentium apponuntur idem dicit Iaſon in conſi. 71. num. 11. Socc. Iun. in conſ. 116. nu. 2. Secundo vol. Ruinus in conſil. 88. in fine volu. primo Barb. in conſil. 43. colum. 6. volum. 2. quem refert Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfatio nu. 126. C. de reuo. donatio. & quòd non ſit faciendum capitale de dictis clauſulis dicit Curt. Senior in cõſil. 43. nu. 26. & quod nihil operantur dicit

Pariſ.

Pariſ.in conſi 60.nu.27.volum.2.Idem Ruy
nus in conſil.60.nu.29.lib 3.Gratus in con-
ſil.112.nu.27.volum.2.vbi nu.25.refert cō-
16 munem opinionem Bartoli dicentis clauſu
lam codicillarem potius de ſtilo notarij po
ni, & quòd non valeant dictæ clauſulæ di-
cūt præcitati Doctores vide Pariſ.in conſil.
20.nu.87.volum.1.Dec.in conſil.352.nu.7.
Crauett.in conſi.192.nume.10.Socc.Iun.in
conſi.48.nu.39.lib.1.Ripa in l.Centurio nu.
79.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. et de iuramē
to notariorum per ſtilum poſito in inſtru-
mentis ſi partes publicè non iurauerint qđ
non operatur vt dicit Barba.in conſi.45.vo-
lum.6.volum.2.Tiraq.in reper.l.ſi vnquàm
in præfatio.nu.172.C.de reuoc.donat.fol.
57.Hyppol.in d.ſing.123.in fine,& Ripa vbi
ſupra.

17 SED contrarium tenet Cagnolus in d.l.ſi
librarius nume.37.In fine de regul.iur.
ff.refert magis communem opinionem et
dictas clauſulas valere etiam quòd notarij
neſciant uires illarum quia eſt ius quæſitū
contrahentibus Alciat.in tract.de præſum-
pt.regula 3.preſump.3.& ſtari dicto notarij
dicentis clauſulas ex certa ſcientia appoſi-
tas dicit Capic.in deciſio.159.nu.42.Ripa
in l.Centurio.nume.88.de vulg.& pupill.
ſubſtitut.

18 POTERIT tamen diſtingui quòd aut
clauſulæ ſunt circa ſubſtantialia vel pa-
cta: aut clauſulæ eſſent pœnales vel inſtru-
mentum idem in extenſione inſtrumenti
vel in ratho apponi ſolitis vel ſequeretur fal
ſa latinitas vel poſt inſtrumento ad conſen
ſum ſapientis, & in alijs caſibus poſitis per
Port.in concluſio.19.libro 4.in limitationi
bus ibi per eum appoſitis Gabriel.in titu.de
conſuet.concluſio 3.lib.7.& tunc tales clau
ſule nihil operantur, & procedit prima opi
nio.Docto.

19 AVT vero ſunt aliæ clauſulæ apponi
ſolitæ ſæpius de conſuetudine vltra ſu-
pradictas,& tūc valēt,& operātur,& pro no
tario præſumitur quòd ſit rogatus, & quòd
ex certa ſcientia ponantur iuxta opinionē
Cagnol.& Capic.in deciſio.159.& Alciat.
in d.loco, & Gabriel.in regula prædi.cum
ampiia.refert multos alios Doctores Rolā.
in conſil.34.nu.93.cum pluribus ſequenti-
bus vol.4.Dec.in conſi.450.nu.2.

20 SED quæro an notarius poſſit extende-
re clauſulas vel confines notarij mortui
vide Cagnol.in d.l.ſi librarius nu.32.ff.de re
gul.iur.vide Port.in d.concluſ.19.limit.9.
vbi refert duas opiniones contrarias circa
extenſionem clauſularum,& ad hoc vt poſ-
ſit addere contractui not.mortui ſex requi-
runtur quæ ponuntur per Guid.Pap.in de-
ciſio.2.nu.2.vide Roland.in conſi.66.num.
34.volum.4.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.
21 Centu.2.caſu 187.& an notarius poſſit corri
gere dictum ſuum vide Pariſ.in conſil.28.
nu.42.in ſecundo volum.vbi dicit quòd ſic
in continenti ſecus ex interuallo vel data
copia quòd tunc probato errore de conſen-
ſu Iudicis corrigit Bar.in l.Imperator nu.2.
de ſtatu hom.& in l.fin.nu.5.ff.de tab.exib.
Angel.conſi.291.Dec.in d.l.ſi librarius nu.
7.verſ.ſecus ſi fuit data copia vide Cagnolū
in l.ſi librarius nu.16.& ſequent.ff.de regul.
iuris latiſſime,& nouiſſime per Ioſeph Ma-
ſcard.in tracta.de probatio.in concluſ.644.
in verbo error volum.2.& in notario præ-
ſumitur,& non falſitas vt ſcripſit Barto.in l.
quoties §.1.nu.5.ff.de hæred.inſtitu.Dec.in
d.l.ſi librarius nu.7.de regul.iur.Ancha.in
conſi.297.col.1.Aret.conſi.47.Alex.in con
ſil.40.nu.8.lib.primo Alciat.de præſumpti.
reg.3.præſumpti.13.num.19.& quomodo
probetur error notarij dicit Maſcard.in d.
conclu.644.

22 ITEM quæro an notarius poſſit cogi
per iudicem ad conficiendum inſtrumen
tum,& exercendum offitium ſuum,& pro-
ut in text.dicit dic quòd ſic ita Bald.in rubr.
C.de fide inſtru.nu.3.Barto.in l.1.ff.de furt.
aduerſ.nauti.capo.& in l.qui teſtamenta ff.
de teſtam.Ioan.Andr.in rubri.de inſtrum.
edition.aliàs poteſt officio priuari ſecundū
Bald.C.de poſtula.l.prouidendum.Roma.
in ſignific.incipit notarius.Io.Andr.in cap.
ſicut ne clerici vel mona.Dec.in l.inuitus
23 ff.de regul.iur.Item tenetur dare copiam
actorum, & ſi denegat cogitur a Iudice ſe-
cundum Bal.in l.precibus §.in hijs C.de ap-
pell.ampliat quinque modis,& limitat etiā
quinque alijs modis Duenas in regula 112.
in cap.notarij libro ſecundo facit quia nota
24 rius dicitur ſeruus publicus vt dicit ſpecu-
lator in titul.de conſid.§.2.& in titul.de in-
ſtrum.editio.§.2.& §.7.cap.quamquam de
vſuris & tali caſu de iure arbitrio Iudicis po
nitur ſecundum Menoch.de arbi.Iud.lib.2.
Centu.4.caſu 369.nu.7.quòd procedit etiā
in notario officium non exercente vt ibi per
eum, & ita ſeruatur in noſtra Ciuitate quia
25 per iudices carcerātur.Limitatur tamē hæc
regula vt non procedat non data mercede
gloſſa in l.prætor vbi Doctor.ff.de edendo
& iam text.noſter dictis ſoluit eis pedagijs
ſed quid ſi tempore cōfectionis inſtrumēti
fuerit ſolutus de merce de confectionis in-
ſtrumenti?

ſtrumenti: an quando pars vult copiam
teneatur iterum ſoluere Roman. in ſing.
571 dicit quòd ſic de hoc tamen extant Pan
26 dette Regni notariorum dic vt in eis,& no
tarius inſtrumentum edere non debet niſi
ei cuius intereſt ſecundum Gra. in conſ. 36.
nu.18.& Alex.& Iaſo. in l.prętor ait in prin.
ff.de edendo.

27 ITEM limitatur ſupra dicta concluſio:
vt non procedat tempore noctis quia de
nocte notarius non cogitur facere inſtru-
mentum ita dicit Afflict.in conſtitu. regni
baiulos nu 2.de ferijs, & ſalarijs iud. niſi pe-
riculũ eſſet inmora quia tunc notarius etiã
de nocte cogitur conficere inſtrumenta vt
ibi per Afflic.dicitur,Et limitatur etiam di-
cta concluſio vt non procedat ſi nota. eſſe-
ctus ſit Doctor vel clericus vel Monacus
quia tunc cogi non poſſet l'vniuerſos,& ibi
Bart.& Docto.C.de Decurio.lib.x.ad Bald.
in l.quiſquis C.de epiſc.& cleri. Io. de Plat.
in l.falta ff. de conditio. & demonſtrat cap.
ſicut ne clerici vel mon. cap. vt offitium §.
ad ſcribendas de hæret. in 6.

28 ET an aduocati vel medici poſſint cogi
ad præſtandnm patrocinium vel curam
vide per Ripam in tracta. de peſte in titu.de
remed,ad curand.peſten. nu.88. & 89. Dec.
in l.innitus de regul.iuris ff.& vide ſupra tit.
2.conſuetu. prima.

29 QVAERO an quilibet conficiens in-
ſtrumenta præſumatur notarius dic
quod non imo debet conſtare quòd talis
qui inſtrumenta conficit ſit notarius vt di-
cit Roland.in conſi.32 nu.6.volum.2 Crau.
in conſi.72. nn.9. & 10. refert communem
opinionem Vinius in opinio.195. vol.2. la-
tè Ioſeph Lndo.in deciſio.215.vol.2.& hinc
datur Pratica quòd præſentatis actis in Cu-
ria ſit ininnctio qnod autenticentur, & an
hoc procedat in antiquis vide Viu.in d.opi-
nio.195.vbi dicit quòd ſic niſi elapſi ſint cẽ-
tum anni Crau.de antiquit. tempo.par.3.&
dicam infra in conſuet.vnica titu.56.nu.36.
& conficiens inſtrumenta cum non ſit no-
30 tarius nec probari poſſit punitur pena mor
tis, & dicitur falſarius l.eos in fin. ff. de falſ.
dicit Hyppol.de Marſil.in ſing.35. imo no-
31 minans ſe notarium clericum vel Doctorẽ
vel conitem cum non ſit,punitur de tali ſi-
mulatione vt dicit Boer.in deciſio. 171. nu.
9.Hyppol.in l.fin. de falſ. Idem, & quando
notarius falſa inſtrumenta cõficit quia mor
tis pena punitur de iure Regni. licet de iu-
re communi manum amittat vt dicit Capiei
in deciſio. 199. vbi dicit quòd notarius Pe-
trus la Mayna de noſtra Ciuitate Catanię
pro tali cauſa fuit furcis ſuſpenſus vide Cla-
rũ in §.falſum verſi. fabricans: ſecus autem
de iure eſſet in eo qui ſemel fuit notarius &
poſtea priuatus quia pena mortis non puni-
tur ſi inſtrumenta conficit vt dicit idẽ Hyp-
pol.in d.ſingul.35.& dicam in conſue.vnica
tit.72. Sed an hoc procedat ſi notarius a le-
ge vel ſtatuto fuerit ipſo iure priuatus an ve
ro ſi fuerit lata declaratoria vide gloſſ. in §.
penu.in auth de Tabella.Tiraque.in l.ſi vn-
quam de reuo donat. in verbo reuertantur
33 nu.20.& ſcias ꝙ inſtrumẽta facta per eũ qui
notarius non eſt ſunt nulla refert commu-
nem opinionem Soarel. in ſua coll. com-
mu. opin. in verbo inſtrumentum nu. 122.
licet ſecus ſit in alijs factis per notarium per
errorem creatnm vt ibi ipſe dicit not. in l.
l. Barbarius Philippus de offic. Pro-
conſ. ff.

34 SED an falſitas notarij noceat partibus
dic quòd non Roland.in conſi.13.nu.15.
volu.2. Sed notarius tantum de falſo puni-
tnr vt ſupra dixi quod intellige vt ibi per Ro
lan.in d.conſi.13.nu.13.

35 ET qnid ſi notarius ex imperitia non ap-
ponat requiſita huius conſuetudinis in
contractu venditionis an contractus ſit nul-
lus? credo quòd non.nam ex imperitia nota
rij non præiudicatur tertio.Crauet.in conſ.
54.nu.27.vbi nu. 30. multa contra notarios
dicit colum.4.Gabriel.in conſi.119.nu.2.&
facit in textu noſtro dum dicit, quòd aliter
faciens notarium punitur pena vntiarum
dnarum,& ſic ipſe tantum punitur non au-
tem dicitur quòd actus ſit nullus, & ita in-
terpraetatur hodie hæc conſuetudo ex com
muni obſeruantia de iure tamen notarius
ommittẽs debitas ſollẽnitates in inſtrumẽ
tis pena falſi punitur ita ſcripſere Cyn. Alb.
Angel.& Caſtrenſ.in l.iubemus C. de teſta.
com.dicit Thobias in inſtit.de teſtam. in fi-
ne principij extraordinaria tamen pena, &
non ordinaria ita dicit Menoch. in tract. de
arb.Iud.lib.2.Cent.4. caſu 370.nu.4.Sed ad-
uerte quòd hæc conſuetudo in prima,& vl-
tima parte ſui non eſt in obſeruantia dũ in
prima parte dicitur qnòd notarius debet ſe
cõferre in loco rei vendite vna cum Iudice.
& in fine dum diſponitur pena vnc.duarum
36 per non obſeruantiã,& nõ vſum non habet
efficaciam nec ligat vt dicit Rolan. per mul
ta in conſi.32.nu.78.nu.4.volum.& ſic non
eſt vſu recepta nec ligat vt dicit Emilian. in
conſi.142.nu.9.Natta in conſi.234. Hyppol.
in conſi.49.num.4. refert communem opi-
nio. Soarel. in ſua coll. commu. opinio. in
verbo

verbo ſtatutum nu. 193. dixi ſupra in prælu-dijs in quæſtio. 12. dic vt ibi.

37 QVIS autem debet probere quòd hæc conſuetudo in hijs nō eſt vſu recepta dicas, quod allegans nam quilibet habet intentionem fundatam ex hac conſuetudine: ita dicit Dec. in conſi. 649 nu. 9. Fely. in cap. primo de treg. & pace Roland. Auall. in conſil. 90. nu. 33. volum. primo Menoch. in con-
38 ſil. 75. num. 14. in primo volum. Et tali caſu debent deponere teſtes cum negatiua coartata, & non interrogati Dec. in conſil. 649. nu. 10. dicit hoc Crauett. in conſil. 172. qui loquitur in ſimili, & in actore cui incū-bit onus probādi aliquid, dixi ſupra in prohemio iudi. quæſt. 12. verſ. nunc quæro,

39 ET dum in fine tex. dicit iudicibus, intelligas de Iudice D. Patricij literato, nam duo ſunt alij iudices idiotę qui ſunt de magiſtratu Curie Patritialis cū D. Patricio, & multa iura vt tutelarū & executionū, inter eos æqualiter diuidūtur de quibus loquuntur Regni capitula Regis Ioannis 97.

TITVLVS LIIII.

Quod non liceat, a venditione ſeu permutatione perfecta in fraudem iuris prothomiſeos habentes diſcedere.

CONSVETVDO VNICA.

SI quis rem ſuam ſtabilem alicui vendiderit, ſeu permutauerit, poſt emptionem ſeu permutationē factam contrahentes ipſi non poſſint nec debeant ab ipſis contractibus vel aliquo ipſorum in fraudem habentis ius prothomiſeos diſcedere quòd ſi fecerint res ipſa empta ſeu permutata petenti ipſam iure prædicto Iudicis offitio ſummarie, & ex abrupto ſine figura, & ſtrepitu iuditij per curiam aſſignetur, ſoluto pretio per recuperantem cuicumque debenti recipere æſtimatione per curiam penitus inde facta.

SVMMAE.

1 *Contrahentes, a contractu in fraudem iuris prothomiſeos diſcedere non poſſunt.*
2 *Quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto fiunt neceſſitatis.*
3 *Reſcriptum principis intelligitur iuribus tertij ſemper ſaluis.*
4 *Princeps reſcribendo intelligitur ſine tertij præiuditio.*
5 *Feudum ex pacto, & prouidentia principis nō comprehenditur in cap. volentes.*
6 *Ius prothomiſeos an in permutatione competat.*
7 *Beneſitium non confertur in inuitum.*
8 *Iudicis offitium parte petente interponitur.*
9 *Offitium iudicis infra quantum tempus implorari poteſt.*
10 *Iudicis offitium durat ſpatio 30. annorum.*
11 *Summarie quando proceditur qualis petitio ſufficit.*
12 *Iudex ſi aliquid facere tenetur intelligitur parte petente.*
13 *Perſona legitimatio requiritur in petendo offitium iudicis.*
14 *Ex abrutto procedere eſt pluſquam ſummaria.*
15 *Diſpenſatiue modo quando proceditur.*
16 *Defenſiones vbi ſint ſublate.*

SI quis rem ſuam: Diuiditur iſte text. in tres partes in prima ponit vnum dictū. In ſecūda aliud, in tertia modificat ſecundum dictum, ſecunda eſt ibi quod ſi fecerint, tertia, & vltima eſt ibi ſoluto prætio.

SVMMATVR iſte text. hoc modo à venditione ſeu permutatione rei ſtabilis in fraudem habentis ius prothomiſeos diſcedi non poteſt, alias ſoluto iuſto prætio recuperare volēti ex abrutto res aſſignatur.

1 NOTA primo ex iſto tex. quòd a contractu venditionis ſeu permurationis rei ſtabilis contrahentes diſcedere non poſſunt in præiuditium ius prothomiſeos ha-
2 bentium nam ea quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto fiunt neceſſitatis l. ſicuti C. de actio. & obligat. & tractatur de præiuditio tertij nam infra tempus à conſuetudinibus noſtris præfixum competit ius recuperandi vicinis, & conſanguineis vnde res inter alias acta aliis non nocet C. eod. titu. l. prima, & per totum.

3 ITEM quia non debet alteri per alterū iniqua conditio inferri l. non debet ff. de regul. iur. de hoc dicit Tiraquell. in tractat. retract. Lignag. §. 1. gloſſa 18. nu. 50. ſicut dicitur:

citur: de quolibet principis reſcripto quod
3 intelligitur iuribus tertij ſemper ſaluis., &
ſic vt non inferatur præiuditium tertio Do
ctor.in cap. ſuper eo vbi Dec. de offitio.de-
legat. referet communem opinionem Vil-
lalob: in ſua coll. commu. opinio. in verbo
Papa vel Imperator nu 10.eſt cap. Regni Re
gis Martini cap.29.& Alfonſi cap.393. & ca
4 pit. 436.Nec etiam princeps ſimpliciter re-
ſcribendo, intendit præiudicare iuri tertij
l 2 §.ſiquis a principe ff. ne quid in loco pu-
blico Abb.in cap. primo de reſcript.nu.10.
Dominus Lanz. in repeti.c. volentes in pri
5 ma limitatione de alie. feud. vbi dicit quòd
ideo feudũ ex pacto, & prouidentia princi-
pis non comprehenditur in d.c.volentes &
per cõſequens non alienatur quia inferrere-
tur præiuditium filijs,& ſic tertio dixi in re-
pet.d. cap.dum eſſem feudorum lector.

NOTATVR ſecundo quòd in tan-
tum contrahentes non poſſunt diſce-
dere a contractu venditionis vel permuta-
tionis,quòd non obſtante tali diſceſſu,& di
ſtractu recuperare volens admittitur ad illã
rem venditam vel permutatam iure pro-
thomiſeos.Et licet de iure multa ſint quę nõ
poſſent fieri quæ poſt facta tenent l patre fu
rioſo ff. de hijs qui ſunt ſui vel alien. iur. ta-
men per hunc text. diſponitur quòd etiam
quòd eſſet facta diſtractio non tenet in frau
dem habentis ius congrui, & per hanc con-
ſuetudinem confirmatur conſuetudo vnica
6 ſupra tit. 49. per quam diſponitur quòd ius
prothomiſeos habeat locum in permutatio
ne licet de iure ſint diuerſe Doctorum opi-
niones vt ibi dixi de qua quæſtione fit men-
tio ad plenum per Tiraq.in tract. retract. Li-
gnag.§.1. glo.14. nu.28.

NOTA tertio quòd ita demum vicini
vel conſanguinei admittuntur ad recu
perandum rem venditam vel permutatam.
Iure congrui ſi pretium iuxta æſtimationẽ
Curiæ Patricij factam ſoluant vt ſit confor-
mis primæ conſuetud. ſupra tit 40. & cõſue
tud.vni. ſupra tit.49. Et dũ text.dicit petenti
7 benedicit nam benefitium non confertur
in inuitum cap. benefitium de reg.iur.in6.&
offitium imploratũ conceditur, & ſic parte,
8 petente & ſi tale offitium iudex non prębet
poteſt appellari ita dicit Bart.in l.1. in 5.vo-
lum.de iuriſdict.omn.iud. Hyppol.de Marſ.
in Pract.crimi.§.oportune nu.25.

9 QVAERO infrà quantum tẽpus poſ-
ſit offitium Iudicis implorari Bald.in
additio ad Specul. in tit de arbitr. in vltima
colu. ver. duobus modis dicit quòd perpe-
tuo: Et quanto tempore tollatur vide me-
lius per Bartol. & alios Doctor.in l. ſicut de
præſcript.30.an & in l. quærelam C. de falſ.
Bald.in l.2 §.Sed quia natura C. commu de
legat & in l.2.in 14.colum. C. de execut. rei
Iudic.Iaſon in l.prima ante nu 9 ff. de iuriſ-
10 di omn. iud. vbi dicit quòd offitium Iudicis
durat ſpatio 30. annorum, & quia de iure
eſt magna controuerſia inter Doctores an
in imploratione offitij Iudicis requiratur li
bellus prout per Bart. in l.3.C.de pignor.in
fine,& in l 4.C de poſit.& in l.1.§.fin. C.eo.
& in l.1.§.fin.ff de var.& extraordin.cogat.
& Bald.in auth offeratur C.de litis conteſta
tio.& in repetitio.l.incertiſſima colum.C.
de interd.& in l.prima ff. de iuriſdict. omn.
iud. ideo text noſter tollit illam difficul-
11 tatem dicendo quod. Summarie, & ex ab-
rupto procedatur abſq; ordine iuditij, & ſic
abſq; libello,& ſufficit qualis qualis petitio
quia alias iudex non poſſet in partiri offi-
tium ſuum niſi parte petente vt dixi vt dicit
tex. noſter & eſt hoc etiam de iure commu
ni per litteram §.hoc autem iudicium ff.de
damn.infecto. Alberi de Roſat.in l. ne quic
quam §.vbi decretum ff de offit proconſul.
quem ibi refert; & ſequitur Iaſon in 6 colu.
vt dixi in rubr. de damno infect. publicè de
ſero legendo nam licet multa alia iudex fa-
cere teneatur tamen intelligitur parte petẽ
te, & primo licet iudex teneatur reo dare
12 copiam iudiciorum tamen intelligitur par-
te petente argumento l. vnius facinoris §.
cogniturũ ff.de quæſtio. Ang. in tract.malefi
ciorum in verbo fama publica præcedente
in 5 Car. verſ. Item aduertas: etiam ſi ſtatu-
tum iudicem ſub pena artaret nam nõ ope
ratur niſi parte petente ſecundum Cataldi.
in tracta. de Sinndi. in ver. 42. incip. adde
quòd ſi iudex Bald. in conſil. 6. in 6.volum.
incip ſuper contentis: Item dicit Bal. in cap.
primo in princ.vt lit.non conteſta quòd ſu
per non petitis iudex non tenetur vbi mul-
ta alia dicit licet in primo dicto diſtinguat.
& dicit multa Hyppol. de Marſil. in Pratica
criminali in §.nunc videndum nu.3 & ſeq.
13 & poſt nu.18.verſi.ſecundo vero caſu, & re
quiritur perſonæ legitimatio vbi offitium
Iudicis imploratur vt dicit Iaſ. in rub. C.qui
admitt.vbi legendo dixi.

VLTIMO notatur in tex.ibi ex abru-
pto quòd in caſu noſtrę conſuetudinis
proceditur ſummarie, & ex abrupto,ſine
ſtrepitu,& figura iuditij,& eſt plus procede
14 re ex abrupto quàm ſummarie nam in mo
do procedendi ſummarie multa requirun-
tur vt dixi in conſuet. vnica incip. poſſeſſio-
ne fundi ſupra titu.28. In modo vero proce
dendi

dendi ex abrupto ſine ſtrepitu, & figura iuditij proceditur pluſquã ſummariè, & proceditur ex abrupto, & de facto, & diſpenſa-
35 tiuo modo in aliquibus delictis in regno per literas poteſtatis Suæ Excellentiæ directas Capitaneis locorum habentiũ merum, & mixtum Imperium, & alijs officialibus eidem principi bene viſis, & de hoc modo procedendi ex abrupto vide D. Cum. in c. 71. Ritus incip. Item ſi committitur nu. 34. & ſequen. Et dicunt Doctores noſtri Regni quòd in modo procedendi ex abrupto in ſpolio, & pacto de non opponendo, & in
36. Bulla eodem modo proceditur cum ſint ſuſpenſæ defenſiones quia conſtito de poſſeſſione, & ſpolio infra bimeſtre proceditur nullis auditis defenſionibus partis aduerſæ prout in cap. 135. Ritus incip. in cauſa autẽ ſpolij vbi ad plenum vide D. Cumi. & dixi hoc anno in repetit. rubr. de reſtitu. ſpoliat. publicè legendo. In pacto de non opponendo etiam ſunt ſuſpenſæ defenſiones quia pactum eſt vt quis non poſſit ſe opponere nec defendere quin prius ſoluat Barto. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam, quòd fieri per ſtatutum vel pactum poteſt quia non tolluntur defenſiones ſed differuntur in alia inſtancia vt dicit Angel. in l. ſi ſic de leg. 1. Foller. ſuper Bulla de cenſ. in verbo quæ quidem executio. & pariformiter eodem modo in caſu noſtræ conſuetudinis ex abrupto, & ſine figura iuditij procedirur per ſupradicta. & ſic ad laudem Dei ſit expedita iſta materia iuris prothonuſeos.

TITVLVS LV.

Qualiter quis efficiatur ciuis, & qualiter cadat a ciuilitate.

CONSVETVDO VNICA.

CIVES autem in ciuitate prædicta dicantur, & habeantur pro ciuibus tam in iure Doanæ quàm in inmunitatibus omnibus ciuitatis ipſius qui per annum menſem hebdomadam & diem cum vxore, & familia continue habitauerint in ciuitate prædicta vt ciues: dummodo quòd alia ciuilitate non gaudeat nec fruatur: ſi vero ab eadem ciuilitate diſceſſerit, & alibi cum familia ſua per tantum temporis ſpatium vt ſuperius dicitur moram traxerit: ab eadem ciuilitate fruſtetur.

SVMMAE.

1 Ciues in ciuitate noſtra qui dicantur.
2 Ciues, a ciuitate Cataniæ extrahi non poſſunt.
3 Reſcripta qualibet in banca apportatur hic Catine.
4 Baro infra quod tempus poßit inueſtituram petere.
5 Forum per habitationem mutatur.
6 Annus ceptus an habeatur pro completo.
7 Annus ex quot menſibus conſtat.
8 Annus, & dies an ſint idem remiſſiuè.
9 Annus quomodo capitur in ſtatuto pænali.
10 Hebdomada pro ſeptem diebus capitur.
11 Officiales ſi per annum offitium exercent dicuntur ciues illius ciuitatis.
12 Domicilium vt acquiratur quot anni requiruntur.
13 Mercator qui per decem annos in aliqua ciuitate ſtetit efficitur ciuis.
14 Domicilij materia vbi tractetur.
15 Habitatio ſola an faciat quem ciuem.
16 Studentes, a ſua ciuitate abſentes in ea præſentes dicuntur.
17 Domicilium per incolatum, a mercennario non contrahitur.
18 Ciues per habitationem facti an teneantur ad onera ciuitatis, & nu. 22.
19 Verbum dicuntur, et habentur importat fictionem.
20 Ciuis nouellus non tenetur ad onera ciuitatis.
21 Ciues an teneantur ad onera ciuitatis originariæ reſpectu bonorum ibi exiſtentium.
23 Ordo generalis M. R. C. circa ſolutiones collectarum regiarum.
24 Abſens relicta familia in ciuitate habitare dicitur.
25 Continua habitatio qua dicatur.
26 Dictio per perfectionem ſignificat.
27 Habitantes in ſubvrbijs an in ciuitate habitare dicantur.
28 Natus per tranſitum an dicatur ciuis.
29 Expoſitus hoſpitali an dicatur ciuis illius ciuitatis.
30 Mulier an ſequatur forum viri.
31 Ciues effecti gaudent immunitatibus.
32 Doana Cataniæ cuius ſit.
33 Immunitas a principe conceditur.
34 Ciues per habitationem facti an dicantur veri ciues, & nu. 37.
35 Ciues per habitationem an habeant officia d. Ciuitatis.
36 Ciuis per priuilegium factus dicitur vere ciuis.
38 Dictio in omnibus, & per omnia quid importet.
39 Priuilegium ciuilitatis Cataniæ quomodo expediatur.
40 Ciues per habitationem non poſſunt allegare ignorantiam ſtatutorum.

41 Ste-

41 *Statutum de citando aliquem in loco habitationis de qua intelligatur.*
42 *Citatus in loco habitationis quando quis dicatur.*
43 *Patria an differat ab habitatione.*
44 *Ciues gaudentes alia ciuilitate non gaudent noſtra.*
45 *Ciues per habitationem a ciuitate noſtra diſcedẽtes ciuilitatem amittunt.*
46 *Domicilium per aliam habitationem mutatur.*
47 *Domicilium per annum retinetur.*
48 *Ciuis ciuitatem deſerens ciuilitatem amittit, & nu. 56.*
49 *Ciues dicuntur quandiu domicilium habent.*
50 *Offitium in alia ciuitate acceptans ſuam amittit.*
51 *Priuilegio fori ciuitati conceſſo renuntiari non poteſt.*
52 *Priuilegium fori in noſtra ciuitate ciuibus datum eſt.*
53 *Res publica ciuitatis fiſco, & eccleſiæ æquiparatur.*
54 *Res publica dicitur qualibet ciuitas intellige nu.*
55 *Ciuitas, Caſtrum, & villa an poſſunt reſtitui.*
56 *Ciuis conſcius de patriæ proditione ſi non reuelat incidit in crimen leſæ maieſtatis.*
58 *Patriæ pluſquam parentibus debemus.*
59 *Ciuilitas an probetur per teſtes eiuſdem ciuitatis.*
60 *Teſtes de vniuerſitate an probent pro vniuerſitate.*

CIVES autem: diuiditur iſte tex. In tres partes. In prima ponit dictum. In ſecunda illud modificat. In tertia, & vltima ponit aliud dictum ſecunda eſt ibi dũmodo, tertia eſt ibi ſi vero.

SVMMATVR habitantes vt ciues in ciuitate, per annum, menſem, hebdomadam, & diem alia ciuilitate non gaudentes ciues fiunt: ſi verò ab ea diſceſſerint per idẽ tempus ciues eſſe deſinunt. Et ſimilis conſuetudo eſt in ciuitate Syracuſarum in cap. primo incip. ciues autem ſub rubr. de ciuibus, & habitato. & iſta conſuetudo loquitur quis dicatur ciuis vt admittatur ad ius cõgrui, quia ſuperius fuit dictum in cõſuc. vnica titu 40. quòd ius congrui competit ciuibus habitatoribus quaſi quòd non ſolum veri ciues originarij admittuntur, & dicuntur ciues, ſed iſti facti ciues per modum huius conſuetudinis.

1 NOTA primo ex iſto text. quod habitantes in ciuitate Cataniæ vt ciues per annum menſem hebdomadam, & diẽ cum vxoribus, & familia ciues fiunt. & gaudẽt in
munitatibus & omnibus priuilegijs ciuitis
2 prædictæ quæ multa ſunt videlicet, vt ab ea
in cauſis tam criminalibus quam ciuilibus
inuiti non extrahantur per priuilegium Regis Ludouici, & an ſint exempti a iure dohane in Regno dicam infra eo. nu. 31. Item
vt contra eos litteræ non exequantur niſi
3 primo in banca apportentur ad effectum vt
dicta reſcripta videantur per dominos iudices ordinarios, ſi ſunt contra ius vel priuilegia dictę ciuitatis, vt in cap. cum ſæpè ſæpius Regis Ioannis quod in c. Regni apparet, & multis priuilegiis in noſtra banca regiſtratis, & ſimilia, niſi incipiãt a captura ne detur cauſa fugæ, quia tunc primò carcerantur & inde in banca aportantur, & ita ſeruatur per ea quæ not. domi. in c. 1. §. fin. de homi. in 6. Fely. in c. cum non ab homine colum. penultim. de iudi. extra. Et etiam intra tem-
4 pus anni baro petit inueſtituram feudi vt
per cap. Regni Regis Alphonſi 452. & emphiteota infra annum petit renouationem emphiteoſi per generationem finitã com. Imo magis commu. dicit Clarus in §. emphiteoſis quęſtio. 43. Et quid quando eſt pactum ad renouandum? Dec. in conſi. 328. & 329. dicit quòd infra 30. annos petitur vide ibi per eum. & ex forma capit. Regni etiam quis ſortitur forum domicilij ſi per ſex mẽſes habitauerit in aliquo loco vt non poſſit allegare forum originis, & capit. Regni Re-
5 gis Alfonſi 72. cum per habitationem forũ
mutatur, vt dicit Dec. in conſ. 146. in fine vide tamen Boer. in deciſio. 13. circa principium. Et an domicilium tranſeat ad deſcendentes? vide Boer. in deciſio. 13. & an ciuilitas tranſeat ad hæredes? vide Roman. in ſingul. 78. & communicatio ciuitatis non eſt inter mittenda Cagnõ. in epiſt de vita. & regim. bon. princ. nu. 135. in prohe. digeſtorũ.

6 SED quæro an annus ceptus in noſtra
conſuetudine mentionatus habeatur pro completo? vide Villalob. in ſua coll. cõmun. contũ. in verbo annus nu. 101. & ſeq. Cur. Iun. in conſil. 113. volum. 1. & ibi multa de anno vide Tiraqu. de retract. Lignag.
7 §. 1. gloſſa 11. nu. 11. Et annus hic intelligitur
de duodecim menſibus nam licet olim annus eſſet decẽ menſiũ tamen numa Pompilius addidit ianuarium, & februarium vt dicit idem Tiraquell. de retract. Lignag. §. 1. glo. 10. nu. 1. maxime quia ſecundum communem vſum loquendi ita accipitur annus & ita obſeruatur, & multa de anno, & quibus modis capiebatur apud antiquos, &
8 an idem ſit annus, & dies vide Tiraquell. in
dicta gl. x. Menſis autem capitur pro triginta diebus l. ſi maritus §. hæc in maritis, & l. miles §. ſexaginta ff. de adult. Dec. in l. vbi
9 lex nu. 2. ff. de regul. iuris, & quomodo ca-
piatur in l. vel ſtatuto pœnali vide Cagnol.

in

in d.l.vbi lex. Tiraquell, in d.tractat.retract.
§.1.gloſſ. 11.nu.19. & ibi nu.4. mentionem
10 facit de die, & hebdomada, & ex hijs ha-
betis quantum quis debet habitare in ci-
uitate, vt ciuis fiat, & quando quis de iure
fiat ciuis, vide Iaſon. in l. in ius vocati §.1.ff.
de in ius vocan. Angel. in tracta. maleficio.
in verbo andream auxiliatorem. & Pariſ.
de Puteo in tract.ſind. in verbo ciuilitas, nu.
1. fol. 86. vbi dicit quod officiales pro anno
11 quo officiũ in ciuitate exercent dicuntur ci-
ues illius ciuitatis: Quanto autem tempore
acquiratur de iure domicilium dic quòd de
cem anni requiruntur. Ita Bart. & Docto. in
l.2.C.de incolis: Inno. in c. ex parte de foro
compet.hoſtien. & Io. Andr. in c. tranſmiſſa
de renunt. Becc. in conſ.1 nu.23.lib.1.refert
communẽ opinionẽ Vluius in opin. 89. in-
cip.domicilium vol.2. ex Pariſio in conſ.21.
& nu.20.vol.3. in 2.vol. dic vt ibi, per eũ vbi
plene etiam de ſtudente Rolan. in d.conſil.
79.nu.51. & ratione talis domicilij quis ſor
titur, forum illius ciuitatis Natt. in conſil.4.
1.vol. Clar. in §. fi.q.39.verſ.ſortitur etiã Lu
dou. in d. deciſi.76. dicit idem procedere in
12 mercatore qui per decennium in aliquo lo
co moram traxit vt ibidem domicilium cõ
traxiſſe dicatur qui allegat Rolan. in d. cõſi.
79.nu 52.vol.3.vide quę dixi ſup. in conſue.
1.tit.2. & quis dicatur ciuis alicuius ciuitatis
vide per Alex. in conſ.157.nu.14. vol.2. nec
14 in iſta materia domicilij relinquas videre
Menoc. in d.tract.de arbit.iud. lib.2.Cent.1.
caſu 86. & per capit. Regni infra ſex menſes
domicilium contrahitur vt ſupra dixi.

15 IN text. Ibi vt ciues. Nota quòd adhoc vt
quis dicatur ciuis nõ ſufficit habitatio ſo-
la ſed requiritur quod ſit habitator vt ciuis
quaſi etiam animo habitet, & benedicit nã
ſiquis ſtaret in aliqua ciuitate nõ animo ha-
bitandi vt ciuis licet per centum annos in
ea ſteterit non fit de iure ciuis vt de ſtudẽti-
bus in ſtudio habitantibus dicit quia ſtuden
tes abſentes a ſua ciuitate in ea præſentes di-
cuntur l.quęſitum, & ibi Bar.ff.de legat.3. et
idem in presbytero beneficiato qui facit te-
nere benefitiũ per Vicarium exiſtẽte in ſtu-
dio dicit Bar. in d.l.quæſitũ Bertan. in conſi.
101.vol.3. & ideo de mercenario qui nõ ac-
17 quirit domicilium per incolatũ dicit Caſſa.
ſuper Conſue.Burgund.rub. 9.§.7. in verbo
gens de maimar: verſ. hodie in fin. nu.4. fol.
318. Et de hoc vide multa per Menoch. de ar
bit.iud.lib.2.Cent.1. dicto caſu 86.

18 SED an iſti ciues teneantur ẽt ad onera ci
uitatis? quædã additio antiqua hic dicit ꝙ
19 non, per illa verba in text. poſita dicãtur, et
habeantur, quæ importat fictionẽ ideo intel
lige quoad eorũ commodũ, et nõ quoad in
commodum, ita dicũt Io. de Plat. & Ang. in
§ penult. inſtit. de tute. allegant Bar. in l.ſi is
qui pro emptore ff.de vſuca. in verbo pone
ergo ſtat, & per eundẽ Bar. latius in l.ſi mari
tus §.legis Iuliæ ff.de adul. Idem Ange. in §.
1.inſtit.de iur.nat.gent. & ci. vide Alex. in l.
prima nu.9, ff.de legat primo Salyce. in l.ci-
ues C.de appellatio. Angel. in §.Libertino-
rum inſtit.de libertinis Iaſo. & Doct. in d. l.
in iusvocandi §.patronum ff. de in iusvocã.
Bart. in conſ.62.incip. puntus talis eſt Alex.
in d.cõſ 157.vol.2. Affl. in deciſ.384. & quod
20 ciuis nouellus non teneatur ad onera ciuita
tis dicit Villal. in ſua coll.com.opi. in verbo
ciuis nu.60. vbi cõmunem opinionẽ refert,
& ciuis nouellus dicitur qui per annum in
21 ciuitate non ſterit dicit Boer. in deciſ.260. in
prin. vnde cum per noſtrã cõſue. efficiatur
ciuis poſt annũ, & menſem, tenetur etiã ad
onera, & ciuis nouellus bene tenetur ad de-
bita præſentia vel futura quia ciues dicũtur,
& ſunt quando gaudent priuilegijs, & ſubia
cent oneribus ciuitatis vt dicit Rolã. Auall.
in d.cõſ.79.nu.38.vol.3. vbi dicit quòd ciues
cognoſcũtur ex muneribus, & honoribus
idem dicit Afflic. in d.deciſ.384. Gramm. in
cõſ.5. in fi. in ciuilib' nõ ob quòd dicit d.de
Pla.qm̃ inf.nu.34.rñdebo dicã inf. eo.nu.38

22 SED quæro an teneantur ad onera ciuita
tis vbi originẽ habuerit ſaltẽ reſpectu bo
norũ ibi exiſtentiũ in noſtra ciuitate habitã-
do cum hic etiã onera habeant? vt dixi Pariſ.
in conſ.71.vol.1. dicit quòd nõ: & quãdo de
beant ſolui collectę reſpectu bonorũ alibi
exiſtentiũ vide per Portiũ in concluſ. 3. lib.
4. Natt. in conſ.148. Crau. in conſ.207.nu.14.
23 de hoc tamen eſt actus generalis Suę Excel.
in Tribunali Regis patrimonij vt reſpectu
bonorũ ſtabiliũ fiat ſolutio vbi ſunt poſita,
& an ciuis nouellus præſumatur ignorare
ſtatuta ciuitatis noue dixi in conſuet. vni. tit.
65. ſub rubr. quòd nemo audeat intrare.

IN tex. ibi cõtinue. Nota quod debet quis
habitare cõtinue cũ vxore, & familia per
tẽpus in conſuetudine præſixũ vnde ſi ipſe
nõ habitaret licet familiã in ciuitate noſtra
24 relinquat nõ haberetur pro ciue licet de iu
re abſens relicta familia habitare dicatur vt
dicit Pariſ. in cõſ.159.nu.15. & 161. vol 4. Et
25 continua habitatio quæ ſit arbitrio iudicis
remittitur per ea quæ dicit Menoc. de arbit.
iud. lib.2.Cent.1. in d. caſu 86. nu.15. & 16.
nõ debet intelligi vt nunquã diſcedat ab ea
vide Mari. Soc. in c.repellãtur de accuſa. nu.
6. & 7. ſed intelligitur ferè vt dicit Iaſ. in l.1.

nu.34 ff ſolu.matr dixi ſup.in d.conſu.1.tit.
2.Imo ſi tex.noſter non diceret cōtinue in-
26 telligeretur per illam dictionem in tex. po-
ſitam.per annum,quæ dictio per.perfectio-
nem ſignificat,& continue ita Nico. de Na
po.& Card.in clem. cauſam de elect. Bal. in
cap. primo §. ſi quis per 30. ſi de feud. fue.
contr.Bartol. in l.quinquaginta ff.de excuſ.
tutor.in l.Vrbana §.pernottate ff de verbo.
27 ſignific. Et an ſufficiat habitare in ſub vrbijs
vide Menoch.in tract.de arbitr.iud.libro 2.
28 Cent.2.caſu 155. nu.6.dixi ſup. in prohe. q.
x. Et an natus per tranſitum dicatur ciuis il-
lius ciuitatis?dixi ſupra in conſuetud.prima
29 titu. 2. in fine. Et an expoſitus hoſpitali ſit
illius ciuitatis vbi eſt hoſpitale?dic quòd ſic
ſecundum Angel. in l. hæres abſens §. pri-
mo de iud.no.in l.prima ff.ad munic. Boer.
in deciſ.13. nu.41. & ibi quid de nato in ca-
30 ptiuitate vel peregrinatione: Et an mulier
nubendo viro alterius fori efficiatur fori vi
ri?dic quòd ſic l. cum quædam puella ff. de
iuriſd.omnium iud. ponit regulam cum tri
bus ampliat. & vna limit.Duen. in reg.377.
primo libro.

31 IN tex.Ibi iure dohanæ,hoc nō fuit vſu re
ceptum nec obſeruatur.nam Doana eſt
Illuſtr.& Reuerendiſſimi Do.Epiſcopi no-
ſtri, a quondam Comite Rogerio primo
huius Regni Domino poſt diſceſſū mauro-
rum data, & ſic eſt epiſcopatus, & ſtatuta
laicorum non ligant clericos nec eccleſiā,
quando maxime ſunt in præiuditium ipſius
cap. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. &
dixi ſupra in prohe.in quæſt.11.Item in cō-
firmatione harum conſuetudinum per Re
gem Ludouicum reſeruatur ius maioris ec
cleſiæ Cathinenſis.tamen quando quis effi-
citur ciuis per ductionem vxoris, tunc talis
ciuis eſt inmunis, a iure Doanæ,iſte tamen
ciuis per noſtram conſuetudinem factus
eſt inmunis a iure Doanæ in ciuitatibus, &
terris Regni Regij Demanij,ita poteſt intel
ligi text.noſter,& eſt priuilegium prædictū
Regis Ludoui. qui hoc dictat in priuilegio
fori loquens generaliter, & ita ſeruatur.

32 NOTO quarto in text. Ibi inmunitati-
bus quòd ciues taliter effecti gaudent
33 inmunitatibus noſtræ ciuitatis,& dic quòd
inmunitatem in præiuditium tertij, ſolus
princeps vel Papa concedit,not. per gl. in l.
euacuatis C.de Decurio.lib.x. Bartol. in l.2.
ff.de inmunit.

34 SED quæto an iſti ciues effecti per habi-
tationem dicantur veri ciues? Cæphalus
in conſi.451.nu.16. dicit quòd ſic contrariū
tenet Gram.in d.conſi.5. in ciuilibus, & di-
cit quòd nō ſed propriè dicuntur originarij
prout idem dicit,& ante eum Alex. in con-
ſil.160. volum.5. nam per ſolam habitatio-
nem non dicitur quis ciuis, niſi ſit origina-
rius vel ibi natus.vt dicit Naita.in conſ.354.
nu.3.communem dicit Roland in conſi.79
nu.16.volum.3.Boet.in dicta deciſio.23.nu-
me.24. & in noſtra ciuitate vt quis intret in
offitia non ſufficit quòd ſolum ſit ciuis per
35 habitationem, ſed requiritur quòd ſit ori-
ginarius vel in ciuitate vxorem duxerit vel
quòd continue per quinquennium in ciui-
tate cum vxore vel familia moratus fuerit,
vt dicit conſuetudo prima.ſupra titu.2.vide
eundem Boer.in deciſio.260.nu.23. vbi di-
36 cit quòd ciuis per priuilegium factus, dici-
tur verè ciuis,& comprehenditur ſub ſtatu-
to penali de ciue loquente vide Doctor.ſu-
pra allegatos,& Roland.in conſil.79. volu.
3. Ceſſarēt tamen hæ contrarietates ſi ſtatu
tum vteretur verbis prægnantibus vel in
37 priuilegijs ciuilitatis verba eſſent duplicata
& ampla. puta habeatur, & tractetur gau-
38 deat fruatur,vel cum dictione in omnibus
& per omnia quia tunc diceretur vere ciuis
vt per multa dicit Pariſ.in conſi.71.nu 4.vo-
lum.primo Roland.in conſi.12. nu. 50.in 4.
volum & in conſi.60.num.27. volum.3.&
cum noſtra conſuetudo hijs verbis vtatur
ibi dicantur, & habeātur, & ibi in omnibus
ideò veros ciues iudico, & penis ſtatutarijs
ligatos dico maximè quia Boer. in d.deciſ.
23. ita tenet in minoribus terminis, & cum
39 priuilegiū talis ciuilitatibus expediatur ſub
verbis prægnantibus, & duplicatis verbis
40 prout vult Pariſ. in dicto conſ. 71.Cæph.in
conſi.451. nu.28. ergo &c.Et ſcias quòd iſti
ciues per habitationem anni non poſſunt al
legare ignorantiam ſtatutorum ciuitatis ſe
cundum quondam de Intrigliol. hic qui al-
legat Ludo.Roma.in conſi.251. nu.3. quod
confirmo quia ſuprà dixi quòd ciuis nouel
lus non dicitur poſt annum ex Boet. in d.
deciſ.260.& ciuis non poteſt allegare igno-
rantiam ſtatutorum dixi ſupra in prohem.
q.7.& in dubio quis præſumitur ciuis illius
ciuitatis vbi reperitur niſi alienigena probe
tur Bar.in l.is poteſt colum.5 verſ.aliquan-
do nu.17.ff.de acquir.hæred.Alciat.in tract.
præſumptio.regu.2.præſump.15. in prin. &
ſcias etiam quòd ſtatutum loquens de of-
fendente intelligitur etiam de ciue ex priui
legio vt in tex.ibi habitauerit. Et quòd ciuis
præſumatur ſcire ſtatuta ciuitatis niſi ſit No
uellus vel abſens dicit Maſcar. de probatio.
concluſio.295.nu.4.& 5.lib.1.ſecundū Cæ
phal.in conſi.451.nu.22.vol.4.

SED

41 SED quæro ſtatutum loquens de citando aliquem in loco habitationis de qua
habitatione intelligatur vide Pariſ.in conſi.
45.num .17. in primo volum.vbi dicit quòd
dicitur quis citatus in loco habitationis ſiquis per tres vices in loco aliquo hoſpitatus
fuerit prout aliquando, & maleſit citatio inſundacis ſed debet citari in loco vbi quis
pro maiori parte anni habitat, & ita alias obtinui in curia patriciali in anno 1580.,

SECVNDO in hac conſuetodine quæro quæ differentia ſit inter patriam, & ci-
43 uitatem? Barto.in l.2.ff.de verbor ſignificat.
dicit quòd non eſt differentia per l. vnica C.
ſi curia reli. ciuit. faciunt notata per Barto.
& Bald.in l.3.C.de nat.lib. facit l.vxorem §.
legauerat ff. de legat. 3. tamen patria habet
tam largam ſignificatiorem quòd prouinciam continet ſecundum Docto. in l. vnic.
C.de mettopo. lib xij. vt ſi quis dicitur perquiri vide Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.
3.§. 1. In verbo le ſegneur uerſ. quæro quid
nu.2.folio 101.

QVINTO notatur ex tex.noſtro quòd ad hoc vt habitantes per annum
menſem hebdomadum, & diem cum vxo-
44 ribus, & familia in hac ciuitate dicantur ciues non debent alia ciuilitate gaudere hoc
eſt conforme capit. Regni Regis Ferdinandi 112. per quod vna ciuilitate electa tacitè
vel expreſsè alia renuntiaſſe dicitur, & ad
primam renuntiatam amplius venire non
poteſt renuntians, ut dicunt Doctores ſupra citati.

45 NOTATVR vltimo quòd ſi iſti ciues per habitationem facti ab eadem ciuitate diſceſſerint, & per tãtum temporis ſpatium moram traxerint, a ciuilitate noſtræ
ciuitatis cadant, & ratio eſt quia per aliam
46 habitationem domicilium mutatur ſecun-
47 dum Dec.in conſi.283 nu.11.cum domicilium ſolum retinetur vſq; ad annum ſecũdum opinio.commu. relatam per Boer. in
deciſio.13.nu.8.quam refert, & ſequ. Villalob: in ſua colle.commun. opinio.in verbo
domicilium nu. 94. in 1. volum. commun.
48 opinio.fol.89. idem eſt de iure in ciue deſerente ſuam patria quia ciuilitatem amittit
vt dicit Boer.in deciſio.260. nu.34. Cœpha.
in conſi.171.nu.35. volum.2. & ex domicilij mutatione dicitur ciuitatẽ deſerere idẽ,
Cœpha.in conſi.246.nu.24. volum. 2. Roland. Auall.in conſi.79.nu.33.& nu.53. volum.3. vbi dicit quomodo procedat hoc &
rationem aſſignat, & ibi quid ſit de iure de
ciue habitante extra ciuitatem vbi dicit qđ
49 non gaudet prima ciuilitate: nam ciues dicuntur quamdiu ibi domicilium incolatũ
habent vt dicit Alexan.in conſi 169.num 7.
50 volum. 5. Idem ſi quis in aliqua ciuitate offitium acceprat vt dicit capitulum regni Regis Ferdinandi 112. ſic tacite noſtra ciuilitas poteſt renuntiari, multo magis, & expreſsè imo iunca proprio, & vero ciue originario renuntiari poteſt.quia quilibet poteſt renuntiare fori priuilegio l. ſi quis in cõſcribendo C. de pacti vbi Doctores, & per
priuilegium Regis Ludouici inuiti nõ poſ-
51 ſunt extrahi ergo ſecus volentes niſi priuilegium eſſet conceſſum ciuitati quia renũtiari non poteſt vt eſt priuilegium agrigentinũ, & carleontinũ, & in multis alijs ciuitatibus Regni prout in prin. Randatij quod nõ
poteſt renũtiari etiam cum iuramẽto, & eſt
ciuitati cõceſſum, & in vrbe Panormi vt dicit Gram.in conſi.16 in ciuilibus & vide Ripam in l.1.nu.114.ff.ſolut. matr. ſecus eſt in
52 noſtra conſuetudine noſtræ ciuitatis quia
priuilegium ciuilitatis datum eſt ciuibus
ergo renuntiari poteſt vt ſupra dixi, & circa
53 hanc noſtram ciuilitatẽ, dicas quòd res publica ciuitatis æquiparatur fiſco, & eccleſijs
ſecundum Boſſ.in titu.de fiſco: nu. 9. & vide eundem in d. loco nume. 76. & Natt.in
54 conſi.500.nu.6. & res publica dicitur quælibet ciuitas ſecundum Bart.in rubrica C.de
iure fiſci Bald. in l. quanquam in fine C.de
55 ſent.quæ ſin.cert.quantit.& in l.3.C.ad Trebell. ſed intellige de Republica improprè
ſecus propriè ſecundum Bartol. in l.cum rẽ
C.qui potio.in pign.habeant, & in l. res publica C.ex quib.cauſ.maio.

56 SED an ciuitas Villa vel caſtrum poſſit reſtitui ſicut res publica vide Laur.Chirco: in 2.volum. commun. opinio. in Cent.
quinta concluſio.8. vide de hijs quæ dixi ſupra in prohemio in verbo in text. ibi vniuerſitatis.

ET ſcias etiam quòd quis ciuilitatẽ amittit quando vidit ciuitatem ſuam periclitantem, & eam dereliquit ſecundum Bald.
in l.2.C.de infan.expoſ. Iaſo. in l. 1. §. huius
67 ſtudij nu.15.ff.de iuſti.& iur.Menoch. de arbitr.iud.lib.2.Cent.4.caſu 396.nu.13. & cõſcius de patriæ proditione vel coniuratione ſeu tractatu contra rẽpublicam vel principem ſi non reuelat incidit in crimen læſæ
Maieſtatis refert communem opinionem
Laur.Chirco.in conclu.50. nu.34. Centu.1.
fol.15.In libro commu.opinio.volum.2.&
Iaſon in d.§.huius ſtudij num.13. dicit quòd
58 potius patriæ quàm parentibus eſt parend.
& ideo ciuis ſpontè cõtra ſuam ciuitatẽ, vel

illius

illius Decurionem deponens, tãquam periurus punitur Cœphal. in conſi 451. in fi. volu. 4. Sed quęro an ad probandum ciuilitatem
59 hanc, vel ciuilitatem dereliquiſſe, teſtes de eadem ciuitate admittantur? dic quòd ſic ſecundum Bald. in conſi. 358. volum. 4. quem refert, & ſequitur Boer. in d. deciſio. 260. in
60 fine, Et an teſtes de ciuitate probent prouniuerſitate? vide Viuium in opinione 352. incip. teſtes vniuerſitatis volum. 2. & Menoc. in tract. de arbitr. iud libro 2. Centur. 2. caſu 106. vide Michael Graff. in quæſtio 2. cap. 4. lib. 1. in 2. volum. commu. opinio folio 108. vide quæ dixi in prohæmio in dicto verbo vltimo circa iſtam materiam.

TITVLVS LVI.

De creatione notariorum publicorum.

CONSVETVDO VNICA.

PROMOVENDVS ad offitium notariatus publici debeat per Patriciũ & Iudices ciuitatis Cataniæ, & alios expertos, & probos viros examinari; eligi, & approbari ſi dignus inuenitur; de quibus examinatione, approbatione, & relatione fieri debeat publicum decretum ſubſcriptione Patricij, & iudicum ſubſignatum, ſigillo vniuerſitatis Cataniæ roboratum; deinde præſentari debeat Epiſcopo ſeu Vicario maioris Catinenſis Eccleſiæ, qui electionem, & approbationem poſtea confirmet.

SVMMAE.

1 *Notarij publici in ciuitate Cathan. à quibus crehentur.*
2 *Notarios creare, eſt de regalijs.*
3 *Fame reſtituere, legitimare, & pœnas remittere eſt de regalijs.*
4 *Notarius, a Ciuitate creatus vbi inſtrumenta conficiet.*
5 *Notarij de iure a quibus crehentur.*
6 *Notarius in Regno a Principe creatur.*
7 *Notarij Panormi, & Meſſanæ a quibus creantur.*
8 *Barones in ſuis terris an poſſint creare notarios.*
9 *Notarius an poſſit offitium exercere extra iuriſdictionem creantium eum.*
10 *Inſtrumenta notarij extra territorium creantium probant.*
11 *Notarius græce quomodo dicatur.*
12 *Notarius a quibus examinatur.*
13 *Notarii ignorantia non debet nocere partibus.*
14 *Epiſcopi examinant notarios.*
15 *Notarij teſtes præferuntur ceteris.*
26 *Notarius quis creari poſſit, & nu. 26.*
15 *Notariatus non eſt dignitas.*
18 *Notarius ſeruus publicus dicitur.*
19 *Notarius dicitur habere offitium.*
20 *Offitium notariatus quale ſit.*
21 *Notarius an poſſit eſſe ſpurius.*
22 *Spurij an poſſint eſſe Magiſtri notarij.*
23 *Notarius non poteſt eſſe impubes.*
24 *Libertus an poſſit creari notarius.*
25 *Monachi an poſſint eſſe notarij.*
26 *Clericus in ſacris non poteſt eſſe notarius.*
27 *Legitimatio per quem fiat, & quomodo remiſſiue.*
28 *Notarij an poſſint eſſe nati ex matrimonio putatiuo.*
29 *Notarius an rogetur inſtrumenta conficere.*
30 *Notarius in dubio an rogatus præſumatur.*
31 *Inſtrumenta per non notariũ confecta an valeant & nu. 31.*
32 *Inſtrumenta conficiens cum non ſit notarius, pœna mortis punitur.*
34 *Inſtrumenta facta per notarium ex errore creatũ an valeant.*
35 *Notarius ab offitio priuatus an poſſit iterum creari.*
36 *Notarius an præſumatur inſtrumenta conficiens, & nu. 39.*
37 *Inſtrumentum ſi opponatur quod nõ eſt authenticũ, non facit fidem.*
38 *Inſtrumenta notarij putatiui non probant ſecundum magis communem opinionem.*
39 *Notarij inter ſe locum habent ſecundum antiquitatem.*
40 *Notarij acta Catinæ viſitantur.*
41 *Actus exculpatorij non fiunt, a notarijs.*
42 *Mulieres de perſona obligari non poſſunt.*

PROMOVENDVS &c. diuiditur. In tres partes. In prima ponit vnum dictum. In ſecunda dat modũ. In tertia ponit aliud dictum ſecunda eſt ibi de quibus tertia eſt ibi deinde.

SVMMATVR hoc modo, notarij creandi, a Patricio iudice, & alijs publicis viris examinantur, & eliguntur, & publicum priuilegium ſigillo ciuitatis fiet, epiſcopo præſentetur, & confirmetur.

1 NOTATVR primo quòd notarij publici

blici in hac Ciuitate Cataniæ quod creãtur
a Spectabili Domino Patricio, & D. Iudici-
bus ſcilicet a Iudice Patricij literato, & a Iu
dicibus ideotis examinatione præcedente
inter eoſdem, & alios probos viros ſcilicet
expertos in arte: ex forma vero pandectarũ
Regni examinantur a Spect. Domino Pro-
thonotario Regni vel eius locumtenente ſi
eſt Doctor vt in cap. 2. Pandectarum dicitur
& hæc poteſtas creandi notarios eſt data
noſtræ ciuitati per Regem qui has conſue-
tudines confirmauit vt dixi ſupra in Prælu-
2 dijs: nam regulariter creare notarios eſt de
regalis nec pōt quælibet ciuitas eos creare
vt dicit Imo. in cap. cum P. Tabellio. de fide
inſtrument. Bartol. in l. Barbarius nu. 6. ff. de
officio Prætor. & vt dicit Afflict. in conſtitu.
Regni incip. in locis Demanij de iud. annali
num. 8. eſt capitulum Regni Regis Alfonſi
255. Incip. In primis ſtatuimus: Et creare no
tarios eſt voluntariæ iuriſdictionis Bald. in
tract. de Tabellio. in 7. quæſt. princ. nu. 32. ſe
quitur Maſcardus in tractat. de probatio. in
concluſ. 926. nu. 21. volum 2. ſicut etiam eſt
eſt de ragalijs, & de reſeruatis principi reſti
3 tuere famæ, legitimare remittere pœnas, &
ſimilia vt in titu quæ ſint regalia, & ibi Bal.
& alibi in vſibus feudo Boſſi. in tit. de regal.
in ſua Pratica crimina. Niſi talis poteſtas eſ-
ſet per ciuitatem præſcripta per tantum tē-
pus de quo non eſſet memoria hominum
in contrarium vt dicit Arno. in epiſ. 21. not.
per Doctores in cap. ſuper quibuſdam in §.
prçtereà extra de verbor. ſignifica. Innoc. in
cap. fin. de fid. inſtrumen. qui dicit quòd po-
teſt creari notarius à ciuitate & ab inferiore
quando viget conſuetudo; Et licet de iure
4 forſitan notarius publicus creari poſſit a ci-
uitate vel populo tamen conficit inſtru-
menta in territorio ipſius; & non extra per
l. 1. ff. de offic. Proconſul. & dicam infra eo.
nume. 9. & allegat c. Romana §. contra-
hentes de foro competen. in 6. & Io. de Li
gnag. in tractat. de ſenten. excom. in 9. car-
ta verſicu. ſecundo dicebam, & in l. pri-
ma de officio Procon. & legat. vbi Barto. &
per eundem Barto. in l. cunctos populos C.
de ſum. trin. & fid. Catholi. & hoc de conſen
ſu contrahentium vt dicit Bald. in l. repetita
C. de epiſcop. & cler. & Butr. in d. cap. cum
P. Tabellio. de fide inſtrum. & contrahētes
ſint de eodem loco de quo eſt notarius vt
dicit Bartol. in dicta l. cunctos populos vel
in territorio etiam inter forenſem de con-
ſenſu partium ſecundum Bald. in l. 1. colu.
2. C. de emancip. Et quis poſſit de iure crea-
5 re notarios vide Oldra. in conſi. 75. Felyn. in
d. cap. cum P. Tabellio. in Regno tamen om
nia hæc ceſſant quia vt dixi ſolus Papa vel
Rex ſeu Prorex, & Prothonotarius creat vt
in d. c. Regni Regis Alfōſi 255. & extat Prag
matica Regni tit. 4. ſub tit. de officio nota-
6 rio fol. 105 vbi dī quòd notarius in Regno
a ſolo Rege vel Prorege creatur, & per hāc
conſuetudinem in noſtra Ciuitate Patricij,
& Iudices creant prout in ea ſed vbi conſue
tudo præſcripta eſſet vt ſupra idem eſſet vt
7 dixi ſtatim nec in Vrbe Panor. creantur ab
Illuſt. Prætore, & Iudicibus dictæ ciuitatis
ſed tantum litteræ teſtimoniales dictæ ciui-
tatis requiruntur de fide dicti notarij, & cle-
rici eodem modo ab Archiepiſcopo crean-
tur vt in capit. 68. d. conſuetud. dicitur nec
etiam Meſſanæ à dicta ciuitate creantur, Et
etiam noſtra ciuitas creat Prothomedicos
Fiſices, & Cirugie qui ſunt lectores dictarū
lectionum, qui iuriſdictionem habēt etiam
in terra Iacis viſitando Cirugicos, & aroma-
tarios quod alibi non eſt, quia in Regno in
omnibus quaſi partibus per ſp. Protho-
notarium, & Prothomedicum Regni viſitā-
tur qui in noſtra ciuitate nullam iuriſdictio-
nem habent quoniam à dictis Dom. Patri-
8 cio, & iudicibus notarij viſitantur, Et an Ba-
rones, & domini terrarum in ſuis terris de
iure poſſint creare notarios vide Boer. in de-
ciſio. 242. nu. 2. in Regno noſtro ab eis non
creatur vt ſupra dixi.

9 SED quæro an notarius creatus, a Patri-
cio, & iudicibus poſſet exercere officiū
Tabellionatus extra territorium creātium
cum? Gabriel. in titu. de fide inſtrumen. lib.
primo concluſ. 1. fol. 99. vbi de commu. di-
cit, quòd non: Idem dicit Roland. in conſi.
91. nu. 10. vbi communem dicit vol. 3. fallit
in notario creato a Papa vel Imperatore vel
Rege quia iſti tales notarij vbicunq; poſſunt
inſtrumenta conficere Maſcard. in tracta. de
proba. in concluſio. 926. in verbo inſtrumē-
10 ta nu. 21. libi 2. bene tamen inſtrumenta per
eos in territorio creantium facta probant,
& valent in alio territorio Maſcard. in d. cō-
cluſ. 926. nu. 1. eſt communis opinio relata
per Ioan. Ecard. in add. ad Villalob. in ver-
bo notarius nu. 31. vide amplia. & limit. po-
ſitas per Gabriel. in d. titu. de fide inſtru. In
noſtra ciuitate ſeruat quòd notarij creati a
Patricio iudicibus in ea & ī eius territorio,
& in terra, & in territorio Iacis officiū exer-
cent; & qñ. epiſcopus confirmat officiū ex-
ercēt per totā diocœſim, licet ſit altercatio ī-
ter ciuitatē, & Reuerendiſſimū Epiſcopū:
nam Do. Epiſcopus prætendit creare il-
los per diocœſim, & non confirmare, & ho-
die adeſt lis inter ſp. Prothonotarium, & Re
uerendiſſimum Epiſcopum Catinenſem no-
tarios per dictam diocœſim creandi

11 IN text. Ibi notariatus. Nota quòd nota-
rius græce dicitur γραμματος, συνγραφος,
id eſt qui acta in iudirio vel extra excipit ſe-
cundum Plin. in epito.

IN text ibi vel alios pròbosviros,& ſie vl
tra patricium,& iudiees interueniunt alij
probi iuri ſimiliter notarij experti in arte
qui eos examinant, & vt plurimum com-
12 mittitur hæc examinatio. Magiſtro notario
dictæ Curiæ Patricialis qui refert dictũ exa-
men dictum Patricio,& iudicibus, & quan-
doq; dictus Magiſter notarius cõmittit ali-
cui notario idoneo; & ita ſeruatur: Ex for-
ma vero capitulorum Regni in Regno ali-
ter obſeruatur vt ſupra diximus nam per Docto
rem eximium examinantur quia vt pluri-
mum notarij ſunt ignari vt dicit Roland.
in conſi. 54 nu. 30. volu. 4. Ritus in cap. 203.
13 hine eſt quòd eius ignorantia nõ debet no-
cere partibus, vt ibi per Roland. dicit Coeſa
lus in conſi. 196. nu. 11. libro 2. Grami in con
ſil. 147. num. 5. & ideo per capitulum x. Seſſ.
22. ſacr. ſant. conſi. Triden. exponitur quòd
14 poſsũt etiã examinari notarij creari per Epi
ſcopos locorum in cauſis ſpiritualibus, &
eos non inueniendo idoneos reprobant tã-
quam Sedis Apoſtolicæ delegati: ſicut in
medico fauore ſanitatis l. ſed, & reprobari
ff. de excuſat. tutor. contra regulam §. ſemel
autem Inſtitu. quibus ex cauſis manu non
licet: quòd hucuſque non ſeruatur. Itẽ no-
tarij etiam creati non poſſunt patrocinari
ſine examine alias puniuntur vt in d. capit.
203. dicitur: ſed in hac noſtra ciuitate, & in
multis Regis partibus idonei,& ſufficientiſ-
ſimi inueniuntur, & ideò eis per hanc con-
ſuet examen committitur. Imo de iure ma
gna eſt pro notarijs præſumptio, vt ſit do-
ctus & peritus iuxta glo. in § ſi ita ſcriptum
inſtitu. de inutili ſtipul. Neuiza in conſil. 28.
nu. 19. Menoch. de arbitr. iudi. libro 2. Cent.
15 2 caſu 144. nu. 6. Et hinc eſt quòd notarij te-
ſtes præferuntur alijs teſtibus vt dicit Bald.
in l. militibus C. de milit. teſtamen. Roland.
Auall. in conſi. 63. nu. 42. volum. 2. Menoch.
d. arbit. iudi. libro 2. Cent. 2. caſu 105. nume.
4. Maſcard. in tracta. proba. in conclu. 1094.
nu. 6. vol. 2.

16 QVAERO nunc quis poſſit creari no-
tarius? dic quòd de iure quilibet poteſt
creari notarius etiã infamis,& ſpurius,& vi-
lis perſona vt inſtrumenta ab ipſis facta va-
17 leant quia notariatus non eſt dignitas per l.
fin. C. qui nul. no. poſſ. lib. xij. Bal. in l. 1. quæ-
ſtio. 6. C. de teſtam. refert communem opi-
nionem Soarel. in ſua coll. commu. opinio-
18 num in verbo notarius nu. 37. & notarius ſer
uus publicus dicitur c. 2. de vſuris in 6. Ro-
land. Auall. in conſi. 91. nu. 13. volum. 3. com
mun. dicit Viui. in opin. 194. Incip. infamis
19 lib. 2. & dicitur habere offitiũ vt dicit Dec.
in conſil. 40. col. prima circa finem,& habe-
re iuriſdictionem voluntariam Crau. in con
20 ſil. 196. nu. 7. & quale ſit eius offitium vide
eundem Crau. in conſil 240. nu. 2. notarius
autem ſeruus eſſe non poteſt l. generali C.
de Tabellio. libro x. gloſſ. in l. 2. ff. rem. pup.
ſal. fore. vide latè per Caſſan. ſuper conſuet.
Burgund. rubri. prima § 6. verſi. quid autem
21 folio 65. nec etiam ſpurius, & infamis po-
teſt eſſe notarius qui ad latus principis aſſi-
ſtat Viuius in opin. 194. incip. infamis libro
2. nec notarius ad bancum iuris nec in Cu-
ria Summi Pontificis vt dicit Rolan. in con-
22 ſil. 87. nu. 8. volum 3. & ſic non poſſunt eſſe
ſpurij Magiſtri notarij curiarum ciuitatũm,
& locorum. Et notarius principis qui vul-
go ſecretarius dicitur, eſt in dignitate, &
ideo perſona infamis eſſe non poteſt refert
communem Laur. Chirc. in concluſio. 57.
in verbo notarius Ant. 3. volum. 2. commu.
opinio fol. 46. vnde illud quòd dicit Oldr. in
conſi. 35. quòd notarij offitiũ de ſui natura
dicatur vile non procedit in notario princi-
pis Crau. conſi. 136. Corph. in conſ. 237. nu.
23 21. nec etiam impubes poteſt creari nota-
rius Bald in tract. Tabellio. quæſt. 15. gloſa
in d. l. 2. ff. rem pup. ſalu. fore. & an libertus
24 poſſit creari notarius? vide Speculato. de in-
ſtrum. ædictio. §. duodecimo: verſi. quid de
liberto,& ibi per eum vide quis poſſit crea-
ri notarius,& an ſacerdos Alex. & Iaſo. in l.
1. §. huius ſtudij ff. de inſtit. & iur. & ibi quid
25 de monachis remiſſiuè Bartol. in l. qui ſer-
uos ff. de teſt. Ioan. And. in cap. ſicut ne cler.
vel monachi Abb. in cap. alij de vit. & hon.
cleri. & d. c. ſicut, nè clerici vel mona. & ibi
Abb. vide latè per Caſſan. ſuper conſuetud.
Burgun. rubrica 1. §. 6. verſi. ſed quia nu. 25.
folio 64. & quod conſtitutus in Sacris ordi-
nibus non poſſit offitium notariatus exerce
re dicit text. in cap. ſicut vbi gloſſa, & Abb.
extra ne clerici vel monachi, & per conſtit.
Regni inſtrumentorum robur inferram in
capitulis Regni Regis Alfonſi 258. clerici
cuiuſcunque ordinis notarij vel iudices nul-
26 latenus conſtituuntur, Et licet generaliter
ſupra dixi quòd quilibet infamis vel ſpurius
creari poteſt notarius hoc intellige de iure:
ſecus eſt ex forma conſtitut. Regni prout
eſt conſtitutio Regni conſtitutione de ho-
nor. mil. iudi. & nota. cap. Regni Regis Al-
fonſi 255. per quæ iura notarius infamis ſpu
rius vel naturalis aut vilis perſona eſſe non
poteſt ſed debet eſſe legitimatus,& honori-
bus indutus niſi princeps legitime, & vel

diſpenſat

ſpenſat quia omnia poteſt no.in l.princeps
27 ff.de legibus, Et quomodo fiat legitimatio, & quis poſſit legitimari, & quibus modis vi de latè per eundem Caſſan.in conſue.Burg. in rubrica 8.§.15.in verbo le baſtardi,on baſtard.verſ.primo enim folio 187. & ſequen. vbi ponit ſex modos legitimandi, & an in eis requiratur partis citatio.

IDEM per Conſuetud. Panhormi. cap. 68.Incip. vt honor ſub rubrica de conſerua.honor municip.notarij ex legitimo matrimonio eſſe debent; Et annati ex mattimo
28 nio putatiuo poſſint eſſe notarij, & dicantur legitimi dic quòd ſic per ea quæ dicit Rolan.in conſi.94.nu.19.& ſeq.vol.3. & dixi ſupra in conſue.vnica in tit.3.de confuſio.bo no.in materia legitimè nu. 174.

29 SED an notarius poſſit cogi conficere inſtrumenta? dic quòd ſic.quia ſeru[9] publica dicitur vt dixi. etiam de nocte, ſi neceſſitas vrget.alias punitur Affl.in conſtit.Regni baiulos omnes nu.1.dixi ſup.in conſue.vnica tit.53.& dicam inf.eo tit.ſed an notarius
30 i dubio præſumatur rogat.is? refert duas cõmunes opiniones contrarias Lau.Chirc.in conclu:55.in verbo notarius nu.2. in 2.vol. com.opin.Centu.3.fol.46. tu vide Michael Graff.q.5.& 6.cap.18.in 2.vol. com.opin.in verbo inſtrumentum fol. 197.

QVæro vlterius quid ſi aliquis nõ creatus notarius cõficiet inſtrumẽta; & an
31 ipſæ poſſit inſtrumenta cõficere; & an acta valeãt? Quo ad primũ dico quòd nõ imo talis conficiens inſtrumẽta punitur pęna mor
32 tis vt dicit Hyppo.in ſingu.35. licet ſecus ſit in eo qui fuit creatus, & deinde priuatus quia mitiori pœna punitur vt dicit ibi Hyppol. & quod ſimulans ſe notarium punitur dicit Boe.in deciſ.171.nu.9.& quomõ puniatur dicit Menoc.de arbit.iudi.lib.2.Cent.4. caſu 318.nu.20.qui loquitur in ſimulante ſe Doctorem, & dixi ſupra in conſu.vni.tit.53.

33 QVoad ſecundum dic etiam quòd acta non tenent, & ſunt nulla.eſt cõmunis opinio relata p.Soarel:in ſua coll. com.opi.
34 in verbo inſtrumentum nu. 121. licet ſecus ſit in notario. per errorẽ creato vt ibidem
35 Soarel:dicit.Sed incidenter hic quæro an notarius creatus deinde priuatus ob aliquod delictum poſſit iterum a Patricio creari Bald. in l. nihil C. manu. vind. dicit quòd non. Angel. in auth. de non alien.§. ſi vero colu. 2. l. ſi aliquid C. de ſuſcepto.lib.x.Roma.in ſing.incip.notarius in verbo quæro vt comeſ.corſe.in ſing.incip. ſi notarius in verbo Tabellio. facit quia cui data eſt poteſtas creandi aliquẽ officialem ſi ſemel elegerit non poteſt amplius eligere quia de primaui ce poteſtas data intelligitur l. boues §. hoc ſermone vbi latè Tiraq.i Fall.ff.de verb.ſig.

36 QVæro vlterius quid ſi nõ appareat de creatione notariatus, & aliqua acta facit an præſumitur notarius? Dom. Cum.in c.Ritus 15.incip. ad tollendum nu.25. dicit quòd cõficiens inſtrumẽta, & reputatus notarius præſumitur notarius Rolã.vero in cõſil.32.nu.2.vol.2.& ante cũ Crau.in cõſ.72. dicunt quòd nõ, imò debet in ſpecie probari quod ẽ notarius & quòd nõ præſumitur niſi probetur cũ non detur hoc offitium a natura ſed ab hominibus, & paucis vnde ſi
37 opponatur quòd inſtrumentũ nõ eſt authẽticum non facit fidem niſi probetur de fide notarij refert cõmunẽ opinionẽ Viu.in opi. 195.icip.notari[9] vol.2.Villalob:in verbo notarius nu.15.& in verbo Tabell nu.1. com. dicit Maſc.de proba.in cõcluſ.648.nu.49.in
38 verbo error vol.2.hinc eſt quòd inſtrumẽta notarij putatiui non probant ẽt inter ignorantes eſt magis cõmunis opinio ex Alex. in l.teſtes col.5.C.de teſtam.quẽ refert, & ſequitur cũ diſtinctiõe ibi per eũ poſita Turz. in opin.91.incip.quęrunt Doct.in 1.volum.
39 com.opi.fol.21.ſicut ẽt Doctor nõ præſumitur qui reputabatur, & tractabatur p Doctore etiã per ſpatium decem annorũ Bal.in l.ſi ſollennibus C.de fid.inſtr.refert, & ſequitur Maſc.in d.trac.de prob.in conclu.527. icip. Doctoratũ vol.1.Sed poſſet dictũ D.Cumiæ pcedere ĩ antiquiſſimis, & ſic data diuturnitate tẽporis, & quaſi poſſeſſiõe, & debet eſſe cẽtũ annorũ prout refert cõmunẽ opinionẽ Viuius in loco præd.Crau.in trac.de anti quit.temp.part.1.nu.316.& in 3.part nu.18. Villalob:in loco pcitato nu.171. & videtur eſſe etiã de mente D.Cumiæ in d.c.15.Rit[9] nu.27.vel cũ diſtintione Maſc.in d. cõcluſi. 527.nu.7. quòd aut tractatur de præiudicio alterius, & procedit opi.Rol.& aliarũ cõtra D.Cum.aut non tractatur de præiuditio alterius.& procedit opinio Cum.& Alex.cõ ſil.138.nu.7.lib.1. & Bal. in l.ſi ſollẽnibus C. de fid.inſtr.vide Ioſeph:Lud.deciſ.115.Port. in cõcluſ.11.lib.2.vide quę ſcripſi ſup. in cõ ſuetud. vnica tit.53. de manu notariorum.

39 SCias vltimò quòd inter ſe notarij locum habent ſecundũ antiquitatẽ vt dicit Ca
40 pitulum Regni Regis Alfonſi 225. & notariorũ acta per Spect. Patriciũ, & Iudicẽ viſitantur ſingulis annis, vt regiſtrẽtur oĩa acta, & ſic eis innitio pœnalis fit vt regiſtrẽt li cet: per pandectas hæc viſitatio fiat ab ahjs

Tt offi-

officialibus dicam in conſuetud. vnica titu.
41 72.de offitio Tabellio. Item non poſſunt fa cere actus criminales exculpatorios, nec in-
42 culpatorios,nec mulieres obligare de perſona aliàs puniũtur per Pragmaticas Regni 5.& 6.tit.24.de offic.notaria.fol.106. in prima parte in vol. Pragmaticarum.

TITVLVS LVII.

De teſte in falſo deprahenſo.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD liceat Patricio ſeu Iudicibus, dictæ Ciuitatis teſtem in falſo per Curiam interceptum; ac etiam producentes, vinctũ: ad regiam curiam deſtinare.

SVMMAE.

1 *Teſtes coram Patricio falſum deponentes, & producentes ab eo in M. R. C, mitti poſſunt,*
2 *Ciues noſtra ciuitatis an extrahi poſſint.*
3 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
4 *Verbum licet,non artat.*
5 *Verbum poteſt,non ſtringit.*
6 *Teſtes coram Iudicibus ciuilium cauſarum falſum deponentes an per eoſdem poſſint puniri, & nu.9.*
7 *Clericus coram Iudice laico falſum deponens,an poſſit per eum puniri.*
8 *Teſtes coram Iudicibus ciuilibus falſum deponentes,an pœna ordinaria puniri per eos poſſint.*
10 *Teſtes coram Iudice ciuili falſum deponentes poſſunt per Iudicem criminalem & ordinarie puniri.*
11 *Periurus coram Iudice ciuili per iurans,an poſſit per eum puniri.*
12 *Periurus in propriè dicitur falſarius, & non propriè.*
13 *Conuictus quis dicatur, & an appellet remiſſiuè.*
14 *Conuictus debet condemnari.*

QVOD liceat diuiditur:in duas partes in prima ponit vnum dictum: in ſecunda ampliat: ſecunda eſt ibi ac etiam.

SVMMATVR. Patricius, & Iudices poſſunt teſtes coram ſe falſum deponẽtes,& producentes,victum ad Regiam curiam mittere.

1 NOTATVR primo ex iſto tex.quòd Patricius, & Iudices teſtes coram eis falſum deponentes, & producentes ad Magnam Reg.Curiã mittere poſſunt vt in text.

2 SED quæro,an dicti Patricius. & Iudices poſſint mittere ad M. R. C. teſtes ciues huius ciuitatis, qui vigore priuilegij dictæ ciuitatis pro quacunq; cauſa extrahi ab ea non poſſunt,prout in priuilegio eiuſdẽ Regis Ludouici dicitur?Credo quòd non.nam hæ conſuetudines fuerunt datæ Cataniæ die 3.Decembris 1345. & priuilegium fori fuit datum in menſe Martij in anno 1353. & ſic per octo annos poſt,& vltima derogãt prioribus l.pacta nouiſſima l.ſed & poſteriores, & ibi Bar. ff.de legib. & ſi opponatur quod priuilegium illud loquitur generaliter, & generi per ſpeciem derogatur,& non econtra cap.generi de regul. iur.in vj. cum ſimil. Reſpondeo quòd ſatis eſt in ſpecie derogatum huic conſtitutioni per dictum priuilegium,quia duos caſus tantum excipit,vt in
3 eo,& exceptio firmat regulã in caſibus non exceptuatis §.Vt autem lex in auth. de non alie. Fely.in c.quoniam frequenter in princ. vt lite non conte.ext.Bertaz.in conſil.2.nu. 49.in ciuilib.volum. 1. notant Doctores, & præſertim Folle.in Bulla de cenſib.dum excipitur exceptio, realis ſolutionis. ergo omnes aliæ reiectè cenſentur. Et ita ſeruatur nunquam.n.uidi teſtes falſum deponentes in dicta curia,mitti ad M. R. C. etiam accu-
4 ſatos,& conuictos. præterea adeſt verbum licet quod non artat §.aliud quidem de pœnit.diſtinct. prima. Et ſic,non cogit Iudices nec neceſſitatem eis imponit ſicut dicimus
5 de verbo poteſt: Nam quando lex aliquid committit Iudici non tenetur iudex facere nec compellitur ſi non vult l.non quiquid. ff.de iudi.niſi præcedat dictio negatiua non vt ibi notatur Felyn. in capi. ſuper his colum.4. nume.12. de accuſatio.extra. Bald.in l. quacunque colu.6.de ſeruis.fug.& ideo ſi iudex non facit,non appellatur vt dicit Innoc. in c. conqueſtus de Ferijs D.Cumia in capit.Ritus 71. nume.34. & ſequen. Imo iudex hoc faciens faceret ex ſua voluntate.

6 SED quæro an dicti teſtes falſum deponentes coram Spectab. Domino Patricio,& D.Iudicibus ciuilibus poſſint per eoſdem puniri?Ritus in cap.157.ſenſit quòd ſic quia eius aures offendunt, & idem dicit ibi Dominus Cumia. & etiam de iure iudex ex offitio procedit contra teſtes falſum coram eo deponentes quia de foro illius Iudicis fiunt text. & ibi Doctores in l. nullum C. de teſtibus vbi Bald. vult: quòd talis teſtis non poteſt aliquo priuilegio ſe letari refert Abb.in cap.verum nume. 20.de foro comp.ext.quòd ego intelligo non procedere ſi per priuilegium iudex talis efficeretur prorſus incompetens prout in clerico infra

eo.

co. dicam, & ita intelligo Socc. cõ. Alc. per inſ. reg. 428. & etiam de iure poteſt procedere contra producentes vt dicit per plura Marant. in trac. de ord. iud. par. 6. in verbo duodecimus actus nu. 2. fol. mihi 112. vide Boſſ. in tit. de oppo. cont. teſtem nu. 142. refert: cõmunem opinionem Viui. in ſua coll. com. opin. in opin. 279. incipit: teſtem volum. 2. Hyppo. in repet. l. fin. ff. de iuriſd. omn iudi.
7 nu. 246. dicit quòd iudex in tali caſu poteſt punire clericum eorum ſe falſum deponentem licet veritas, & communis opinio ſit contra eum quo ad puniendum Rolã. in conſ. 11. nu 34. vol. 2. Viu. in d. opin. 279. in fin. magis com. dicit Maranta de ord iud. par. 6 col. 12. nu. 5. Idem Viu. in opin. 47. lib. 2. Sed bene quoad cognitionem falſitatis vt dicit Iul. Clar. in Prat. crim. in quæſt. 38. verſic. Sed hic quæro refert communem opinionem, & Laur. Chirco. in concluſ. 39. nu. 13. Cẽt. prima in verbo clericus fol. 14. in 2. vol. cõ. opi. & quòd noſtri iudices ordinarij licet ſint ciuiles poſſint tales teſtes punire dicit in terminis Clarus in ſua Pratica crim. d. quæſt. 38. verſ. Sed quæro. Vnde ex hijs patet quod iudices ciuiles noſtræ ciuitatis tales teſtes de falſo punire poſſunt.

9 SED quæro an poſſint eos punire pœna ordinaria dicas quòd non ſed extra ordinaria eſt communis opinio relata per Clarum in d. quæſt. 38. in d. verſ. ſed quæro, & ideò hæc cõſuetudo vult vt iudices poſsint tales falſarios in M. Regia Curia mittere, vt eos pœna ordinaria puniat. nam eſt iudex ordinarius qui licet per eos iudices extraordinarie puniri poſſint vt ſupradixi, poſſunt
10 tamen ordinarie puniri per iudicem cõpetentem, vt dicit Boſſ. in titu. de fall. nu. 140. quem refert Clar. in d. quæſt. 38. in d. verſic. Sed quæro: vide Boſſ. in d. tit. de oppo. cõtra teſtes nu. 114. & ſic tales teſtes vel producẽtes hodie poſſunt per iudicem Capitanialẽ pœna ordinaria puniri quia eſt iudex cõpetens in criminalibus in hac ciuitate. & ita ſeruatur vide Michael Graſſ. in 2. volum. cõmun. opinio. libro 2. cap. 17. quæſtio. 38. fol. 196. Socc. in dicta regula 428. Menoc. de arbit. iudi. lib. 2. q. 91. Quæ ſit pœna teſtium falſum ponentium vel producentium? de iure dicit Clarus in Pratica crim. in §. falſum verſic Sed quæro vbi dicit quòd hodie eſt arbitraria ſi a ſtatutis non imponitur Menoch. verò in lib. de arb. iud. lib. 2. Cen. 3. caſu 306. dicit teſtem in cauſa capitali falſum deponentem pœna mortis puniri per l. 3. §. prætereà vbi Hyppol. C. ad l. Cornel. de Sicar. hodie tamen in Regno noſtro adeſt Pragmatica in titul. de falſis Pragmat. prima in volum. Prat. lib. 1. folio 231. per quam teſtis in cauſa capitali falſum deponens ſiue ad offenſam ſiue defenſam tam pro parte quam pro fiſco vel contra pœna mortis punitur in cauſa ciuili pœna amputationis manus, & pœna perpetui exilij a Regno, & eadem pœna tenentur perſuadentes, & qui inſtruxerint vel corruperint, & contra tales teſtes & producẽtes in cauſa capitali ex abrupto per literas diſpenſatorias proceditur per talem tamen Pragmaticam fiſcus non agit principaliter prout in ea eſt videre.

SED quid de iure an poſſit per iurans puniri prout in noſtra cõſuetudine dicitur: dic quòd non quia conſuetudo noſtra non
12 loquitur de eo nam dicitur in propriè falſarius, & non propriè not. in c. illud de exceſſ. præla. & in ſtatutis verba propriè interpetrari debent, Et quid de iure Ritus, in c. 157. ſentit quòd ſic quid autem ſit de iure cõmuni vide Caſſ. ſuper conſue. Burg. rubr. x. §. 22. In verbo pour ce que verſ. ſed pone fol. 346. per Clarum in §. periuriũ dom. Cum. ſuper ritu. in c. 61. Item ſi aliquis, & in quibus caſibus a teſtimonio periurus repellatur, & multa de eo latè cumulat Maſc. de probat. in con-
13 cluſ. 1168. vol. 5 quis autẽ dicatur conuictus vide Doc. in l. 1. C. quorũ appel. nõ recip. & an cõuictus vel confeſſus appellet vide pulchrè per Clarum in Pract. crim. in quæſt. 94
14 & conuictus de crimine debet condemnari & an ſi non ſit conuictus de qualitate delicti vide eundem Clarũ in d. Pract. crim. quæſt. 66.

TITVLVS LVIII.

De ceſſione ſeu donatione iuris, & quo tẽpore poſſit ille cui ceditur experiri.

CONSVETVDO VNICA.

SI vero aliquis aliquam ceſſionem ſeu donationem alicui fecerit: illæ cui facta fuit non poſſit ceſſionem ipſam ante lapſum anni experiri: & cedens ipſæ pro eo cui ceſſit, & donata ſunt iura, non poſſit in hoc teſtimonium perhibere: Imò teneatur ſubire interrogationes ſub iuribus, & exceptionibus partis aduerſæ. Et illæ qui agit aut conuenitur in iuditio iure

Tt 2 ceſſo

ceſſo non valeat vti ampliori priuilegio quam cedentis.

SVMMAE.

1 Ceſſionarius ſeu donatarius infra annum iure ceſſo experiri non poteſt.
2 Cedi an poſſit ius dotis, & donationis propter nuptias.
3 Legatum relictum videlicet: quòd vxor ſit dominam, & vſufructuaria quomodo intelligatur.
4 Ceſſio ſit etiam contra cedentem.
4 Ceſſio ex cauſa oneroſa an comprahendatur in noſtra conſuetudine.
5 Perſona priuilegiatè an includantur in noſtra conſuetudine de ceſſione loquente.
6 Ceſſio quando ſimulata præſumatur.
7 Ceſſio inter patrem, & filium an fieri poſſit.
8 Datum a patre filio in legitima imputatur.
9 Legitima dicitur deuenire ex cauſa oneroſa.
10 Donatio inter patrem, & filium regulariter non valet fallit nu. 11.
12 Scholari filio a patre facta donatio valet.
13 Ceſſio in potentiorem regulariter fieri non poteſt.
14 Cedens an poſſit eſſe teſtis proceſſionario.
15 Ceſſionarius affectionem habet ad cauſam ceſſionis.
15 Emphiteota an poſſit eſſe teſtis per proprietario.
16 Ceſſionarius non poteſt vti maiori priuilegio cedentis.
17 Vidua, & pupillus an poßint vti maiori priuilegio cedentis.
18 Exceptio quo nocet cedenti obſtat, & ceſſionario, & ibi fallit.
19 Cedens actiones an dicatur alienare.
20 Ceſſio lite pendente an mutet iudicium.
21 Statutum an comprehendat contractum iuratum.
22 Cedens reſpectu actionum directarom agit niſi interueniat vnũ de caſibus in l. 3. C. de noua. conten.

SI verò aliquis, &c. Diuiditur in tres partes: In prima ponitur factum cum diſtintione: In ſecunda ponitur dictũ ampliatum: In tertia, & vltima aliud dictum ſecunda eſt ibi, & cedens ipſæ tertia, & vltima ibi, & ille qui agit.

SVMMATVR ceſſionarius iure ceſſo infra annum vti non poteſt, & cedens proceſsionario non eſt idoneus teſtis, imò ſubire tenetur, & priuilegio maiori cedentis non vtitur.

1 NOTA primo quòd ceſſionarius ſeu donatarius infra annum dicto iure ceſſo experiri non poteſt, nec de eo ſe letari poteſt; vnde requiritur lapſus anni vt eo vti poſſit: ſed an poſſit proponere exceptionem competentem cedenti vide Docto in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio C. mãda. & Afſli. in deciſ. 74. & an except. quæ obſtat cedẽti obſtet ceſſionario dicam infra eo. nu. 19. & ſcias quod ceſſio ſine cauſa nõ valet Hyppoli. de Marſi, in ſingul. 45. per d. l. ab Anaſtaſio, & per l. per diuerſas C. mand. fallit tã. niſi is contra quẽ iura cederentur eſſet præſens, & non contradiceret Hypp. in d. ſing. 45. Bal. in l. cum eſſet §. fina. ff. de ſerui. ruſti. prædio.

2 QVAERO etiam quid ſi aliquis ordinat, & relinquit vxorem ſuam dominam maſſariam, & vſufructuariam quãdiu caſte vixerit, & dotem vel donationem propter nuptias non exegerit an ſi ceſſerit ius ſuum alteri circa dotem vel donationẽ propter nuptias, poſſit exigere ceſſionarius in tantum quòd a dicto legato, & vſufructu non cadat? vide Bar. in repet. auth. hoc locũ num. 14. C. ſi ſecundo nupſerit mulier vide Bal. ibidem Pau. Caſt. in l. amplius ff. rem ratam haber. in prin.

3 QVOMODO autẽ intelligatur hoc legatum relinquo vxorem dominam maſſariam, & vſufructuariam vide Viui. in ſua coll. commu. opinio. in opinio. 446. vol. 2. vbi refert communem opinionem quòd datis filijs non extenditur niſi ad alimẽta, & habitationem regulariter. vide latè per Canalca. in tracta. de tutor. & cura. in tracta. de vſufru. mulieri relicto. vide quę dixi ſupra in conſuet. vnica tit. 14. ſub rub. de reſtitu. dot. in fine.

4 SED quæro an hæc cõſuetudo procedat etiam in ceſſione ex cauſa oneroſa facta: quædam additio hic dicit quòd non: ſed tunc quando eſt facta ex cauſa lucratiua, & mouetur dicto Afflict. in conſtit. Regni ſtatuimus nu. 18. de offic. mag. iuſtic. vbi dicit quod ſiue ex cauſa lucratiua ſiue ex cauſa oneroſa perſonis miſerabilibus ſit facta ceſſio poſſunt iure ceſſo vti, & declinare ſorũ M. R. C. ergo alij non poſſunt vti quando eſt ex cauſa lucratiua facit quia ceſſionarius poteſt vti ceſſione etiam contra caden-
4 tem quando eſt ex cauſa oneroſa Dec. in conſi. 104. nu. 3. qui dicit ita tenere Bal. Angel. & Doctor. in l. ſicut de rei vendit. Socc. in conſil. 206. verſ. tertius caſus volum. 2. Imò cui fit ſolutio tenetur cedere iura etiã contra ſeipſum vt infra eo. num. 19. dicam & creditor fideiuſſori ſoluẽti tenetur actionem cedere Duen. in regula 163. libr. 1. vbi ampliat, & limitat, & ita interpetratur hoc ſtatutum, & ſeruatur: Et ſtatutum de iure

inter-

interpretatur à conſuetudine Anchar. in l. tres fratres ff. de pactis Bertr. in conſil. 290. nu. 13. volum. 2. 10. vero in l. generaliter nu-
5 me. 8. C. de ſecundis nupt. vnde iſta conſuetudo non ligat viduas pupillos, & alias perſonas de iure priuilegiatas in l. vnica C. quãdo Impera. inter. pup. & vid. niſi ceſſio eſſet
6 cum fraude vel ſimulata: puta quia magna quantitas pauperi: ceſſa fuiſſet, vel ſi cedens poſt ceſſionem in poſſeſſionem ſteterit, pro vt ex his fraudem præſumi dicit Clar. in §. fin. in Practica criminali quæſt. 78. verſ. fraus autem, & ex eo videbis ſi habet locum quãdo coniunctæ perſonæ fit, & vide Afflict. in d. deciſio. 74. latè per Menoch. in tract. de arbi. Iud. lib. 2. Cent. 3. caſu 248. Et quòd de cedente poſſeſſore remanente dico: intelligo pacto præcedente quia aliàs poſſet virtute actionum directarum poſſidere, & experiri pront notatur in l. 3. de nouat. Socc. in conſ. 18. nu. 24. primo volu. & in quibus caſibus ceſſio ſimulata præſumatur, & in quibus nõ & in caſibus ſupradictis dicit pulchrè Menoch. de præſumptio. præſumpt. 125. lib. 3. Maſcard. in tract. de probatio. in concl. 158. verbo donatio lib. 7.

7 PRAETEREA diſpoſitio huius ſtatuti non militat in ceſſione facta inter patrem, & filium ſecundum Bald. in l. ea legẽ C. de condict. ob cauſam, & vide Io. de Amicis in conſi. 24. ſecunda, & tertia colu. Incip. ſuper primo ſtatuto, & ratio põt eſſe quia ceſſum per patrem filio vel econtra dicitur datum ex cauſa oneroſa, & non ex cauſa lucratiua ſecundum quondam de Intrigli. hic
8 Et dic latius quòd datum à patre filio licet in poteſtate in legitima imputatur l. ſi quando §. generaliter C. de inoffic. teſtam. quia quaſi debita dicitur l. oratio ff. de bon. dam.
9 & legitima dicitur deuenire ex cauſa oneroſa notaui ſupra in conſuetu. vnica tit. 3. ergo, &c. & ſupradictũ intellige in caſu quo
10 donatio valet (quia regulariter nõ valet donatio inter patrem, & filium l. 2. C. de inoff. donat. l. donationes quas parentes C. de do-
11 nat. int. vir. & vxor.) vt quãdo interueniſſet iuramentum: Item quando fieret ob bene
12 merita. Idem in donatione facta filio cauſa ſtudij, & alijs cauſis enumeratis per Bartol. & Iaſo. in l. frater à fratre ff. de condi. indeb. Soarez: in ſua coll. commu. in verbo donatio. nu. 204. Idem in ceſſione facta filio ſcolari quæ de iure fieri poteſt vt dicit Angel. in l. prima num. 22. In fine ff. ſolut. matr. refert communem Iaſo. in d. l. 1. nu. 52. Soarez: in dicto verbo donatio nu. 204. qui ſequitur Clarum in §. donatio quæſt. 8. contra Ripam per eum allegatum quam regulam octo modis ampliat Duen. in regula 87. volum. primo vbi limitat quinque modis: & ſcias
13 quòd ceſſio regulariter in potentiorem fieri non poteſt notatur in rubrica ff. de alien. iudi. mutan. cauſa fact. ponit regulam cum ſex. ampliat. & decem limitatio. Duen. in regula 88. Incip. ceſſio volum. primo quæ autem cedi poſſint vide latè per Rolan. in conſil. 28. volum. 2. vbi dicit quòd ceſſibile eſt quòd eſt trãſmiſſibile, & ius mere perſonale non eſt ceſſibile vide Tiraquell. de retr. Lignag. §. 26. glo. 7. nu. 45. & ſequent. quæro an ceſſa actione contra debitorem intelligatur ceſſa contra fideiuſſorem Bal. & poſt eum Modern. in l. ſi vero. ff. ſolu. mat. quam legem Bald. legit in l. dotalem vbi in 3. not. tenet quòd nõ, & ſequitur ibi Imo. vbi Alex. & Roma. in d. l. ſi vero quam legit etiam in d. l. dotalem nu. 19. dicitur quòd ſic idẽ Bald. in l. inſolutum de hæred. vel action. vend. & in l. qui filij, & in l. venditet actionis ff. eod. & in l. 1. in 3. col. nume. 9. C. com. de legat.

14 SECVNDO. Nota quòd cedens non poteſt eſſe teſtis pro ceſſionario in caſu ceſſionis imò tenetur ſubire ſuper exceptionibus partis aduerſe ſi eſſet ipſæ conuentus quia tractatur quaſi, de cauſa ſua & in cauſa propria quis non eſt teſtis idoneus l. omnibus C. de teſtibus, & §. in propria ff. quando appellan. ſit. Idem eſt de iure communi, nã ceſſionarius in cauſa ceſſionis ſeu venditionis vel donatarius per donante teſtimoniũ dicere non poteſt ex quo agitur de eius intereſſe, & videtur cauſa propria vt dicũt Roman. in conſ. 382. nu. 1. Bald. Cyn. & alij in d. l. omnibus C. de teſt. Dec. in cap. in ſuper nu.
15 42. de teſtib. Item quia affectionem habet ad eum ſecundum Alex. in conſi. 200. nu. 6. uol. 2. quem refert, & ſequitur Duen. in regula 216. nu. 16. volum. 2. & vide per Bald. in l. inuiti la prima in fine ff. de teſtibus, & quòd cedẽs nõ poſſit eſſe teſtis in cauſa ceſſionarij com. dicit Viuius in opin. 356. incip. teſtis non poteſt lib. 1. com. etiam dicit Maſcard. de probatio. in concluſi. 1357. nu. 18. volum. 3. vbi ampliat, & ad filios cedentis, & etiam ſi de euictione non teneatur, & an confeſſio cedentis obſtet ceſſionario vide Ioſe. Maſcard. de probatio. in concluſi. 374. lib. 1. & an de iure teneatur ſubire ſuper exceptionibus partis aduerſe vt dicit noſtra conſuetudo? vide Cyn. & Iacob. Butrig. in l. fin. de procut. Ioã. de Plat. in l. ſi actor ff. eod. & confeſſio cedentis non nocet ceſſionario l. facta §. ſi hæres ff. ad Trebell. Pariſ. conſ. 13. vol. 3. Pau. de Caſtr. in conſi. 393.

15 ET an emphiteota poſſit eſſe teſtis ꝑ proprietario? regulariter dic quòd non Io. Crot.in tract.de teſtib.par.4. nu.141.Io.Mõticell.in reptorio. de teſtib in verbo emphiteota , limita tamen cum nullum commodum poſſit oriri ipſi emphyteotæ , & alias vt per Abb. in c. inſuper colum.vltim. nu.16.& ibi Butri. de teſtib. Maſcar.de probatio. in concluſi. 604. Incip. Emphiteoſis nu.8.& 9.vol.2.

16 NOTA tertio quòd ceſſionarius non poteſt vti maiori priuilegio quàm cedentis,Et an idem ſit de iure Bald.in l.per di
uerſas nu.21.C. mand.hunc caſum examinat,vbi in fine loquitnr in vidua tu vide Af-
17 flict.in conſtitu.Regni ſtatuimus nu.18. vbi dicit quòd vidua, & pupillus poſſunt vti maiori priuilegio,& ſic ſuo, & forum M.R.C.
18 eligere vide Afflict.in deciſio.74.nu.4.Et nota quòd exceptio quæ nocet cedenti regulariter nocet ceſſionario Bar.& alij in l,ſi cum dotem §.ſi patri ff.ſolut.matrimo.commu. dicit Dec.in conſil.59.in fin.cum diſtinc.Ibi per eum poſita. Et exceptio quæ concernit perſonam ſi obſtat cedenti non obſtat ceſſionario Roma.conſi 87.nu.3.Socc.in conſ. 264.nu.13.Dec.in d.conſil.59.nu.4.Aretin. conſi.96.nu.5.6.Angel.in rubr.de exceptio. nu.15.inſtitui.Fely. in c.intelligamus in fin. de iud.&quòd exceptio quę obſtat cedenti obſtet ceſſionario , & cauſa in delictis, & in cauſa lucratiua dicit comm.Caſſan.in cõſil. 44.Socc.in conſi.264.nu.12. cum ſeq. volu. 1.Roma.conſi.87.nu.3.Fely. in d. c. intelleximus nu. 24. & exceptio compenſationis quæ obſtaret.& ceſſionario Alex.in conſil. 54.in fin.vol.Guid.Pap.deciſ.567.

19 QVAERO an cedens actiones dicatur alienare dic quòd ſic Socc.in conſil.37.colum.2. volum.4. Et an ceſſionarius dicatur propriè creditor cõmunis eſt quòd ſic quam refert Viui.in opinio.34.Incip.ceſſionarius.Et an teneatur quis cedere iura cõtra ſe ipsũ?vide Dec. in conſi.104. Neguſ. in tractat. de pigno. in 3. membro 5. partis nu.51.& 32.Socc.in conſi 206. vol.2. Quæro etiam an ceſſio poſſit fieri pro interdicto recuperande vide tex. in l. ſi quis in diem §. Iulianus ff.de per.her.Crau.in conſi.193. Ripa in c.ſæpè nu.25.de reſti. ſpolia. vbi dixi.

20 SED an cedens ius etiam lite pendente mutet iuditium tantum quòd ceſſionarius citari debeat,& cum eo lis fieri, & ſi eſt priuilegiatus poſſit ſuo priuilegio vti Afflic. in deciſio.354.nu.22.in fine dicit quòd non & ideo iuditium cum cedente currit, & in ceſſionarium vtilitas tantum transfertur, & ita deciſum fuit in Curia primarum appellationum noſtræ ciuitatis in menſe Aprilis x. Indict.1582.ſed cogita quia Afflict.in deciſio.prædicta non loquitur de vidua nec de perſona priuilegiata priuilegio in corpore iuris clauſo,Et dicitur facta in fraudem ceſſio quotieſcunque fit clerico tãquam in potentiorem cauſa mutandi iudicium Socc. in conſi.264.nu.2.volum. 2. Bartol.in l.1.ff. de alien.iud.mut.cauſa gloſſ.in c. titu. extra eo.& ſic eſt nulla vt in rubrica ff.eod.titu.de alie.iud.mil.& C.nè lice.poten Maſc. in tracta.de probat. in concluſio. 558. nume. 19. volum.primo.

21 VLTIMO quæro an hoc ſtatutum cõpræhendat contractũ non iuratum vide laiè per Port.in concluſio.29.libr.3. vide quæ dixi ſupra in conſuet.vnica tit.5.

22 NOTA tamen quòd cedens,virtute directarum actionũ poteſt agere, & debita ceſſa exigere niſi concurrat vnus de caſibus enumeratis in l.3.C. de noua.& deleg. vbi de hoc Doct.ibidem uideas.

TITVLVS LIX.

De cognitione , & deciſione ſeruanda in ſeruitutibus.

CONSVETVDO VNICA.

SI contingat oriri quæſtionem aliquam de ſeruitutibus: ſtillicidiis , curſu aquarum,vijs,aquæ, ductibus,aquis pluuialibus,parietibus, exitibus, introitibus, & cæteris alijs ſeruitutibus quocunque nomine cẽſeatur : curia dictæ ciuitatis conferat ſe ad locum, & ſummariæ ſine figura, & ſtrepitu iudicij, tam per inſpectionem oculorum , & inſtrumenta quàm per teſtes, quos ibi recipiat: cauſam ipſam ſuper loco vel in Curia fine debito terminet , & decidat: appellatione ſeu nullitate non admiſſis: via grauaminis in ſuo robbore permanſura.

CVM-

SVMMAE.

1 *Seruitutes aliæ ſunt quæ habẽt cauſam continuam, & aliæ cauſam diſcontinuam & nu 1.*
2 *Seruitutes quanto tempore præſcribantur, & nu. 4.*
5 *Præſentes qui dicantur.*
6 *Seruitutum, aliæ vrbanæ aliæ ruſticæ.*
7 *Seruitutum, aliæ ſunt diuiduæ, aliæ indiuiduæ.*
8 *Cauſæ ſeruitutum ſummarie deciduntur.*
9 *Curiam qui faciant*
10 *Actio pro ſeruitutibus quæ competat.*
11 *Citatio partis remitti non poteſt.*
12 *Citatio partis a Iudice inſpici debet.*
13 *Citatio in quibus caſibus remittatur.*
14 *Appellatio in cauſis ſeruitutum non admittitur.*
15 *Appellatio eſt ſpecies defenſionis.*
16 *Appellatio, & vis grauaminis non admittitur vbi per inſpectiones ocularum cauſa ſeruitutum deciditur.*
17 *Appellatio in dubio admittenda.*

SI contingat: Diuiditur in tres partes: In prima ponit factum: In ſecunda deciſionem: In tertia dictum. ſecũda eſt ibi Curia ipſa: tertia, & vltima ibi appellatione.

SVMMATVR. ſeruitutum cauſæ per Curiam ſummarie cum omni genere probationis (appellatione & nullitate ſublatis) deciduntur via grauaminis remanente.

SIMILIS eſt conſuetudo in ciuitate Siracuſarum cap. 1. ſub rubr. de ſumma. cognit. ſeruit. præter quoad appellationẽ quia non diſponitur vt hic.

1 PRAEMITTENDVM eſt quod ſeruitutum aliæ ſunt quæ habent cauſam continuam, & aliæ quæ habent cauſam diſcontinuam: Seruitutes habẽtes cauſam continuam vel quaſi ſunt aquæductus ſtillicidia in mittendi vel recipiẽdi vel tigni
2 inmittendi: & iſte ſeruitutes præſcribuntur ſpatio decem annorũ inter præſentes, & viginti inter abſentes l. fi. C. de præſcri. long. temp. quod procedit etiam ſi quis non poſſit per teſtes vel inſtrumenta probare titulũ, ſed ſolum probando quòd ſciente, & non contradicente domino vſus ſit ſeruitute huiuſmodi per x. annos inter præſentes, & viginti inter abſentes quia ex hoc ſeruitus cõſtituta præſumitur. glo. ordina. in l. ſeruitutes in iiij. ff. de ſeruit. in verbo certam, & ibi Paul. Caſtrenſis refert communem opinionem Turza. in opin. 61. in verbo ſiquis allegat in 1. vol. com. opinio. fol. 15.

3 SERVITVTES vero habentes cauſam diſcontinuam ſunt ſeruitutes itineris viæ, & ſimiles: & iſtæ ſeruitutes præſcribuntur tempore in memorabili vt dicit Iaſon: in l. prima nu. 76. & ibi Ripa ff. de acqu. poſſeſſio. vide Corne. in conſi. 144. num. 24. volum. primo Alex. in conſil. 108. nu. 5. vol. 2. Et quòd ſeruitus habens cauſam diſconti
4 nuam præſcribatur in memorabili tempore communem refert Villalob. in verbo ſeruitus nu. 57. in coll. commu. opinio. in primo volu. communium opinio. Et quæ dicantur ſeruitutes habentes cauſam continuam, & quæ diſcontinuam, & quanto tẽpore præſcribantur vide Cœpol. in tract. de ſeruit. c. 19. vide Natta. in cõſ. 69. Sed Soarel. in ſua colletta commu. opin. in verbo ſeruitutes nu. 308. dicit quòd ſufficit poſſeſſio decem annorum inter præſentes. & viginti inter abſentes in præſcribendis omnibus ſeruitutibus, & refert communem. Alex. vero in conſi. 75. nu. 18. volum. 4 dicit quòd probans titulum, & poſſeſſionem decem vel viginti annorum obtinebit ex quo non ſe fundat in præſcriptione, & ita poſſunt ſaluari dicta Soarel. & ſupradictorum Doctorum: vide Villalob. in verbo præſcribitur incip. ſeruitus nu. 243. vbi videtur concordare hos Doctores, & Cœpollam in d. cap. 19. latiſſimè vide no. per Ioſeph: Maſcard. in tract. de probatio. in concluſ. 1214. vol. 3. fol. 160 Et in pręſcribẽdis ſeruitutibus regulariter plura requirũtur. Primò enim requiritur quod volens præſcribere vſus ſit iure ſeruitutis, & non iure amicitiæ vel familiaritatis quia tũc non pręſcriberet l. vlt. vbi Doctor. ff. quem ad ſeruit. amitta. Alex. conſi. 50. nu. 8. vol. 3. Secundum requiſitum ad præſcriptionem rerum in corporalium quod ab allegante eſt probandum: eſt bona fides. quia in corporalibus non præſumitur niſi probetur Bald. in l. 2. nu. 16. C. de ſeruit. & aqua. com. dicit Aret. in conſ. 30. nu. 2. com. etiam dicit. Abb. in c. ſi diligenti. nu. 18. de præſump. Tertio requiritur quòd probetur præſcribentẽ ſciente, & patiente domino vſum fuiſſe ſeruitute d. l. 2. vbi glo. Bar. & Bald. C. de ſerui. & aqua. Quarto requiritur vt probetur tẽpus ſupra expræſſatum. Vltimo requiritur quòd præſcribere volens ꝓbetur dominus fundi cui ſeruitus acquiſita prætenditur Cœpol. in tract. de ſerui. Vrba. prædio. cap. 15. Limitat tamẽ, & ſublimitat Verius referendo, omnium hæc Maſcard. in d. concluſio 1223. per totam. Et titulus ſeruitutis præſumptiuè probatur ex poſſeſſione decennali inter præſentes cum ſcientia, & patientia domini ex quib⁹ ſeruitus acquiritur. magis commu. dicit Burſa. in conſi. 87. nu. 22. vol. primo

primo,& in conſi.27.nu.6.commu.dicit,re
fert, & ſequitur Ioſeph Maſcard. in tractat.
probat.in concluſi.1371. nu. 8. & 9. Incip.
titulum vol. 3.

5 SED quæro qui dicantur præſentes, &
qui abſentes: dic quòd præſentes dicun-
tur qui ſunt ſub communi præſide ſi laici
ſunt: ſi vero ſunt clerici ſub eodem Epiſco-
po: refert communem opinionem Villa-
lob. In ſua coll.commu.opin.in verbo præ-
ſentes nu. 287.

6 PRAETEREA ſeruitutum aliæ ſunt
vrbane: aliæ ruſticæ.de quibus loquun-
tur tituli ff.de ſeruit.vrban.prædio.& de ſer-
uit.ruſtic.prædio.Cœpoll.latè in dicto trac.
de ſeruit.cap.xj.& quæ ſint ſpecies vrbano-
rum, & ruſticorum prædiorum dicit idem
Cœpoll.in d.tract.cap.15.

7 ITEM aliæ ſunt diuidue,aliæ indiuidue,
quas etiam ponit idem Cœpoll.in d.trac.
cap. x. & de ſeruitutibus ſtillicidij loquitur
idem Cœpoll.in d.tract.cap.28. & de ſerui-
tutibus viæ, & aquæductus loquitur idem
in loco prædicto in tit.de ſeruit.vic.& de ſer
uit. aquæ.loquitur de omnibus ſeruitutib'
per illa verba quocunq; nomine cenſeatur.
Et quomodo probentur ſeruitutes,vide gl.
no.in l.2.C.de ſerui. & aqua. & ibi Docto-
res, Et de iure ſeruitus nõ præſumitur,quia
quęlibet res libera, & nõ ſeruituti obnoxia
cẽſetur l. altius, & l.ſi in edibus C.de ſeruit.
& aqua.vbi Bald.&cet.Doct.Bar.in l.ſi prius
nu.14.ff.de operis nou. nuntiat. & in l. 1.§.
hoc interdicto nu.12.de itine.actu.pium Ia-
ſo.in d.l.ſi prius nu.38.Dec.in conſi.360.nu.
4.Alcia.in tracta.de præſumpt.regul.2.præ-
ſump.nu.2.Crauett.in conſil.3.nu.9.Meno-
ch.in tract.de præſump.lib.3.præſumpt.89.
nu.7.vbi nu.2.communem reddit.

8 NOTA primo ex iſto text. quòd quæ-
ſtiones ſeruitutum decidũtur per cur.
Patricialem noſtræ ciuitatis,& ſic per Spec.
Patricium, & Iudicem literatum, & duos
9 Iudices Ideotos nam hij faciunt curiam, &
ita de iure erat corpus in qualibet ciuitate,
quæ curia indigebat officialibus, & negotia
expediebantur.vt in auth. de defenſo. ciuit.
§.nulle in fine gloſſa in §.primo in verbo cu
rijs inſtitu. de hæredi.quæ ab inteſt.defer.&
per capitulum Regni 87.Incipit: Item ſimi-
liter Regis Ioan. vbi dicit quòd iudex litera
tus ſemper interloquitur, & ſummariè ſine
ſtrepitu & figura iuditij,& vt plurimum per
inſpectionem oculorum ſuper loco, & quã
do ibi quæſtio decidi non poteſt in curia
ſummariè deciditur,& in loco tunc dicitur
(quãdo res ẽ dubia in tantũ quòd ibi decidi
non poteſt) vtraq; pars informet de ſuis iu-
ribus, Et quomodo proceditur quãdo ſum
mariè cognoſcitur, vide quæ dixi ſupra in
conſuetu. vnica titul.34.& ſcias quòd ſem-
per citatio,& aliquis terminus ad faciẽdum
incumbentias, & defenſiones requiritur, vt
10 infra dicam quæ autem actio pro ſeruituti-
bus competat eſt text. in l.ei qui ff.de ſeruit.
vbi creditori, & emphiteotæ competit pro
ſeruitute vtilis actio.vide ibi per Doctores.

IN text.Ibi ſine termino intelligas ordi-
nario nam bene datur aliquis terminus
arbitrio Iudicis,vt ſupra dixi maximè ad fa-
ciendum incumbentias,& dicendum,& al-
11 legandum quia citatio partis regulariter o
mitti non poteſt l.de vnoquoq; ff. de re iu-
di.& l.in concedẽdo ff.de aqua.pluu. arcen.
l.ſæpè de re iudica.& ea omiſſa ſententia eſ
ſet nulla.Imo non ſufficit citationem ad di-
cendum, & allegandum eſſe factam ſed iu-
12 dex debet eam videre oculatim ſecundum
Barto. in l.ſi finita §. Iulianus in 4. colum. ff.
de damno infecto, & in l.hoc autem §.non
defendi ff.ex quib.cauſ.in poſſeſſ eat. & in l.
multum intereſt ff.de conditio. & demonſ.
Anton.in cap. cum dilecti in 3.col. de elect.
refert Hyppol.in l.qui decem nu.4. ff. ad le-
gem Corn.d.Sicar.Roland. Aual. in conſil.
13 51.nume.15.vol.1. Fallit tamen primo quã
do periculum eſſet in mora vt dicit idẽ Hyp
pol.in d.l.qui decem d.nu.4.

FALLIT & ſecundo quando citãdus
nihil potuiſſet dicere vel defenſionem
non haberet vt dicit Vant.in tract.de nullit.
proceſ.in tit.de nullit.defectu citat.nu.20.in
tit.qualiter,& quibus modis ſent.null.repa.
poſſ.nu.168.dixi ſupra in conſuetu.vnica tit.
3.nu.106.

FALLIT etiam quando pars eſſet præ-
ſens vt dicit idem Vant. in dicto loco
num.107. & etiam fallit in alijs modis vt ibi
per eum, & in quibus cauſis citatio requira
tur.& in quibus omitti poteſt vid. Portium
in regula 43.libro 1. vbi ponit 116.amplia-
tio. & 124. limitat. ad dictam regulam l. de
vnoquoque.

14 NOTO vltimo quòd a ſententia lata
in cauſis ſeruitutum non appellatur
15 nec nullitas tentatur, & ſic tollit hæc cõſue
tudo has defenſiones, cũ appellatio ſit ſpe-
cies defenſionis cap.ſpecialis §. porrò de ap
pellatio capit. cum inter de exceptio. Ioan.
Andr.in cap.fin.de appellatio.Alex.in conſ.

97.in

97.in princip.in 6.volum. Sed via grauaminis appellatio non eſt ſublata vt in tex. dicitur quę fit per eadem acta. per ſupplicationem auth.quæ ſupplicatio. C. de præc.imp. offere. & multa de appellatione, nullitate, & via grauaminis dixi ſupra in conſuetud. prima titu.40.de iure prothom.& an poſſit tolli appellatio vel nullitas? vide quæ dixi ſupra in conſuetud.4.§.1. titu. primo de iure pali.

16 SED hodie quando cauſa ſeruitutis deciditur per inſpectionē oculorum non appellatur etiam via grauaminis, per Capitulum regiſtratum in Banca Spectab. Do. Iuratorum conceſſum per ſuam Excellentiam noſtræ ciuitati die primo Aprilis 2. In dict. 1558. Sed bene credo quòd ſi per inſpectionem oculorum appareret ſententiā iniuſtè latam appellaretur, etiam via grauaminis per ea quæ dicit Hyppol. in dicta rubrica de probatio. nume.112.vbi dicit hoc procedere non obſtante ſtatuto, & hodie appellatur via grauaminis non obſtante dicto capitulo vnde capitulum prædictum intelligitur quando appellatio eſſet friuola C.cum appellatio. Friuolis de appella.in 6. cum ſimil.quòd procedit tam in reo quàm in actore per regulam non licet actori de regul. iur. in 6. & per ſingul. Hyppol. 389. & maximè quia in dubio cauſa ſemper præſumitur appellabilis nā vt dicit Paul. Craſt. & alij in l. 1. §. Biduum de appell. iudex debet ſe inclinare in amitrendo appellationem ſaltim via grauaminis, & appellationem non eſſe deſertam Dec. in cap. vt debitus nu.15.de appell. Menoch. de præſump. lib.2.præſump.96.

TITVLVS LX.

Quod ſit licitum omnibus ſuper cortile communi priuato communitatem habentibus, feneſtras, & alias aperturas facere.

CONSVETVDO VNICA.

SI verò duo vel plures habeant domos ſuas terraneas ſiue ſoleratas, & iuxta ipſas domos ſit aliquod cortile commune priuatum inter eos, quòd omnibus in dicto cortile priuato communitatem habentibus liceat portas feneſtras, & alias quaſcunque aperturas proſpicientes ad ipſum cortile commune priuatum fieri facere, iuſta velle eorum. eodem iure, & poteſtate ſeruatis in vanellis quæ inter aliquos ſint communes in quibus ſtillicidia domorum in ipſis vanellis communitatem habentibus defluunt, & diſcurrunt. non obſtante quòd ipſæ portæ feneſtræ ſagittaloræ, & aliæ aperturæ factæ non fuerint ob antiquo in domibus ſupra dictis.

SVMMAE.

1 *Feneſtra in cortile communi an liceat facere.*
2 *In re communi melior eſt conditio prohibentis.*
3 *Socius in vito ſocio non licet iure communi adificare.*
4 *Furnum iure communi an liceat facere.*
5 *Puteus communis ad eſpenſas vicinorum effici debet.*
6 *Aquæ vſus quomodo diuidatur.*
7 *Foſſum in proprio an liceat facere ex qua pluuia noceat vicino,*
8 *Murum inter me, & te an poſſim facere.*
9 *Communes res quando præſumantur.*
10 *Vanellis in communibus an procedat noſtra conſuetudo.*
11 *Cortile quid ſit,*

SI vero duo, &c. Diuiditur in quatruor partes: In prima ponit factum in ſecunda deciſionem: In tertia illam ampliat vno modo: In quarta, & vltima alio modo. Secunda ibi licitum ſit. Tertia ibi eodem iure, quarta, & vltima ibi non obſtante.

SVMMATVR in cortile communi priuato licitum eſt in domibus propriis feneſtras, & alias aperturas facere proſpicientes ad ipſum cortile idem in vanellis; licet ab antiquo factè non eſſent.

1 NOTA primo ex iſto text. quod vicinis in cortile communi priuato licitum eſt feneſtras, & alias aperturas facere per quas habetur proſpectus in dicto

Vu cor-

cortili: de iure autem ſecus eſt regulariter: nam in cõuicinio communi ignoranteuel inuito ſocio fieri non poſſunt eſt text. in l. quidam Hiberus ff. de ſeruitu. Vrban. præd. & ibi Ang. & Doct. Idem Angelus in l. inter quos ff. de damn. infect. & licet; quo ad hæc dentur multæ diſtinctiones prout per Cœpoll. in tract. de ſeruit. cap. 42. folio 33. nam

2 iure communi melior conditio eſt prohibẽtis l. Sabinus ff. com. diuid. Alber. in l. altius C. de ſeruitu. nec in pariete communi licitum eſt inuito ſocio feneſtrã facere ẽt pro lumine niſi ei fuerit conceſſum l. eos ff. de ſeruit. Vrban. præd. vbi Doct. & in ſolo cõ

3 muni nõ poteſt ſocius inuito ſocio ædificare. eſt tex. in l. ſed ſi inter me, & te §. ſi in arca ff. de ſeruit. Vrba. prædio. & Doct. in d. l. Sabinus Cœpoll. in d. tract. de ſeruit. c. 39. verſic. Item nunquid. nec etiam in re communi

4 licet ſocio inuito altero ſocio furnum vel fornaces facere, illa ratione quia in re communi melior conditio eſt prohibentis. vt dixi Cœpo. in d. tract. de ſeruit. in tit. de ſeruit. Vrba. præ. capit. 50. in fine & capit. ſi. in princ. in titul. de fornace tamen text. noſter tollit hoc dubium in caſu ſuo, & vult quòd in cortile cõmuni priuato fieri poſſint feneſtræ, & aliæ aperturæ prout in eo, nõ autem aliæ quæ de iure prohibentur cum de aperturis tantũ loquatur noſtra conſuetudo. & rubrica: remanet ergo in alijs rebus diſpoſitio iuris communis vt ſupra dixi vide tamen: Boer. in conſil. 5. vbi pulchrè de hoc loquitur.

5 ET adverte ad vnum circa rem communem quòd puteus communis debet ad eſpenſas vicinorũ refici, et cogi poſſunt pro rata. vt dicit Dynus in l. Imperator §. cẽtum ff. de lega. 1. Bal. in l. tum fructuarius paratus ff. de vſufr. quod dictum ampliatur procedere etiam ſi vicinus vel ſocius vellet communitati, & eius commoditati renũtiare, quia etiã ad eſpenſas pro rata tenetur vt dicit Roman. in ſing. 67. Iaſon. in l. qui rem huiuſmodi nu. 9. in fine C. de ſacr. ſanc. eccl. vide Cœpoll. in d. tract. de ſeruit. in rubr. de ſeruitut. Vrban. prædio. tit. de Puteo c. 47. Et quomo

6 do diuiditur uſus aquæ communis? vid. per Corſett. in ſingu. 27. in verbo aqua. vbi dicit quòd arbitrio Iudicis ſtatur, ſecundũ Bat. in l. ſi quis. C. de aquæductu lib. xj. Menoch. de arbit. Iudi. lib. 2. Cent. 2. caſu 128. & ibi vide quomodo debet eſſe Iudicis arbitrium in hoc.

SED an liceat facere foſſas in proprio fundo ex quibus aqua pluuia noceat vicino. vide text. in l. vicinus ff. de aqu. pluu. arc. & an liceat facere ſæpes in proprio dic quòd ſic l. finali ff fin. Regun. & an quiſtenea tur ad refectionem foſſarum, & plura de eis vide per Caſſan. in conſue. Burgund. rubrica 13. §. ptimo: In verbo des foreſtz. verſ. quæro nu. 1. & ſeq. fol. 3. 66.

SED quæro quid ſi ego volo principaliter propter vtilitatem meam murum

8 inter me, & te facere, an ſocius qui etiam commodum ſentit teneatur ad expenſas pro ratha dic quòd non ſecundum Ang. in l. nauis ff. ad l. Rod. de Iact. quem ſequi. Hyppol. in conſilio x. nume. 46. vide Cœpoll. in d. tract. de ſeruit. in titu. de muro vide etiam Boerin d. conſil. 5. vide quæ ſcripſi infra in conſue, vnica tit. 62. ſub rubr. de communi, cand. muris quando autem res præſuman-

9 tur communes, & ex quibus coniecturis ibi etiam Boerius dicit vide quæ dicam infra in conſuet. vnica tit. 62.

10 NOTATVR vltimo quòd conſuetudo noſtra procedit etiam in vanellis quæ inter aliquos ſunt communes in quibus ſtillicidia cadnnt non obſtante, quod ab antiquo non fuerunt factę quid autem ſit de iure dixi ſupra eod.

11 QVID autem ſit cortile dic quod cortile eſt locus muris ſeptus ſeu ligneis clauſtris vel vebrib. Pariſ. in conſil. 58. nu. 48. vol. 3. Bertaznol. in conſi. 121. nu. 4. vol. 1. in criminalibus.

TITVLVS LXI.

Quod nõ ſit licitum alicui facere feneſtras ſeu aperturas in pariete proprio vel communi in quo ſit contiguum cortile priuatum, vel commune alterius: niſi in ipſo cortile communi, portam vel apertturam habuerit.

CONSVETVDO VNICA.

SI quis habet domum ſuam contiguam alicui cortili priuato; vel alterius contigui ſeu vicini; in quo nullam cõmunitatem habet: & domum ipſam voluerit altius extollere feneſtras in pariete ipſius domus per quam proſpectũ habere poſſet ad cortile prędictũ facere non audiat nec preſumat: ſed

ſed ſi habitare voluerit in domibus oſcuritatis, & ex illo pariete voluerit habere lumen: licitum ſit patrono dictæ domus facere in dicto pariete proprio vel communi ſagittaloras, & tales aperturas quæ ſunt amplitudinis palmi vnius, & dimidij; & longitudinis palmorum quattuor: in medio cuius ſagittaloræ imponatur quædam virga ferrea per quam non poſſet habere proſpectus ſed & non lumen ad cortile priuatum: tantũ ſublimes facere à ſolario domus ſeu ſolo, ad quos nullus poſſit attingere per palmos decem. reſeruata tamen licentia domino dicti cortilis priuati. (ſi in eo domum ædificare voluerit. adeò quòd adhærere habet de iure parieti prædicto) claudẽdi ſagittaloras eaſdem ad quas claudendas ſi his qui ſagittaloras fecerit, & aperturas non permiſerit: ſummariè, & ex abrupto Iudicis arbitrio cas claudere compelletur: omni appellatione ſeu nullitate remotis: via grauaminis in ſuo robbore permanente.

SVMMAE.

1 *Feneſtram in muro proprio an facere liceat.*
2 *Aedificare in ſuo cuilibet licet etiam ſi ſit propè murum vicini, & nu 5.*
3 *Neapolitana conſuetudo circa feneſtras ædificandas.*
4 *Fumum in muro proprio an facere liceat.*
6 *Sagittaloras an liceat facere in muro proprio, & quomodo.*
7 *Solum vicini liberum eſſe debet vſque ad cælum, & limita nu. 8.*
8 *Gradata in publico an fieri poſſint.*
9 *Gradas ſeu ferratas in proprijs feneſtris factas à domino, an tollere liceat.*
11 *Apertura per ædificare volentem an claudi poſſint.*
12 *Promiſſio de luminibus non officiendis de quibus intelligitur.*

SI quis habeat, &c. Diuiditur iſte text. In plures partes prout multa dicta, & deciſiones, in eo ponuntur. & partes de per ſe patent.

SVMMATVR. in domibus proprijs feneſtras, & aperturas nemini facere licet, per quas proſpectum habeatur ad cortile priuatum in quo nullam communitatem habet, ſed pro lumine ſagittaloras prout in text. fiant; & dominus cortilis ædificando illas claudere poteſt Iudicis officio ex abrupto: appellatione, & nullitate ſublatis via grauaminis permanente.

NOTA primo ex iſto text. quòd hæc conſuetudo eſt continuatiua ſuperioris. quia dictum eſt ſupra qualiter in cortile communi quis poteſt facere feneſtras, & alias aperturas; nunc dicit quid in aperturis in proprio faciendis ſuper cortile alieno in quo communitatem quis non habet, & dicit quòd in tali caſu non eſt licitum illas facere inuito domino cortilis, & in hoc hæc conſuetudo non eſt conformis iuri communi: nam in muro proprio eſt lici-
1 tum facere feneſtram etiam quòd per eum haberet quis proſpectũ ad fundũ uicini notant Doctor. in l. altius in principio. C. de ſeruitut. & aqua, & ratio eſt quòd in ſuo
2 cuilibet eſt licitum ædificare dummodo quòd non immittat, etiamſi vicino noceat l. fluminum. §. final. cum l. ſequent. ff. de damn. infect. & procedit etiam ſi eſſet propè murum vicini factum iam centum annis. & in eo nunquam fuiſſent feneſtræ, argument. gloſſ. & l. qui luminibus ff. de ſeruitut. Vrban. prædio. Imo poteſt facere fortilicium vel Caſtrum aut ciuitatem in ſuo per l. per prouinciam. C. de ædific. priuatis. Fallit tamẽ in quibuſdam caſibus enumeratis per Cœpoll. in tractat. de ſeruitut. Vrban. prædio. in titul. de feneſtra capitu. 62. Dec. in l. nullius videtur ff. de regul. iur. limitatur etiam prædicta regula ſeptem modis per Duen. in regula 32. libr. primo, & dicta regula quòd quilibet de iure poteſt ædificare domum ſuam vſque ad cœlum d. l. altius, & l. ædibus C. de ſeruitut. & aqua: ampliatur tribus modis, & limitatur octo per Duen. in regula 33. primo volum. maximè quando fit ad iniuriam vicini ſine vtilitate ædificantis vbi numero. 7. commu. dicit contra Alberic. vide Caſſane. ſuper conſuetud. Burgund. rubrica decimatertia §. 9. & vltimo in verbo in repeult: fol. 377. Illud verò quòd dr̃ de non faciẽdis feneſtris in muro communi eſt conforme iuri com

muni per l. eos,& in l.ſi inter me ff.de ſerui. Vrba.præd. latè per Petr. de Vbald.in repe. l.cum duobus §.Papinianus. ff.pro ſocio cũ diſtintione poſita pet Cœpoll. in loco ſupra allegato verſ.nunc dicamus num.3. vbi diſtinguit. vide eundem Cœpoll. in titul.de muro. nu.25.

4 ET ſcias quod in ciuitate Neapolis eſt quaſi ſimilis conſuetudo per quam nemo poteſt facere feneſtras iuxta domum vicini ſine cautionibus de quo per Afflict. in deciſio. 225. & quomodo intelligatur talis conſuetudo,& an habet locum præſcriptio vide per Vrſill. in dicta deciſ.225. vbi de iſta materia notatur.

SED circa hanc conſuetudinem noſtrã quæro an in muro proprio ſit licitum ali
5 cui facere fumum propè murum vicini, & quid ſi vicino ex eo damnum detur? vide Cæpoll. in d.tract.de ſeruitut.in titu.de fornace vide Decium, & add. Hieronymi Cucchalõ.ad eum ad l.nullus videtur ff. de reg. iur. & vide Matt. in deciſio. 22. vbi tenet quod per duos pedes fieri debet longà a muro vicini per l.quidam Tiberius ff.de ſeruitu. Vrban.prædio.

NOTA ſecundo quòd licet in muro proprio vel communi non ſit licitum facere feneſtras, & aperturas magnas, tamẽ
6 eſt licitum facere ſagitta loras, & feneſtras paruas amplitudinis palmi vnius, & longitudinis pàlmorum quatuor dũmodo quòd in medio ſagittaloræ ponatur vna virga ferrea ſublimis a ſolario per decem palmos per quos non poſſit haberi proſpectus ſed tantum lumen, & iſta virga ferrea debet eſſe de directo,& non exeat feneſtram, nec murum prout fiunt grade ferreæ in ſtradijs quæ exeunt murum cauſa habendi proſpectum ad viam nam debet eſſe talis per quam proſpectus ex dictis ſagittaloris non poſſit haberi. vt in tex.dicitur per l.ſi.ff. de ſeruit. & in l.ſi uitem §. pen. ff. quod vi
7 aut clam. nam ſolũ vicini debet eſſe liberũ
8 vſq; ad cœlum vt in dictis ll. legitur fallit tamẽ ſi talis ſeruitus eſſet in poſita : fallit etiã quòd ſupra nunc dixi quando iſta virga ferrea fieret extra murum ſub ſtillicidijs domus propè quia fieri tunc poſſet: quia gradate tales de iure fieri poſſunt dummodo quòd non exeant ſtillicidia per l.ſi.ff.de ſeruitur. Vrba. Prædio.

9 ITEM fallit quando tales gradatæ fierẽt in publico quia de conſuetudine fiũt l. autrorum C. de ædific. priuat. in caſu tamẽ noſtræ cõſuetudinis credo quòd nõ poſſit fieri talis virga ferrea taliter quòd exiret murum etiam quòd eſſet ſub ſtillicidijs domus. Nã hoc ẽ ĩductũ ne proſpectus haberi poſſit, ſed tm̃ lumẽ ſed ſi fieret taliter quòd exiret murum, poſſet habere proſpectũ ergo,&c. Et optima ll. interpres ẽ cõſuetudo l.de quibus ff. de legibus quæ hoc oſtẽdit: nã in noſtra ciuitate nulla inuenitur ſagittalora cum virga ferrea exeunte parietem ſed omnes ſunt de directo poſitæ, & ſic interpetrata eſt noſtra conſuetudo.

QVAERO circa gradas(non in terminis noſtræ conſuetudinis)an domi
10 no de iure liceat, ferratas factas in proprijs feneſtris tollere aut eas auferre inuitis vicinis? vide Cœpollam Veron.in dicto tractat. de ſeruitut.Vrban.Prædio. in titul. deferrat capitu. 55. in caſu verò noſtræ conſuetudinis non poteſt tolli virga ferrea vt in ea dicitur.

NOTA vltimo quod ſi vicinus vo-
11 luerit ædificare propè dictum murum quod poteſt dictas ſagittaloras claudere,& ſic tale ius claudendi non præſcribitur & in iſto caſu ædificationis cogitur illæ vicinus qui dictam ſagittaloram fecit officio Iudicis claudere ſummariè, & ex abrupto ſub latis appellatione, & nullitate ;remanente appellatione via grauaminis de quib⁹ omnibus dixi ſupra in conſuet. prima incipie. ſi quis rem ſuam ſupra titul. 54. ſub rubrica, quòd non liceat à venditio. & in conſuetu. vnica tit.40.& in conſuet.4.§.1.tit.1. ſub tit. de iure pali.

SED quid ſi iſtæ aperturæ non eſſent amplitudinis palmi vnius, & longitudinis palmorum quatuor,& cum virga ferrea, & altius ſolario per decem pedes vt in tex. dicitur, an poſſint claudi officio Iudicis per vicinum ædificare volentem vt in text. noſtro dicitur? dic quòd non ſed tunc haberet locum quod in conſuet.1.ſeq. dicitur.

12 QVAERIT Condam Dominus Nicolaus Intrigliolo hic in iſta materia ſeruitutis in text. Ibi ſed tantum lumen ad cortile. Vicinus meus promiſit mihi luminibus domus meæ non officere an iſta promiſſio intelligatur de luminibus,& ſic feneſtris præſentibus: an etiam de futuris coniũctis, & dicit quòd intelligitur de præſentibus, & de futuris per dicta Cyn. in l. non modus C.de ſeruit.& aqua cui addo text.in l.ſi ſeruitus ff. de ſeruitur. Vrban. Prædior. Ego vero diſtinguo ſic cum Domino Cœpoll.

poll.in tractat. de ſeruit.Vrba. Prædio. titu. de ſeruit,ne luminibus offici cap.76. verſic. ſexto quæro nu.9. quod aut hoc fuit actū inter partes, vel ſimpliciter fuit conſtituta iſta ſeruitus, & procedit dictam Cyn. aut fuit facta promiſſio cum expreſſione præſentis tēporis, & tunc de præſentibus luminibus tātum intelligitur, & non de futuris per text. in l.qui ædificium,& l.ſeq.ff de ſeruit.Vrba. Prædio. per gloſſam magiſtralem in l.cum debere ff.de ſeruitut.Vrban. Prædio. & per Doctor. in d. l. non modo. C. de ſeruit. & aqua.

TITVLVS LXII.

De communicandis muris proprijs vbi nō ſit antiquitus ædificata feneſtra vel porta cum vicinis habentibus prædia contigua muris ipſius.

CONSVETVDO VNICA.

Si quis voluerit ædificare propè domum ſeu ædificium alicuius pro habiliore ædificatione dom⁹. ſuæ cum ædificijs ſeu muris dicti vicini ſui, & communitatem habere, quòd compellatur vicinus offitio Iudicis, ad communicandum ædificiū ſeu murum ſuum proprium dūmo num quòd in ipſo muro proprio antiquitus non appareat ædificata porta ſeu feneſtra, ſoluta prius domino dicti muri ſeu ædificij medietate extimationis dicti ſui muri: Ita tamen quòd ſtillicidia domus dicti muri ſeu ædifitij qui petitur communicari nullatenus peruertantur. Si vero murus qui petitur communicari non ſit illius firmitatis qui poſſit vtriuſque onera domus ſubſtinere, qui petit communicationem teneatur murum illum re ædificare de nouo ſuis ſumptibus: Ita quòd vtrunque onus ſubſtineat. Et ſi vltra quòd extimatus fuerit re ædificatio ipſa aſcéderit re ædificare de ſuo proprio teneatur: ſin autem minus, reſiduum partis contingentis reſeruatur domino dicti muri,

SVMMAE.

1 *Vicinus an compellatur murum vel domum communicare vicino.*
2 *Communio diſcordias parit.*
3 *Vicinus an poſſit vti muro vicini.*
4 *Tignum in muro vicini an liceat immittere, & an in muro communi nu. 5.*
6 *Conſuetudo particularis vincit legem in loco vbi viget.*
7 *Dictio dummodo an importet modum.*
8 *Antiquitus iſtud verbum quid importet.*
9 *Antiquum quod dicatur de iure.*
10 *Vicinus petit communitatem muri vicini ſoluta medietate pretij dicti muri.*
11 *Paries ſi non eſt ſufficiens ad ſuſtinendum onera vicini an communicari debeat.*
12 *Paries quomodo præſumitur communis.*

Si quis voluerit,&c. Diuiditur iſte text. In plures partes nam in prima ponit factum. in ſecunda deciſionem, & eſt ibi, & quòd compellatur in. tertia ponit tres modificationes ad dictam deciſionem,& eſt ibi dummodo vſque ibi ſi vero in quarta ponit duo alia dicta,& eſt ibi ſi vero.

1 SVMMATVR hoc modo vicinus cōpellitur murum vel domum communicare cum vicino in eo ędificare volente ſi in eis non ſit antiquitus ædificata apertura ſoluta medietate prætij dicti muri;& ſtillicidia non peruertantur, & ſi murus non eſt ſufficiens ad recipiendum onus de proprio re ædificabit ædificare volens etiam,quod extimationem ipſius excedat.

NOTA primo ex iſta conſuetudine quòd vicinus volens in ſuo ędificare, & domos ampliare poteſt vti muro vicini, & ſuper eo ſigna imponere, & ædificare & vicinus offitio Iudicis cogitur muros ſuos cum ædificare volenti communicare, & ſic contra text.in l.re mandata C. mand. vbi in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, & nemo tenetur vendere rem ſuam l. inui-
2 tum C.de contrah.emptio. præterea communio diſcordiam parit l.cum pater §.dulciſſimis ff.de legat.2. & hoc eſt fauore ædificationis iuxta notat.in l.1.C.de ędifi.priuat.

QVAERO

QVAERO quid ſit de Iure in caſu iſto
3 & an vicinus poſſit vti muro vel do-
mo vicini ædificando, & anvicinus alteri co
gitur illum vel illam cõmunicare? Dic quòd
non nam rei alienæ quicquam oneris im-
poni non poteſt l. quem admodum §. ſi
protectum ff. ad l. Aquil. l. ſi vitem §. ſi ad
ianuam ff. quòd vi aut clam l. Sabinus com-
mu. diui tex. in l. fin. ff. fin. Regun. dicit quòd
ſi quis murum iuxta regionem alterius ædi
ficare voluerit pedem derelinquat: ſi autẽ
domos, duos pedes qui text. licet loquatur
in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum ex
quo eſt ſituatus ſub rubrica fin. regun. quæ
diſponit in ruſticis l. 4. §. hoc iudicio eod. tit.
C. procedit etiam in prædijs Vrbanis per
text. in l. prima iuncta glo. C. de interdi. & l.
quidam Hiberus in verbo ad parietem ff.
de ſer. Vrban. prædio. & gloſſa in l. qui bona
§. ſi quis iuxta ff. de damn. infect. Azo. in Sũ-
ma C. de ædifi. priu. & ita tenet Cœpolla in
dicto tract. de ſeruit. Vrban. prædio. in titu.
de pariete, & in titul. de muro capi. 4. vbi di-
cit quod ſi paries eſt ligneus non debet re-
linqui dictum ſpatium, Et an a ſtillicidijs vel
à muro debet eſſe diſtans ædificium de no-
uo conſtruendum per illud ſpaciũ, & mul-
ta alia circa materiã iſtam dicit ibi Cœpol-
4 la, & quod non licet immittere tignum in
muro vicini eſt text. in l. quemadmodum §.
ſi protectum ff. ad l. Aquiliam l. quoſdã C.
de metal. libro xj. Cœpolla in dicto trac. de
ſeruit. in tit. de ſeruit. tigni cap. 30. Et de iure
5 an liceat tigna ĩ domo communi inmittere
vide Cœpoli. in d. tract. d. cap. 30. nu. 4. in d.
tit. de ſeruit. & in tit. de ſcalis nume. 5. & dic
quod arbitrio Iudicis relinquitur: Ita Me-
noch. de arbitr. Iud. libro 2. Cent. 2. caſu 157.
& ea quæ ſunt iuris ceſſant in noſtra cõſue-
tudine, nam ei ſtandum eſt cum lex ſeu cõ-
6 ſuetudo particularis in loco vincit legem
generalem in loco, ſecundum gloſſ. & Do-
ctor. in l. de quibus de legib. & in §. ex non
ſcripto Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. Et quid
ſit de iure quando principaliter fit murus in
vtilitatem meam, licet vicinus commodũ
conſequatur; Dic quod nõ tenetur tali caſu
ſoluere medietatem expenſarum ita dicit
Ang. in l. nauis ff. ad l. Rod. de iact. quem ſe-
quitur Hyppol. in conſi. 10. nu. 46. qui loqui
tur de iure communi hæc noſtra conſuetu-
do hoc diſponit ideo ei ſtandum eſt vt indi-
ſtinctè qui vult communitatem muri ædifi
cando medietatem extimationis ſoluere te
neatur. & hæc in noſtra cõſuetudine proce
dunt quando in muro vicini non apparet
ædificata porta vel feneſtra, ſi vero eſſet ædi
ficata procederent ea quæ dicta ſunt ſupra:
nam rubr. & tex. noſter hoc dicunt.

IN text. Ibi dummodo quod in muro nõ
appareat ædificata porta. noſtra conſue-
tudo, & dicta per eam in communicationẽ
murorum vicinorum procedunt dummo-
do quod in muris vicinorum non appareat
ædificata porta vel feneſtra. Et dicas qđ iſta
qualitas debet verificari per eum qui petit
7 communionem murorum: nam licet di-
ctio dummodo importet de ſui natura mo
dũ, tamen quando adiungitur ei quòd venit
implendum importat cõditionem per tex.
in l. talis §. Stichus ff. de fideiu. libertat. l. qui-
bus diebus §. termilius ff. de conditionibus,
& demonſtrat. vbi Bartol. Anton. de Butrio
in conſi. 48. Paul. Caſtren. conſi. 5. libro 1. &
in conſi. 129. libro 2. Bal. in conſilio 219. Cra
uett. in conſi. x. nu. 16. ergo verificari, & pro
bari debet talis conditio. Alex. in conſi. 119.
volum. 1. libr. 1. & conſil. 20. colum. 2. libro
ſexto Aret. in conſi. 93. Et ſcias quod talis fe
neſtra ſeu porta, antiquitus debet eſſe ędi-
ficata, & non de recenti. Nam iſtud verbum
8 antiquitus importat tempus decem anno-
rum inter præſentes, & viginti inter abſen-
tes iuxta tradita per Iaſo. in l. prima ff. de ac-
quir. poſſeſſione iuſta ea quæ dixi ſupra in
conſuetudine vnica tit. 59. Et quid dicatur
9 de iure antiquum pulchrè dicit Balbu. in
tractat. præſcrip. in prima parte, & ad hoc vt
credatur de ſollennitatibus extrinſechis in
præiudicium tertij requiritur tempus cen-
tum annorum communem dicit Iaſon in l.
cum aliquibus nu. 7. de iure. deliber. nam ge
neraliter dicitur antiquum quod dictum tẽ
pus centum annorum excedit Cagnol. in l.
Velle. in fin. ff de regul. iur. & idem vt teſtes
de auditu, & de ſama probent communem
dicit Villalob: In ſua coll. com. opin in ver-
bo antiquum nu. 104. & ſeq.

PRAETEREA intelligas hunc text.
quòd talis feneſtra nõ ſit ædificata cũ vir
ga ferrea in medio, nec ſit amplitudinis pal
mi vnius, & dimidij, & longitudinis palmo-
rum quattuor iuxta conſuetud. vnicam ſu-
pra titu. proximo nam in talibus caſibus cõ
ſuetudo noſtra procedit indiſtinctè, & di-
ctam aperturam vicinus à quo communi-
tatem muri petitur officio Iudicis illã clau-
dere tenetur vt in ea: nam vnum ſtatutum
per aliud declaratur vt ſæpè dixi, & ita ſer-
uatur, & quid ſi quis in ſuo ædificando clau
deret feneſtras, & lumina vicini obturaren
tur, an poſſit? Alber. in l. altius C. de ſerui. &
aqua dicit quòd non ſequitur Io. Mar. Rimi
nal. in conſi. 71. nu. 11. Burſat. vero in conſil.
111. volu. 1. tenet quòd in muro communi
ædificando quis feneſtras etiã magnas poſ
ſet obturare, etiã ſi de cõſenſu ſocij faceret
non

non obſtante antiquitate temporis niſi ſit præſcriptum vt ibi.per eum idem tenet Iaſ. in conſil. 98. volum. 1. nos in hoc habemus hanc noſtram conſuetudinem.

10 NOTA vlterius quòd vicinus qui perit communitatem muri renetur ſolue re medietatem æſtimationis dicti muri, & quod ſtillicidia non peruertantur nam peruertere eſſet imponere ſeruitutem, de qua ſeruitute loquitur ad plen. Cœpoll. in d. tract. de ſeruitut. in titul. de ſeruit. ſtillicid. cap. 28.

11 NOTA vltimo quòd ſi paries qui petitur communicari non ſit illius firmitatis quòd poſſit vtraque onera ſuſtinere, ædificare volens teneatur de nouo ſuis expẽſis dictum murũ ædificare firmitatis talis qui poſſit vtraque onera ſubſtinere, etiã quod ædificatio excedat pluſquam prætium dimidij muri ſed hoc non diſponitur de iure cõmuni. ſed vide Petrum de Vbald. in repet. l. cum duobus §. Papinianus colum. 49. ff. pro ſocio de muro. In iure communi loquitur text. iu l. ædes, & in l. Sabinus, & ibi gloſſa ff. commu. diuidun. & Petrus de Vbald. in d.
12 §. Papinianus col. 48. murus autem de iure communi præſumitur multis modis puta ex inditio expertorum, puta fabrorum, vel per ſigna ſeu arma familiæ. Itẽ paries inter duas domos ædificatus in dubio communis præſumitur, & alijs modis prout ſcripſit Maſcard. in tractat. de probat. in concluſio. 1144. col. 3. nume. 10. & ſequen. ex Cœpoll.
13 in tractat. ſeruit. tit. 40. & in iſta materia ſeruitutum ſcias quòd ſeruitus quæ debetur vxori debetur etiam, & eius viro. l. pater filie. ff. de ſeruit. legat. ſequitur Menoch. in tractat. præſumptio. in præſumpt. 27. nu. 5. libr. 2.

TITVLVS LXIII.

De Cloacis.

CONSVETVDO VNICA.

ITEM, pro euitanda namque ruina Cloacarum, & murorum integritate ſeruanda, ſtatuimus quòd in muris cõmunibus nulle Cloacæ ædificentur vel conſtruantur.

SVMMAE.

1 *Cloacas in muro communi nemo facere poteſt.*
2 *Peſtis ex ruina Cloacarum in ciuitatibus venit.*
3 *Cloacam diſcopertam detinens cohoperire tenetur.*
4 *Cloacas in loco proprio cuilibet facere licet.*
5 *Cloaca quid ſit.*

ITEM pro euitanda: Diuiditur: In duas partes: In prima ponit rationem deciſionis: In ſecunda decidit. ſecunda eſt ibi ſtatuimus.

SVMMATVR hoc modo. In muro communi nullus cloacas ædificare poteſt: per conſuetud. Syracuſanam cap. 1. in rubr. de faciendis furnis diſponitur quòd quilibet de ciuitate poteſt in ſuo muro furnos, centi mulos, & cloacas per duos pedes longè à muris vicinis, facere.

1 NOTA ex iſto tex. quòd nemo poteſt in muro communi cloacas ædificare & ratio aſſignatur in text. in prima parte ipſius, dum, dicit quòd pro euitãda ruina cloacarum, & murorum hoc ſtatutũ eſt, ne muri cadant, & cloacæ ruinatæ remaneant, & eis non remanentibus raro ciuitates eſſent
2 ſine peſte, propter aeris infectionem. vt dicit iuriſconſultus in l. 1. §. curauit ff. de cloacis lo: in c. qualiter. quæſt. prima, & ſic fa-
3 uore publico ideò quilibet qui habet cloacam diſcopertam poteſt cogi illas cohoperire per l. primam ff. de cloa. & l. pen. §. pen. ff. quod vi aut clam: & hinc eſſe quòd licet in loco publico non poſſit aliquid fieri in conſulto Principe, nam viæ publicę ſunt de regalijs capit. primo quæ ſint regaliæ, ſed per cloacas publicæ viç purgantur ergo quilibet poteſt eas facere dummodo viæ deteriores non fiant l. 1. in princ. ff. de via publica vide Ripam in tract. de peſte in titu. de remedijs præſeruan. contra peſtem nu. 53.

QVAERO an de iure in muro vel in loco ꝓprio liceat cuilibet facere cloa-
4 cas? dic quòd ſic per l. altius ff. de ſeruitu. & aqua vide Rip. in dicto tracta. & titu. nu. 67. Imò de iure licet eas facere in alieno dummodo quòd faciens ſit paratus ſoluere omne damnum quod vicino factum eſt d. l. 1. §. vertentur, & §. ſi quis purganti Ripa vbi ſupra nu. 69. Cœpoll. in titu. de cloacis cap. 48. verſi. quæro primo in dicto tracta. de ſeruitu. Sed per conſuetudinem noſtram nullus poteſt in communibus muris cloacas
5 facere quid autem ſit cloaca dicit text. in dicta. l. prima. §. cloaca. ff. eod. vbi dicit quod

quod eſt locus concauus per quem calluuies defluit.

TITVLVS LXIIII.

Quod meniana ſeu pennatę fieri non debeant ſuper locis publicis.

CONSVETVDO VNICA.

PRO decoranda ciuitate noſtra prouidimus quòd meniana quę excedũt muros domorum ſuper locis publicis nemo facere ſeu ædificare prę́ſumat. Et quod meniana facta quæ deſtruẽtur ab aliquo non reficiantur niſi ſecundum hoc capitulum; neque pennatas in via publica faciat niſi murus domus in quo talis pennata petitur ædificari ſit ad minus altitudinis palmorum quatuordecim: pœna inminente magiſtris conſtruentibus meniana ſeu pennatas contra formã præſentis conſuetudinis vnicæ, auri vnius Curiæ dicti Patricij Ciuitatis applicanda.

SVMMAE.

1 *Meniana, & pennate in publico an fieri poſſint: & quid de iure communi nu. 2.*
3 *Meniana an in priuato liceat facere.*
4 *Meniana gracè quomodo vocentur.*
5 *Rex Ludouicus Catinenſis.*
6 *Catina deſtructa à Fiderico ſecundo.*
7 *Pennate in Ciuitate Catan. an fieri poſſint in publico.*
8 *Regulæ an extendi poſſint.*
9 *Solum in priuato, & in publicò liberum eſſe debet.*
10 *Specularia ſeu giloſia in publico an fieri poßint. & an in priuatis ibidem.*
11 *Patricius Ciuitatis Catan. nobilis eſſe debet.*
12 *Doctor vocatur dominus.*
13 *Præceptor dominus vocatur.*
14 *Doctoratus eſt dignitas.*
15 *Doctores excuſantur a munere recipiendi milites.*
16 *Fratres Doctorum an eorum priuilegio gaudeant.*
17 *Doctores an dicantur propriè eſſe in dignitate.*
18 *Doctor dicitur ægregia perſona.*
19 *Doctor an poſſit eſſe ſpurius.*
20 *Doctor an præferatur militi.*
21 *Lector excuſatur à munere tutelæ.*
22 *Doctores de iure extorqueri non poſſunt.*
23 *Arma impune Doctores portare poſſunt.*
24 *Arma Doctorum ſunt digeſta, & codex.*
25 *Poiuilegia Doctorum in actibus militaribus ceſſant.*
16 *Doctor qui non ſtudet nec patrocinatur non gaudet priuilegię Doctoris.*

PRO decoranda Ciuitate, &c. Diuiditur iſte text. In quatuor partes. In prima ponit dictum generale circa meniana non facienda. In ſecunda aliud dictũ circa meniana facta. In tertia aliud dictum circa pennatas. In quarta, & vltima ponit pœnam: ſecunda eſt ibi, & quòd meniana: tertia ibi nec etiam pennatam: quarta, & vltima eſt ibi pœna inminenti.

1 SVMMATVR hoc modo meniana, & pennate in locis publicis fieri non poſſunt niſi iuxta formam huius tex. alias operarijs datur pœna vnciæ vnius.

NOTA primo ex iſto tex. quod meniana, & pennatæ, in publico fieri non
2 poſſunt, & facta reſtaurari non poſſunt, & de iure communi in publico ædificari poſſunt dummodo derelinquatur ſpatiũ quindecim pedum per l. meniana. C. de ædific. priuat. gloſſ. in l. Imperatores ff. de ſeruitut. Vrban. prædio. & ſic noſtra conſuetudo eſt correctoria iuris communis quia in totum ſunt prohibita in publico fieri. Item in quãtum text. prohibet refectionem antiquorũ eſt contra ius quia prohibita fieri de nouo non prohibentur refici dummodo quòd in ampliori forma non fiant cap. Iudæi, & ibi gloſſa de Iudæis, & Sarac. extra l. 1. §. opus nouum, & §. ſiquis ædificium ff. de operi. nõui nunciatione.

3 SED quid in priuatis an ſit licitũ, ea facere? conſuetudo noſtra non loquitur de eis vnde remanet in diſpoſitione iuris communis, quòd ius cõmune in priuatis eſt licitum dummodo per decem pedes à domo vicini diſtent d. l. meniana Cœpoll. in dicto tracta. ſeruitu. Vrban. prædio. in titu. de menia. cap. 61. quod tamen ibi Cœpoll. nõ placet ſed dicit ſtandum eſſe conſuetudini vel ſi de hoc non eſt conſuetudo ſtandum eſt l. fin. ff. fin. Regund. quod mihi placet: quæ autem dicantur meniana dicit tex. in dicta l. meniana C. de ędific. priua. & in l. fin. ff. fin. Regun. Cœpoll. in dicto cap. 61. nam menia-
4 na gracè *κρεμαστ*, appellantur vt dicitur in d. l. meniana.

IN

5 IN text. Ibi ciuitate noſtrá ex his verbis
poteſt colligi quod Sereniſſimus Rex Lu
douicus fuit ciuis huius ciuitaris vt ipſæ hic
dicit quia appellat ciuitatem ſuam, & non
dicit Catinam ſed per Excellentiã reliquit
nomen quia intelligitur de ciuitate Cata-
niç in qua natus fuit; Idem dicit expræſ-
ſius: in priuilegio fori incip. Ludouicus
per hæc verba diuina vt credimus natalibus
noſtris autrix Agata fuit Beata quia ſicut
nos in ſua patria naſci voluit, &c. & ſic
mea ciuitas Cataniæ fuit ſemper de meliori
bus Regni in qua reges habitabant, naſce-
bãtur, & moriebantur vt patet ex multis de
cretationibus capitulorum Regni Regum
Catinæ commorantium, & vide de laudibus
huius ciuitatis ea quæ dixi ſupra in prohe-
mio harum conſuetudinum, & ſtatuit hoc
pro decoranda ciuitate nam tempore Fide-
rici Secundi Imperatoris Regis Siciliæ fuit
6 Catina deſtructa, & præcibus Catinenſium
ordinatum à dicto Rege quòd domus pun-
tæ, & de terra fierent prout dicit Fazell. in
hiſto. Sicil. libr. 3. cap. 1. vel noſtra dicit quia
ſua ciuitas eſt, Potuit alia ratione moueri
Rex noſter ad hanc conſuet. confirmandã:
quia, & Pretori intereſt vias liberas relinqui
facere vt dicit tex. in l. ſecunda in princ. ff. ne
quid in loco publico ſicut nec aliquid in via
publica proijci poteſt per quod damnũ eue
niat vt dicit Ripa: in tract. de peſte in tit. de
re med. præſerua. contra peſt. nu. 75. & ſeq.

7 NOTA tertio quòd pennate fieri non
poſſunt in pubiico niſi domus ædifica-
ta in qua eſt pennata ſit lõgitudinis palmo-
rum quatuordecim alias ædificantes puniũ
tur pœna vnciæ vnius curiæ Spect. domini
Patricij applicanda, & tale ſtatutũ ſeu con-
ſuetudo ædificandi certo modo ſeu vſq; ad
certam menſuram valet eſt gloſ. in l. 1. C. de
ædifi. priua. & in l. qui luminibus ff. de ſerui-
tu. vrb. prædio. Duen. in regul. 33. Fall. nu. 4.
libr. 1. Quid autem ſit de iure communi in
8 priuatis, & an poſſit quis extendere tegulas,
& facere pennatam dic quod non per l. fin.
§. huius de ſeruit. Vrb. prędio. & ratio ẽ quia
ſolum vicini debet eſſe liberum vſq; ad cœ
lum l. fi. in prin. ff. de ſeruit. l. pen. §. fi. ff. quod
vi aut clam: niſi eſſet ſeruitus in poſita, quia
tunc poſſet illam facere ſecundum ſeruitu-
tem impoſitam, & non vltra citra verò redu
cere poteſt nam pacta, & diſpoſitiones ſunt
ſeruanda l. 1. §. ait prætor ff. de pactis. aut nul
la ſeruitus vel conſuetudo viget, & tunc nul
lo pacto fieri poſſunt in publico eadem ra-
tione qua etiam in priuatis: nam ſi ſolum
priuatis debet eſſe liberum: vt dixi multò
9 magis publicum l. fin. in princ. ff. de ſeruitu.
dicit Cœpoll. in d. tract. de ſeruit. in titul. de
ſtillicidijs cap. 41.

SI vero ſumus in loco publico, & tunc
ſi adeſt aliqua conſuetudo vel ſtatutum
prout nos habemus hanc, & tunc ei ſtan-
dum eſt per dictã l. 1. cum gloſſ. C. de ædific.
priuat. ſed: quod fiant dummodo quòd mu
ri ſint longitudinis palmorum quatuorde-
cim: ita expreſsè dicit Cœpoll. in d. c. 41. in
rubrica de ſtillicidio nu. 2.

10 SED an in loco publico vel priuato ſit li
citũ facere ſpecularia vulgo dictas ge-
loſias, & ſpecularia quæ ab inſpiciendo di-
cunt? vide text. in l. ſed ſi quæ §. proprietatis
vbi glo. ff. de vſufruct. dic quòd aut quis po-
nit eas in feneſtris ſuis in publico, & poteſt
aut vult ponere in communi feneſtra, & nõ
poteſt ſocio inuito per l. Sabinus ff. com. di-
uidun. aut in feneſtra aliena ne ipſę videatur
a dicta feneſtra, & non poteſt niſi eſſet ſerui
tus cõſtituta. aut in ſua propria in cõmune
cortile, & poteſt dummodo ſuum parietẽ,
& ſtillicidia non excedat ita diſtinguendo
per multa dicit Cœpoll. in dicto tractat. de
ſeruit. Vrban. prædio. in tit. de ſpeculat. cap.
licet: & in hoc text. fit mentio de vncia auri
quæ interpetratur de tarenis 30. & per iuris
conſultos non fit mentio de auro, ſed de ar-
gento vt in l. publ. §. 1. ff. depoſit. Cagno. in l.
lecta nu. 52. ff. ſi cert. petat.

NOTA vltimo in text. ibi prædicti Pa-
tricij quod aliqui libri habent domini
Patricij, & ſi hoc eſſet dictum a Rege eſſet
pro decoratione ciuitatis, & dicti offitij vo-
cando eum dominum licet à principe hoc
11 tato fiat, & hinc eſt quòd Patricius huius ci
uitatis debet eſſe nobilis, & regius miles: à
nobis tamen Dominus vocari debet quia
miles Regius, & ſic eſt nobilis ſicut dicitur
12 Doctor ex literis, & ideo dominus vocatur,
& eius vxor ab eo ſecundum gloſſam: in l.
1. in prin. ff. ſi cert. petat. & in l. 2. & ibi Bald.
C. de cõtrah. & committen. ſtipulatio. & in
l. ſancimus, & ibi D. Vlpianus C. ad Trebel.
& Soccin. in rubrica de Magiſtr. extra Dec.
in l. ſicut bonis nume. ſecundo. ff. de in ius
13 vocando. Item dominus vocatur præce-
ptor. Item Sacerdos, & in l. 1. ff. de iuſtit. &
iur. Ibi cuius meritò quis nos Sacerdotes ap
pellat. Item iuris peritus: Item pater iuris
ſecundum Card. in clem. 2. quæſt. 5. de magi
ſtris, & vide per Felyn. in rubr. de mag. &
ideo Doctores domini vocantur quia ſunt
14 in dignitate nã Doctoratus eſt dignitas quia
datur ei anulus in digito, & birrectum in ca
pite prout in hoc anno 1584. deo adiuuãte

multoties inſignia prędicta Doctoratis dedi
tanquã primus promotor de mane legẽs &
eſt com.opin. Viuius in opi. 87.vol.2 & etiã
Doctor Medicꝰ ſm Alex. in cõſ.94.nu. 1.vol.
1.Rolan. in conſ 67.nu.8.vol.3.licet apud vl
tra Montanos Magiſtri vocentur ſecundum
Soc.ĩ d.rub. de magiſtris nu 4 extra, Et ſcias
15 quod inter alia priuilegia Docto habentur
quòd ſunt exempti ab onere recipiẽdi mi-
lites in domo ſecundum Rol. Anall. in cõſ.
66.nu.36.Lau.Chirco. in cõcluſ.73. incipie.
Doctores nu. 14.Cent. 2. in 2.vol.com. opi.
fol. 19. & ibi refert communẽ opinionem
16 quod priuilegium ad Frates ſimul habitan-
tes extenditur ſecundum Natta in conſil. 1.
vol. 1. & præcisè lectoribus, & ſtudentibus
domus auferri non poſſunt, & a demõſtra-
tione, & cuſtodia ciuitatis excuſantur per
nouam reformationem ſtudij noſtri, & an
17 Doctores in dignitate dicantur eſſe propriè
vel ĩ propriè vide per Alex. in l. ex eo tẽpore
18 ff. de milit.teſtam. nam Doctor dicitur egre
gia perſona glo. in l. ad perſonas de iur.iur.
Menoch. de arbi. Iud. libr. 2. Cent. 1. caſu 70.
nu.9. Cardi. in prohemio clement. vbi dicit
19 quòd Doctor non poteſt eſſe ſpurius niſi ſit
legitimatus item Card. in clemen. & de ma
giſtris, & Fely. in c. ſuper eo de teſtibus, & vi
de Affli. in conſti. Regni diuinæ Iuſtitiæ §. cõ
ſtitutione præſenti ante nu. 6. de noua mili-
tia: qui dicit quod ſi de facto fiat Doctor na
turalis vel ſpurius poſt ponitur, oĩbus alijs,
& an debet præferri Doctor militi vel, econ
tra vide Docto. in l. Centurio ff. de vulgar. &
pupilla. Montagna in tract. de autho. magni
conſiliarij nu. 95. qui eſt in fine deciſionum
21 Boer. & nota vnũ circa hanc materiã quòd
lector, & qui poteſtatẽ exercet excuſatur ab
onere tutelæ §. & qui poteſtatẽ inſtit. de ex-
cuſ. tuto. & ibi Silueſt. & ita ego fui excuſa-
tus vti lector per cur. Patricialem in anno 1.
Ind. 1573. in menſe Auguſti.

22 ITem Doctores de iure non poſſunt tor-
queri refert communem opinionem Vi-
uius in d. opinio 87. incip. Doctoratus vol.
2. & obſeruantiam Iul. Clar. in Practica cri-
minali in q. 64. verſ. quæro an Doctores vbi
dicit quod conſuetudo contraria nõ valet.
Idem dicit Rolan. in conſ. 31. nu. 3, vol. 3. li-
cet cõtrariũ de facto ſeruetur ĩ hoc Regno.

23 ITem poſſunt impune portare arma Bar.
in l. medicos. C. de profeſſ. & med. quia
militare dicuntur l. aduocati C. de aduocat.
diuerſ. iudicio Duenas: In regula 55. incipit.
arma. limit. 7. Menoch. de arbit. iud. libro 2.
24 Cent. 4. caſu 394. nu. 74. & ibi num. 75. dicit
quod arma Doctorum ſunt ff. & C. & libri,
& multa alia Doctorum priuilegia, & lau-
des: vide per Bolog. in reper. auth. habita
C. ne filius pro patre nu. 28. & 29. in 7. vol. re
per. quæ tamen priuilegia in actibus milita-
25 ribus ceſſant vt dicit Capic. in deciſ. 27. nu.
26. Item ceſſant tempore belli peſtis, & fa-
mis l. pro tironibus C. de priuileg. dom. aug.
lib. xi. Secundum Ripam in tract. de peſte in
titul. de remediis præſeruat. contra peſt. nu.
26 184. Item Doctor qui non ſtudet neque pa
trocinatur eis non gaudet Ripa in l. 1. num.
138. ff. ſolut. matr. & non impertinenter hęc
tractaui quoniam frequenter accidunt.

TITVLVS LXV.

Quod nemo audeat intrare vineam alterius.

CONSVETVDO VNICA.

ITEM quòd nullus ciuis vel habitator ciuitatis Cataniæ vel etiam exterus, poſt bannum emiſſum dicto extero in ciuitate exiſtente vel in ea per mẽſem moráte vel conuerſante audeat intrare in vineis territorij eiuſdem æqueſter vel pedeſter: cauſa venandi vel faciendi herbas in vitis dominis ipſarum vinearum ſub pœna vnciæ vnius Regiæ curiæ ſoluendæ.

SVMMAE.

1 *Vineas alienas an quis poſſit ingredi.*
2 *Ciuis nouellus non præſumitur ſcire ſtatuta ciuitatis noua.*
3 *Ciuis nouellus non tenetur ad debita ciuitatis noua.*
4 *Bannum inducit ſcientiam.*
5 *Scientia ex fama, & uicinitate loci præſumitur, & nu 6. & quomodo nu. 8.*
7 *Ignorantia regulariter præſumitur.*
9 *Ssatutum an liget forenſes.*
10 *Bannum ligat quando eſt promulgatum.*
11 *Aedicta ſeu banna antiquitus quomodo fiebant.*
12 *Banna per quos promulgantur in ciuitate Catania.*
13 *Statutum loquens de ingredientibus vineas alienas an procedat in ingrediente, & continuante.*
14 *Statutum puniens ingredientes loca aliena an comprabendat vendemiatores.*

15 *Sta-*

15 *Statutum permittẽs animalia occidere poſſe an procedat ſi ingrediantur loca aliena.*
16 *Statutum puniens ingredientes loca aliena an procedat in ingrediente decreto nullo.*
17 *Licentia Iudicis inualida non excuſat.*
18 *Ingrediens loca aliena via deſtructa an puniatur.*
19 *Ingrediens poſſeſſionem hæreditatis iacentis an puniatur ſtatuto prohibente ingreſſum.*
20 *Extenſio in ſtatutis pænalibus an fiat ex identitate rationis.*
21 *Statutum prohibens ingreſſum locorum cauſa venandi an ſit contra ius.*
22 *Venationem in locis alienis an liceat accipere.*
23 *Iniuriarum actione an teneatur venator.*
24 *Statutum loquens de pecunia intelligitur de vſuali.*
25 *Pœna quæ ſit contra ingredientes loca aliena.*
26 *Qui non habet in bonis luit in corpus.*
27 *Pœna vltima an tollat primam.*
28 *Ingrediens loca aliena vt puniatur an debeat eſſe inuentus, & captus?*
29 *Vicini fundum dominus fructuum ingredi poteſt cauſa illos colligendi.*
30 *Terminos agrorum amouens quomodo puniatur.*

ITEM nullus,&c. Diuiditur iſte tex.In tres partes, in prima ponit vnum dictum, in ſecunda illud declarat, in tertia,& vltima ponit pœnam contrauenientibus, ſecunda eſt ibi inuitis dominis, tertia eſt ibi ſub pœna.

SVMMATVR nullus ciuis vel habitator, aut exterus per mẽſem in ciuitate morantes poſt bannum,vineas alterius intrare audeant venandi cauſa,aut herbas faciendi,ſub pœna vnc. vnius.

ISTA rubrica ſeu text. poteſt continuari hoc modo.quia intrare vineas alterius cauſa venandi vel faciendi herbas eſt quædam ſeruitus,ideò inter ſeruitutes,& ſic in materia ſeruitutum ponitur hic, prout etiã facit Cœpoll. in tractat. ſeruitutum in titu. de aucup.vbi multa de hac materia.

NOTA primo ex iſto tex. quòd nemo
1 poteſt ingredi vineas alterius exiſten-
tes in territorio ciuitatis Cataniæ,ſiue ſit ci-
uis,vel habitator vel exterus prout in text.
cauſa venandi, ſub pœna vnciæ vnius ſol-
uenda Regiæ Curię, & ſic ſecreto,prout ho
die ſeruatur qui Regiæ Curiæ procurator
eſt, & ſic per hanc conſuetudinem punitur
ciuis, itẽ, et ciuis nouellus per habitationẽ
factus de quo dixi in conſuetudine vnica ſu
2 pra tit.51. Incipit ciues. Et de iure ciuis no-
uellus non præſumitur ſcire ſtatuta,& pro-
hibitiones ciuitatis nouæ,& contraueniens
non tenetur ad pœnam in ea contentam ſe
cundum Roman. in conſi 251. num.3.& in
conſ.228.in verſic ſecundo quia Bal. in l.cũ
tos populos col.ante penu.C.de ſacro.ſanc.
eccl. Tiraq.latè in tract.de pœnis in cauſa x.
3 nu.2.Sicut etiam de iure non tenetur ad de-
bita dictæ ciuitatis antiqua refert commu-
nem opinionem:Villalob: in ſua coll.com.
opinio.In verbo ciuis nu 60.com.etiam di-
cit Soarel: in ſua coll.commu.opin. In ver-
bo ciuis nu.78.& de ciue nouello vide eun-
dem Roma.in conſi. 491.& Franc. Curt in
conſi.29.volum.2. Et ciues nouicij in ciuita
te dicuntur qui annum in ciuitate nondum
ægerunt vt dicantur ignorare ſtatuta ciui-
tatis Boer.in d.deciſio.260.Et patet ſupra in
conſue.vnica titu.55.ſub rubr. qualiter quis
effici. ciuis. Et hæc conſuetudo vult plus
quòd etiam exterus teneatur ſi per mẽſem
in ciuitate ſteterit poſt publicationem ban-
4 ni, & ratio eſt quia per bannum inducitur
ſcientia vt dicit Gram.in deciſio 36. vbi nu.
24. dicit quòd non poteſt allegari iguoran-
tia ſi eſt promulgatum ſicut etiam præſu-
5 mitur ſcientia data fama publica in ciuita-
te vt dicit Dec.in conſi. 154. Bart.in l.Celſus
ff.de vſucap. Alex.in conſi.187.nu.11. volu.
2.Duen.in regula 160.prima amplia.qui al-
legat Roman.in conſi.59. Ioſeph Ludouic.
in deciſio.103. num.10. in ſecundo volum.
6 Item ſcientia præſumitur ex vicinitate loci
& ex conuerſatione l. ſi vicinis. C. de nupt.
C.quanto de præſumpti. Crau. in conſil.85.
Dec.in conſil.220. Grammat. in d. deciſio.
36.num.14. Maſcard.in tractat.probatio.in
7 concluſ.1231.nu.11.volu 3.Regulariter ta-
men ignorantia præſæmitur, & non ſcien-
tia vt dicit Gramma.in conſi.25. in crimina-
libus Calder.conſi.4. Menoch. in conſil.74.
nume.9.licet ſecus ſit in facto proprio vt di-
cit Bello.in conſil.18.num.13.Et illud quod
dixi quòd ex fama publica aut ex banno vel
conuerſatione præſumitur ſcientia banni
8 vel ſtatuti procedit quoad puniendum quẽ
pena pecuniaria vt in caſu conſuetud. no-
ſtræ: ſecus ſi tractetur de pœna corporali.
Secundum Boſſ. in titul. de rapinis num 30.
Et an gentes in oppidis vel diſtrictu noſtræ
Ciuitatis præſumantur habere ſcientiam
banni promulgati in ciuitate? Plotus in tra-
cta. de in lit. iurando in §. 52. nume. 14. di-
cit quòd non ſed forenſis diu habitans in ali
qua ciuitate præſumitur habere ſcientiam
ſtarutorum dictæ ciuitatis Plotus vbi ſupra
§.7.nume.10 fol. 106. quòd Iáſo. in conſil.
83. primo volum. Intelligit per annum re-
fert, & ſequitur Caualc. de vſufruc.mulier.
relic.nume. 120. Boer. in dicta deciſio. 260.

quando autem prȩſumatur banni ignorantia vide Pedamont.in deciſ.71.nu.50 & ſeq.

9 ET ſic infertur ex hac cõſuetudine quod ſtatutum ligat forenſem cum ſciuerint vel ſcire potuerint iux.tex.in l.ſi.ff.de decre. ab ordi. facien.Sed an de iure exteri ligẽtur ſtatutis ciuitatum? vide Pariſ. in conſil. 159. volum.4.vide ea quæ dixi in prohemio harũ conſuetudinum in q.7. ſequitur Maſcard.in tit. de probatio. in d.concluſione 1231.nu. 6.vbi vult etiam promulgari debere cũ ſollennitatibus requiſitis,puta in noſtra ciuitate cum licentia Spect.Iuratorum, & tubicinis, & cum iſta conſuetud. à Rege Ludouico confirmata fuerit omnes exteros ligat prout in ea. Forenſis autem in dubio quis non præſumitur l. t.vbi Bart.nu.21.ff.ad municip. Et quomodo probetur quem eſſe forenſem ponit Maſcar.de proba. in concluſi. 807. vol.2.

10 IN text. Ibi poſt bannum emiſſum bene dicit text. quia tunc bannum ligat quando eſt publicatum vt dicitur per Gramma. in d.deciſio.36.Pariſ.in conſi.371.volum.4. Et proclamata debẽt fieri voce præconia vt moris eſt vt in ſecunda conſtit. circa finem. Barto.in extrauag.ad reprimen.in verbo publicè vbi dicit quòd eſt neceſſe quod præco referat ſe præconizaſſe in locis publicis, & conſuetis: dixi ſupra in prohe.in q.7. nu. 118. Et quando ſtatuta, & leges ligare incipiant vide Menoch.in tracta. de arb.iud.lib. 2.Cent.2. caſu 185. & licet ædicta olim ponebantur in albo prætoris vt per Bar. in l.& poſt ff.de iudi. & gloſſ. in auth qui ſemel C. quomodo, & quando iudex vbi dicit quòd
11 talia ædicta fiebant in quadam de albatione Prætoris: Item fiebant per vocem: Itẽ per nuntium quod magis eſt in vſu vt per Bart. & alios in l.conſentaneum C. quomodo,& quando iudex;tñ in hac noſtra cõſuetudine
12 per ſolos porterios ciuitatis (qui duo ſunt, & ſunt etiam bidelli almi ſtudij)promulgãtur,& de mãdato vnius Sp.Iuratorum.Nec aliquis officialis etiam Capitaneus armorũ vel delegatus Suæ Excellentiæ aut Capitaneus Patricius vel etiam Epiſcopus poſſunt promulgari facere banna niſi per dictos Porterios,viſis prius bannis promulgandis per Spect. Dominos Iuratos: ne ſint contra priuilegia conſuetudines aut obſeruantias noſtræ ciuitatis, & ſi ſunt contra dictas conſuetudines tunc Specta. Iurati non concedunt veniam dictum bannum promulgandi, & hoc eſt ex priuilegio dictæ ciuitatis, & ita hodie ſeruatur, ſed bannum non ligat quãdo eſt legitimè promulgatum abſentem ne que infirmum.Grammat. d. deciſio.36.nu. 23.Maſcard.in d. concluſio. 1131. nume.7. & ſequen.

13 QVAERO an hoc ſtatutum loquens de ingrediente vineas alterius procedat,& habeat locum in ægrediente,& continuante ingreſſum Pariſius in conſil. 95. nu. 16.& 12. colum.4. dicit quod non vide quæ dixi ſupra in conſuetu.1.tit.1.de iure pali,& prob.dum.nu.46.

14 ITEM quæro an ſtatutum loquens de ingredientibus vineas alterius,& eos puniẽs compræhendat vindemiatores,& meſſores aut artifices?dic quòd non ſecundum Alcia. in titu.de verborum ſignifi.in verſi.ſequens tractatus. Et an comprehendat tale ſtatutũ ingredientes vineam alterius cauſa perquirendi debitorem ſuum? vide quæ dixi ſupra titu.primo in conſuetud.prima:& an procedat contra ingredientes loca aliena cauſa perſequendi ſua animalia: vide ſupra d.cõſuet.prima titul.1. column.fin.& quid ſi ſeruum fugitiuum perquirat? vide Bal.d. in l.2. C.de ſeruis.fug in principio, & quid ſi vigo-
35 re ſtatuti quis poteſt occidere animalia in ſuo fundo reperta an poſſit ea perquirendo pro occiſione alienum fundum ingredi?vide ſupra in conſuet.1. tit.1.in fine.vide Hyppol.ſingu.225.

16 ET an ſtatutum puniens ingredientes loca alterius,habeat locũ in ingrediente ex decreto nullo?vide Iaſon. in l. iuſtè poſſidet ff.de acquir.poſſ. & cõmunis opinio eſt quod ſic quem refert Viuius in ſua coll cõmu.opinio. In opi. 287. Incip. ſtatutum di-
17 ſponens volu. primo. Nam iudicis licentia inualida non excuſat à pœna ſtatuti eſt cõmunis opinio relata per Villalob. in ſua colle.commu.opinio. In verbo iudicis.nu. 10. quod intellige de pœna pecuniaria ſecus de corporali cum quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet à pœna corporali ſecũdum Iaſo.in d.l. iuſte poſſidet in fine vide quæ dixi ſupra in prohemio propè finem.

18 ET quid ſi via publica eſſet deſtructa an ingredientes loca propè dictam vineam deſtructam incurrat in pœnam huius ſtatuti? vide ea quæ dixi ſupra in d.conſue.1.tit.1. & Bal.in l.ſi locus ff.quemad. ſeruit. admittat.dicit quòd non.

19 ET an procedat in ingrediente poſſeſſionem hȩreditatis iacentis? Bart. in l. ſi ex re §.vltimo ff.de ſtipul.ſeruo. dicit quòd nõ Menoch.vero in tracta. de recuper. poſſeſſ. in

in remed.13.num.42.contrarium tenet,qui rationi Bar.reſpondet cũ quo tranſeo,vt de lictis ouietur,& ea puniantur argu.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.

SED hæc conſuetudo loquitur expreſſè in caſu quo quis ingreditur vineas alterius cauſa venandi vel faciendi herbas: in
20 alijs an fiat extenſio ex identitate rationis cũ ſimus in ſtatutis pœnalibus? vide Doct. in auth.quas actiones C.de ſacr.ſanc.eccl. vide Iaſo. & Alexand. in l.emancipata C.qui admitti,& an ſimus in correctorijs? vide ſupra in prohem.in quæſt.7. vide ea quæ infra ſtatim dicam.

VNDE quæro an hoc ſtatutum ſit cor
21 rectorium iuris communis quatenus prohibet ciues habitatores vel exteros poſt promulgationẽ banni poſſe in genere equeſter vel pedeſter cauſa venãdi vineas alienas? dic quod ſic. Roland.a Vall.in conſ.9.volu. 2. refert communiorem opinionem Soarel: in ſua colletta.in verbo .Venator.nu.9. nam de iure venari licet: recreationis cauſa etiã in fundo alieno auibus,& caribus, non autem laqueis foueis, & retibus, & venatio fit capientis.eſt commu.opi.relata per Viu. in opin.340.incip.venari,lib.2.Clar.in §. iniuria.in verſic.quæro. vbi dicit quod de con
22 ſuetudine actione iniuriarum tenetur, & idem dicit poſt prohibitionem eſſe Rolãd. in d.conſil.9.nu.23. quando vero non interuenit prohibitio tunc licite quis ingreditur loca aliena, & lucrifaciet venationem prout refert communem opinionem Soarez: in d.coll. commu.opinio. in verbo venator nu. 11.quod ampliat etiã procedere domi-
23 no prohibente,licet ei teneatur iniuriarum actione,nam venatio eſt de iure gentium & occupanti conceditur: ita dicit Soarel: in d. loco num.9.& Clar.in d.§.iniuria dicit quod prohibitio venationis in locis eſt vſurpata. Et an dominus, & magiſtratus per proclamata poſſit prohibere venationem? vide l. primam 2. & ternam ff.de acquiren. rer.domin.Roland.in d.conſi.9.vol.2. & quid ſi faciat ſtatutum, & conſentiat populus?quòd ſic, etſi dominus ſit in quaſi poſſeſſione prohibendi per longum tempus? vide Lauren. Chirco.in concluſio.99. in 2. volum. commu.opinio.Cent 4.folio 70.qui allegat Roland.in d.conſi.9.nu.2. In Regno noſtro eſt certa prohibitio in venatione vt; in Pragmaticis eſt videre,& infra eo. ſtatim dicam.

NOTA vltimo ex hoc tex.quòd ingredientes loca aliena pro cauſis ſupradictis puniuntur pœna vnciæ vnius, & ſic ta-
24 tenorum triginta:nam ſtatutum faciẽs mẽtionem de pecunia intelligitur de vſuali loci ſecundum Pariſ.in conſi. 169. nu.26.vol. 4. & ita ſeruatur.

25 ITEM hodie vltra iſtam pœnam imponitur alia pęna criminalis ingredientibus loca aliena per principem,quia dominus locorum litteras obtinet vt ingredientes puniãtur pœna vnciarum quatuor, ſi eſt nobilis: ſi vilis perſona pœna quatuor ictium funis,& annuatim publicantur: & loquuntur generalius, & largius quàm hæc conſuetudo: & in ciuitate Panormi extat bannum Suæ Excellentiæ inſertũ in volumine Pragmaticarum ſub rubrica de pœna venato.& alio. ingredien. Pragmatica vnica æditum die 19.Aprilis octauæ Indict.1550.ſub pœna in eo contenta folio 184.Sed an ſi ingrediens non habet in bonis vt poſſit ſoluere pœnã pecuniariam, ſit liberatus? dic quod
26 non,quia de iure qui nõ habet in bonis luat in corpore l.fin.ff.de in ius vocand.l. ſi quis id quod §.in ſeruos ff. de iuriſdiction. omn. iud. Item ponit regulam cum vna ampliat. & quatuor Fallen.Duen.in regula 169. vol. 2.Incipit qui nõ habet. Vnde in tali caſu:ve
27 nit quętendum an talis vltima pœna tollat pœnã huius noſtræ conſuetudinis?vide Iul. Clar.in §.fin.quæſtio.85. in verſi.debet etiã
28 Et an debeat eſſe inuẽtus,& capt⁹? vide tex. in l.barſatorem,& ibi Doctores. C. de fide iub.Iaſonem,& Doct.in l.prima ff. de acqu. poſſeſſio.Et maximè Socc. Iunio. ibi nu.90. vide Clar.in d.Prac.crim.q.82.ſtaturũ,ſexto ſeruatur tamẽ in noſtra ciuitate quòd ſufficit quod teſtibus verificetur abſq; eo quòd ſit inuentus,& captus, & maximè quia ſtatutum hunc non loquitur de inuento: vide infra in conſuetu.vnica titu.67. & de materia huius conſuetudinis vide latè per Caſſa. ſuper conſuetu.Burgund.rubr.13.§.7. folio 334.vbi ad plenum, & in rubrica 13.§. vltimo verſ.quæro folio 378.& ibi an liceat co
29 lumbas alienas accipere,& dicit quod non. Item ibi cauſa venaudi vel faciendi herbas.aliud eſſet de iure in domino fructuum cadentium ex arboribus ſuis in fundo vicini quia poſſet in d.fundo vicini ingredi cauſa colligendi ſuos fructus. Specul.in titu. de iniuri.§.2.verſic.teſt.Bar.in l.1.in fin.ff.de glã de legen , & licet dicti fructus cadentes in fundo vicini poſſint per vicinum,& eius animalia paſculari impune per tex.in l.qui ſeruandum §.fina. & ibi Bartol.ff.de præſcript. verb.non tenetur dominus animaliũ actione in factum domino fructuum, vt ibi dicitur. Et an qui ingreſſus ſit locum alienum perſequendo inimicum ſuum,& in eo vulnera-

nerauerit teneatur pœna huius ſtatuti. vide pulchrè per Berthazol: in conſ. 122. vol. 1. in crimi. vbi concludit quòd non.

30 QVA autem pœna puniatur terminos vinearum prædiorum vel domorum amouens ſcienter ac dolo malo cauſa finiũ occupandorum: dic quòd ſi eſt perſona nobilis relegatur ad tempus: ſi vilis fuſtigatur, & ad biennium relegatur l. 2. ff. determ. mo. & quid quando non animo occupandi, & quid quando ignoranter nec animo litem confinibus ſuſcitandi: vide per Viui. in opi. 336. Incip. terminos lib. 1. vide Menoch. de arb. iud. lib. 2. Cent. 4. caſu 393. vbi latè.

TITVLVS LXVI.

De tendis non apponendis in apotecis.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD non liceat mercatoribus artificis apothecarijs, & alijs perſonis apothecas tenentibus: tendas in eiſdẽ apothecis tenere, nec reponere vltra charamides pennatarum apothecarum ipſarũ. Et quod pro regenda dicta tenda non apponantur ligna ſeu canne; ſub pœna auguſtalis vnius curiæ Patricij, & Iudicibus per ſoluenda: ſed ip ſa tenda appẽdatur in lignis ſeu charamidis prædictarum pennatarum.

SVMMAE.

1 *Tende in apothecis imponi non poſſunt.*
2 *Solum cuilibet liberum eſſe debet vſque ad cælum.*
3 *Fraus euitari debet.*
4 *Auguſtale quid dicatur.*
5 *Auguſtale a quo dicatur.*
6 *Monetam videre ad regem ſpectat.*
7 *Patricius concedit licentiam apponendi tendas in apothecis in ciuitate noſtra.*
8 *Ars vilis qua dicatur remiſſiuè.*
9 *Mercator quis dicatur remiſſiuè.*
10 *Artifex propriè dicitur qui artem aliquam de præſenti exercet.*

QVOD non liceat, &c. Diuiditur iſte text. in quatuor partes: In prima enim ponit vnum dictũ, & regulam prohibitiuam: in ſecunda aliam: in tertia ponit pœnam: in quarta, & vltima ponit modũ permiſſionis: ſecunda eſt ibi nec ponere 3. eſt ibi ſub pœna quarta, ibi ſed ipſæ tendæ.

1 SVMMATVR hoc modo, tende in apothecis poni non poſſunt vltra charamidas pennatarum, & in eis ligna non apponantur ſub pœna auguſtalis vnius ſed in tegulis ponantur.

NOTA quòd in ſummario dicitur, &
ratio duplex eſſe poteſt prima quia ſo
2 lum debet eſſe omnibus liberum vſque ad
cœlum l. fin. in princ ff. de ſeruit. & l. pen. §.
fin. ff. quod vi aut clam, & in publico etiam
procedit vt dixi ſupra in conſuetud. vnica
tit. 64. in 3. notab. vnde induceretur ſeruit⁹,
in ciuitate, & ideo prohibetur tendarum ap
poſitio, & adhuc ſumus in materia ſeruitu-
tis: alia ratio poteſt eſſe vt euitẽtur fraudes
nam tende appoſite in apothecis vmbram
maximam inter eas faciunt, & maximè in
apothecis mercatorum pannorum, & mer-
clum, & multocies panni vno colore ven-
3 duntur, & extra apparent ex alio, & fraus
ſemper euitari debet ſecundum Specul. in
titul. de inſtrum. editio. §. 3. verſic. Sed pone
ergo: clem. 1. §. fin, & ibi Card. de conceſſ.
præb. l. in fundo ff. de rei vend. clement. 1. &
ibi gloſſa, & Card. de vſur. cap. quanto de di
uort. Roland. A uall. in conſil. 75. nu. 6. in 4.
volum. & iura quæ fraudem remouent latè
interpetrari debent Dec. in conſi. 660. nu. 9.
Cœphal. in conſil. 243. nu. 34 in 2. volu. latè
Crau de identitatibus mulie. nu. 8. Becc. in
conſ. 62. nu. 18.

NOTA ſecundo quod contrauenien-
tibus huic conſuetudini imponitur pœ-
4 na vnius auguſtalis: non intelligas auguſta
le pro Palatio Imperatoris vel magiſtra-
tuum prout etiam dicunt græci

ſed intelligas de pœna pecuniaria de quo auguſtale, & prætio loquitur tex. capit. ritus 97. & ibi Doctores. quod auguſtale eſt ſublatum, & loco eius ſoluuntur expenſæ propter contumatiam citati vt in d. c. Ritus per text. in l. ſi cum §. qui in Curia ff. ſi quis cautio. prout refert Dau. ſuper dicto capit. 97. Ritus, & auguſtale eſt pecunia Carlenorum quindecim, & quatuor auguſtales faciunt vnciam vnam, & ſic tarenorum triginta vt dicit Afflict. in conſtitu. Regni Neapo. quicunque mulierem ſub rubr. ſi quis mulie.

lie.violen.pacien.&ſic eſt pœna tarenorum
ſeptem,& gran. decem prout in publicatio
ne banni de mandato Speſt. Domini Patri-
5 cij apparet, Et illud auguſtale erat dictum
ab Auguſto Imperatore quia eius imago
deſcripta erat ſicut legitur in Euangelio cu-
ius eſt imago hæc? dicunt Cæſaris: & hodie
in moneta effigies Sereniſſimi, & Inuictiſſi-
mi Catholici Regis Philippi Domini, &
patroni noſtri apparet: nam eius effigies po
6 nitur vt apparet, & ad eos tantum regulari-
ter ſpectat videre monetam prout commu
nem opinionem refert Soarel: in ſua colle.
commu.opinio. in verbo monetam nume.
7 191. & ibi per eum ſed bene licentia appo-
nendi tendas conceditur à dño Patricio ēt
contra formam huius conſuetud. Et ita ſer-
uatur, & quæ artes dicantur viles, & quæ
8 non de quibus fit mentio in tex.noſtro vide
Cœpha.in conſi.238.Thomo 2.

9 ET qui dicatur mercator dicit Cagno. in
prohe.digeſtorum nu. 53. & ibi ante cũ
Bar. Artifex autem propriè dicitur qui artē
aliquam de præſenti per ſe exercet, & non
qui per alium nec qui in preteritum exer-
cuit vt notatur in l.fin.ff.de excuſ.tutor. vbi
10 Bar.Cœpo.in l.eum qui vectigal.ff.de vecti-
galib. & artem quis dicitur nō exercere eo
ipſo quod probatur quòd per decē annos
non exercuiſſet.vt voluit Bar.in tract.de reſt.
in verbo menatorem nume. 64. & qualiter
quis probatur peritus in arte per eos qui in
eadem arte periti ſunt Ioſeph:Maſcar.in tra-
ctat.de probat.in concluſio.165. incip. arti-
fex volum.primo.

TITVLVS LXVII.

De ductu curruum.

CONSVETVDO VNICA.

CARRERIVS ſeu alia perſona currum ducens; poſt quam ad portam ciuitatis peruenerit: de curru ipſo deſcendere debeat: & in eundo, & reddeundo per ipſam ciuitatem, pedeſter vadat; dictuſq; carrerius currum ipſum poſt ſe trahat atque ducat: ſi ſecus inde fecerit pro pœna vncia auri vna, curiæ Patricij, & iudicum dictæ ciuitatis exhibeatur, & perſoluatur, & omne damnũ & intereſſe quod propterea quis incurrerit per eundem carrerium ſatisfiat.

SVMMAE.

1 *Carrerius currum ducens pedeſter ire tenetur.*
2 *Melius eſt in tempore obuenire quàm exitum expectare.*
3 *Cuſtos animalium de damno ab eis dato tenetur.*
4 *Carrerius contra veniens conſuetudini an debeat eſſe captus infraganti vt puniatur.*
5 *Plauſtra duo ſi in via ſe obuiauerint, cui ceddi debet locus.*
6 *Naues, & plauſtra tēpore belli occultans in amiſſione ipſorum punitur.*

CARRERIVS &c. Diuiditur iſte text. In tres partes. In prima ponit dictum: In ſecunda aliud: In tertia, & vltima ponit pœnã: Secunda eſt ibi dictuſq; carrerius: Tertia eſt ibi quòd ſi ſecus.

SVMMATVR hoc modo currum ducens intus ciuitatem pedeſter ante eum ire debet aliàs pœna vnciæ vnius multatur, & damna ſoluet.

NOTA quòd carrerius ingrediens ciui
tatem ſi currum ducit, pedeſter poſt ſe
illum trahere debet, & ratio poteſt eſſe
ne aliquod damnum ſequi poſſit, puta pue-
2 ros occidere vel alia animalia: nam melius
eſt in tempore obuenire quàm exitum ex-
pectare l.1.C. quando liceat: vnicuique: itē
& per bannum dictę curiæ Patricialis ſi cur
rum detinet eúm exonerando, tenetur fu-
nem vbi boues ſint ligati, ligare in Rota di-
cti currus.

NOTA ſecundo quod contraueniens
tenetur ad pœnam vnciæ vnius, & ſic
tarenorum triginta: nam ſtatutum faciens
mentionem de pecunia intelligitur de vſua
li loci vt dicit Pariſ.in conſil.169.nu.26.vol.
4.& dixi ſupra in conſuetud. vnica tit.65. &
vltra ſi damnum euenerit tenetur ad dam-
na, & intereſſe quò ad hoc idem eſt de iure
3 communi nam cuſtos animalium tenetur
de damno, & intereſſe quòd potuit per cu-
ſtodiam prouidere, & reparare l. qui merce
dem, & l.ſed de damno vbi Bar.& in l.domi
nus horreorum ff. locati, & damnũ ſemper
præſumitur culpa ſua eueniſſe prout ſcri-
bit in ſimili Maſc.in concl.265.lib.1.

SED

4 SED quæro an iſtæ carrerius contraueniens debet eſſe inuẽtus.& captus ad hoc vt puniatur an verò ſufficiat quòd ſit teſtibus conuittus: vide Doctor. in l. ſi barſatorem C. de fideiuſſo. Iaſo. & maximè. Maria. Socc. in l. 1. in fin. ff de acquiren. poſſeſſ. vide Clarum in §. fin. quæſtio. 82. ſtatuto vj. vide Dom. Cum. in cap. 60. Ritus Siciliæ nu. 3. incipi. Item ſi aliquis accuſatur de inſulto: ſed quoad damua, & intereſſe ſufficit quòd ſit teſtibus conuictus: nã tali caſu a lege communi datur pœna per ſupradicta iura, & tales carrerij vt plurimum à Magnificis Iudicibus Idiotis capiuntur.

5 QVAERIT hic Condam Dominus de Intrigliolo quid ſi duo plauſtra ſeu cutrus ad inuicem obuiantur in via publica in qua ambo non poſſunt trãſire quid iuris. Et dicit ipſæ quòd in tali caſu melior eſt conditio occupantis, & ſi non datur occupatio eſt locus gratificationi vel ſorte dirimitut niſi interueniat culpa vnius, & allegat. Cyn. in l. per agrum C. de ſeruit. & aqu. vide Ioan. de Imol. in l. flumin. ff de damn. infect.

6 ET ſcias in hac materia quod occultans plauſtra, & naues in tempore iuſti belli punitur in eis quia publicantur ſecundum Alber. de Roſa. in l. iubemus nullam. C. de ſacro. ſcnc. eccl. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubrica 2. §. primo in verbo confiſcationis verſ. 48. nu. 36. folio 90.

TITVLVS LXVIII.

Quod vilis mulier manere non debeat in conuicinio honeſtarum mulierum.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD mulier quæſtum ſui corporis faciens, vel lenocinium tractans, aut brigoſa: fuerit vel rixoſa ex conſuetudine vltra duas vices: in domo propria vel aliena habitans: ab ipſo honeſtarum mulierum conuicinio pœnitus repellatur: ad cuius rei probationem duo teſtes idonei ſufficiant etiam ſi ſingulariter teſtes ipſi deponant.

SVMMAE.

1 *Mulieres quæſtum ſui corporis facientes aut lenocinium tractantes expelluntur.*
2 *Meretrices à conuicinio honeſtarum mulierum repelluntur, & nu. 8.*
3 *Lenones a ciuitatibus expelluntur.*
4 *Lenones dicuntur viliſſimè perſonæ.*
5 *Lenones qua pœna puniantur, & quo modo probetur lenocinium.*
6 *Adulterium, & lenocinium dicuntur connexa crimina.*
7 *Scandalum euitari debet.*
8 *Mulier quæ dicatur inhoneſta.*
10 *Meretrix quæ dicatur.*
11 *Mulier inhoneſta præſumitur quando modo vnam domum, & modo aliam ingreditur.*
12 *Mulier ſi inueniatur cum manibus amaſii ad mamillas poſitis inhoneſta dicitur.*
13 *Mulier quæ aliquem cognouit non dicitur honeſta.*
14 *Meretrices propriè dicuntur qui quæſtum ſui corporis faciunt.*
15 *Mulier quando dicatur ſui corporis quæſtum facere.*
16 *Amore capta non dicitur meretrix.*
17 *Carnis delicta minus punibilia ſunt.*
18 *Mercator ex vnico actu quis non dicitur.*
19 *Solita meretrix ex quibus actibus inducatur.*
20 *Solitum ex vnico actu inducitur.*
21 *Conſuetum ex duobus actibus inducitur.*
22 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet omnia æqualiter determinare.*
23 *Expellere faciens meretricem an teneatur ad penſionem domus.*
24 *Honeſta perſona quæ dicantur.*
25 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum mulierem eſſe meretricem, & vide nu. 37.*
26 *Mulier meretrix per ſolum cognoſcentem probatur.*
27 *Teſtes ſingulares probant quãdo tendunt ad vnum finem.*
28 *Teſtes ſingulares quando probant.*
29 *Singulares teſtes ſingulariter non probant.*
30 *Teſtes in dubio an præſumantur idonei.*
31 *Bonus quilibet præſumitur niſi probetur malus.*
32 *Teſtes ſi idonei a ſtatuto requiruntur probari debet talis idoneitas.*
33 *Teſtis vnicus vt faciat ſemiplenam probationem debet eſſe omni exceptione maior.*
34 *Indicium ad torturam facit vnicus teſtis integer.*
35 *Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.*
36 *Dictio etiam implicat.*
38 *Meretrices in criminalibus à teſtimonio repelluntur, & an faciant indicium nu. 39. & 40.*
41 *Rapiens meretrices non punitur pœna l. vnica C. de rapt. virg.*
42 *Pudicitiam meretricium attentanti non punitur.*

43 *Mere-*

43 *Meretricibus inter dicitur adminiſtratio bonorum.*
44 *Meretrix non poteſt meretricem exaberedare.*
45 *Nobilitas amittitur per meretricem.*
46 *Dote priuantur meretrices.*
47 *Meretrix priuatur ſucceſſione parentum.*
48 *Meretrices ſignum apportare debent.*
49 *Veſtimenta ſerica meretrices apportare non poſſunt.*
50 *Meretrices inuite, e domibus in ius vocantur.*
51 *Meretrices tollerantur vt euitetur maius malum.*
52 *Violentiam faciens meretricibus punitur pœna mortis.*
53 *Meretrix in lupanari exiſtens an de iure cogatur ad coitum.*
54 *Concubinatus probibitus eſt.*
55 *Meretrix nupta an poſſit expelli a conuicinio mulierum bonarum.*
56 *Statutum de expellēdo mulieres inboneſtas an procedat in nupta.*
57 *Meretricem nuptam cognoſcens non punitur pœna adulterij.*
58 *Nupta luxurioſè viuens dicitur vilis.*
59 *Argumentum a rubrica babente orationem perfectam an ſumatur.*
60 *Statutum recipit interpretationem a cōſuetudine.*
61 *Statutum vltra ius aliquid operari debet.*
62 *Meretrix emendata qua peccauit in corpus ſuum an dicatur meretrix.*
63 *Filia corrupta, & emendata non poteſt exhæredari.*
64 *Semel malus quomodo. præſumatur ſemper malus.*
65 *Michael Nepita inſignis Doctor authoris patruus.*
66 *Statutum de expellendo mulierem inboneſtam an comprabendat maritum.*
67 *Statutum loquens de mulieribus comprabendat maſculos.*
68 *Maſculinum an concipiat fœminum.*
69 *Fœmininum non concipit maſculinum.*
70 *Extenſio in odioſis quando viget eadem ratio, & fauor publicus an fiat, & numero 74. & numero 75.*
71 *Statuentes quando interrogati idem dixiſſent, omiſſum pro expræſſo habetur.*
72 *Statuentium menſem attendendam.*
73 *Rixoſus non dicitur idoneus fideiuſſor, licet ſit ſoluendo.*
76 *Mulieres verboſè vocantur.*
77 *Meretricem ducens opus caritatis facit.*
78 *Meretrix an poſſit condemnatum ad mortem liberare.*
79 *Iniuri.ſus an poſſit à conuicinio expelli.*
80 *Faber a conuicinio Doctoris expellitur.*
81 *Studentes in Ciuitate Neapoli e conuicinio mulierum repelluntur.*
82 *Excommunicati repelluuntur propter nocumētum ſpūtuale.*
83 *Infecti, e ciuitatibus repelluntur.*
84 *Appellatio à ſententia desfractando non admittitur.*
85 *Mulier nupta babens rem cum clerico efficitur de foro eccleſiaſtico.*
86 *Vicini qui dicantur.*
87 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
88 *Vicini vt frates eſſe debent.*
89 *Vicinus malus dicitur hoſtis.*
90 *Vicino malos babere malum eſt.*

QVOD mulier, &c. Diuiditur iſtæ text. In tres partes, nam in prima ponit dictum contra meretrices, & lenones: in ſecūda aliud. Circa mulieres brigoſas: in tertia aliud ſuper probatione dictorum criminum. Secunda eſt ibi aut brigoſa: tertia eſt ibi ad cuius rei.

SVMMATVR mulier meretrix vel leno vel brigoſa à conuicinio honeſtarum mulierum, & perſonarum repellitur, & dictorum criminum probatio fit per teſtes, etiam ſingulares prout in text.

1 NOTA primo quod mulieres quæſtum ſui corporis facientes lenones vel brigoſe ſeu rixoſe repelluntur à conuicinio honeſtarum mulierum etiam ſi in domibus proprijs habitarent, & per conſuetudinem Panormitanam capit. 53. ſub rubr. de meretric. & infami. folio 25. diſponitur quòd meretrices, & infames, è conuicinio honeſtatum mulietum expelluntur appellatione remota ſummariè facta cognitione: & per Conſuetudin. Syracuſarum ſubrubrica: quod vilis mulier: idem diſponitur in publica meretrice vel lenono, & idem in Francia vt ſtatim dicam quando autem dicatur publica infra eodem patebit, & vide ſupra in Conſuetu. vnica titu. 3. in fine.

ET hæc conſuetudo eſt in hoc cōformis
2 iuri communi: nā de iure meretrices, à conuicinio honeſtarum mulierum expellūtur ratione honeſtatis. per text. in l nō aliter ff. de vſu, & habitat. l. contra publicam C. de re. milit. lib. 12. quem allegat Bald. in l. 2. in fin. C. de iur. emphit. Idem dicit Decius in l. ſemper in contractibus nu. 3. ff. de regu. iur. Guglielm. de Cuneo Bald. Paul. Caſtr. & Modern. in l. 2. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. & alij in capitu. 1. de vſuris libro ſettimo Foller. in Practica crimin. in verbo: item quod fuit leuo. nu. 34. Boer. in conſil. 4. numero. 53. latè Neuizan. In ſua Silua
3 nuptiali: In verbo quomodò iudicandum

3 nume. 55. & etiam de iure lenones expel-
luntur a conuicinio honeſtarum perſonarũ
imò à ciuitatibus §. primo in auth. de leno.
Ripa in tract. de peſte: nume.161. & nume.
164 nam in honeſto loco non debent col-
locari in honeſtæ perſonæ ſecundum Bald.
in auth. ſi quas ruin. colu. in verſic. ſed quę
ro. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & debent poni in
loco viliori text. eſt in capitu. præcipimus
93. diſtinct. Ludouic. Roman. in ſingul. 389.
& eſt ſimilis conſuetudo in Gallia prout re
fert Caſſan. in conſuetud Burgund. rubrica
quarta §. quinto in verbo le mary ſans verſi.
Sed quia nume. 55. & 57. folio 143. Et leno-
4 nes dicuntur viliſſimæ perſonæ, & peiores
diabolo, & ideo expelluntur ſecundum
Foller. in ſua Practiea crimin. In verbo: itẽ
quòd fuit leno eiuſdem nume. 41. & multa
contra lenones ibi, & etiam de pœna eis in-
5 fligenda & quo modo lenocinium pro-
betur, & qua pœna puniantur lenones vide
Clar. in Practiea crim. quæſt. 68. verſi. leno-
nes, & idem eſt etiam ex forma conſtitutio
nnni Regni per conſtitutionem, quę paſſim
ſub titul. de ſum mota conuerſa. inter bon.
fœm. & ibi Aſflict. & Andr. de Iſern. in con-
ſtitut. ſæpè corrumpunt, ſub titu. de mere-
tricibus, vbi meretrices, & lenones puniun-
tur per conſtitutio. Regni Penes. ſub titulo
6 de lenone: nam lenocinium, & adulte-
rium dicuntur conuicia connexa. Secun-
dum Bart. in l. is qui reus ff. de publicis iudi.
Boer. in conſi. 7. nu. 2.

PRAETEREA debent expelli ratio-
7 ne ſcandali quod euitandum eſt, vt dicit
Fely. in capit. 2. nume. 8. de præſcript. Duen.
in regula 205. volum. 2. vbi ampliat dictam
regulam 34. modis, & limitat. tribus mo-
dis: vt infra dicam. Sed an iſtæ mulieres quæ
8 ſtum ſui corporis facientes vel lenocinium
tractantes poſſint de iure expelli ex pro-
prijs domibus? dic quòd ſic per l. non aliter
cum ibi nota. ff. de vſu. & habita. Caſſan.
in loco ſupra allegato numero 57. folio
143. & noſtra conſuetudo expreſsè hoc
etiam dicit.

9 SED quæro quæ dicatur mulier inho-
neſta? Luchas de Penna. in l. ſi qua in prin
cipio C. de ſpecta. & ſcan. colu. ſecunda lib.
6. quem refert, & ſequitur Aſflict. in dicta
Conſtitu. Regni quæ paſſim vbi dicit quòd
10 mulier dicitur meretrix ſi vnus ſolus ad
eam accedit per text. in l. mariti. §. qui quæ-
ſtum ff. ad l. Iul. de adulter. & infra eodem
numero 13. dicam. Item ſi inueniatur ſo-
la cum ſolo in camera vel ſæpè ridere in-
uenitur. Ita dicit Alexand. in conſilio 13.
in fine volum. 7. Idem Alex. in conſi. 72. co.
volum. Iacob: de Butriga. in l. neque nata-
les C. de probar. quem refert Pariſ. de Pu-
teo: in tractat. ſindi. in verbo: item dixit
Iacobus de Buttigar. colum. 18. vbi dicit
quod etiam mulier probatur inhoneſta
etiam non probato actu, & motu corporis
ſed ex eo quòd ſcolares ingrediuntur do-
mum ipſius diu noctuq;.

11 PRAETEREA de iure mulier inho-
neſta præſumitur quæ modo vnam do-
mum, & modo aliam ingreditur ſecundum
Angel. in l ſi qua Illuſtris C. ad orfic. inter-
dum probatur quòd accepit pecuniam pro
meretricio ſecundum Bald. in l. idem ff. de
conditio: ob turpẽ cauſã: Gramm. in conſ.
12 58. nume. 16. Item ſi inuenitur mulier cum
manibus viri ad mamillas poſitis quia dici-
tur inhoneſta, & dote priuatur: Item & pro
pter oſculũ luxurioſum ſecundum Dec. in
rubric. C. de ędend. nume. 2. refert commu-
nem opinionem Bello. in repetit. dictæ rub.
nume. 81. Clar. in §. adulterium verſic. ſcias
etiam, & quæ dicatur meretrix dicit Card.
Alexan. in conſi. 81. penul. col. Item mere-
trix dicitur ſi per duas vices pecuniam acce
pit Roland. in conſ. 24. nu. 10 volum. primo
13 item mulier quæ aliquem cognouit non di-
citur honeſta: Grammat. deciſio. 107. nu-
mero ſecundo: Item mente corrupta li-
cet: corpore non ſit tacta capit. nec ſolo, &
capit. ſequen. 32. quæſt. vltima Alex. in dicto
conſil. 77. volum. 7. Pariſ. in conſi. 29. nume.
58. volum. 3. Sed hoc quo ad forum poli nõ
quoad forum fori, nam de occultis non ſe-
culare nec eccleſia iudicat: in caſu vero con
ſuetud. noſtræ ad hæc vt ipſa mulier repella
tur, e conuicinio honeſtarum mulierum re-
quiritur quod faciat quæſtum ſui corporis
per capitulum meretrices 32. q 4. cap. vidua
14 34. diſtin. nam propriè meretrices dicuntur
qui quæſtum ſui corporis faciunt l. atletas
§. ait prætor ff. de hijs qui not. inſam. vt per
multa dicit Menoch. in tractat. de arbitr.
iudicum libro 2. Centur. 4. caſu 318. nume.
4. vide Gramma. in d. conſil. 58. nume. 16 in
crimina. & quæ dicantur meretrices: vide
per Viu. in opinio. 257 Incipie. Raptor. lib.
primo Maſcar. in tracta. de probatio. in con
cluſi. 1063. vol. 2.

15 ET qualiter dicatur mulier ſui corpo-
ris quæſtum facere. vide eundem Alex.
in conſil. 8. colum. pen. in fin. & meretrix di-
citur quæ cum tribus habuit rem. Secun-
dũ Neuiz. in Silua nuptiali: in verbo nõ eſt
nubendum nu. 145. & vide ibi per Cum. be
16 ne verũ eſt quòd mulier quæ nimio amore
capta

capta eſſet et rem cum aliquo habuerit nõ
dicitur meretrix nec infamis quia potius di
citur furioſa: Ita per multa dicit Tiraquell.
de pœnis canſa 4. quem refert, & ſequitur
Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. Centur. 4.
caſu 328. & ibi nume. 14. dicit qnod talis
mulier non poteſt expelli à conuicinio ho-
neſtarum mulierum, & ſequitur Maſcard.
in dicta concluſio. 1063. nume. 8. & multa
de inſania amoris dicit, Neuizan. In Silu.
nupt. in verbo non eſt nubendum nume.
109. vltra Menoch. in dicto caſu 328. nam
nihil eſt vehementius amore, & dicitur quę
dam tortura intrinſeca, Cranett. in tractat.
de antiquit. tempor. part. prima nume. 46.
folio 24. In verbo propoſitum: nam Luc. de
Ponna: in l. mulieres C. de in col. libro de-
17 cimo: dicit quòd delicta carnis minus puni
bilia ſnnt, quia naturaliter inſunt ſecũdnm
glo. in l. prima §. ius naturale: in verbo con-
iunctio ff. de iuſtit. & iur. Et in caſu noſtræ
Conſuetud. obſeruatur quòd ſi conſtar: vt
in text. dicitur quòd mulier facit quæſtum
ſni corporis, patiendoſe cognoſci carnali-
rer: in eius domo vel aliena vltra duas vi-
ces, & ſic per tres vices rem cum aliquo ha-
buerit expellitur, e connicinio honeſtarum
mulierum: Idem ſeruatur in lenonibus
18 nam vnicus actus non facit quem mercato
rem ſed requiritur aſſiduitas: vt dicit Barto.
in l. maritus. §. primo ff. ad l. Iul. de adulte.
ſic etiam de iure non dicitur leno illa quæ
tantum ſemel recipit pecuniam à ſtrupato-
ribus dicit Cœpoll. in l. prima in §. idem Iu
lianus nu. 22. ff. de ædil. edicto.

QVAERO text. noſter dicit vltra
duas vices quæſtum ſui corporis fa-
ciens vel lenocinium tractans aut rixoſa, ex-
19 pellitur de iure autem quando dicatur ſo-
lita, & ex quibus actibus inducatur ſoli-
20 tum: dic quod ex vnico actu inducitur: vt
dicit Grammat. in deciſio. 107. nume. 2. l.
méla §. ſi alimenta ff. de alimen. & cibar. le-
gat. & ibi Bartol. Curt. Iun. conſil. 29. nu-
me. octauo, refert communem opinionem
Viuius in opinio. 257. volum. ſecundo re-
fert, & ſequitur Soarel: in dicta ſua collect.
commun. opinio. In verbo ſolitum nume.
21 156. Conſuetum vero per duos actus induci
tur, vt ibi per eum: per noſtram conſuetu.
ordinem aliter diſponitur prout in ea, & di-
xi: nam illa clauſula vltra duas vices in fi-
ne poſita refertur ad omnia ſupra ſpecifi-
cata capitu. ſecundo requiris de appella. ex-
22 tra; & quoties vna determinatio reſpicit
plura determinabilia debet omnia pariſor-
miter determinare l. nam hoc iure. ff. de vul
gar. & pupillat. ſubſtitu. & l. quamuis. ff. de
impub. & alijs ſubſtit. quomodo autem di-
cautur meretrices vel lenones ex conſuetu-
dine infra eod. dicam.

SED an ſi iſta meretrix leno rixoſa ex-
23 pellatur a conuicinio, expelli faciens re-
neatur ad penſionem domus domino? tex.
in l. ſi merces in §. qui fundum ff. locar.
in argumentum dicit quod ſic: ſed aliud
credo ſtante permiſſione huius conſuetud.
argument. l. nec emere. C. de iur. deliber.
maximè qnia faciens lege permittente pœ-
nam non meretur: l. Graccus ad l. Iuliam
de adulter. Et ita ſeruatur quod non ſolui-
tur penſio: In tali caſu: ab eo qui expelle-
re facit.

24 QVALITER autem de iure dican-
tnr perſonæ iſtæ honeſtæ è conuici-
nio quarum debeant expelli meretrices le-
nones, & brigoſe, vide Menoch. in libro 2.
de arbitri. iudic. Centu. prima caſu 69. Ego
credo quòd omnes dicantur honeſtè ſi non
ſunt de comprehenſis in hac conſuetudi-
ne: cum incluſio vnius ſit excluſio alterius,
& econtra capitu. non ne de præſumptio.
extra. quia tunc ſi eſſent etiam tales non ha-
berer locum hæc conſuetudo nam paria
delicta mutua compenſatione tolluntur ſi-
cut in ſimili dicit: Clar, in §. adulterium
verſic. adde quod, & dixi ſupra in conſuetu.
vnica titu, 14. & titu. 15. quid antem ſit de iu
re infra eod. dicam.

25 SECVNDO noto ex iſto teſtu: quod
ad probandum mulierem quæſtum
ſni corporis, vel lenocininm facere, aut eſ-
ſe brigoſam, duo teſtes idonei etiam ſingu
lariter deponentes ſufficinnt: idem eſt de iu
re communi: vt teſtes ſingulariter admit-
tantur, & probandum meretrices vel leno-
nes prout dicit Bald. in conſil. 107. Cœpoll.
in conſilio 50. Crauett. in conſilio 73. nu-
mero 33. Dec. in l. ob carmen in §. vult ff.
de teſt. Alexand. in conſilio 13. numero 13.
volum. 7. Boer. in deciſio. 23. numero 83.
Maſcard. d. concluſio. 1063. numero 37.
26 Imò per ſolum cognoſcentem probatur
mulier meretrix ſecundum Grammat. in
conſil. 58. nume. 17. dnmmodo quod ſit
nobilis Menoch. de arbitr. Iudic. libro 2.
Centur. 1. caſn 99. Maſcard. d. conclu. 1603.
nu. 27. alias per eoſdem qui cum ea concu-
buiſſent ex quo eſt de caſibus in quibus ſo-
cius poteſt de ſocio interrogari Natta: con-
ſilio. 105. nume. 4. Maſcard. ibidem nu. 38.
Sed meretrix publica eſt quæ talis notorie,
& communiter in aliquo vicinio, & patria
reputatur ſecundũ Caſſa. in conſuc. Burg. in

rub.4.§.2. In verbo femme marie in verſic.
non eſſet nu 8.fol.131.qui in ſimili loquitur
& ratio eſt quia teſtes ſingulariter in hoc ca
ſu tendunt ad vnum rei finem quo caſu te-
27 ſtes ſingulares probant, vtputa quem eſſe
hæreticum, eſt communis opinio relata per
Vini. in opinio.402.incip.teſtes vol. 1. Clar.
in §.fin.quæſtio.53. verſi. dixit etiam magis
communem Porti.in libro concluſ. in con-
cluſ.34.limit.prima primo libro verſ.tenen
do tamen Crauc.in d.conſi.73.qui loquitur
de probanda vita hominis Ioſeph: Ludoui.
in deciſio.9.nu.9. lib.1. Sicut etiam in mul-
28 tis alijs caſibus probant prout per Port. in
d.concl.34.lib.1.Cœpo.in d. conſi.50.com
munē dicit Laur.Chirco.in concl.84.In ver
bo teſtes Cent.4.in 2.vol.com. opin. fol.68.

29 REGVLARITER tamen teſtes ſin
gulares non probant: nam tantum pro
bant mille, quantum vnus cap.nihilominus
& ibi gloſſa 3.quæſt.9.in cap.in literis de te-
ſtibus Hyppol.in Practica crim.in §. diligen
ter Corneus in conſi.13.colun.fi. in primo
volum. Grat. in conſil. 2. quod dictum am-
pliatur multis modis vt per Port. in d. con-
cluſio.34.vol.1.

30 SED quæro an iſti teſtes deponentes ſin
gulariter ſuper meretricio vel lenocinio
præſumantur idonei: an vero requiritur
quòd probentur idonei? & primo videtur
31 quod præſumãtur idonei niſi opponatur a
parte: quia quilibet præſumitur bonus glo.
in l. cum pater §. rogo ff. de legat. ſecundo
glo.in l.fin ff.quòd met. cauſ.Ang. in l.ſcien
dum in fin.ff.de verbo.obligatio. Steph. An
frerius in rubr.de reprob.teſt. in verbo ido-
nei teſtes nu.58.Curt.Iun.in conſi.16. Affli.
in conſtit.Regni corruptelæ. Sed in contra-
32 rium eſt veritas in caſu noſtro quòd iſti te-
ſtes ſingulariter deponentes debent eſſe ido
nei omni exceptione maiores, & quòd talis
idoneitas à ſtatuto hoc requiſita debet arti-
culari, & probari aliàs non probat. ita dicit
Hyppol.in l.ſi quis ne quæſtio. nu.153. ff.de
quæſtio. Afflict.in d. conſtitu. Regni corru-
ptelæ nume. 5. de pœna iud. qui male iudi-
cant. Alex.in conſi.43 nu.20.Cœpol. in con
ſil.58.Socc.Iun.in conſi.22.vol.1.Gramma.
in conſi.35.nu.38. refert communem opi-
nionem: Viuius in ſua coll. commun.opin.
in opinio 262.volum.2.incipi. Statutum Io
ſeph Maſcard.in tract.proba. in concluſio
1360.nu.7.incip.teſtes omni exceptione ma
iores volum.3.& Zuoca.in repeti. l. fin. nu.
101. C. de ædi. Diui Adrian. tolle. quem
refert, & ſequitur Roland. in conſilio.90.
nume.13.volum.2.vbi vult quòd ad hoc vt
33 vnus teſtis qui debet eſſe omni exceptione
maior ad faciendum ſemiplenam probatio
nem probet requiritur quod articuletur, &
probetur, Et quid de vnico teſte integro &
34 omni exceptione maiore qui indicium ad
torturam facit iuxta dictum commune Ro
land. Auall.in conſi.7.nu.4.Cœpol. in conſ.
crim.40.nu.3.& Boſſi in titu. de indicijs, &
confide.ant. tortu. nu.12. & Clar. in Practi.
crimi.in quæſt.21.verſ.teſtis. vide Docto.al-
legatos per Iuli.Clar.in §.fin.quęſt. 22. poſt
Vini. in opinio. 421.volum.1. Et qui dican-
35 tur teſtes omni exceptione maiores vide ibi
dem per Clar.Cœpoll. in conſil.32. nu.3.in
criminalibus Iaſo.& Docto.in l. admonen-
di de iur.iurand.& in l.ſciant C. de teſtibus,
& Roland.in conſi.7.nu.13.volum. primo,
& conſi.50.nu.14.volum.4. Ioſeph Maſcar.
in d.tracta.proba.in concluſ.1360. nu.6 qui
dicunt quod hij dicuntur teſtes omni exce-
ptione maiores quibus nihil poteſt omni-
no opponi.

NON obſtant ea quæ ſupra adduxi pro
parte cõtraria quoniã illud quod ibi di
xi procedit regulariter, & in probatione re-
gulari, ſecus in probatione irregulari à ſta-
tuto requiſita vt dicit Afflict.in d.conſti.cor-
ruptelæ: Item in ſtatutis eſt contrarium, &
eſt communis opinio relata per d. Viui. in
d.opinio. 262. nam ſtatuti qualitates debẽt
ad vnguem verificari vt dicit Soec.in conſi-
lio 55.colum. 1.& Tiraquel.in tract. retract.
num.8. glo.7. & ſecundum ea quæ ſupra in
Præludijs in 15.quæſtio. dixi, & multo ma-
gis iſti teſtes probarent ſi conteſtes eſſent
per text.in cap.in omni negotio.de teſtibus,
36 & maximè per illam dictionem etiam, quæ
implicat caſum minus dubitalem, & expri-
mit magis dubitabilem l.etiam ff. ſolut.ma
trimo. modern. in l.prima ff.de iuriſd.om-
ni.iudic.

37 SED quęro quæ ſit alia ratio quod teſtes
ſingulares ſufficiunt ad probandum me-
retricium vel lenocinium, & idem eſt etiã
de iure vt ſupra dixi? dic quòd eſt propter
odium delictorum iſtorum, & delinquen-
tium ſicut etiam multa alia in odium mere
tricum, & lenonum introducta ſunt de iu-
re, & de conſuetudine, & propter eius infa-
38 miam, nam à teſtimonio in criminalibus re
pelluntur: vt dicit Rolan.in conſi.24.nume.
84. volum. primo, refert communem opi-
nionem Soarel: in ſua collect. commu.opi-
nio. in verbo meretrices nu.242. Clar. in §.
39 fin.quæſt.2.verſic. Item meretrix ſcommu.
etiam dicit Viui.in opin.287.incip. meretri-
ces lib.2. vbi dicit etiam quod cõcubina nõ

poteſt

poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui Amaſij: Maſc.
in tracta.probat.in concluſi. 1356. num.66.
vol.3.vbi ampliat,& limitat quid autẽ quo-
ad faciendum iudicium, maximè ſi veritas
aliter haberi non poteſt? vide quæ in ſimili
dicit Gramm in conſi.1.In crimin.& in con
ſil.35.nu.58.& Voto 25.nume.41.& nu.54.
Bald.in conſi.427.incip.quædam mulier:in
verſic. Item ad probandum indicium lib.5.
Craue.in conſil.6 nu.13. & ibi tenent quòd
ſic, vide addict. Hyeronimi Cucchali. ſupli
teta d.ad Dec. in §. item impuberis ff.de re-
gu.iur.vide omnino Roland.in conſil.5.nu.
40 38.volum.3. Et quid quando patiuntur plu-
res defectus: vide Gramma.in deciſi.58.nu.
5.in crim. vide tamen eundem Gramma.in
deciſio.71. Et an in ciuilibus poſſit teſtifi-
cari regulariter? quòd ſic l.1.ff.& C.de teſti-
bus. ſed mulieres, & multo minus meretri
ces non poſſunt eſſe teſtes in ſcriptura pri-
uata,refert magis veram opinionem Crau.
in tracta.de antiquitat. tempo.part.1.verſic.
quæritur nu.34. mulier regulariter in teſta-
mento teſtis eſſe non poteſt per l.qui teſta-
mento §.mulier ff.de teſtament.dicit com-
munem Bello.in conſi.14.nu.8. Clarus in §.
teſtamentum quæſt.55.in verſi. ſcias tamẽ
Michael Graſſ.in quæſt.6.cap.17.lib.2.in 2.
volum.commu.opinio.fol.191.vide ibi per
eum, minus ergo, meretrices. fœminè ta-
men teſtes eſſe poſſunt in teſtamento inter
liberos commu.dicit Viui. in opin.410. in-
cip.coram duobus teſtibus lib.1.vel ad pias
cauſa condito Clarus in d. §. teſtamentum
quæſt.8.verſi.2.infertur, & in quæſt.6.verſi.
tertio infertur. Item poſsũt eſſe teſtes in co-
dicillis glo.pen.in l.fin.C.de codi.gl.& Do-
cto.in d.l.qui teſtamento §. mulier de teſta.
Viui.ponit d.regulam cum d.limita.in opi.
382.incip.teſtis eſſe non poſſunt lib.1.

41 ITEM rapiens meretrices non punitur
pœna l.1.C.de rapt.virginum: Hyppolit.
in repet.d.l.nume.26.Clar.in §.raptus verſi.
quarto refert communem opinionem Vi-
uius in opinio.257. volum.1.Soarez in ver-
bo meretrix nume.137. vide tamen ibidem
Clar. & quæ infra dicam ſtante conſtitutio.
Regni de violentia meretricibus illata: pu-
nitur tamen de iure raptor mulieris inhone
ſtæ, & meretricis pœna extraordinaria Iudi
cis arbitrio eſt magis commu.opinio.relat.
per Menoch.de arbitr.iud.lib.2.Cent.3.caſu
291.nu.3.

42 ITEM attentans pudicitiam ipſarũ quia
non dicuntur pudicæ, nõ punitur nec cõ
tra eũ proceditur diſpenſatiuo modo quia
per diſpenſationem principis directam of-
ficialibus Regni habentibus merum, & mix-
tum imperium datur poteſtas procedendi
ex abrupto contra attentantes pudicitiam
honeſtarum mulierum, & virginum vt in
dictis literis poteſtatis, & in tali caſu tãtum
diſpenſat M.R.C. ſcilicet quando attẽtatur
pudicitia honeſtarum mulierum.

43 PRAETEREA meretricibus inter-
dicitur adminiſtratio bonorum ſuorum
Rola.in conſi.86.num.50.volum.2.Item &
tutela idem Roland.in conſi.86.nu.49.vol.
44 2.Item mater meretrix non poteſt filiam
exhæredare ſecundum Doct.in l.in arenam
C.de inoffic.teſtam. Item tutela filiorum
priuantur l.vnic.C. quando mulier. tut.off.
fungi poteſt: gloſſa in auth. ſacramenta pu-
berum C.ſi aduerſus vend. Menoch.de arbi.
iudic.libro 2.Cent.ſecunda caſu 151.nu.6.
45 Item & nobilitatem amittit. & ei cura-
tor dari poteſt tanquam prodigo, & non po
teſt teſtari ita Neuiz.in Sylua nupt.in verbo,
non eſt nubendum nu.23.

46 ITEM, & meretrices dote priuantur vt
dicit Dec.in rub.C.de ædẽ Clar.in §.adul
terium.Idem,& propter ſtuprum in uiduita
47 te commiſſum dicit Hyppo.in conſi.13.Itẽ
priuatur ſucceſſione bonorum prouenien
tium à patre filijs deſcendentibus ante pu-
bertatem.refert communionem opinionẽ
Villalob.in litera b.nu.21.& ſequen. & ibi
dicit quòd luxurioſe viuens patitur pœnas
omnes quas patitur, Secundò nubens: &
48 coguntur apportare ſignum. vt dicit Boer.
in conſi.4.nu.86. Decius in l.ſemper in con
tractibus nu.4.ff.de regul.iur.Item per Prag
maticam etiam vexantur non tantum de iu
re nam duæ tantum, & non vltra per ciuita-
tem ambulare poſſunt abſque comite alias
puniuntur pœna fuſtigationis: & vir comi-
tans pœna remigationis per annos duos. vt
per Pragmaticam vnicam tit.47.in §.deci-
49 moſeptimo volum.2.Item inueſtimentis,
nã ipſa ſerica apportare non poſſunt vt in d.
Pragmatica diſponitur, & lenones per Prag
maticam Condam Illuſtriſſimi Domini Io-
annis de Vega multis pœnis puniuntur.
50 Item meretrices à domibus inuite in ius
vocantur Iaſon in l.plerique ff.de in ius vo-
cando nume.16.ponit regulam Pott.14.
ampli.& 18.limit.in concluſ.201.libr.3. Sed
51 tollerantur, vt euitetur maius malum vt di-
cit Ripa in tracta.de peſte in titu.de remed.
præſcr.contra peſtem nu.164.& ſeq. Anca-
ra in conſil.68. Alex.in l.ſi adulterium cum
inceſtu §.1.de adulte.Maſcard.in tractat.de
probatio.d.concluſ.1063.nu.2.hinc quod
eis non poteſt fieri violentia alias punitur
vio-

52 violentiã faciens pœna vltimi ſupplicij ſi fue
rit confeſſus, & conuictus, & citra octo dies
per meretrices accuſatus per conſtit. Regni
quæ: Incipit omnes noſtri ſub tit. de violen.
meretricibus illata ſed ipſis cõquerentibus
de oppreſſione violenta non creditur quia.
ſunt infames infamia facti Maſcar. in d. con
cluſio. 1063. nu. 40. Berthazol: in conſ. 234.
volum. 1. in criminal. vbi concludit de iure
violentiam mulieri meretrici illatam pro-
pter coitũ, impunibilem eſſe; vel ſaltim ex-
traordinariè puniendum eſſe talem vim in-
53 ferentem: quid autem ſit de iure an mere-
trix: in lupanari poſſit cogi ad coitum: vide
Dec. in l. inuitus num. 7. ff. de regul. iur. Sed
licet de iure ciuili ſimplex fornicatio ſit
54 permiſſa toto titu. de concubinis, tamen de
iure canonico, & diuino (cui ſtãdum eſt) cõ
cubinatus eſt prohibitus etiam per conſiliũ
Tridentinum. ſeſſ. 25. de reforma. cap. 14. &
ſeſſ. 24. cap. 8 ab epiſcopo concubinarij pu-
niũtur, & talis ſimplex fornicatio a dictis iu-
ribus eſt omnino reprobata, & incurrit pec
catum mortale eam committens: Neuiza.
in ſilua nuptiali: In verbo eſt nubẽdum nu.
21. de qua vide per Iuli. Clar. in §. fornicatio.
Et hinc eſt quòd tempore neceſſitatis non
licet: eam exercere ſecundum Dec. in d. l.
quæ propter ff. de regul. iur. nu. 4. Imò Ripa
in l. ſi vnquam C. de reuoca. donatio. nu. 74.
dicit quòd eſt etiam prohibita de iure ciuili
nouiſſimo: vide nouiſſimè latè ſcripta per
Menoch. in tract. de arbitr. Iud. lib. 2. Centu.
v. caſu 818.

55 SED quærit hic Condam Doctor anti-
quus in additione an hoc ſtatutum pro-
cedat in nupta luxurioſè viuente vt è conui
cinio honeſtarum mulierum poſſit expelli
vt dicitur, & videtur primo quod ſic per l.
non ſolum cum lege ſequen. ff de vſu, & ha
bita. quæ loquitur in nupta: ſed contrarium
tenet deinde, per dicta Io. Andr. in addit. ad
Specul. in titu. de iure quem refert, & ſequi-
tur Romanus in l. ſi vero §. de viro in ſecun-
da Fallen. ff. ſolum. matrim. Alex. & Iaſ. in l.
plerique in fine ff. de in ius vocand. & reſpõ-
dent ad l. non ſolum, quę loquitur in quodã
iure fragili, & ſub illa conditione conceſſa.
facit communis opinio relata per Soarel: in
ſua colle. commu. opinio: In verbo mulie-
res num. 284. vbi vult quòd & ſi meretrices
pro debitis carcerari poſſint, tamen nõ pro-
cedit hoc in meretricibus nuptis.

56 SED ego teneo quòd hoc ſtatutum pro-
cedat etiam in dicta nupta quæſtum ſui
corporis faciente: nam noſtra conſuetudo
indiſtinctè loquitur in muliere ſui corporis
quæſtum faciente vltra duas vices, vt expel-
latur, ergo indiſtinctè debet intelligi quia
lex generaliter loquẽs generaliter debet in-
telligi l. non diſtinguemus ff. de recept. arbi.
cum ſimilibus nam iſta mulier etiã nupta
meretrix dicitur, eſt communis opinio. per
Soarel: relata in ſua coll. commu opinio. In
verbo meretricis nu. 139. Afflict. in d. conſt.
Regni quæ paſſim nu. 4. & hinc eſt quòd co
57 gnoſcens meretricem etiam nuptam non
punitur pœna adulterij prout refert cõmu-
nem opinionem Clar. in §. adulteriũ verſic.
quæro nunquid. quem refert, & ſequitur cõ
munem dicendo: Idem Soarel: in d. verbo
meretricis nu. 139. & contraria non obſtãt
quia non loquuntur prout loquitur ſtatutũ
noſtrum, niſi ſtatutum expræſſe hoc dicta-
ret prout eſt Ferrariæ, de qua mentionem
facit Barbat. in capit. paſtoralis de iudi. Item
quia militat eadem ratio ergo extenditur vt
infra dicam.

PRAETEREA rubrica noſtra dicit
58 quòd vilis mulier, & cęt. Sed iſta nupta
luxurioſè viuens dicitur vilis, & inhoneſta
l. ſtuprum ff de ritu nuptia: ſicut in matre fa
milias in concubinatu exiſtente dicit Me-
noch. de arbit. iud. libro 2. Cent. prima caſu
59 69. nu. 6. & à rubrica habente orationẽ per-
fectam arguitur vt ſupra in prooemi. in quæ-
ſtio. 3. dixi, ergo, & ita paſſim ſeruatur, & in
60 terpetratur hæc conſuetudo: & ſtatutum re
cipit interpetrationem à conſuetudine Pe-
trus de Anchara. in l. tres fratres ff. de pactis
Portius in concluſio. 24. lib. 4. in verſi. & ſta-
tutũ. ſentit Boer. in conſi. 4. nu. 60. vbi æqui-
parat nuptam meretricem meretrici, quòd
maximè procederet quando eſſet nupta ali
cui lenoni vel infami: ita ſcripſit Io. Battiſta
de ſant ſeue. in tracta. ſuo de debit. ſuſpect.
& fugi. col. 13. Marſil. in l. vni. num. 31. C de
rapt. virg. nu. 276. in fin.

61 INSVPER ſtatutum debet vltra ius
aliquid operari Iaſon in d. l. fina. de in ius
vocan quando loquitur in terminis iuris cõ
munis: & ideò dico verificatis qualitatibus
ſtatuti noſtri procederet hæc conſuetudo
etiam contra nuptam, tamen multum de-
bet verti arbitriũ iudicis in hoc fauore ma-
trimonij, cum multa in eius fauorem leges
ſtatuerint vt dicit latè Neuiz. in Silua nup.
in verbo eſt nubendum, & quòd nupta ſi eſt
meretrix, dicatur inhoneſta, & ſtatutum pu
niens violentiam mulieri illatam non com
prahendat uim inferentem mulieri mere-
trici etiam nuptæ dicit addi. ad conſi. Berta-
zol. 134. in litera b. vol. 1 in crimi.

SED

62 SED quæro quid ſi mulier emendata
fuerit de eo quòd peccauit in corpus
ſuum, & honeſtam vitam agit, & non facit
amplius quæſtum ſui corporis nec lenoci-
nium nec eſt brigoſa: an habeat locũ hoc
ſtatutum vt expelli poſſit e conuicinio hone
ſtarum mulierum? & primo videtur quòd
ſic: quia ſemel malus ſemper præſumitur
malus in eodem genere mali cap. ſemel ma
lus de regul. iur in 6. Natta in conſ. 43. nu. 3.
volum. 1. dicit Gramma. deciſio. 25. nu. 7. &
Cœphalus conſ. 82. nu. 84. vol. 1. Ioſeph. Ma
ſcat. in tracta probario. in concluſ. 1063. In-
cip. malum nu 37. iu 1. limit. vol. 2.

INCONTRARIVM eſt veritas in
muliere poſt triennium emendata per
text. §. hinc autem nobis in auth. de mona.
63 Idem in filia corrupta, & emendata quæ li-
cet poſſit à patre exhæredari propter corru
ptionem l. ſi filiam C. de inoffic. teſta. tamen
emendata non exhæredatur dicit Hyppol.
de Marſil. in l. vnica de rapt. virg. nu. 20. dicit
Roland in conſil. 63. nu. 19. vol. 3. nam vlti-
mus ſtatus attenditur vt ibi per eum, & eſt
communis opinio relata per Soarel: In ſua
colletta commu opinio. In verbo mulieres
nu. 256. Viuius in opinio. 130. incipit, filia
quæ vel primo qui etiam loquitur in patre
cui datur poteſtas exhæredandi filiam inho
neſte viuentem quia ſi emendatur non po-
teſt exhæredari: idem Maſcard. in d. conclu-
ſio. 1003. nu. 41. vbi nu. 41 vult tale dictum
habere locum quando mulier feciſſet ma-
gnam pœnitentiam, & ſe abſtinuiſſet a ma-
lis per triennium, & occaſio delinquendi
euenisſet, & a ſacerdote fidẽ haberet de ta-
li emendatione, & facit ratio quia ceſſante
cauſa ceſſat effectus cap. cum ceſſante de ap
pellat. l. quamuis § adhigere ff. de iur. patro.
Tiraquell. latè in tracta. ceſſan. cauſa nume.
215. infamie cauſſa ceſſante: nec obſtat di-
64 ctum capitulum ſemel malus de reg. iur. &
conſil. Natta. quoniam procedunt quando
non coſtaret de emendatione, & de vita bo
na in qua per triennium vixerint quia illa
præſumptio tolhtur per iſtam probationẽ
contrariam. Ita dicit Roland. in d. conſi. 65.
nu. 12. vol. 3.

QVAERIT circa hanc noſtram mate
riam ſuper iſta conſuetudinem Con-
65 dam inſignis Doctor patruus meus Micha-
el Nepita qui publicè de mane in iure ciuili
in hoc Gymnaſio per plures annos legit di-
cens ſtatutum hoc vult mulierem brigo-
ſam vltra duas vices poſſe e conuicinio ho-
neſtarum, & quietarum perſaonrum expel
li: an compræhendat matrem, & filiam ri-
xoſam, & dicit quòd ſic quia ſtatutum de
muliere loquens omnes fœminas cõpræ-
hendit ſiue ſit nupta ſiue virgo, ſiue infans
ſit l. argentum §. mulieri ff de auro. & argẽ.
66 legat. Sed dubium eſt an hoc ſtatutum cõ-
præhendat etiam maritum vel virum rixo-
ſum, & dicit quòd eſt doctrina Bartol. in l.
quemadmodum C. de agri. & cenſ. libr. xj.
dicentis quod licet lex ſiue ſtatutum pena-
le non debeat extendi cap. odia de regu. iur.
in 6. l. cum quidam. ff. de liber. & po-
ſthum. cum ſimil. & ſic loquens de mu-
67 lieribus non debet extendi ad maſculos
ſecus tamen vbi militat eadem ratio, &
extenſio etiam fit in fauorem reipublicæ,
& ideo quia reipublicæ expedit vt ſit va-
cua malis hominibus, & vt gentes quietẽ
maneant l. congruit ff. de offic. Præſid. om-
nino ergo debet extendi, quia ſi ſtatuentes
eſſent interrogati de hoc idem dixiſſent er-
go extendi debet ſecundum glo. not. in l. ta
le §. final. ff. de pact. & dato quòd per ſtatu-
tum non compræhenderentur maſculi di-
cit ipſæ venit expellendus, quia morbida fa-
cta pecus totum corrumpit ouile, & debet,
extendi cap. fin. de ſtat monac. capit. ſicur il-
lud 85. diſtin. & ciuitas non debet ab iſtis in-
quietari d. l. congruit: nam tam maſculi
quàm fœmine rixoſi ciuitates inquietanr.
& ex eis multa ſcandala naſcuntur, & ita
reſidet.

SED contra iſtud dictum videtur obſta-
re dictum Dec. in cap. cum in coniunctis
68 de elect. extra. vbi dicit quòd maſculinum,
non concipit fœmininum in odioſis etiam
quòd militet eadem ratio: Item in ſtatutis
quando diſpoſitio eſt odioſa maſculinum
non cõcipit fœmininum ſecundum Archi
diaco. poſt hoſtien. in cap. ſi quis ſuadente
179. 4. Corneus in conſi. 25. volum. 2. Alex.
in conſi. 125. volum. 1. Ruin. in conſi. 25. vol.
3. colum. 3. Dec. in l. fœminæ nu. 116. ff. de re
gul. iur. ſicut nec in contractibus refert cõ-
munem Rolandus in conſil. 76. nu. 1. vol. 3.
69 multò minus ergo fœmininum cõcipit ma
ſculinum in tali caſu cum turpiſſimum ſit
ſub fœminino vocabulo maſculinum con-
cipi vt dicit text. in l. ſi ita ſcriptum ff. de le-
gat. 2. & in l. qui duos ff. de legat. 3. & licet
regulariter maſculinum concipiat fœmini
num per iura per Port. allegata in concluſio
ne 1. lib. 2. quòd procedit etiam in ſtatutis vt
dicit idem Porcius in d. concluſio. in 8. am-
pliat. tamen limitatur vt non procedat in
odioſis: vt dicit idem Portius in dicta con-
cluſion. in d. ampliat. octaua, & per ſupra
allegata.

SED

SED hijs omnibus non obſtantibus concurro cum opinione domini Patrui mei per id quod dicit ipſæ, & quòd in odioſis
70 etiam fit extenſio quando viget eadem ratio, & fauor rei publicæ: nam tunc non dicitur cauſa odioſa, & fit extenſio etiam in materia pœnali, dicit Bar. in locis ſupra allegatis. ſcilicet in d.l. quemadmodū C. de agri. & cenſ. lib. x. Corn. in conſil. 137. lib. 4. Modern. in repetit. l. ſi quis id quòd ff. de iuriſdictio. omn. indi. Ripa in l. 2. §. ſponſa nu. 12. ff. de priuileg. cred. qui loquitur in priuilegijs (de quo tamen quoniam non militat fauor publicus an maſculinum contineat fœmininum: vide per Port. in d. concluſ. 7. in 4. ampliat.) dicit in terminis Crauett. in tracta. de antiquit. tempo. part. 4. verbo uideamus num. 7. & dato, & non conceſſo quòd eſſemus in odioſis tamen non eſt odium in rationabile: Sed rationabile quo caſu fit extenſio de vno ad aliud in caſu vbi regulariter non fieret. ſecundum Imol. in l. ſi ita ſcriptum ff. de legat. 2. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſo. & alij Doctor. in d.l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. cum proponas C de tranſactio. Curt in conſ. 9. colum. 3. Gozad. in conſi. 43. Socc. Iunio. conſ. 3. col. 1. primo volum. Ruinus in conſi. 65. col. penul. & prima volum. 3. Alex. in conſil. 148. nu. 12. vol. 6. Crauett. de antiquit. tempor. part. 4. refert magis communem Gabriel: in concluſi. 6. nu. 34. in tit. de verbo. ſignifi. folio mihi 553. vbi dicit quòd ſtatutum loquens de maſculis in tali caſu compræhendit, & extenditur ad fœminas: latè de hoc per Crauett. in dicto tractat. part. quarta in verbo videamus folio mihi 163. Port. in dicta concluſi. 7. in 3. limitat.

71 PRAETEREA facit illa potiſſima ratio quia ſi ſtatuentes de hoc interrogari eſſent, idem de maſculo dixiſſent: quo caſu procedit ſtatutum in vtroque ac ſi expræſsè loqueretur vt dicit Hyppol. in conſi. 46. nu. 28. in crim. Pariſ. in conſil. 22. num. 10. vol. 2. vbi dicit quòd habebitur pro expreſſo. Roland. in conſi. 6. nu. 23. vol. 4. vbi communẽ dicit, & hoc procedit in omnibus rebus vt dicit idem Hyppo. in d. conſi. 46. nu. 29. Beccius in conſi. 12. nu. 50.

72 ITEM facit ratio quia ſtatuentiū mens attendi debet, & non verba vt dicit Pariſ. in conſi. 20. num. 2. in 4. volum. & conſi. 22. nu. 52. Secundo volum. & tali caſu quando apparet de mente ſtatuentium fit lata interpretatio: Becc. in conſi. 62. nume. 14. nec eſt odioſum enim principalis intentio ſtatuentium attendatur, quæ fuit propter bonum publicum vt dicit Titaquell. de tetract. Lignag. §. 30. gloſſa 1. nu 5. imo fauorabile vt dixi nec etiam ſumus in correctorijs vt ſupra dixi vt per d.l. ſi conuenerit §. fin. ff. pro ſocio, & per l. æquiſſimum. C. de vſufruct. nam rixoſus de iure non dicitur idoneus
73 fideiuſſor licet ſit ſoluendo vt dicit Iaſon in l. 2. nu. 19. ff. ſolut. matrim. vbi multa alia dicit contra rixoſos, & cauilloſos: vide Socc. in conſil. 163. incip. in cauſa qua vltima col. verſi. ſuper quatto dubio Bart. in l. in bonis C. de ſacroſanct. eccleſ. Imò iniurioſus, & aliàs damnoſus expellitur vt infra dicam, &
74 quòd fiat extenſio in ſtatutis exorbitantibus, ſi continet cauſam fauorabilem, probatur in l. 2. C. per quas perſonas nob. acqu. propter identitatem rationis: ita Caſſan. ſuper Conſuetu. Burgun. in concluſ. ſecunda, & approbat: in verſiculo trigeſimaprima folio 384. dixi ſupra in prohem. in quęſt. 4. nume. 100.

ITEM corroborari poteſt illa ratione quia ſcandalum omnino eſt euitandum ne mala eueniant Fely. in cap. 2. nume. 8. de perſcriptio. Ouid ad. in conſi. 168. quę regula amplia. 3. modis per Duen. in regula 205. vol. 2. vt ſupra dixi in 1. notab.

NON obſtant quæ dicit Dec. in d. capit. cum in cunctis: quoniam procederet quando non vigeret fauor reipublicæ. Nec obſtant quæ ſupra dixi de ſtatutis odioſis vt in eis non fiat extenſio de fœminino ad ma
75 ſculinum, quoniā vltra quòd non ſumus in odioſis, dato quòd eſſem' procedit in odio inrationabili ſecus in odio rationabili vt hic & ſupra dixi, Et ex eis dico quòd vir brigoſus vel leno poteſt expelli, a conuicinio honeſtarum mulierum ſicut, & tales mulieres per ſupradicta, & per ea quæ infra dicam, & ideo tex. noſter loquitur de mulierib' quia ipſæ vt plurimum ſunt lenones, & rixoſæ
76 quia mulieres verboſas vocat Diuus Paulus in Epiſto. ad Thimot. cap. 5. de quo mentionem facit Menoch. in conſi. 65. nu. 26. nō quòd per hoc vellet excludere viros per rationes ſupra citatos.

77 ET ſcias in hac materia meretricū, quòd ducens meretricem in vxorem in remiſſionem peccatorum proficit quòd agit, & inter opera charitatis iſte actus connumeratur cap. inter opera charitatis extra de ſponſa. & cap. non eſt culpandus 24. quæſt. 1. Et
78 an meretrix poſſit condemnatum ad mortem liberare: vide per Caſſan. ſuper conſuetu. Burgun. rubr. prima §. 5. in verb. Saul. cunonret in verſicu. duodecimus nu 96. & ſeq.

ſeq. fol. 53. vbi dicit quòd ſic, & ita ſeruatur
in Hiſpania, vt refert Viu. in lib. com. opi. In
verbo condemnatus ad mortem verſ. 3. et
vol. 1. Sed in Ducatu Mediolani non ſeruan
tur ſupradicta dicit Clar. in Pract. crimi. § fi.
q. 98. verſ. quæro etiam nec etiã in Sicilia ſer
uatur: & Caſſ. in loco pra allegato multa di-
cit de mulieribus allegat. Tiraqu. de legibus
connubialibus & Neuiz. in Silua nuptia. &
Bertand. in conſ. 126. Sed adde tu quòd mul
ta bona ẽt mulieres habent, prout per Neui
za in d. Silua nuptia. in verbo eſt nubendũ.

SED quæro an de iure aliæ perſonæ poſ-
ſint expelli à cõuicinio? & dic quòd ſic,
79 Et primo põt expelli quilibet iniurioſus vel
ali às damnoſus per d. l. ſi conuenerit §. fi. ff.
80 pro ſoc. Item faber vel alius moleſtus, vt pu
ta priſtinum a conuicinio Doctoris vel ſtu-
dẽtum ſecundum Bart. in l. 1. Circa finem ff.
ſolu. matr. & ibi Docto. & Iaſo. nu 46. Gug.
de Cuneo in l. 2. C. de Sum. Trin. & Fid Ca-
tho. refert communem opinionem Soarel:
in ſua coll. com. opin. In verbo faber nu. 2.
tam legentiũ quam non com. dicit etiã in
ſcolaribus Viu. in opin. 88. Incip. Doctores:
lib. 1. de quo tamen: vide per Menoch. de ar
bitr. iud. lib. 2. Cent 3. caſu 237. vbi etiam di-
cit quòd Doctor poteſt expellere diſciplina
tos ſi alta voce canunt, Itẽ faber impeditur
per ægrotũ vicinũ. Doctores ſupra citati, &
ita ſeruatur; & etiam per Medicos, aduoca-
tos, & his ſimilibus expelli poſſunt Tiraqu.
de nobili. cap. 29. nu. 13.

81 ITEM expelluntur in Ciuitate Neapolis
ſtudentes, à conuicinio honeſtarum mu-
lierum, & in hac Ciuitate Cata. ex conſue-
tudine non ſcripta, prout eſt decifio in Bãca
Sp. D. Iuratorum huius Ciuitatis per votum
D. Iudicum ordinariorum inter Condã de
tabuſio, & ſtudentes. die 23. Octobris: vj.
Ind. 1532. Sed per nouã reformationem eis
domus auferri nõ poſſunt, & ideò hodie nõ
debent expelli: vide tamẽ quæ dixi ſupra in
prohemio in q. 13. in verſ. Item eſt alia, & de
priſtino expellendo e conuicinio ſtudẽtum
fuit deciſum in Curia Patriciali: In Mẽſe Iu
lij 1579. In cauſa illius de Macri per dicta Ia
ſo. in l. 1. ſolut. matri. nu 17. & Ripa nu. 136.
hæc, & alia dicit moderniſſimus Vincentius
Carocius: In tracta. de loca. & condu. l. 2. in
rub. de profeſſ. & medi.

82 ITem excommunicati expelluntur pro-
pter nocumentum ſpirituale Abb. in c. ſa
cris quòd metus cauſa Boer. in cõſ. 4. nu. 6. fa
cit quia excommunicatus nõ dicitur vir bo
nus Soc. in conſ. 45. col. 2. verſ. quis autẽ du-
bitat. In 1. volu. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2.
83 Cent. prima caſ. 169. nu. 10. Item, & peſtilẽti
morbo laborantes: vt dicit Boer. in d. conſi.
4. nu. 53. Rip. in tract. de peſte: in titu. de re-
med. ad conſeruan. vbertat.

VLterius quæro quis exequitur hanc cõ
ſuetudinẽ: dic Spect. Dom. Capitaneus,
Patricius, vel Sp. Do. Iurati, & Iudices Capi-
tanei, & Patricii, & quilibet ipſorũ qui per
iniunctionem penalem mandant talibus p
ſonis quod sfractent infra breuiſſimũ tẽpus
puta dierũ duorum, prout obſeruatur per il
lud verbũ in tex poſitum penitus, quòd im-
portat ipſo iure, & latam ſententiã Corn. in
conſ. 312. lib. 3. Tiraq. in l. ſi vnquã: in verbo
reuertantur nu. 105. à qua iniunctione deſ-
84 frattando, & à tali ſententia non appellatur
vt dicit Bal. in l. vni. C. de mont poſeſſ. Gram.
in deciſ. 58. nu. 15. & in conſ. 111. in fine in ci
uilibus, & ideò ſtatim exequuntur tales in-
iunctiones desfrattando etiam e domibus
(ſi opus fuerit) bona eijciendo.

85 ET ſcias vltrà quòd mulier nupta hñs rẽ
cũ clerico efficitur de foro eccleſ. Fel. ĩ c.
cũ ſit de foro competẽ: & idẽ in laico habẽ-
te rẽ cũ moniali vt ibi p Foly. ĩ add. ad Dec.
in l. fœminæ in litera b. nu. 91. ff. de reg. iur.
Clar. ĩ §. ſacrilegiũ Imò, & ſi cũ laico mulier
habet rẽ continuam quia concubinã in dò-
mo detinet dimittitur, & cognoſcitur per iu
dicẽ eccleſiaſticũ vt in c. 8. ſeſſ. 24. ſacroſ. cõſ.
Tridẽ. & ẽt crimen adulterij cognoſcitur p
iudicẽ eccleſiaſt. cũ ſit crimẽ miſti fori cõmunẽ
dicit Clar. in § adulteriũ in verſ. itẽ crimẽ, &
vide eundẽ Clar. in §. fornicatio. Et q̃ ſit poe
na clerici publici concubinarij, & an efficiã-
tur in regulares vide Viu. in opi. 55. incip. cõ
cubinarius lib. 2. vbi dicit eſſe ipſo iure ſuſpẽ
ſum, & ſi celebret inregularis efficitur, &
com. in iudicando, & conſulẽdo. dicit quod
magis com. ibi per eum alleg. Cla. in § forni
catio vbi de ſimplici fornicatione: In Pract.
crim. & quæ ſit poena cõmittentis rẽ cũ nu-
pta: vide Clar. in §. adulteriũ in d. Prac. crim.
vide c. 14. ſeſſ. 25. in Sacroſ. conſ. Triden.

86 SED quid dicatur conuicinium, & vicini
quomodo dicãt: vide pulchrè p Menoch.
de arbitr. iud. libr. 2. Cent. 3. caſu 222. nu. 15.
87 & ſeq. Et ſcias quòd vicin⁹ præſumitur ſcire
facta vicini Duen. in reg. 237. ĩ 2. vol. Et ſi eſt
malè famẽ pro furto vicini torquetur put
88 ego dixi in cõſue. 8. tit. 1. nã vicini debẽt eſſe
vt fratres inuicẽ gratificantes dicit Flora in
l. Imperatores de ſerui. Vrba. prædio. Cagn.
in prohœmio digeſtorũ in verbo hic ponit
89 nu. 204. Sed intellige de bonis quoniã mal⁹

vicinus dicitur hoſtis familiaris: Secundum
90 Mantuam: In conſi. 314. nu. 29. nam damnũ
eſt habere malos vicinos Cagn. in repet. l. 2.
in verſi. poſt deinde nu. 293. ff. de origine iuris Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſump. 83. nu. 10.

TITVLVS LXIX

De probanda conſanguinitate.

CONSVETVDINE VNICA

COGNATIO, & agnatio: in aſcendentibus, & collateralibus: probari ſufficiat ex tenuta tractatione, & vocatione tantum, & quod cõſanguinei ad probationem huiuſmodi pœnitus admittantur.

SVMMAE.

1 *Agnatio, & cognatio quomodo probetur.*
2 *Filiatio quomodo probetur, & nu. 4 & nu. 5.*
3 *Vxor, & maritus quomodo probentur.*
4 *Agnati qui dicantur, & qui cognati.*
7 *Conſanguinei an admittantur ad teſtificandum pro agnatione, & cognatione probanda.*
8 *Affinitas quomodo probetur.*
9 *Probatio per ſtatutum requiſita an admittatur in Curia Epiſcopale.*

COGNATIO &c. Diuiditur in duas partes: In prima ponit dictum vnum: in ſecunda aliud: ſecunda eſt ibi, & quod.

SVmmatur cognatio, & agnatio in aſcendentibus, & deſcendentibus per tractatũ vocationem, & tenutam probatur, & cõſanguinei admittuntur in tali probatione.

1 NOTA quòd agnatio, & cognatio in aſcendentibus, & collateralibus probatur ex tenuta, & tractatu, & vocatione de iure autem aliud ẽ, quia agnatio, & cognatio difficilis eſt probationis. Dec. in cõſ. 195. pro reſolutione: in principio, & num. 6. teſtatur Anch. in conſi. 52. Alexan. in conſi 90. nu. 8. vol. 6 & ſenſit Aret. in conſi. 31. poſt nume. 1. verſi. venio igitur Abba. in conſ. 83. nu. 7. & inter omnes iuriſtas princeps Barto. ſeſe nobis offert: in tract. de teſtib. in verbo hãc eadem rem nu. 29. & ideò probari debet de communi ſtipite, & à primis parentibus, & gradus diſtincti capit. licet ex quadam de teſtibus extra Corſett in ſingul. 324. Dec in conſi. 321. nu. 7. pulchrè, & copioſè Tiraqu. de retract. Lignag. §. 1. gloſſ. 16 me. nu. 1. Et conſanguinitas; cum difficilis ſit probationis per coniecturas præſumptiones, & inditia probari poteſt. Alex. d. conſ. 90. col. 2. volum. 6. Socc. in conſi. 89. col. 2. volu. 1. Idem Dec. in conſi. 595. nu. 1. Iaſ. in conſi 214 col. 4. vol. 1. Idem Alexan. in conſ. 4. nu 22. & in conſi. 281 nu. 4. vol. 2. Et quid in deſcendentibus? text. noſter de eis non loquitur vnde ſtabitur iuris communis diſpoſitioni: vide eundem Tiraqu. in d. §. 1. glo. 16. & Dec. in d. conſi. 321. Et quid in antiquis? vide latè per Ioſeph. Maſcard. in tract. de probatio. In cõcluſio. 409. & ſeq. incip. conſanguinitas lib. 2. & in conſilio 73. Incip. Agnatus qui vol.
1. Quomodo autem probetur quẽ eſſe pa-
2 trem, & quomodo probetur vxor vel mari
3 tus: vide Tiraqu. in d. loco nu. 2. Et poſſeſſio
filiationis quomodo probetur, dic quòd ex
tractatu paterno in tãtum quòd aduerſario
incumbit onus probandi contrarium: ſecũ-
dum Rolan. in conſ. 49. nu. 13. vol. 4. Et de iu
4 re filiatio ſicut probatur ex præſumptioni-
bus ex parte patris, ita etiam ex parte matris
refert communem opinionem Villalob:
In ſua coll. commu. opinio. In verbo filiatio
5 nu. 62. Maſcard. de probat. in concluſ. 288.
vol. 2. & ex parte patris difficilis eſt probationis, eſt com. opin. quam refert idem Ioſeph: Maſcard. de probat. in concluſio. 287. volu. 2. & quomodo probetur filiatio: vide Villalob: In loco ſupra allegato nu. 152 & nu. 153. latè per Menoch. in tract. de arbitr. iudi. lib. 2. Cent. 1. caſu 89. & latius per eundem Maſc. in concluſ. 790. & ſeq. & in antiquis an ſufficiant teſtes de fama, & de auditu: vide Tiraqu. in loco ſupra citato nu. 7. & Vrſill. ſuper Deciſ. Affl. 25 nu. 7.

6 QVI autem dicãtur agnati, & qui cognati: vide tex. in §. 1. Inſtit. de legit. tutor, & §. 7. Inſtitu. de legi. agnat. ſucceſſio. & ibi Angel. & Silueſtr. & ibi an ſit ſublata differentia in ſucceſſione inter agnatos, & cognatos, & qui dicantur aſcendentes, & qui deſcendentes, & qui collaterales: vide in titu. de grad. affinit. inſtit. & ibi arborem, & quomodo capiatur gradus de iure ciuili, & quomodo de iure canonico: ibi etiam dicitur, & dixi ſuprà in conſuetudine ſecunda titul. 40. & in Conſuetudine: vnica ſupra titu. decimo ſub rubr. ad quos debeant peruenire, &c.

7 NOta ſecũdo quòd ad probationẽ huiuſmodi cognationis, & agnationis admittuntur

tuntur

runtur cōſanguinei, & ratio poteſt eſſe quia melius præſumuntur ſcire cōſanguinitatē: cum conſanguineus præſumatur ſcire facta cōſanguineorum.per tex.in l. octaui ff.vnd. cognat.l.de tutela C.de in integr reſtitutio. l.filium C.de libera.cauſa. Abb.& Fely.in c. cum in tua nu.2.de ſponſalit. Ioſeph: Maſc. de probat.concluſ.410.nu.33. lib.2. vbi latè
3 de probanda conſanguinitate. quomodo autem probetur affinitatis gradus, dic quòd probatur per duos teſtes c.quoties, de teſtibus latè per Maſcard.in d. tracta.de probat. in concluſ.844.vol.2.

SED quæro an iſta probatio requiſita per hanc conſuetudinem admittatur, in curia epiſcopali an vero ſtetur diſpoſitioni iuris cōmunis? dic quòd nō; ſed ſtabimus iuri communi, nā ſtatuta laicorū nō ligant cleri cos, nec eccleſiam: c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.extra, & hic videmus in Practica quòd in dicta noſtra epiſcopali curia, in probatione agnationis, & cognationis probatur cōſanguinitas per gradus diſtinctos: Itē, quia in fine harum conſuetudinum dicitur iuribus eccleſiæ ſemper ſaluis: conſidera tamen, & vide ea quæ dixi ſupra: In prohœm. in quæſt.xj.

TITVLVS LXX.

Vſq; ad quam ſummam arneſij licitum ſit in dotem promittere, & dotare.

CONSVETVDO VNICA.

QVod nemini ciui ciuitatis Cataniæ cuiuſcunq; cōditionis, & gradus exiſtat, licitum ſit vltra quātitatem vnciarum auri triginta quinque in arneſio promittere neq; dare; quòd ſi ſecus fecerit, & peruenerit caſus reſtitutionis dotis ipſum arneſiū vltra dictam quantitatē maritus lucrifaciat ipſo facto: nulla actione ſeruata ei cui competere poſſit ratione reſtitutionis arneſij ſupradicti: cui cōſuetudini renūntiari non poſſit, etiā ſi in hoc ſacramentum interuenerit nulla accuſatione ratione iuramenti prædicti ſeruata.

SVMMAE.

1 *Arneſii quantitas quanta promitti poſſit.nu.3.*
2 *Arneſium quid ſit.*
3 *Statutum quòd in arneſio in dotem nō poſſit promitti niſi vſq; ad certam ſummam an valeat.*
5 *Priuilegio ciuitati conceſſo renuntiari non poteſt.*
6 *Princeps an poſſit ſuper iuramento diſpenſare.*
7 *Dilacio quinquennalis an poſſit a principe concedi ſuper debito iurato.*
8 *Statutum an poſſit ſuper iuramento diſponere.*
9 *Iuramentum licet directè per ſtatutum tolli non poſſit, indirectè tamen poteſt.*
10 *Statutum poteſt prohibere ne iuretur ſuper contractibus.*
11 *Iudex ſecularis an poſſit contractum iuratum nullum declarare.*
12 *Periurus in cōtractu an poſſit de periurio accuſari.*
13 *Reipublicæ intereſt locupletes habere gentes.*

QVOD nemini ciui, &c. Diuiditur: In quatuor partes: In prima enim ponit vnum dictum: In ſecunda aliud: in tertia ſecundum dictum ampliat: In 4. & vltima ponit aliud dictum ſecunda eſt ibi quòd ſi ſecus, tertia: Ibi, cui conſuetudini 4. Ibi nulla accuſatione.

1 SVmmatur nullus ciuis poteſt promittere vel dare in dotē pro arneſio vltra quantitatē vnciarum triginta quinq; quòd ſi fiat lucrifaciat vir cui conſuetudini renuntiari non poſſit etiam cum iuramento.

NOTA quòd licet alicui ciui noſtrę ciuitatis in dotē dare vel promittere in arneſio vnc. trigintaquinq;: & hæc conſuetudo loquitur tam in maſculis quam in fœminis per illam dictionem cuiuſcunq; gradus, & ſic tollitur diſputatio, an in ſtatutis maſculinum concipiat fœmininum vel econtra, de quo dixi ſupra in conſuetu.vnica tit. 68. Incip. quòd vilis mulier. &c. & per Gabriel: in concluſio.6.lib.6.num.25. & 26. in tit.de verbo.ſignif. Et dic quòd arneſium eſt
2 ornamentum domorum, & ſtiuilia vltra raubas, & para fernaliat dicūtur bona apportata extra dotem ab vxore viro, quæ aliquando tranſeunt in dominum viri, aliquādo nō.vt in l.ſi ego §.dotis ff. de iur. dot.regulariter tamen non ſunt in dominio viri verè, adminiſtratio verò eſt apud maritum l.ſi ego §. dotis ff. de iur. doti. & l. vltima. C.de pact. conue. alia verò bona extra dotem ſunt quæ mulier apud ſe retinet in quibus. viro nec dominium nec admini-

ſtrationem concedit.vt declarant glo.in dd.
legibus alleg. Et quando bona præſumantur dotalia quando parafrenalia,& quando
extra dotem dicit Menoch.de prę́ſump.lib,
lib.3.præſump.8.

5 NOTA ſecundo quòd non poteſt dari nec promitti arneſium vltra quantitatem vnc. triginta quinque.vt in text. & ſi
datur lucrifacit vir, & non tenetur reſtituere tempore reſtitutionis dotis?quorum autem fieri debet reſtitutio dotis,dicitur in cõ
ſuetu.vnic. incip. poſt mortem ſupra tit.14.
in titu.de reſtitut.dotis,& in conſuetu.vni.c
tit.15.in fine.

4 SED an hæc conſuetudo valeat, & quidem primo videtur quòd non quia eſt
contra libertatem matrimonij, per capitulum gemma,& c.cum locum de ſponſa.ex.
cum ſimilibus Alexand. in conſil. 97. nu.2.
volum. 1. Curt. Senior. in conſil. 27. nu. 3.
Clar. in §. fin. in Practic. crimin. quæſt. 82.
ſtatu. tertio.

IN contrarium eſt veritas quòd imò hæc
conſuetudo ſit valida quia non eſt contra
ſubſtantiam matrimonij ſed circa dotem
quo caſu valet vt dicit Abbas:in capit.1.col.
2.de ſponſalibus,& matrimo.Clar. in d.§.fi.
d.quæſt.82.ſtatut.3.in fine ex Pariſio.in con
ſil.29.nu.34.lib.3.

NOTA vltimo quòd huic conſuetudini non poteſt renuntiari etiam cum
iuramento: ita per eam mandatur, & eſt
hoc conforme iuri communi quia ſtatutis
prohibitorijs renuntiari non poteſt ſecundum glo.commu. approbatam in l.1. ne fideiuſ.dot.dent.comm.dicit Michael.Graſſ.
in coll.commu opin.lib.2.cap.3 quæſt.3.in
2.vol.commu.opin.fol.103.ſicut etiam non
5 poteſt renuntiati priuilegio conceſſo ciuitati,& non ciuibus Grammar. in conſil.12.
ſecus autem ſi ciuibus quia quilibet fauori
ſuo, & priuilegio ſuo renuntiare poteſt l. ſi
quis in conſcribendo C.de pact. notant Doctor.in d.l. ſiquis, & prout in priuilegio fori
noſtrę ciuitatis quod poteſt renuntiari vt in
eo patet,& dixi ſupra in conſuet.vnica titu.
53.nu.51.ſub rub.qualiter quis efficia.ciuis.

6 SED quæro an hoc ſtatutum,& princeps
poſſit ſuper iuramento diſponere cũ tractetur de re ſpirituali,de qua ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit,arg.cap. ſolite de maior.& obedien.& Docto. in rubr. de iur.iurand.extra.communem dicit Pariſ. in conſilio 16.nu.89. volum.2. & in conſil 96. nu.
102. volum.1. Roland. Auall. in conſil.31.
nu.13.volum.2.vbi dicit quòd princeps non
7 poteſt concedere dilaciones quinquennales contra cõtractus iuratos.vide plenè per
Gramma.in deciſio.12.nu.16.& Guid. Papa
in deciſio.194. & deciſio 178. vbi dicunt
quòd princeps poteſt ſuper iuramento diſponere Alexan.pulchrè in conſi.153.nu.9.
volu. 7. vide Iaſo.in l. quoties C. de præcib.
8 impera.offer. Sed bene per ſtatutum maximè confirmatum fieri poteſt quòd actio ex
tali contractu non detur,prout in noſtra cõ
ſuetudine dicitur,& ſic vt impediatur natio
actionis,vel quando ſtatutum præſupponit
contractum doloſum:vide Iaſo. in auth. ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.credito.Pariſ.in d. conſilio 96. nu.102. volum.1. Alex.
in d.conſi.131.nu.6.& nu.12.volum.3. & in
conſi.18. volum.6. & dixi ſupra in conſuet.
9 vnica tit.5. nam licet directè per ſtatutũ iuramentum tolli non poſſit,tamen indirectè
tolli poteſt eſt communis opinio relata per
Michael:Graſſ.in quæſtio.4. capit. 3. in fine
libro primo in 2.vol.commu.opin.fol.104.
10 & ſtatutum lex vel princeps poteſt prohibere quòd non iuretur ſuper cõtractibus.Docto. communiter in c. laicus de ſoro comp.
com.dicit Viuius in opinio.300.incip. ſtatutum lex: lib. 1.

12 ET an etiam iudex ſecularis poſſit declarare talem contractum nullum,ſi non
interueniãt ſolẽnitates requiſitæ? vide duas
magis communes opiniones relatas per
Alex.vnam in conſi.151. volum.7. vbi dicit
quòd ſic. Et aliam in conſi.18.lib.1.vbi dicit
quod non,& pro concordia: vide Curt. Iuniorem in conſil.18.Sed an talis iurans poſſit cogi coram iudice eccleſiaſtico iuramentum ſeruare: vide Alexan.in conſil. 59. nu.
5.volum.primo.

PRAETEREA per noſtram conſuetudinem aliud ordinatur, quòd etiam ſi
quis cũ iuramẽto ſe obligat reſtituere,ſi nõ
reſtituit licet contraueniat iuramento non
12 tamen de periuro accuſari poteſt,& per Ritum etiam per iurans in contractibus non
punitur ſed ſolum Deum vltorẽ habet,prour in cap.158.d.Ritus diſponitur,& concordat cum iure communi cum glo. in §.Item
ſiquis poſtulante,inſtit. de actionibus, & in
l.quòd deferente,& l.ſequen. ff. de dolo. &
l.1.C.de reb.cred. & ratio huius conſuetudinis potuit eſſe ne gentes in faciendo, & præparando arneſium pro eo in dotem dando,
& non pecuniam,non poſſent bene viuere,
13 & reipublicè intereſt ſub ſe locupletes habere perſonas vt in l. 1. ff. ſolut. matri. dicit
Ripa

Ripa, & ibi Doctor. Et ſi tota dos in arneſio daretur vir non poteſt onera matrimonij ſubſtinere maximè hodie quoniã mulieres omnes ſericis induuntur, & maximis ornamentis ornantur. Afflict. in deciſ. 114. l. pro oneribus de iur. dot. cum ſimilibus.

TITVLVS LXXI.

De modo ſeruando in tabernis quæ fiunt extra ciuitatem.

CONSVETVDO VNICA.

SI contingat aliquem vel aliquos facere tabernas extra Ciuitatem Cataniȩ tempore meſſium vel recollectionum vittualium, nõ liceat in eis vinum, carnes, piſces, panẽ, fructus, ſeu aliquid pro victualibus vendere, ſeu permutare, nec ad manum nec ad credentiam, vel etiam ad taleam: ſub pœna vnciæ auri vnius Curiæ quam accuſator eligerit applicãda; quam ſi accuſatus ſoluere noluerit, carceretur per menſes duos; inhibentes etiam quod dicti tabernarij ſeu vinum vendentes extra mœnia dictæ ciuitatis victualia aliqua emere non audeant ſub pœna prædicta: eandem etiam pœnam decernimus infligendam omnibus, & ſingulis qui per areas cum roncinijs vel alijs animalibus iuerint: vinum & prædictas res vendendo aut permutando.

SVMMAE.

1 *Victualia cum commiſtilibus computari non poſſunt nu. 4.*
2 *Meſſis dicitur recollectio, & tempus metendi.*
3 *Aere propriè quæ dicantur?*
4 *Tabernarii ſunt viles perſonæ.*
5 *Tabernarij eius malam famam purgare tenentur.*
7 *Pœna alternatiua cuius ſit electio.*
8 *Iudices ideo te proſecuntur pœnas tabernariorum.*
9 *Area vicini ſi vento læditur ædificari à vicino non poteſt.*
10 *Equum vendens an intelligatur vendere ſellam?*
11 *Tabernarij falſa pondera, & menſuras detinentes qua pœna puniantur?*
12 *Annonam corruptam vendentes qua pœna puniantur?*
13 *Annone materia vbi tractatur remiſſiuè.*
14 *Vinum, & frumentum inter fructus induſtriales connumerantur.*

SI contingat, &c. Diuiditur iſtæ text. In quatuor partes: In prima ponit vnum dictum illud ampliãdo: In ſecunda ponit pœnam alternatiuam: In tertia ponit aliud dictum: In quarta, & vltima aliud prohibitinum: Secunda eſt ibi ſub pœna: Tertia eſt ibi iubemus: Quarta, & vltima eſt ibi eandem etiã.

1 SVMMATVR hoc modo. tabernarij extra Ciuitatem Cataniæ tempore meſſium, & collectionum vittualium non poſſunt comeſtibilia cum vittualibus permutare nec de contanti nec ad tempus, ſub pœna vnc. vnius curiæ applicanda aut carcerationis per duos mẽſes arbitrio accuſati nec victualia emere poſſunt, & puniũtur etiam per areas talia vendentes.

2 ET ſcias primo quòd meſſis dicitur idẽ quòd recollectio, & tempus metendi vt dicit Virg. In 5. Egloga. Ante focum ſi frigus erit ſi meſſis in vmbra. Græcè dicitur & dicitur tempus vuarum, & fructuum, & herbarũ recollectionum: Ouid. in 3. de Ponto dicit. conuenienſque ſuos meſſis amara eſt: propriè tamen de frumentis, & quæ metuntur vt dicit Varro de re ruſtica libr. 1. c. 50. In iſta ergo meſſe loquitur hæc conſuetudo cum ſit ſtrictè, & propriè ſtatutum interpetrandum l. quicquid abſtringendæ ff. de verbor. obliga. cum ſimilibus, & patet in text. noſtro ibi dum
3 dicit per aræas uerè propriè ſunt vbi frumẽtum trituratur vel ordeum, & ſimilia tamẽ hodie incurrerent pœnam ſi etiam in vindemijs facerent ratione inferius dicenda quia etiam fraudarent Regias Gabellas cõtra banna prohibitiua tam ex Regia Secretia quàm banca Spect. D. Iuratorum noſtrȩ ciuitatis & quia hoc ſtatutum eſt factum ad euitandas fraudes ideò extendendum eſt ita Craue. de identita. mulie. nu. 8.

NOTA primo ex iſto text. quod in tabernis extra ciuitatem tempore meſſium vinum panem carnes piſces fructus, &
4 alias res comeſtibiles pro victualibus vendere aut permutare non poſſunt ſub pœna in text. contenta, & ratio eſſe potuit vt fraus euitetur

eu)tetur nam fraudibus obuiandum eſt l.in fundo ff.de rei vendic.Dec.in auth.ſi quis in aliquo C. de ædendo, & in c. cauſam nu.9. de probatio. Abb.in cap. ad audientiam de præſcr. cum de facili ductores frumentum, & victualium commutarent ea cum pane vino vel re comeſtibili, & defraudarentur
5 cum tales perſonæ maximè tabernarij ſint viles, & male fugis cum perſona talis præſumatur ſicut viuit prout per multa dicit Io, Villa mat.in repet.l. Diuus num.107.ff.ad l. Corn.de ſicar.Bart. & Angel. in l. apud Labeonem §.ſi quis virginē ff.de iniur.& quòd
6 malum præſumatur contra tabernarios, & hoſpites, & quòd cogantur iurare pro purganda eius mala fama, & quòd teneantur de ammiſſione bonorū.dicit Rolan. Auall. in tractat.de confectio.inuent.par.4.cap vltimo folio mihi 132. & contra eos iuratur in litem dicit Plot.in tractat. de in litem iur.§. decimo nu.6.fol.mihi 131.

NOTA ſecundo quod contrauenlentes puniuntur pœna vnciarum vnius applicanda Curiæ & non ſoluens dictā pœnam carceratur per duos menſes, & ſic iſta pœna eſt alternatiua, & datur facultas eligēdi reo per illa verba (quam ſi accuſatus ſoluere noluerit) & ſic per hunc text.in pœnis alternatiuis electio eſt rei.quid autem ſit de iure dicam infra eo.ſtatim.

7 VNDE ſumpta iſta occaſione quæro cuius ſit electio in pœnis alternatiuis Iudicis, an rei?& inter Doctores eſt altercatio.Vnde diſtinguēdi ſunt tres caſus: Primº quando verba legis vel ſtatuti ſunt directa ad Iudicem,puta ſi aliquis commiſerit tale delictum iudex faciat illud fuſtigare,vel cōdemnet ad vncias decem, & tali caſu electio eſt Iudicis: Secundus caſus eſt quando verba legis vel ſtatuti diriguntur reo, puta qui fecerit tale delictum ſoluat decem aureos,vel relaxet tertiam bonorum ſuorum fiſco,& tunc electio eſt rei,& idem in actore: Tertius caſus eſt quando verba nec reo nec actori, nec Iudici, diriguntur ſed ſunt imperſonaliter verba prolata, & tunc aut vtraque pœna eſt corporalis, & electio eſt Iudicis,& non rei, aut vtraque pœna eſt pecuniaria, & tunc electio eſt rei; aut vna corporalis alia verò pecuniaria, & tunc remittitur arbitrio,rei prout in noſtra conſuetudine.niſi aliter ex verbis legis vel ſtatuti appareat: Ita per multa referendo communem opinionem dicit Iul.Clar. in Pract. crimin. quæſt.85.verſi.ſolent etiam.in noſtra cōſuetudine eſt rei electio an in pecunia an in car
8 ceratione puniri velit:& tales pœnę vt pluri mùm exiguntur, & proſequuntur pœnā in hac conſuetudine Iudices Idiotę qui ſunt de curia Patriciali prout dixi ſupra in conſuetud.vnica tit.59. de cognit. & deciſ.ſeru; de quibus etiam loquitur cap. Regni Regis Io.8.quæſt.7.in verſ.Item ſimiliter fiat.

NOTA vltimo quod hæc conſuetudo nō tantum viget in tabernarijs verum etiam,& in alijs qui cum beſtiis irent, in aeris tempore prædicto,prędictas res comeſtibiles vendendo,& ratio huius redditur ea
9 dem quæ in primo notabili dicta fuit.

IN text.Ibi areis nota quòd ſi area titii ad triturādū meſſem nō habet ventū niſi ab vna parte ſi in illa parte vicinus velit ædificare poſſet illum prohibere gl.Cy.Bart.& Bal. in l, fin. C. de ſerui. & aqua Viui.in opinio. 29. Incip.area volum. 2. vbi idem dicit eſſe quando vellet vicinus tollere murum ob quod damnum in vento eſſet,& com.dicit:
10 & an vendens æquum intelligatur vendere ſellam Iaſ.in l. de quibus nu. 87 dicit quòd ſic: imò ibi dicit quòd equus edibetur infra 60.dies propter ſellam vide tracta. bona coxe qui eſt in tract. de decimis.

SED quæro qua pœna puniantur taber-
11 narij vel apothecarij vel alij falſificantes falſa pondera? dic quod pœna extraordinaria l.in Dardaneis,& .l radice ff de pœnis vī de Cap.menſuræ de empt.&vendit.extra.vi. de Menoch.de arbitrio Iud.lib.2. Cent.4.caſu 316.nu.3.vide Boſſ. in Practica crimin. in titulo de extraordin.crimi. nu.8.fol.235. & qua pœna puniantur vendentes anno nam
12 corruptam vide Menoch. de arbitri. iud.in d.lib.2. Cent.4. caſu 382. in princip.& Boſſ. vbi ſupra,& vide Rip.in tractat. de peſte tit.
13 de remed. præſer. contra peſtem vbi multa de an nona,& de eius expēſoribus. An autē vino vendito veniant dolia?dixi ſupra in cōſuet.vnica tit.20.nu.12.ſub rubr. de ſolutio: vini mutuati: vide tex.in l.vinum vbi Iaſon. Dec.Cagn.& Bologn.ff.ſi cert. peta. & ſcias quod vinum,& frumentum inter fructus induſtriales connumerantur l.fructus de vſur. l.ſi eius de rei vendic.Bart.in l.ex diuerſo de rei vend.& conſi. 125.Incip.quæſtio talis eſt lib.1.Aret.in conſil 159. Menoch.de arbitr. iud.lib.2.Cent.2. caſu 210. & in caſu noſtræ conſuetud. omnes fructus etiam naturales vendi vel permutari cum victualibus, & ſic cū induſtrialibus prohibentur prout in tex.

IN text.ibi roncinijs, ideſt æquis de quibus: vide Bonnacon. in tract. de æquo.

TITV-

TITVLVS LXXII.

De offitio tabellionatus.

CONSVETVDO PRIMA.

QVOD notarij publici teneantur, & debeant cõtractus quoſlibet in quibus pro notatijs publicis interuenerint quolibet anno in quiternis eorum per eos de nouo faciendis, & non in cartulis cum omnibus ſollemnitatibus, ſtipulationibus, & renunciationibus, & alijs opportune ſcribere.

SVMMAE.

1 *Notarij tenentur contractus in Regiſtris ponere.*
2 *Inſtrumentum in chartis vilibus ſuſpectum præſumitur.*
3 *Protocollus notarij quando præſumatur ſuſpectus ſeu falſus.*
4 *Notarius protocollum celans pœna falſi tenetur.*
5 *Sollennitates inſtrumentorum quæ ſint.*
6 *Inuocatio diuini nominis an debeat apponi in inſtrumentis?*
7 *Anni domini an apponantur in inſtrumentis?*
8 *Regis nomen an apponi debeat in inſtrumentis?*
9 *Ardua negotia quæ dicantur.*
10 *Locus contractus an debeat poni in inſtrumentis.*
11 *Inditio an apponatur in inſtrumentis.*
12 *Teſtes in inſtrumento an ſubſcribi debeant.*
13 *Notarius an debeat eſſe rogatus.*
14 *Notarij ſubſcriptio an debeat eſſe neceſſaria in inſtrumento.*
15 *Signum notarij an ſit neceſſarium nu. 16. & 17.*
18 *Inſtrumẽtum coram teſtibus et partibus legi debet per notarium.*
19 *Notarius legitime creari debet.*
20 *Inſtrumenta vbi reſcribi debeant.*
21 *Dies, & hora in inſtrumentis an apponi debeant.*
22 *Inuentarij ſollennitates quæ apponi debeant per notarium remiſſiuè.*
23 *Dictio, &c. quid importet in inſtrumentis.*
24 *Notarius an cogatur inſtrumenta conficere.*
25 *Notarius an cogatur dare copiam inſtrumentorum.*
26 *Notarius ſi eſt effectus Doctor vel Monacus aut clericus non tenetur inſtrumenta conficere.*
27 *Doctor eſt in dignitate.*
28 *Aduocatus an cogatur aduocare.*
29 *Medicus an cogatur mederi.*
30 *Notarius amittens ſolennitates neceſſarias in inſtrumentis apponere quomodo teneatur.*
31 *Notarius an ex errore regiſtrare non præſumatur.*
32 *Notarius de quorum inſtrumentorum confectione puniatur, & nu. 34.*
33 *Eccleſiarum bona non poſſunt alienari.*
34 *Notarius fabricans falſa inſtrumenta qua pœna puniatur.*
35 *Falſitas in inſtrumẽto per notarium commiſſa quomodo puniatur.*
36 *Falſitas notarij non nocet partibus.*
37 *Teſtes quot requirantur ad faciendum inſtrumentum falſum.*
38 *Notarius an poſſit alteri ſtipulari.*
39 *Et an abſenti, & quæ actiones acquirantur.*
40 *Notarius an poſſit extendere clauſulas notarij mortui.*
41 *Notarius an poſſit committere ingroſſatione inſtrumenti.*
42 *Notarius an conficiens inſtrumenta de nocte ſi dicat tali die an committat falſum.*
43 *Luminaria in inſtrumento de nocte confecto apponi debent per notarium.*

QVOD notarius, &c. Non diuiditur iſte text. quia vnico conſtructo verborum clauditur iuxta doctrinam Bald. in l. petens C. de pactis.

SVMMATVR notarij inſtrumẽtum publicum cõficientes ordinem in textu datum ſeruare tenentur.

IN Nobili Ciuitate Meſſanæ etiam regiſtrare tenentur inſtrumenta cum nominibus iudicum, & teſtium vt in conſuet. dictæ Ciuitatis cap. 90. dicitur.

1 NOTA primo quòd notarij publici tenẽtur omnia acta quæ vt notarij faciũt quolibet anno in regiſtris ponere vltra protocollum, & non relinquere ea in cartulis ſeu pictacijs, & iſta conſuetudo ſeruatur fortiter nam quolibet anno notarij publici viſitantur per Spect. D. Patriciũ & p eiuſdem d. Iudices, & Magnificos Iudices Idiotas, & vident ſi acta prædicta regiſtrata ſunt aliàs fit eis iniunctio de eis regiſtrandis, & ponendis alijs quæ de iure poni debent iuxta formam pandectarum. & hoc quòd dicitur in noſtra conſuetudine quòd acta prædicta à notarijs nõ relinquãtur in cartulis eſt etiam de iure communi. eſt text. in §. ſi vero in auth. de Tabellio. idem diſponitur per cap. Regni 264. Alfonſi, & 265. Et quod infra menſem regiſtrentur per cap. 257. licet aliter per pandectas prædictas diſponatur circa tempus. Idẽ & per Pragmaticam prædictam tit. 24. de offitio notaria. 1. parte, & aliàs etiam ordinationes

tiones notariorum vide per nouas Pragma-
ticas in par.2.§ 1.& ſequẽt. fol.38.1.volum.
2 nam inſtrumentum in cartis vilibus ſuſpe-
ctum præſumitur ſecundum Bal.in l.cõtra-
ctus in 6.colu.C de fide inſtrum glo.in §.&
quod ſæpè in auth. de trien. & ſemiſ. legat
Gram.deciſ 106.

ITEM non præſumitur limpium proto-
3 collum quando partim eſt factum manu
notarij, & partim manu alterius: vt dicit
4 Natta: in conſi.224.in 1.volum.& notarius
protocollum celans pœna falſi tenetur Me-
noch.de arbit.iud.lib.2.Centur.4.caſu 311.
nu.2. & ſi protocollum non ſeruat arbitrio
Iudicis punitur ſecundum eundem, Meno-
ch.in loco prædicto nu.370.

IN tex.Ibi cum omnibus ſollennitatibus
5 quæ ſint iſtæ ſollennitates: vide Afflict. in
conſtitu Regni Baiulos omnes nu.16.de ſe-
rijs, & ſalar. iudi. & nota. & dixi in conſuet.
vnica ſupra titu.54 de celebrat.contractum
rei venditè vbi habes aliã & dixi quòd tene
tur apponere clauſulas ſolitas apponi, & ſi-
gnum ſuum in fine vt dicam aliqua ſtatim.

QVAERO quæ ſint iſtæ ſollennitates
& alia opportuna quę ſcribi a notario
in inſtrumentis debent? dic quòd ſunt mul-
ta licèt non omnes ad ſubſtantiam, & quæ-
dam ſunt de iure, & quędam de conſuetudi
ne quæ omnia apponi debent per notarios:
vt per Afflic.in d.conſtitutio.Regni Baiulos
omnes nu.16.dicitur.

PRIMO enim requiritur quòd appo-
6 nant in inſtrumentis ardui negotij inuo
cationem diuini nominis, quę ſi defecit nõ
per hoc inſtrumentum inualidum redditur
vt dicit Bald.in prohem.C. Alexan. & Bolo
gn.in rubr. ff.de nou.oper.nuntiat. & publi-
cè legendo dixi, & quod non ſit neceſſaria
appoſitio diuini nominis: refert communẽ
opinionem Micha.Graſſ.in cap.18. quæſt.1.
in 2.volum.commu opinio.folio 196.& an
diuini nominis inuocatio repetita præſu-
matur ab vno inſtrumento in alijs ſubſequẽ
tibus: latè ſcribit Meno.in tracta. præſup.in
præſump.82.lib.2.

7 SECVNDO vt in eis apponantur anni
incarnationis Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti per tex.in auth.vt præpona. nomen Im-
pera.in prin.& vide Doct.in d.rub. de oper.
nou.nuntiatio.

8 TERTIO debet poni nomen Regis
regnantis in illo Regno, & tempore, li-
cet aliqui dicant, quòd ſi omittitur, inſtru-
mentũ non viciatur. tamẽ ego credo quod
in arduis negotijs de neceſſitate poni debet,
quia de cõſuetudine ita ſeruatur, & ea quę
ſunt de conſuetudine poni debent in inſtru
mentis. Alex in dicta rubr.de no oper.nun.
col.2. aliàs inſtrumentum diceretur defecti-
ctuum, not.glo.& Bar.in l.generali C.de Ta
bell.lib.x.Bart.in prohem.digeſtorum col.
2.& in l.ad reſtium §.ſi quis ex teſtibus ff.de
teſtibus Corne. in conſil. 94. & conſil.
218.col.2. volum.4. & dicam infra eodem
9 nu.16. & quæ dicantur ardua negotia vide
per Menoch.in tracta.de arbitr.iud.in d.lib.
2.Centu.3. caſu 205.& quando fiunt in for-
ma publica debent poni, quia ita conſuetũ
eſt, Et an poſitum in vno inſtrumento cẽſea
tur repetitum in aliud ſcribit Menoc.in tra-
cta.de præſump.in præſump.83.lib.2.

QVARTO requiritur quod appona-
10 tur locus contractus, de quo per Abb.
in cap.ſanè de regul.iur.de conſuetudine ta
men tunc ponitur quando notarius eſt ex-
tra ſuam ciuitatem, aliàs non ponitur: vt ibi
dicitur.

QVINTO requiritur quod in iſtru-
mentis per notarios fabricandis appo-
natur dies, & mẽſis per tex.in l.1.ff.de apoc.
publ.lib.decimo.

11 SEXTO quod apponatur in dictio: vt
per Bart.in l.ſi librarius ff.de regul.iur. &
ſi deficit indictio, inſtrumentum eſt nullũ,
nec poteſt per alium not. poni quia eſt de
ſubſtantialibus ſæcus ſi ex errore fuerit ma-
le poſita quia poteſt corrigi: Natta in conſ.
47.volum.1.

SEPTIMO requiritur quòd ibi ſeries
facti ſit intelligibiliter deſcripta, Cardin.
Florent.& Anto.de Butrig.in cap.fin.de of-
ficio delegat. Et mileſimus per Pragmaticã
prædictam primam tit.24. ſub rubr. de offi.
notat.par.1.cart.102.

OCTAVO quòd in ſtipulatione con
12 tractus, notarius interueniat, & teſtes
ſint ſubſcripti in inſtrumento prout p c. Re
gni Regis Alfonſi 258.& ſeq. & ibi dicta ca
pitula loquuntur quando inſtrumenta fiũt
in forma publica, de iure autem nõ debent
eſſe teſtes ſubſcripti eſt commun.opin.rela-
tam per Viui. in opinio.340. incip. teſtes in
inſtrumentis libr. 1. niſi aliter per ſtatuta lo-
corum prout in Regno noſtro, & allegat
conſtitut. Regni inſtrumentorum robur
quæ eſt in d.cap.258.Reg.Alfonſi, Et an te-
ſtes

ftes iſti qui interueniunt inſtrumētis debeant eſſe rogati? dic quòd regulariter non vt dicit. Abb. in cap. 1. de fide inſtru. extra.

13 ET an notari⁹ debeat eſſe rogatus? dic qđ ſic, in dubio non præſumitur rogatus refert communē opinionē Mich. Graſſ. in q. 5. & 6. c. 18. lib. 2. in 2. vol. com opin. fol. 197. Rolan. in tract. de confect. inuentarij in verſ. Item opus eſt fol. 59. nam notarij verba tantum probant pro quibus ipſæ à partibus rogatur. Turza in opi. 69. incip. ſi not. in 1. vol. com. opin. fol. 15. vide ibidem, & ea quæ dixi ſupra in d. conſue. vnica tit. 53.

14 NONO requiritur quòd notarius apponat ſubſcriptionē ſuam ſecūdum Bart.
15 in prin. ff. veteris. Et an notarij ſignum ſit neceſſarium? vide Bar. in 1. conſti. digeſtorū, & in l. prætor ait §. ſi inicium ff de æden. & Do cto. in c. 2. de fide inſtrumentorū: vide Fel. in c. ſcripturam col. 5. de fidei inſtru. extra vbi dicit quòd ſic, idem dicit multa cumulando Duenas in regula 100. incip. notarius libr. 2. vbi dicit quòd aliàs redargueretur de falſo, & ibi ampliat: refert Felynum in cap. 1. nu. 13. de fid. inſtru. & dicit magis cōmunē eſſe D. Cumia in cap. 6. Ritus incip. quicunque nu. 56. vide Bal. in l. cōtractus C. eo. in 3. col. & in l. ſi quis § quid. n. ff. de æden. Beltran. in conſi. 113 in 2. vol. Sed ſecus in protocollo niſi conſuetudo aliud cōtineat in c. cum. P. & ibi Fely. de fid. inſtru. Sed Michael. Graſſ. in q. 3. d. cap. 18. in 2. vol. com. opin. fol. 197. referendo communē: dicit quòd nō ſit neceſſaria com. ēt dicit. Lau. Chirc. ī Coll. com. opin. in concluſ. 37. Cent. 4. ī 2. vol. com. opi. fol. 59. niſi de conſuetu. ſeruetur. vt ibi dicit Chirco, & cōmuniorem dicit eſſe Rolan. in conſ. 44 nu. 40. vol. 1. & Fely. in c. 1. nu. 13. de fid. inſtr. per D Cum alleg. non refert magis com. prout voluit D. Cumia: niſi ſalnando dicas quòd dicta per eū procedunt quando eſſet conſuetudo, aliàs non. vt per Chirco. & Rolan. in locis ſupra allegatis ſed Felyn. ibi pro eo multos Doctores allegat, & quòd
17 non ſit neceſſariū licet quo ad cōparationē conducat dicii com. Soarez: in verbo notarij nu. 42. in ſua coll. com. opi. & an notarius poſſit eius ſignū mutare: vide add. ad Abb. in cap. 2. de fide inſtrument.

18 DECIMO requiritur quòd inſtrumenta coram partibus, & teſtibus legantur ſecundum Ioan. Andr. in titu. de inſtrument. ædictio. §. attento: nam non requiritur ſubſcriptio teſtium: ſed ſufficit quòd coram eis legantur refert commun. Michael Graſſ. in quæſt. xj. cap. 18. in 2. vol. com. opi. fol. 198.

19 VNDECIMO requiritur quòd notarius ſit legitimè creatus ab habente poteſtatem ſecundum Andr. de Iſernia: in titu. quæ ſint regalia: & vt dixi in conſuet. vnica: ſupra tit. 56. de creatio. notario. Et iam noſtra conſuetudo dicit quòd notarij publicè. &c.

20 DVODECIMO quod acta ſcribantur in carta de Patchmeno, in Regno tamen Neapolis: Decimotertio quòd infr. octo dies det copiam partibus: vide de hoc per Pandectas omnia hæc dicit Afflict. in dicta conſtitutio, Regni Baiulos nu. 19. vſque ad nu. 38. & per Felyn. in capit. primo de fide inſtrument. vide Dominum Cum. in d. cap. Ritus 6. nu. 44. & ſequen. vbi hæc de ſollennitatibus inſtrumentorum ponit, & ibi
21 de ſigno notarij de die, & hora, & an apponi debeant in iſtrumentis de quo vide per Duenas in regula 110. volum. 2. & dicam infra eod. in fine: Item tenetur notitiam dare Spect. Conſeruatori Regni vel Regiæ Curię de contractibus rerum feudalium aliàs punitur: vt in Pragmatica ſecūda tit. 24. ſub rubr. de offic. nota. & non admittitur hoc etiā Sindicatoribus Regni: Item teneiur cognoſcere teſtes in inſtrumento deſeruientes, & apponere expreſsè inſtrumento aliàs punitur eſt Pragmatica Regni infra tit. 24.

22 ET quæ requirantur in confectione inuētarij, & quæ debet apponere notarius, & an debeat eſſe rogat⁹, & an poſſit incipere, & alius complere inuētarium: vide Rolan. Auall. in tracta. de confectio. inuent. in verſ. quid autem, & in verſi. ſeq. folio 59. & 60.

23 ET quid operetur dictio, & cætera à notarijs in inſtrumento appoſita? dic: quòd operatur, vt omnia requiſita tam de iure, quàm de conſuetudine appoſita intelligantur Alex. in l. Gallus §. idem credendū ff. de lib. & poſthu. Michael Graſſ. in q. 2. cap. 18. lib. 2. in 2. vol. com. opin fol. 197.

24 SED quæro, an notarij publici cogantur conficere inſtrumenta, & maximè de nocte? Dic quod ſic ſi neceſſitas vrgeat, aliàs puniuntur: Ita dicit Afflict. in dict. conſtit. Regni Baiulos omnes num. 2. vide quæ dixi ſupra in conſuet. vnica titu. 53. ſub rubrica de
25 celebratio. contractus, & an dare copiam inſtrumenti Duenas in regula 132. ponit regulam quòd ſic cum amplia. & limita. lib. 2. & quid ſi notarius eſt publicè excommunicatus: dic quòd non, quia acta per eū facta nō valent. eſt cōmunis opi. relata per Villalob: in coll. com. opi. in verbo notarius nu. 18.

Aaa SED

26 SED an notarius effectus Doctor, coga-
tur inſtrumenta de nouo conficere? dic
quòd non.nec ſi fiat Monacus Clericus vel
decurio.l. vniuerſas C.de auxil.libr.decimo,
Et ibi gloſſ. Bartol. & Bald. in l. quiſquis C.
de epiſcop.& cleric. Alexan.in l. ſi Prætor §.
is etiam. ff. de ædend. ratio poteſt aſſignari
27 quia Doctor eſt in dignitate prout commu.
dicit Viuius: in opinio.82.libro ſecundo, &
Villalob: in verbo Doctor nume. 89. Imò
per decem annos legens in publicis ſtudijs
illuſtris fit per capitul. Regni vide tamen
quæ dixi ſupra in conſuetu. 1. ſupra tit.2. &
idem in decurione quia nobilis perſona eſt,
& in Clericis,& Monacis quia Deo ſeruiunt
& de aliena iuriſdictione ſunt.

28 SED an aduocatus cogatur aduocare
29 vel Medicus mederi? vide Ripam: in
tractat. de peſte in titul. de remed. præſer.
cont. peſtem nume.28.folio 27. Et an nota-
rij poſſint has ſollennitates alijs committe-
re: vide Afflict. Ibi nume.43. vbi dicit quod
non niſi licentiam habuerit, à principe pro-
ut ſunt notarij qui habent licentiam per
alium regiſtrandi: & de materia notario-
rum, & de omiſſione ſollennitatum vician-
cium inſtrumenta: vide per Michael Graſſ.
in ſecundo vol.commu opi. lib.2.d. cap.28.
quæſt.1.& ſeq.fol.196.

30 SED quæro quid ſi notarius ſupradictas
ſollemnitates non fecerit, & maximè
quia non potuit in protocollo poſt publi-
cationem, an puniatur, & quomodo te-
neatur parti? dic quòd tenetur ad intereſſe,
& ad pœnam quia deliquit non faciendo
protocollum, & regiſtrũ vt in text. noſtro
dicitur, & prout in auth. de Tabellio. §. fin.
vide Afflict. in d. conſtitut. Baiulos omnes
nu.88. Menoch.de arbitr.iudic.lib. ſecundo
Centu.4.caſu 370.num.4. & pœna imponi-
31 tur eis hodie per Pandectas, Et an notarius
præſumatur ex errore non regiſtrare? vide
Dec. in l. ſi librarius, ff. de regul. iur. & ibi
Cagnol. Et dic quòd error in notario ſem-
per potius præſumitur quam falſitas Bart.
in l.quoties §. 1. nume.3.ff. de hæred. inſtit.
& in d.l.ſi librarius nume.7.vbi Dec. & An-
char. in conſil. 287. Limitatur tamen hæc
concluſio vt non procedat quando ommi-
ſiſſet ſollennitates iuris in teſtamento nam
tunc non præſumitur error ſed falſitas Fe-
lyn.in cap.ex literis colum.2. nume.2. de fi-
de inſtrum. Ioſeph: Maſcar. in tracta. pro-
batio. in concluſi. 644. incip. error.in nota-
rio.nu.1.& num.14.volum.2.& ibi quando
poſſit dictum ſuum corrigere, & quæ impe
dimenta notarios excuſent, & quomodo
probentur: vide Afflict. ibi nu. 36. dixi ſu-
32 pra in conſuet. vnica nu. 53. nu.21. & nota-
rius conficiens contractus ſicienter ſimula-
tos punitur l.1. C.vt nemo ad ſuum propriũ
idem quando recipit contractus à iure pro-
hibitos quia punitur Guid. Papa, in deciſio.
118.nu.2.

33 ITEM punitur ſi cõtractũ rei eccleſiaſticę
alienationis ſine ſollennitatibus iuris fa-
cit l.habemus §.ſanè C. de ſacr. ſanc. eccleſ.
Guid. Papa deciſ. 433. vbi dicit quòd nota-
rius non excuſatur ſi dicit ſe ignorare, & ho
die eſt Pragmatica in Regno per quam di-
ſponitur quod non poſſunt fieri tales aliena
tiones eccleſiarũ iuris patronatus ſuæ maie
ſtatis ſub pœna priuatiõis offitij, ſine licẽtia
Proregis: Item puniuntur,& in alijs caſibus
Et quid quando tractatur de intereſſe partis
qua pœna puniantur, & an pœna mortis?
vide Caſſan.ſuper conſuetu. Burgun. in rub.
ſecunda §.1.glo. 89.verſi.triceſimus primus
34 nu.22. Et ſequ. & notarius fabricans inſtru-
menta in Regno ſuſpenditur.de iure cõmu
ni perdit manum, & ita deciſum fuit: vt di-
cit Capicc. in deciſ.153. & fuit in perſonam
notarij Petri la maina de ciuitate noſtra ob-
ſeruatum: vt ibi dicit Capic. vide Clarum in
35 §.falſum: in verſi. notarius, Et quid ſi nota-
rius committit falſitatem in inſtrumẽto an
puniatur pœna ordinaria falſi? Menoch.de
arbitr.iud.lib.2.Cent.4.caſu 306.nu.16.dicit
quòd ſic, & vide, vt ibi per eũ, Et an falſitas
36 notarij noceat partibus? vide Rolan. in cõſ.
13.nu.14.& nu.15.vol.2. Et cui plus creditur
notario an teſtibus: vide Duo. in regula 12.
vol.1.Boer.in deciſ. 118. Et dic quòd quãdo
37 plures teſtes inſtrumentarij deponunt con-
tra notarium eis creditur, & notarius de fal
ſo punitur, Et quot teſtes requirãtur ad re-
probandum inſtr. vide Boe.in deciſ.18.nu.8.
& dic quod duo omni exceptione maiores
ſiue ſint deſcripti inſtrumẽto ſiue non cap.
tam litteris de teſtib. refert com.opin. Fely.
in c.cũ Ioannes nu.46.de fide inſtr. Michael
Graſſ.in q.12.c.18.in 2.vol.com.opi.fol.198.

IN tex. Ibi ſtipulationibus. Quæro an alte-
38 ri notarius ſtipulari poſſit? vide Affli. in d.
conſti. Regni Siciliæ Baiulos omnes nu.44.
& ſeq.& ibi quid pro abſentibus: tu aũt dic
breuiter quòd notarius alteri ſtipulari põt
eſt cõmunis relata per Tiraq.in tract. de cõ
ſtit. par. 3. limit. 30. nu. 23. eſt etiam com-
39 munis opinio relata per Abb.in prohemio
decre. nume. 22. etiã abſenti ſed ei non quæ-
runtur actiones directè ſed vtiles eſt com-
munis opinio: relata per Alciat. in capitu.
cum contingat de iur. iuran. nume. 234.
vide

Vide Viui: in opinio. 227. volu. 1. & dic quòd acquiritur abſenti per notarium ipſo iure abſq; ceſſione. vt ē magis com. opin. relata per Rolan in conſi. 19. nu. 17. vol. 1. imò abſens agnoſcere tenetur dictam ſtipulationē vide hæc omnia, & alia per Soarel: in ſua colle. in verbo notarius nu. 33. & ſeq. & per Villalob: in eodem verbo nu. 23. & ſeq. vbi dicit quòd fallit in ſtipulatione pacis abſentis: vide de hac conſuetudine latè ſcripta per Menoch. in tracta. de arbi. iud. lib. 2. Centur. 2. caſu 105.

40 SED an notarius poſſit extendere clauſulas Inſtrumenti notarij præmortui? dicam infra in conſuetud. ſequent. & dixi ſupra in conſuetud. vnica de celebratio. contractuum titu. 53. & quando notarius poſſit corrigere dictum ſuum: vide Deci in l. ſi librarius. Et ibi Cagnol. de regul. iur. vide Duen: in regula 110. incip. notarius nu. 2. volum. 2. & dixi ſupra in conſuetud. vnica
41 titu. 53. Et an poſſit committere ingroſſationem inſtrumenti ſine mandato iudicis? communis eſt quod non: refert Villalob: in colle. commu. opinio. in verbo notarius,
42 nu. 26. Et an notarius conficiens inſtrumenta de nocte ſi dicat tali die committat falſum? dic quod non, & acta valent ſed tutius facit ſi apponat horam noctis Ioſeph: Ludouicus in deciſio. 116. in 2. vol. ſecus in te-
43 ſtamento quia debent luminaria accendi & de eis in teſtamento mentio fieri dicit ibidem Ioſeph: Ludouicus.

CONSVETVDO SECVNDA.

ITEM ſi aliquem notarium publicum in eadem ciuitate mori contingerit: quòd ipſius quiterni; & omnia acta Patricio, & Iudicibus qui fuerint pro tempore in eadem debent aſſignari: dictique officiales acta ipſa alicui perſonæ publicæ quam dictus notarius defunctus elegerit debeant committere, & aſſignare: & ſi dictus notarius defunctus neminem elegerit quòd ipſi officiales acta ipſa alicui notario publico mandent, & facient aſſiguari, pro cautelis perſonarū qui bus intereſt conſeruandis.

SVMMAE.

1 *Acta notarij mortui quibus aſſignentur.*
2 *Hæres notarij ſi eſt notarius acta defuncti conſeruat.*
3 *Filius, & hæres notarij mortui an poſſit inſtrumentum extrahere.*
4 *Mors inter caſus fortuitos connumeratur.*
5 *Notarij banniti acta quibus conſigentur.*
6 *Deportati notarij acta quibus aſſignentur.*
9 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali, & nu. 4.*
9 *Mors ciuilis an erit publicus moram naturalis.*
10 *Notarij conſeruatores actorum notarij mortui, an poſſint extendere clauſulas notarij defuncti.*
11 *Extenſio inſtrumenti notarij defuncti quomodo fiat per actorum conſeruatores.*
12 *Reaſcriptio inſtrumenti quomodo fiat.*
13 *Tranſumptatio inſtrumenti quomodo fiat.*
14 *Citatio in tranſumptatione actus an requiratur.*

ITEM ſi aliquis notarius diuiditur iſtæ text. In tres partes: in prima ponit vnum dictum in ſecunda aliud: in tertia rationem reddit: ſecunda eſt ibi & ſi dictus notarius publicus: tertia, & vltima ibi pro cautelis.

SVMMATVR hoc modo, notario mortuo, ipſius acta Curiæ aſſignantur, & per eam notario per defunctum electo dantur, quo non electo alio per Curiam eligendo aſſignantur pro cautelis quorum intereſt.

1 NOTA primo ex iſto text. quòd inſtrumenta notarij mortui Patricio, & iudicibus ſcilicet literato Domini Patricij, & iudicibus Ideotis aſſignantur, & eadem acta per actum publicum notario electo per dictum notarium defunctum traduntur, alias per eos eligendo. idem quaſi diſponitur per cap. Regni 274. Regis Alfonſi quòd acta notarij mortui à Iuratis Ciuitatum, & terrarū Regni aſſigentur perſonæ publicæ per inuētarium, Et deinde dicti Iurati pro Regem vel Protonotarium certiorem faciant. quod autē nō obſeruatur in noſtra Ciuitate quia Prothonotarius non recognoſcitur ab ea, nec à notarijs ſed habet locum hæc conſuetudo particularis, & de iure idem quod in noſtra conſuetudine dicitur eſt text. in cap. cum. P. Tabellio. de fide inſtrumen. extr. Et ibi Doctores ſed quando hæres notarij
2 eſt notarius cenſetur eidem à teſtatore facta commiſſio, & electus cenſetur Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur in fin. ff. de ædend. quod verum eſt cum decreto Iudicis ſecundum Paul. de Caſtr. & Ale-

xan. ibi nume. 5. & Angel. in l. quædam §. nihil ff. eod. & Doctor. in d. capit. cum .p. Tabellio.

3 SED an filius, & hæres notarij mortui poſſit de licentia Iudicis extrahere inſtrumentum de protocollo patris? Rolan. in conſi. 44. num. 27. vol 1. dicit quòd ſic vt ibi iter cum.

IN text. ibi mori contingerit: quaſi quocunque modo quis moriatur, etiam ſi occiditur, quia mors hominibus dicitur caſu contingere: vt dicit Diuus Thom. in opuſculo de fato diſtinc. 27. cap. 2. quem refert Afflict. in d. conſtitut. Baiulos omnes de ſer. & ſala. indi. & notario. nu. 58. Boſſ. in titu. de
4 bon. publico. poſt nu. 40. Et mors iter caſus fortuitos connumeratur l. fina. C. de peric. & com. rei vend. Ioſeph: Luch. in deciſ. 67. nu. 28. in 2. vol.

5 SED quid ſi iſtæ notarius non moriatur ſed bt bannitus? Bart. in l. 1. § ſi tabulæ ff. de tab. exhibend. dicit quod ſunt ponenda eius acta in publico, vt dentur petentibus: hodie per fiſcum confiſcantur. & pœnes notarium publicum deponūtur eius acta pro effectu prædicto caſu quo bona eſſent confiſcanda.

6 SED quæro quid in notario deportato, & ſic in mortuo morte ciuili, an debeat hæc couſuetudo ſeruari? & primo videtur dicendum quod non nam mors ciuilis ęquiparatur morti naturali l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſt. ergo non eſt eadē dem mors, cum omne ſimile non ſit idem l. quod nerua. ff. depoſit. Ita dicil Iaſon: in d. §. & quid ſi tantum nu. 8. in terminis dicit Socc. in d. §. Et quid ſi tantum nu 4. & ſtatutum noſtrum loquitur de morte, ergo de vera, & ſic naturali, & non de ficta, & ſic de ciuili cum ſtatuti verba ſtrictè intelligi debeant l. quicquid aſtringendè ff. de verbor. obligatio. cum ſimilibus. & quod non verificetur cōdictio fidei commiſſi per mortem ciuilem, eſt tex. in l. ſtatius §. Cornelio de iur. fiſc. & in l. ex facto ff. ad Trebell.

8 INCONTRARIVM ē veritas in caſu noſtro nam clarum eſt quòd mors ciuilis æquiparatur morti naturali, per d. §. & quid ſi tantum, & quòd appellatione mortis naturalis veniat mors ciuilis, quando mors ciuilis. idem operatur in caſu in quo dubitatur, ſicut in morte natural. dicit. Alex. in d. §. & quid ſi tantum delıber. & poſthum. & Fely. in cap. licet vndiq; col. penul. verſ. glo. magna, & colu. ſeq. de officio delegat. quæ cōcluſio procedit etiam in materia odioſa, & correctoria, & ſic in ſtricta vt dicit Felyn. in loco paulo antè allegato refert, & ſequ. Boſſ. in ſua Practica crim. in tit. de bono. public. nume. 36 Fortun. Graſſ. in d. §. & quid ſi tantum nu 92. verſ. præſuppoſito igitur vbi expræſsè firmat quòd quando militat ea-
9 dem ratio etiam in materia ſtricta mors ciuilis venit appellatione mortis naturalis Caſſan. ſuper conſuetu. Burgun. rubr. 2. §. 1. in verbo qui confiſque: in verſic. Sed operepræcium nu. 3 fol. 91. quòd maximè procedit vbi per talem ſententiam mortis ciuilis notarius in famis efficeretur cum in famis notarius eſſe non poſſit vt dixi ſupra, in conſuetu. vnica tit. 56. nu. 26.

10 ITEM quæro an iſti notarij quibus aſſignata ſunt acta prædicti notarij præmortui, poſſint extēdere clauſulas ſtipulationes, & alia opportunè requiſita in inſtrumentis de quibus per conſuetud. primam ſupra proximam, & prout ibi dixi, & in conſuetu. vnica tit. 53: vide Afflict. in d. conſtit. Regni Baiulos omnes, & plenius per Cagno. in l. ſi librarius ff. de reg iur. per Guid. Papa: in deciſio. 2. nu. 2. vbi dicit quod ſex requiruntur
11 primo quòd fiat inſtrumentū ad partis poſtulationē. Secūdo quod fiat auctoritate iudicis: Tertio quòd per tabellionē exemplificetur: Quarto quod fideliter fiat: Quinto quòd in forma publica redigatur: Sexto quod vocentur hij quorum intereſt. Sed iſta partium vocatio non fit Franciæ vt ipſæ dicit nec minus in hac ciuitate ſeruare vidi. Port. tamen in cōcluſ. 19, Fallen. 9. lib. 4. dicit quod clauſulè ſolite per eundem notarium extendi debent non per alium: vide tu quæ dixit Cagn. in d. l. ſi librarius Bald. tamen in addiction. ad Specul. in tit. de inſtru. editio. In verbo etiam ſubſcriptionis dicit quòd cum autoritate iudicis debet releuare procollum notarij mortui nihil addendo vel diminuendo, & quòd ſupplet vel extendat ſecundum conſuetudinem. & ſtilum, & debet facere mentionem de dicti particulis extenſis vel addixi: Ita Paul. de Caſtr. in cōſil. 50 in antiquis Bartol. in l. Gallus §. idem credendum ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi quid §. cogentur ff. de edend. vide Bal. in rubr. de fide inſtrum. Afflict. in d. conſtit. Baiulos omnes nu. 74. vide quæ ſuprà in conſuetud. vnica tit. 53. ſub rubrica de celebratione contractuum rei vend. dixi.

12 QVID autem ſi petitur inſtrumentū re aſſumi, quæ forma requirantur? vide ad plenum per Afflict. in d. conſtitutio. Baiulos

iulos omnes nu.59.& dixi ſupra in conſuet. proxima.

13 ITEM quæro quomodo fiat tranſumptũ ſeu trãſumptatio actus reperti in actis notarij moturi, & quando probat. & quando non, talis cõtractus ſic in apodixa repertus? vide Grammã.in deciſio.16. Felyn. in capit. cum in me de officio: delegat. dicit quod
14 debet fieri parte citata,& omni.vide conſtitut. Regni Baiulos omnes, & ibi Afflict. in noſtra Ciuitate in tranſumptatione inſtrumentorum non requiritur partis citatio de communi ſtilu.

TITVLVS LXXIII.

De onere ſeruando in offitio iudicatus.

CONSVETVDO VNICA.

QVOD ſi aliquem notarium publicum ciuitatis eiuſdem ſua exigente virtute ad offitium iudicatus Ciuitatis Cataniæ contingerit promoueri: quòd eo anno quo gerit dictum officium iudicatus, & anno ſequenti ab exercitio dicti offitij ſe totaliter debeat abſtinere, ad quod offitium nullatenus admittatur, niſi prius iuret dictam conſuetudinem inuiolabiliter obſeruare.

SVMMAE.

1 *Notarius creatus iudex per illum annum, & ſequentẽ non poteſt notariatus officium exercere.*
2 *Illiterati an poſſint eſſe iudices.*
3 *Notarius dicitur iudex cartularius.*
4 *Notarii poſſunt facere mandatum in confeſſum.*
5 *Et in quibus notarijs procedat.*
6 *Notarij non poſſunt eſſe de prioribus ciuitatis.*
7 *Iudices non poſſunt eſſe notarij datis Doctoribus.*
8 *Alfonſus Rex Siciliæ quando regnauit.*
9 *Notariorum officia quomodo ſunt in Ciuitate Cataniæ.*
10 *Vltima derogant prioribus.*
11 *Notarius iudex creatus tenetur iurare hanc conſuetudinem obſeruare.*
12 *Notarius exercens officium non obſtante diſpoſitione huius conſuetudinis qua pœna puniatur.*
13 *Iudices in quibus grauentur in Ciuitate Catania nu 14.15.16.17.18.*
19 *Iudex quomodo eſſe debet.*
20 *Notarij in Ciuitatibus inſignibus examinati patrocinari poſſunt.*
21 *Ciuitas ſine iudice ſtare non poteſt.*
22 *Medici in Vrbe Romana per 600. annos expulſi fuerunt.*
23 *Officialis ad tempus eo elapſo dum nouus non venit durat in officio.*

QVOD ſi aliquem, &c. Diuiditur: in tres partes: in prima ponit factum: in ſecunda deciſionem: in tertia, & vltima vnum dictum: ſecunda eſt ibi quòd eo anno: tertia eſt ibi ad quod officium.

SVMMATVR notarius iudex creatus: in eo anno, & ſequenti ab offitio Tabellionatus ſe abſtineat pro hoc iuramentum præſtando.

1 NOTA primo ex iſto text. quod notarius creatus vel extractus à buxulo iudex per illum annum, & per ſequentem non poteſt offitium notariatus exercere, & hoc eſt introductum, in fauorem, & honorem offitij vt iudex qui mandat non ſeruiat cum Tabellio ſeruus publicus dicatur vt dixi ſupra in conſuetud. vnica titul. 53. ſub rubrica de celebratio. contractuum, &c.

2 SED quæro an illiterati poſſint eſſe iudices? vide Speculato. in titu. de ſenten. §. quinto vbi dicit quòd non. per text. in auth. de iudicibus. §. primo l. 2. C. de ſentent. ex breuit. recit. capitu. omnis. de penit. & remiſ. Secus tamen eſt. Si eſſent experimentati. per l. certi. C. de iudic. capitu. ad noſtram de conſuetu. extra Specul. in titu. de legat. in §. octauo: ita Menoch. de arbitri. iudic. libro primo quæſt. 23. nume. 10. & ita in multis Regni partibus etiam non Docto
3 res Iudices ſunt: Et notarius de iure dicitur iudex cartularius vt notat gloſſ. in l. fin. C. vbi, & apud quem, & in l. rem non nouam
4 C. de iudic. Et poſſunt notarij facere mandatum in confeſſum ſicut iudex vigore gua
5 rantigiæ quòd procedit in notarijs ab Imperatore vel à comitibus Palatinis creatis: Secundum Ang. in l. ait prætor in §. ſi iudex de re iudic. Alexan. in l. ſi cum dotem §. eo. autem nume. 6. ff. ſolut. matrimon. Sed per Ritum in capitu. 101. quicunque, & in capitu. 110. Incip. ad tollendam: à iudicibus Capitaneo Prætori, & Straticoto, & in noſtra ciuitate executioni mittuntur, & non à nota-
6 rijs. Et ſcias quòd notarij de iure non poſ-

ſunt

ſunt eſſe de prioribus ciuitatis ſecundum
Bald. in l. ſi quis la 2. & l. vniuerſos C. de de-
Curio. lib. x etiam ſi ſe caſſauerint de matri-
cola notariorum ſecundum Bald. in l. 2. C.
7 de primi: nec hodie Iudices in ciuitatibus
& terris eſſe poſſunt datis doctoribus prout
in cap. regni regis Alfonſi cap. 413. licet ali-
quæ ciuitates hoc ex priuilegio habeant, vt
in ciuitatibus Biczini, Randazij, & Tauro-
menæ. Et credo quod tempore huius con-
ſuetudinis pauciſſimi Doctores erant in no
ſtra Ciuitate, maximè quia tunc non erant
conceſſa ſtudia publica eidem Ciuitati a Re
8 ge Alfonſo, & a Papa Eugenio 4. nam Rex
Alfonſus regnauit in anno Domini 1435.
& noſtræ conſuetudines fuerunt factæ per
ſereniſſimum Regem Ludouicum qui re-
gnauit, & obijt in anno Domini 1347. & ſic
per centum annos ante prædictam conceſ-
ſionem ſtudiorum, licet antea per mille an-
nos erant, & poſtea deſtructa, vt in prohem.
dixi. hodie tamen ſunt quaſi octoaginta do-
ctores Catinēſes. Ritus de his loquitur in c.
16. & c. 203. vnde a multis annis retro, & a
tempore quo non extat memoria hominū
in contrarium hæc conſuetudo nō fuit, nec
9 eſt in obſeruantia, nam notarij habent eorū
offitia ſeparata cum extrahuntur a buxulo
magiſtri notarij curiæ patricialis, & notarij
bāce ſp. D. Iuratorum prout per cap. Regni
baiuli, cōceſſis per Regem Ioan. cap. 97. ordi
natur. quod iudices in Ciuitate ſcilicet pa-
tricialis appellationis ſint doctores & de pe
10 ritioribus imbuxulentur, & ſic vltima dero-
gāt prioribus l. ſed & ſi poſteriores ff. de leg.
l. pacta nouiſſima C. de pact. cū ſimilibus.

11 NOTA ſecundo, quod notarius crea-
tus Iudex non admittitur ad illud offi-
tium niſi prius iuret hanc conſuetudinem
12 ſeruare: ſed quæro: ſi notarius talis non ob-
ſtante diſpoſitione huius. conſuetudinis of-
ficium exerceat, quæ ſit pena ei danda? hæc
conſuetudo expreſsè non dicit, ſed tacitè,
quòd tanquam periurus punitur cum cōtra
inſtrumentū veniat, prout dicit Clar. in §.
periurium in ſua pratica criminali, Item po
teſt dici quod delinquit in officio, & eo pri-
uari debet. vide quæ dixi in conſuetudine
prima tit. 2.

13 ET ſcias quod Iudices literati ī aliquibus
in hac Ciuitate grauantur, ſicut olim no
14 tarij in hoc. quod dicit tex. nam Iudices te-
nentur votare literas in banca ſp. Iuratorū
apportatas ſub pena priuationis offitij, vt in
cap. regni cap. 93. Regis Io. incip. ſepe ſepius
& per alias literas Viceregias in banca re-
giſtratas.

15 ITEM tenentur accedere ad poſſeſſionē
16 in die 3. Februarij. Item & ſpett. Domi-
nis Iuratis conſulere prout per multas lite-
17 ras in d. banca regiſtratas apparet. Item Iu-
dices capitanei, & patricij tenentur viſitare
carceratos vna cum ſpett. Capitaneo, & Pa-
tricio quilibet ſuos carceratos in carceribus
publicis, & in Caſtro Vrſino dictæ Ciuitatis.
18 Item tenentur equeſter ad proceſſionem
accedere in die primo Maij pro ingreſſu, &
introitu eorum officiorum, & captura poſ-
ſeſſionis, ſub pena vnciarum ducentarum
mag. Fiſco applicandarum prout in d. ban-
19 ca per literas etiam conſtat. quo modo autē
Iudex de iure debeat eſſe, & ad quid tenea-
tur vide late per Foller. in ſua pratic. crim.
in prima parte in princ. in verbo ſtudeat
ſe ornare, &c.

SED, licet hodie in hac Ciuitate notarij
non poſſunt eſſe Iudices per d cap. regni
20 tamē bene patrocinari poſſunt dummodo
quod in ciuitatibus inſignibus prout eſt fe-
lix Panormus, Meſſana, & Catina, in qui-
bus eſt iuris peritorum copia prius exami-
nentur alias per annū ab officio ſuſpendun-
tur, prout per cap. ritus 203. ſeditr notarij
examinati qui patrocinantur ſunt procura-
tores in Mag. Reg. Cur. quam alibi, vt dicit
21 dominus Cumia in cap. ritus finali. Et ſcias
quod ciuitas non poteſt eſſe ſine Iudice re-
linquenda l. 2. §. cunq; conſules & ibi Cagn.
nu. 388. ff. de orig iur. nec poteſt ſtare ſine iu
riſperito. d. l. 2. §. poſt Originem, & ibi Cag.
22 nu. 208. vbi dicit quod ſine medicis poteſt
ſtare prout Roma quæ eis caruit per 600.
annos, & hinc eſt quod officialis per annū
23 creatus dum ſucceſſor non venit durat etiā
elapſo anno ne ciuitas rector e careat l. me-
miniſſe ff. de officio proconſul. Bertazo in
conſi. crimi. 71. nu. 58. vol. 1. & ita ſeruatur
in noſtra Ciuitate & accidit mihi in officio
iudicatus Ciuitatis Cataniæ, & Yacis.

TITVLVS LXXIIII.

De obſeruatione dictarum cōſuetudinum.

CONSVETVDO PRIMA.

SI Iudex aduocatus vel pre-
tor contra conſuetudinem
aliquam prædictarum ſen
tentiam protulerit ſeu alle
gauerit: nulla ſit ipſo facto, & talis
ſententia ſeu allegatio nō audiatur.

& procurator reſpuatur, & prædicti Iudices, aduocati, & procuratores qui talia commiſerint, ab eorum cadant offitio per annum.

SVMMAE.

1 *Sententia contra noſtrã conſuetudinẽ data, & allegatio ſunt ipſo iure nulla.*
2 *Dictio ipſo facto importat ipſo iure.*
3 *Iuriſdictio ſecularis eſt diſtincta ab eccleſiaſtica.*
4 *Iudex ſecularis eſt iudex in competens Clericorum.*
5 *Iuditium ſeculare non attenditur in foro eccleſiaſtico.*
6 *Aduocati, & procuratores contra noſtras conſuetudines allegantes quomodo puniantur.*
7 *Sententia non requiritur vbi eſt clauſula ipſo facto ipſo iure, & nu. 13.*
8 *Declaratoria an requiratur ſtante clauſula ipſo iure.*
9 *Statuto ſtante quòd bannitus habeatur pro confeſſo ipſo iure requiritur declaratoria.*
10 *Vaſſallus vt dominium vel poſſeſſionẽ fundi admittatan, requiratur ſententia?*
11 *Dictio ipſo iure importat parte petente.*
12 *Sententia nec factum hominis requiritur vbi adeſt clauſula ipſo iure, & ipſo facto ſed contra nume. 13.*
13 *Obtinens cum ſententia ipſo iure nulla an teneatur ad reſtitutionem.*
14 *Officiales quando priuentur officijs remiſſiuè.*

SI iudex, &c. Diuiditur: in tres partes: in prima ponit factum: in ſecunda deciſionem vnam: in tertia aliam: ſecunda eſt ibi nulla ſit, tertia eſt ibi, & procurator.

SVMMATVR allegatio, & ſententia contra has conſuetudines nullæ ſunt, & talia committentes per annum ab officio eorum ſuſpenduntur.

1 NOTA quòd allegatio, & ſententia contra has conſuetudines vel aliquam ipſarum facta vel allegata, nulla ſunt ipſo facto quid autem ſit de iure communi: vide Doctor. in l. prolatam. C. de ſenten. & inter loc. iudic. & per hanc conſuetudinem ſunt
2 nullæ ipſo facto, & ipſo iure nam dictio ipſo facto importat etiam ipſo iure, & è contra ſecundum Bartol. in l. prima circa medium ff. de his qui not. infam. & ſecundum Roland. Auall. in conſil. 62. nu. 23. vol. 2. & importat hæc dictio ſine exceptione: vt dicit: idem Roland. in d. conſi. 62. nu. 22.

IDEM imò plus per conſuetud. Panormitanam capi. 86. Incip. & ſi maiores ſub rubrica de præſcriptio conſuetu. bene tractandis diſponitur, quòd ab offitio, & onere perpetuo priuentur, & infames remaneãt, talia facientes.

3 SED quæro an hoc procedat etiam in iudicibus, & aduocatis eccleſiaſticis? dic quod non. quia iuriſdictio ſecularis eſt diſtincta ab eccleſiaſtica not. in capit. ſolite de maiorit. & obedient. in capit. nouit de iudi. nam diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet Felyn. in capit. quæ in eccleſiarum de
4 conſtitutio. imò eſt iudex in competens ſecularis eccleſiaſticarum perſonarum etiam ex iuriſdictione prorogata cap. nullus, & c. ſi diligenti de foro competent. & vide de hoc per Dec. in conſil. 150. & coram iudice
5 eccleſiaſtico non attenditur iudicium ſeculare ſecundum Alex. in conſi. 183. in ſecundo volum. per capit. quòd clericus de foro competen. & Iunius in deciſorijs: (quia in ordinatorijs an ſtatuta laicorum ligent clericos, dixi ſupra in prohem. in queſt. xj. (communem refert quod ligant Dom. Cum. in cap. 40. Ritus: in caſu autem ſpolij, nu. 282.) maximè quia in fine harum conſuetudinũ dicitur iuribus eccleſiæ in omnibus & per omnia ſemper ſaluis.

6 NOTA ſecundò quòd procuratores, & aduocati qui allegauerint in iudicio contra has conſuetudines, vel Iudices ſentẽtias protulerint, ab eorum offitio per annũ ſuſpenduntur: Sed an requiratur ſententia: in iſta pœna ſtante clauſula ipſo facto & ipſo iure in tex. noſtro poſita? Fel. in cap. Rodulfus nu. 34. de reſcrip. extra dicit quod non quia iſta verba important ſententiam latam, & multa allegando, & ſic ſententia
7 non requiritur, & in tali caſu non requiritur etiam libellus: vt dicit Soccin. in conſil. 167. volum. 2. & ad plenum quòd ipſa dictio ipſo facto non requirat ſententiam dicit Tiraquell. in repetit. l. ſi vnquam C. de re uoca. donatio. In verbo reuertantur nume. 143. Dec. in conſil. 138. Roland. Aualle in d. conſil. 62. nu. 22.

8 SED an requiratur declaratoria, vt quia neceſſe ſit quòd iudex declaret talem cõtra conſuetudinem, & aliquam ipſarum allegaſſe vel ſententiam protuliſſe, & ſic etiã declarare ſententiam contra conſuetudinẽ latam? & quidem Felyn. in capit. Rodulfus poſt nu. 34. verſicu. Sed de declaratione dicit quòd ſic, nam debet etiam in pœnalibus pronuntiari ſeu declarari delictum fuiſſe commiſ-

cōmiſſum ēt vbi imponitur pœna ipſo iure
vel ipſo facto, & deinde pena a iure impo-
ſita ſequitur, allegat Bart. in l. eius qui de-
latorem ad finem principij. ff de iure fiſci.
9 Et multa ſimilia, & maxime de ſtatuto fa-
ciente bannitum confeſſum ipſo iure, quia
declaratoria requiritur. & ſic in terminis no
ſtræ conſuetudinis. & quòd declaratoria
requiratur per multa tenet Hyppo. de Marſ.
in Practic. crim. in §. agredior. nu. 113. &
10 ante dictum numerum idem dicit in de-
ciſio. Tholoſanis 320. & ibi addicio. Bertan.
conſ. 213. col. penul. vol. 3. in nou. Gram.
conſ. 105. num. 60. Ripa in c. ſæpe nu. 100.
extra de reſti. ſpoli. vbi publicè dixi. quòd
ampliatur procedere vt etiā citatio requira-
tur, eſt commu. opinio. rela. per Dec. in c.
inreheprenſibilis col. 2. de appellat. Et quid
quò ad dominium, vel poſſeſſionem amit
tendam per Feudatarios? vide Grammat.
in deciſio. 105. nu. 55. vide archidiac. in c.
pro humana de homic. in. vj. eumdem Fe-
ly. in cap. cum non ab homine de iud. facit
11 quia talis clauſula operatur parte volente,
& petente ſecundum gloſ. in l. ſcimus in
princ. C. de inoffic. teſtam. Rip. in l. de pu-
pillo §. meminiſſe nu. 18. ff. d. nou. oper.
nunt. Roland. Auall. in dicto conſil. 100.
nu. 72. vol. 4. ſed idem Roland. in conſil.
90. nu. 20. & 21. vol. 3. & in d. conſ. 62. nu.
12 2. vol. 2. qui allegat Iaſo. in conſ. 128. vol.
4. dicit quòd non requiratur factum ho-
minis, quando eſt appoſita dictio ipſo iure
nec declaratoria requiritur, & alios docto.
allegat Tiraquell. in l. ſi vnquam nu. 398.
& Mar. Socc. in l. filius famil. §. diui el 2. ff.
de legat. primo in primo notab.

13 SED vera eſt prima opinio, vt regaliter
declaratoria requiratur prout per ſupra-
dictos doctores dixi, & patet per docto. per
Tiraquell. alegato, in d. l. ſi vnquam in d.
verbo reuertantur nu. 143. & 400. qui ſunt
in numero plus, et cum hac opinione tran-
ſit, & refert comunem opinionem ibid. nu.
ſeq. Grabiel. in tit. de maleficijs concluſio.
12. lib. 7. & ibi remiſſiue dicit an requiratur
citatio vel appellatio, & cōmunis eſt quod
requiratur citatio Deci. in d. cap. irrepre-
henſibilis col. 2. verſi. ſed iſta concluſio de
appell. ſequitur Gabr. in d. conclu. 12. ante
nu. 2. Hæc regula tamen fallit in quatuor ca
ſibus. Primo qn̄ factū eſt notorium valde. Se
cūdo cū qualitas ipſo iure inducta cōpetit,
& adeſt lite inchoacta. Tertio reſpectu fru-
ctuū. Quarto cum trahit ſecum executionē,
ita Fely. in cap. Rodulſus quem citat Tira-
quell. in loco pre allegato nu. 401. et ibidē
nu. 402. addit quintam limitationem, tu vi-
de regulam cum ampliat. & limit. & ſub li-
mitationibus per Gabrielem poſi. in d. titu.
de maleficijs concluſ. 2. lib. 7. vbi latè.

14 SED quæro an acquirens ex tali ſenten-
tia nullo ipſo facto ſeu ipſo iure tenea-
tur ad reſtitutionem? dic quòd ſic Tiraquell.
in d. l. ſi vnquam in d. verbo reuertantur nu.
236. Et ſcias quòd iſta ſuſpenſio ab officio
per annum eſt pœna prout de alijs caſibus:
15 in quibus officiales pœna priuationis offi-
tij puniuntur mentionem facit Clar. in Pra
cti. crim. quæſt. 73. intellige tamen hæc ſi à
parte petantur Roland. in conſil. 100. nu. 72.
volum. 4.

CONSVETVDO SECVNDA.

ITEM ſi per alterutram partium litigantium ponatur in iuribus vel exceptionibus eorum conſuetudo: loco probationum eorum per Iudicem vel notarium tempore interogationis faciendæ ſcribatur confitetur, prout in quinterno conſuetudinum continetur.

CONSVETVDO TERTIA.

ET quia ex commemoratione aliarum conſuetudinū, quæ olim in prædicta Ciuitate Cataniæ pro tempore fuerunt magna creſcit aſperitas, & litigiorū crudelitas inualeſcit: prouiſum & ordinatum eſt per vniuerſitatem eamdem cauſa cognita, & diſcuſſa: vt conſtitit, dictas antiquas conſuetudines omnimodo infirmari, & in poſterum omnem earum memoriā aboleri & preſentes conſuetudines in cauſis omnibus, quæ nondum iudiciali ſententia, vel ſunt conuentione ſopitæ habere perpetuam robboris firmitatem, contractibus tantum venditionum, & permutationum à die factis in eorum robbore duraturis.

SVMMAE.

1 *Conſuetudines Catinenſes leges dicuntur.*
2 *Lex vna ſufficit allegari.*
3 *Rubricæ habentes orationem perfectam pro legibus allegantur.*
4 *Statuta ex antiquitate temporum publicata præſumuntur.*
5 *Cauſa cognita quando quid factum dicatur.*
6 *Conſuetudines vltimæ derogant prioribus.*
7 *Statuta non ſine magna & rationabili cauſa reuocari, & corrigi debent.*
8 *Leges & conſuetudines correctæ an allegari poſſint.*
9 *Lex futuris prouidet negotijs.*
10 *Lex an trahatur ad præterita.*
11 *Lex ſeu ſtatutum re probans aliquam conſuetudinem trahitur ad futura.*

ITEM ſi per alterutram &c. Et quia ex commemoratione &c.

HAS duas conſuetudines vnico conteſtu legere decreui, quia non altam nec longam materiã continent, ideo breuiter eas declarabo & primam diuido in duas partes: in prima ponitur factum: in ſecunda deciſionem, ſecunda eſt ibi per Iudicem.

ET ſecundam conſuetudinem, Et quia &c. diuido etiam in duas partes, nam in prima ponit factum: in ſecunda prouiſionem, ſecunda eſt ibi prouiſum, & ordinatum.

SVMMANTVR conſuetudines huius Ciuitatis probationẽ probatam faciunt & aliæ antiquæ reuocantur.

1 NOTA quod conſuetudines ſupradictæ huius Ciuitatis leges dicuntur, nam de eis non requiritur probatio, ſed ſufficit quod allegentur, tanquam leges, quia licet conſuetudines habeãt vim legis, vt hic dicitur, idem per conſuetudinem Panormitanam diſponitur in cap. 87. incip. & ſi maiores ſub rubr. de præſcrip. conſuetud. bene tractan. in verſic. & vt omnis fol. 69. Iacob. de Sanct. Georgio in l. de quibus
2 col. 4. ff. de leg. lex enim vna ſufficit allegari, licet multæ ſint ad vnum propoſitum vt dicit text. in l. ſcire §. fin. & ibi Bart. ff. de excuſatio. tuto. & in ſimili Gabriel. in Clemen. ſæpe de verb. ſignif. in gloſa ſicut
3 etiam rubricæ habentes orationem perfectam poſſunt & ſufficiat allegari in deciſionibus caſuum, vt dicit Iaſon. in rubr. de actio. & dixi ſupra in prælud. in q. 3. Et non debent leges probari: quia ab omnibus ſciri debent l. prima ff. & C. de iur. & fact. Ignor. de primo vide Cynum. in l. leges ſacratiſſimæ C. de legib. gloſ. in auth. de cõtr. inter empt. & vend. & quid de ſtatutis annos ligent in foro conſcientiæ. dixi etiam
4 ſupra in prohemio. Et ſtatuta, licet publicari debeant, alias non valent. vt voluit Dec. in capit. 2. nu. 15. de conſtitu. & in c. 1. nu. 17. de poſtul. præla. Cepol. in conſi. 13. Bal. in authen. omnes peregrini. C. com. de ſucceſ. tamen iſta publicata præſumuntur ex antiquitate temporis, & maxime quia ſunt in volumine ſtatutorum inſerta vt dicit Rodoan. in tracta. de rebus eccl. non alien. in q. 6. in verbo item ex præmiſſis nu. 18. fol. 348. Alex. in conſi. 39. nu. 5. vol. 3. Roland. Aualle in conſi. 99. nu. 36. vol. 2.

NOTA ex conſuetudine tertia, Et quia ex commemoratione quod aliæ conſuetudines antiquæ quæ in hac Ciuitate vigebant ſunt ſublatæ, & memoria eorum in poſterum abolita eſt, & hoc eſt factum per ipſam ciuitatem cauſa cognita: quæ
5 autem requirantur, & quid cauſa cognita dicatur factum: vide tex. in l. 2. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. & vide ad plenum per Menochi. in tractat. de arbitr. iudic. in quæſtio. 19. nume. 4. libro primo.

6 ET vltimæ cõſuetudines derogant prioribus not. in l. Sed poſteriores ff. de legibus l. pacta nouiſſima C de pact. cum ſimil.
7 Et quia leges, & ſtatuta non debent ſine rationabili, & magna cauſa reuocari, nec corrigi vt dicit text. in l. minimè, & in l. ſi de interpetratione ff. de leg. & cap. primo, & cap. ne innitaris de conſtitut. extra Tiraquell. in tractat. tetract. Lignag. §. 9. gloſ. ſecunda nu. 52. & ſequen. Ideò per regem noſtrum ratio in teſtu. aſſignatur, ibi (magna creſcit aſperitas) & litigiorum crudelitas inualeſcit, & ibi (cauſa cognita) quaſi quod cum magna, & rationabili cauſa eas correxit, Vnde bene potuit prout Iuſtinianus in multis partibus fecit. vt in auth & inſtitu. & l. fin. C. de ædi. Diui. Adria. Toll. & in l. vnica C. de vet. iur. enucle. & in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. & Conſtant. in l. fi. C. de bon. mat. & infinitis alijs locis, dicam etiam in
8 in conſuetud. fin. Et leges, & conſuetudines correctas allegare non licet ſecundum Bar. in l. prima ff. de coniungẽ. cum emancip. liber. & in l. prima ff. de lat. liber. tolle. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1. in verbo des confiſcations 1 verſi. Contrarium tamen nu. 14. fol. 88.

IN tex. Ibi in cauſis omnibus: Nota quod hæ conſuetudines ſeruari debent in poſterum in cauſis omnibus quæ ſopitæ non ſunt, & ſic futuris prouident negotijs, & non præteritis Cœphalus in conſil. 571. nu.
9 9. volum. 4. ſicut de iure lex prouidet l. proſpexit ff. qui, & à quibus l. leges, & conſtitut. C. de legibus not. ampliat. Felyn. in capit. fin. de conſtitut. extra, & quando etiam non trahitur ad futura: vide Abb. in cap. 2. extra de conſtitut. l. meminimus, & ibi Bal. C. de legit. hæred. & ibi Bartol. C. de pigno. cap. 2. de conſtitut. extra, & lex dat formam futuris, & non præteritis ſecundum Bald. in l. inbemus C. de teſtamen. Et eodem modo loquitur Imperator in d. l. meminimus in fin. C. de legitim. hæred. Et de hac materia vide Modernos in l. iubemus. C. de teſtam. Et vnam limitationem ad l. leges C. de legibûs per Alexan. in conſil. 101. in fine volum. 3. & aliam per eundem in conſi. 7. colum. 2.
10 volum. 2. Et ſi lex trahat ſe ad præterita nõ comprræhendit ea quæ ſunt deciſa ſententia, tranſactione ſolutione, vel perſcriptione Aret. in conſil. 104. in vltima colnm. nec ad ea de quibus pendet lis ſecundum Paul. de Caſtro in conſil. 79 & in conſil. 243. Alexã. in conſi. 85. & Barba. in conſi. 86. Et an de iure ſtatuta extendantur ad lites pendentes tempore conditi ſtatuti? vide Cœphal. in conſi. 461. nn. 31. volum 4. Et quòd non extendãtnr dicit Bartol. in l. omnes populi de iuſtit. & iure vide Capic. deciſ. 86. nume. 18. & 19.

11 ET ſcias quod lex reprobans conſuetudinem non ſolum intelligitur de præterita ſed etiam de futura. eſt communis opinio relata per Iaſo. in l. de qnibns nume. 55. ff. de leg. & in l. cunctos populos nume. 74. C. de ſum. trin. & fide Cathol. Villalob: in coll. com. opinio. In verbo lex nu. 99. in 1. vol. com. opin. fol. 19.

TITVLVS LXXV. ET VLTIMVS.

De confirmatione dictarum conſuetudinũ.

CONSVETVDO VNICA. ATQVE FINALIS.

MAIESTATI noſtræ fuit humiliter ſupplicatum vt prædictas conſuetudines acceptare, ratificare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur: ea itaque ſupplicatione per nos benignè admiſſa, quia prædictis conſuetudinibus per Curiam noſtram diligenter examinatis, apparuit illas eſſe rationi conſonas, & eidem Ciuitati tranquillum ſtatum, & commodũ adducere: eas iuxta ipſarum tenorem de certa ſcientia, & aſſenſu incliti, & ſpiritualis Domini Ioannis Ducatuum Athenarum, & Neopatriæ Ducis, & Marchionis Randatij Gubernatoris Nob. Ciuitatis Meſſanæ ac Regni Siciliæ Generalis Baiuli tutoris, & pattui noſtri cariſſimi: acceptamus, & pleno Regio fauore affirmamus: maioris tamen Catinenſis Eccleſiæ: In omnibus, & per omnia iuribus, ſemper ſaluis: ad huius tamen authoritatis noſtræ confirmationis memoriam, & robbur perpetuò valiturum præſentes conſtitutiones eidem vniuerſitati ex inde fieri fecimus: & noſtro pendente ſigillo munimine robboratas. datæ Cataniæ per No. Raimundum per alta Comitem Calatebellotæ Regni Siciliæ Cancellarium, & maiorem Cambarerium atque Regni admiratum: anno Dominicæ Incarnationis milleſimo tricenteſimo quadrageſimo quinto Menſæ Decembris Septimo eiuſdem.

EXPLICIVNT conſuetudines Ciuitatis Cataniæ.

SVMMAE.

1 *Conſuetudines à Rege acceptate per ipſum factæ dicuntur.*
2 *Conſuetudo an poſſit introduci ſine principis ſcientia.*
3 *Statutum cõtra legem à principe approbari debet.*

4 Scientia

4 *Scientia certa an præſumatur, in principe.*
5 *Clauſula ex certa ſcientia an tollat vitium ſubreptionis.*
6 *Clauſula ex certa ſcientia an tollat ius tertio.*
7 *Reſcriptum quodlibet intelligitur iuribus tertij ſemper ſaluis.*
8 *Confirmatio facta ex certa ſcientia facit actum nullum validum.*
9 *Clauſula ex certa ſcientia vbi tractetur.*
10 *Confirmata an videantur ea quæ ſunt iuri contraria ex ſimplici confirmatione.*
11 *Ratio legis eſt anima legis.*
12 *Ratio in ſtatutis an requiratur.*
13 *Lex æqua eſſe debet.*
14 *Reges in plurali numero loquuntur, & omnes alij magiſtratus.*
15 *Locutio in plurali numero, à quo fuit inuenta.*
16 *Ioannis Ducis Randatij mors.*
17 *Regi tutor conſtitui poteſt.*
18 *Tutor Regis ſufficit quod det fideiuſſores quales reperiri poſſunt.*
19 *Baiulus de iure Regni datur à Rege filijs Baronum, & comitum.*
20 *Tutor vel curator non poteſt dare rem pupilli vel adulti.*
21 *Tutor principis poteſt donare rem pupilli intellige vt nu 22.*
22 *Princeps debet vniuerſa agere ad vtilitatem ſubditorum.*
24 *Princeps eſt maritus reipublicæ.*
25 *Reges Siciliæ chriſtianiſſimi.*
26 *Comes Rogerius tertiam partem Regni Prælatis dedit.*
27 *Rex Siciliæ quando monarchia habuit.*
28 *Montis Regalis Eccleſia à Rege Bon Guglielmo ædificata.*
29 *Carolus Quintus Maximus Imperator.*
30 *Philippus Rex Siciliæ Inuictiſſimus, & Chriſtianiſſimus.*
31 *Statuta laicorum non ligant clericos.*
32 *Confirmatio ſtatutorum à principe facta an confirmet ſtatuta inualida.*
33 *Confratriæ an veniant appellatione eccleſiarum.*
34 *Dictio in omnibus, & per omnia quid importet.*
35 *Sigilla faciunt acta autentica.*
36 *Sigilli deſtructio quando vitiet inſtrumenta.*
37 *Sigillum quando probet, & nu 39.*
38 *Sigillum veram probationem facit.*
39 *Sigillum mercatorum in pannis probat dominium.*
40 *Sigillum in approbatione legum non eſt neceſſarium intellige vt nu. 41.*
41 *Conſuetudines noſtræ Catinæ quando datæ fuerunt, & per quem.*
42 *Conſuetudines noſtræ Ciuitatis, fuerunt datæ ante Ritum.*
43 *Priuilegia Ciuitatum per Ritum fuerunt ſalua.*

MAIESTATI noſtræ, &c. Diuiditur: in ſex partes: in prima enim ponit dictum: in ſecunda aſſignat rationes cõfirmationis: in tertia conſuetudines acceptat, & confirmat: in quarta exceptionem ponit: in quinta ſigillo corroborat: in ſexta, & vltima datam ponit: ſecunda eſt ibi quia peccatis: tertia eſt ibi acceptamus: quarta ibi maioris tamen: quinta ibi ad cuius authoritatis noſtræ: ſexta, & vltima ibi dare Cataniæ.

SVMMATVR. per Regem Ludouicum cum aſſenſu eius tutoris, & Baiuli conſuetudines Ciuitatis Cataniæ examinatæ confirmantur, & ſigillantur in tempore quo data ponitur iuribus Eccleſiæ non abrogatis.

1 IN text. Ibi acceptamus, & confirmamus nota quòd p iſta verba iſtę cõſuetudines ſunt leges, & conſtitutiones ipſius principis cum omnia noſtra facimus quibus à nobis impartitur authoritas L. 2. C. de ver. iur. enucl. cap. in aliquibus de reſcript. in ſexto Bart. in ſimili in l. ambitioſè de decre. Decurio.
2 Socc. in conſi. 278. in 2. colum. Et an conſuetudo poſſit introduci ſine certa ſciẽtia principis quando eſt contra leges? dic quòd nõ quia tunc inferior tolleret legem ſuperioris: Ita Dominicus de Sancto Geminia. in cap. erit autem in §. leges 4. diſtin. & in cap. fruſtra octaua diſtinc. tu autem: vide eá quæ in prçludijs in quæſt. xv. in verſ. Et an ad introducendam, & ſcias quòd ciuitas confirmans omnia ſtatuta non cenſetur confirmare ea quæ ſunt contra ſeipſam Paul. de Caſtr. in conſil. 129. Grám. in conſil. 3. nu. 17. quis. Et iurans ſeruare ſtatuta non præſumitur iurare ea, quæ ſunt contra ſeipſum Brun. in conſi. 35. num. 16. Menoch. de præſumpti. in præſumpt. 44. nu. 12. & ſequent. libro 3.

3 IN text. de certa ſcientia hoc neceſſe fuit ad validãdum noſtras cõſuetudines quoniam ad hoc vt ualeat conſuetudo ſeu ſtatutum contra leges requiritur approbatio ſuperioris ex certa ſcientia vt dicit Innocẽt. in cap. 1. in verbo infirmatur de tranſactio. quẽ refert, & ſequitur Dominus Alex. in conſi. 388. incip. viſo ſtatuto in quarta colum. vbi dicit Baldum hoc voluiſſe, & in l. priuilegia C. de ſacr. ſanc. eccleſ. & in l. ſi conſtat de ap-
4 pellatio. Et ſubdit quod certa ſcientia non præſumitur in principe ſecundum Innóc. & Docto. in cap. porrecta de confirm. vtil. vel inutil. facit cap. 2. de conſtitut. in ſexto, & ſequitur Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. in concluſione, & approbatione in verſic. hoc neceſſe folio 380. Hyppol. in ſingul. 37. Sed

incontrarium eſt comunis opinio in hoc
quod immo pro expreſſa habetur ſi tacite
poſita ſit quam comunem ſcriptam inueni
in coll. comun. opinio. Soarez. in verbo
clauſula nu. 88, Villalob. in ſua coll. comu.
opinio. in verbo clauſula nu. 64.

5 ET an iſta clauſula ex certa ſcientia tol-
lat uicium ſubreptionis? Socc. in conſ.
164. 2. volu col. 3. dicit quod non. Sed mul-
ti doctores citati per Port. in concluſ. prima
verſic. decimo tertio, dicunt quod talis clau
ſula tollit vitium ſubreptionis, quibus addo
Roland. in conſ. primo nu. 66. vol. 3. &
Nact. in conſi. 652. nu. 8. videbis portium
in dict. verſ. & an poſſit ſaluari hæc contra-
rietas vide Socc. in conſ. 164. qui pulchrè
6 loquitur: ſed an talis clauſula tollat ius ter-
tio? per multa Roland. in conſil. 6. in fin.
dicto volu. 3. dicit quod non. facit illa ratio
7 quia quodlibet reſcriptum Papæ vel Impe-
ratoris aut Regis intelligitur iuribus tertij
ſemper ſaluis prout refert cõmunem opi-
nionem Dec. in c. dudum nu. 10. de deci-
mis. quã refert & ſequitur Villalob. in coll.
comm. opinio. in verbo Papa nu. 18. Lanz.
in repet. c. volentes de alien. feudo. eſt ca-
pitulum regni Regis Martini 29. & Regis
Alfonſi c. 393.

8 ET confirmatio facta ex certa ſcientia
facit actũ nullum validum, vt dicit Nact.
in conſ. 647. nu. 18. Alex. conſil. 7. col. 10.
lib. 5. & conſi. 79. col. 5. vol. 1. Guid. Pap.
in conſil. 205. Dec. in conſil. 516. num. 12.
& in conſ. 534. col. prima per Gabriel. in
tit. de clauſulis concluſio. prima lib. 6. &
quod in ſimplici confirmatione non intelli-
10 gãtur confirmata ea quæ ſunt iuri contraria
dicit l. 2. C. de fund. & ſalti. lib. 12. c. ad no
ſtram de confirmat. vtil. vel inutil. Bal. in c.
primo nu. 2. in princ. per quos fiat inueſti-
tura. Sed fallit niſi ex certa ſcientia princeps
confirmet ita Bald. in d. c. primo & Inno.
in c. 7. de confirm. vtil. vel inutil. duenas in
regula 131. in primo vol. vbi ponit alias ſex
fallentias.

NOTO primò quòd iſtæ conſuetudi-
nes cum cauſa & ratione approbatæ
& confirmatæ fuerũt (de quibus in tex.) per
11 Regem noſtrum ad inſtar legis, cuius ani-
ma ratio eſt, l. cum pater §. dulciſſimis ff. de
legat. ſecundo. cap. erit autem lex. 4. diſtinc.
nam licet in ſtatutis non requiratur ratio
12 quare ſtatuentes moueãtur ſed ſufficit pro
ratione voluntas prout per multa dicit Ti-
raquell. in tract. retract. Lignag. in præſu nu.
76. tamen requiritur quãdo ſtatuentes aliàs
conſuetudines ſeu leges antiquas annullant
prout noſter tex. facit: Idem dicit Tiraquel.
in tract. retract §. 9. gloſſ. 2. nu. 54. Et dixi ſu-
pra in conſuetud. proxima nume 9 & facit
13 quia lex debet eſſe æqua, & rationabilis, &
neceſſaria dicto capit. erit autem lex, quarta
diſtin. per Cagnol. in l. 1. C. quando non pe-
te. part. Ideò ergo hic ratio ponitur.

IN text. Ibi dignaremur, & ibi affirma-
14 mus: Reges enim in plurali numero lo-
quuntur, & omnes alij magiſtratus qui per
ſonam rei publicè repræſentant ſecundum
Pollio libro 5. cap. 4. & quæ not. in gloſſ. in
verbo ſingularis: in capit. cum a bono de re
iudic. in 6. & in capitu. quòd graui de crim.
fall. & per Archidi. in capit. ſicut de elect. in
6. Et modus loquendi in plurali numero in
15 dignitatis ſtatu exiſtente fuit inuentus pri-
mo à Iulio Cæſare: vt dicit Cyn. in l. vnica
C. vti poſſidetis. Cagnol. in prohœm. Dige-
ſtorum vbi dicit idem in lectoribus, & licet
Imperatores Romani aliquãdo locuti ſint
in numero ſingulari vt l. prima C. quomo-
do, & quando iudex: & in l. 2. C. de appel-
lat. Et etiam iuriſconſulti vt in l. 1. ff. de teſt.
mil. tamen vt plurimum quando ſtatuunt
vel ordinant in numero plurali loquuntur
vt in l. 2. C. de veter. iur. enucleã. 15. in authẽ.
de trien. & ſemis lega. Ibi nos autem. & iſtæ
conſuetudines fuerunt acceptatæ à Rege
Ludouico tunc infante, de quo locutus fui
ſupra in Præludijs, in principio, cum aſſen-
ſu Incliti Ioannis Balij, & tutoris eius ac Pa
tricij, & iſte Ioannes fuit Filius Friderici Ter
tij, & ſecundum Fazellum, Secundi Regis
Siciliæ Fratris Condã Regis Petri Secũdi. Et
ſic erat Patruus Regis Ludouici Filij Regis
16 Petri prædicti, & Nepotis Friderici Tertij,
& obijt, in Ciuitate Maſcalarum tempo-
re magnæ peſtis in Italia, & in Sicilia, & ſe-
pultus eſt in tus monumentum Regis Fri-
derici eius patris in maiori Catinenſi Eccle-
ſia, & obijt, in anno 1348. vt teſtatur Fa-
zellus in hiſtoria Siciliæ lib. 9. fol. 795. nam
17 Regi tutor conſtitui poteſt l. 1. C. de tuto. Il-
luſtr. perſo. & ibi per Doctor. & quomodo
conſtituatur, & quibus, Et licet habẽs onus
& maiora negotia non debeat tutor perſo-
nis Illuſtribus dari, vt dicit tex. in l. fin. C. eo.
titu. Et ſic videbatur occupatus. Ioannes cũ
eſſet Gubernator Regni Siciliæ, & Meſſanæ
tamen quia omnia erãtur negotia dicti Re-
gni ideò bene tutor & Baiulus erat. Iaco. de
Sancto Georgio in tractat. feudo. in verbo
18 Carolus in princ. Et ſufficit quòd det fide-
iuſſores quales reperiri poſſunt aliàs ſeque-
retur quòd Rex nunquam haberet tutorẽ:
& Mater poteſt eſſe tutrix: ita conſuluit
Vbert.

Vbert. de Vbobio. de quo mentionem facit
Caſtan. in rubr. 6 § 4 in verbo entregens in
verſ. Dominus Iacobus folio 218. & poſt eũ
dicit Roland. in conſi. 18. nu. 53. & 54. volu.
19 2. maximè quia Baiulus de iure Regni datur
à Rege Filijs Baronum Comitũ Marchio-
num prout eſt conſtitutio Regni minori-
bus ſub titu. de iure Baiuli, & ibi Afflict. vbi
an inuentarium facere teneatur iſtæ Baiu-
lus, & de confectione inuentarij quis confi-
cere tenetur vide D. Cum. in cap. 19. Ritus
nu. 44 vide Roland. à Valle in tract. de con-
fectio. inuentar. in verbo tertio quęritur nu.
1. fol. 5. vbi dicit quod princeps ſeu Rex hæ-
res, inuentarium facere tenetur.

20 ET ſcias vnum quòd licet tutor vel cura
tor non poſſit dare rem pupilli vel adul-
ti, & ſi donat de proprio teneatur: vt dicit Ia
ſon. in l. contra iuris § ſi filius nu. 3. ff. de ne-
got. geſt. tamen non procedit hoc in tutore
21 principum vel Regum aut Illuſtrium perſo
narũ: vt dicit Lanfran de Oriano in ſing. 22.
Roland. Auall in conſil. 18. nu. 56. 59. & nu.
63. volum. 2. Caualca. in tracta. ſuo de tuto.
22 & curato. nu. 121. folio mihi 74. Sed intelli-
ge de rebus dari ſolitis a principe defuncto:
Ita dicit Roland. in conſil. 18. vbi ampliat
etiã quòd ex cauſa neceſſaria inſolita dare
non poteſt vt dicit idem Roland. dicto con
ſil. nu. 66. & cum eiuſdem Ioannis aſſenſu
fuit in anno 1343. per Regem Ludouicum
conceſſum Panormo priuilegium de non
renuntiandis priuilegijs dict. Ciuitatis vt in
prohœm. dixi.

IN tex. Ibi eidem ciuitati tranquillum ſta
23 tum: ideò hîc dicitur nam princeps de-
bet vniuerſa agere ad vtilitatem ſubiectorũ
vt in §. 1. in auth. vt iud. ſine quo ſuffrag. & ip
ſius reipublicæ ſuſtentationem, & vtilitatẽ
reſpicere: vt in prima conſtitutio. C. § adeo
que l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. nam
24 princeps eſt maritus reipublicæ: ſecundum
Lucam de Pœn. in l. quicunq; in tertia col.
de omn. agro deſerto libro 11. & multa de
principe, & de eius qualitatibus dicit Cagn.
in epiſtola de boni princip. vita in prohœ-
mio Digeſtorum.

IN text. Ibi maioris tamen Catinenſis Ec-
25 cleſiæ: Nota quòd Rex noſter conſuetu-
dines iſtas confirmauit iuribus Eccleſiæ Ca
tinẽſis ſemper ſaluis, & ex hoc demonſtrat
bonum zelum, & Catholicum quia ſe non
inmiſcet in rebus Eccleſiæ nec per has con-
ſuetudines aliquid ipſius Eccleſiæ derogat:
imò de ea, & de omnibus alijs Eccleſijs cu-
ram particularem Rex noſter Siciliæ habet
26 vt viſum fuit in Comite Rogerio primo Si-
ciliæ Aquiſitore à Mauris qui tertiam partẽ
quaſi Regni Prælatis dedit, & Eccleſias Ca-
thedrales conſtruens prout hanc noſtram
cõſtruit ſic pulcherrimam, & tot maximis
columnis adornatam maiorem omnium
aliarum Eccleſiarum Regni vt Fazell. te-
ſtat, in Cronica Siciliæ de ciuitate Cata-
niæ ſcribendo, & eius Epiſcopatui cõſtituit
Augeriũ primum Epiſcopum poſt aduen-
tum ipſius Comitis Rogerij ponendo, &
Agrigenti Giorlandum. & Angelum ſeu
Robertum Meſſanæ, & Syracuſis Stephanũ
& Mazarię Stephanum de Roano in anno
27 1860. propter quod beneficium legatus nã-
tus, & Monarcha in Regno creatur prout
in cronica prima ſeu in prohœm. capit. Re-
gni dicitur Fazell. in hiſto. Siciliæ lib. 1. cap.
1. propè finem, & ego latè dixi in repet. ca-
pit. volentes de feud. s in Præludijs publicæ
legendo, & Rex Bonguglielmus eius nepos
28 qui Eccleſiam Cathedralem Montis Rega-
lis ſic mirabilem fecit, & Rex Ferdinandus
Catholicus dictus qui tot mirabilia pro Re-
ligione Chriſtiana operatus fuit maximè, è
Regno Iudeos expellendo, & granatam ca
piendo, Et quid de Inuictiſſimo, & Sereniſſi
29 mo Carolo V. Imperatore dicã: videatis ob
ſecro vitam ipſius per Vllulam ſcriptam, &
dictum Fazellum in d. hiſtoria Sicilię libro
vltimo cap. vltimo, Et maximè quę bella fe
cit contra hęreticos: Et mandando in hoc
Regno viſitatorem ſpecialem vti Monarca
in Regno pro viſitandis Eccleſijs iuriſpatro
natus Suæ Catholicæ Maieſtatis, Condam
Illuſtrem de Arnedo, & ſic habendo curã
de diuino culto: ſic etiam, & Catholicus, &
30 Inuictiſſimꝰ Rex; Philippus eius filius Rex,
Et Dominus noſter: Illuſtrem D. Donum
Petrum Mariche, cui ego per aliquod tem-
pus fui conſultor. quæ Sacra Maieſtas tam
Chriſtianitatem fouet multaque bella con-
tra infideles faciendo, & maximè contra hæ
reticos, & Reginam Inghilterræ cõtra quã
maximum Pręliũ in anno 1588. miſit quaſi
mille velatum, & Deo adiuuante eius Re-
gna erunt perpetua, & ſui deſcendentes eis
gaudebunt propter eius bonam, & ſanctã
opinionem cui Deus longeuos dies pręſtet,
pro tuitione Chriſtianæ Religionis, & de
31 iure etiam ſtatuta Laicorum non ligant Ec
cleſiam regulariter. vt in cap. Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ de conſtitu. nec conſuetudines:
nec conſuetudines refert communem opi-
nionem Laur. Chirco. In verbo conſuetudo
in concluſione 53. num. 27. folio mihi 16. in
lib. 2. commu opin. & vide quæ dixi in Præ-
ludijs in quęſtione vndecima.

ET an Rex noſter confirmãs has conſue-
tudines iuribus eccleſiæ, ſemper ſaluis
32 intelligatur confirmaſſe ſtatuta alias inua-
lida & iniuſta vide Port. in concluſ. 3. lib. 2.
33 vbi ponit duas opiniones contrarias: Et an
appellatione eccleſiæ venianr confratriæ
vide late per Port. in concluſio. 6. libr. 5. vbi
pulchre ponit regulam, referendo magis
communem opinionem quod non: & de-
inde limitat: vide quæ dixi ſupra in conſue-
tudine vnica tit. 48. nu. 4. ſub rubrica de nõ
habentibus ius prothomiſeos.

34 IN tex. Ibi in omnibus, & per omnia iſta
dictio quid importet: vide latè per Iaſo.
Ripam, & Ruinum, & Socc. in l. 1. ff. de le-
gat 1. vbi dixi.

NOTA tertio quod has conſuetu-
dines Rex noſter Sigillo Regio robo-
35 rauit, & authenticauit: cum ſigilla faciant
acta authentica, & eorum deſtructione non
dicuntur authentica & idẽ operatur ſigillũ
quòd ſubſcriptio vt dicit Roman. in conſil.
303. in fine. Crau. de antiquit. temp. 5. par-
ticula: ſecundæ partis nu. 46. Et quando vi-
36 ciet ſigilli deſtructio: vide per Iaſo. in conſ.
2. Et dicit Peur. in conſ. 2. nu. 26. Et tunc pro
37 bat ſigillum quando ſigillans dicit illud po
ſuiſſe l. ad teſtium §. ſi quis, & ibi Barto. ff. de
teſti. cap. 2. & ibi Docto. de fid. inſtrument.
cap. ſignificauit vbi moderni de appellat. Et
multa de ſigillo dicit Caſſan. ſuper conſue-
tud. Burgun. In verbo concluſio, & approba
tio: in verſi. nihil nu. 1. & ſequen. fol. 386. Et
38 quod ſigillum probationem veram faciat,
vide multa per Didac. Couarr. allegata: in
lib. Pract. quæſtio. cap. 21. nu. 8. Menoch. de
arbitr. iud. libro 2. Cent. 2. caſu 113. fol. mihi
39 191. Et quòd ſigillum probet dominium ſi-
cut ſigillũ mercatorũ in pannis dicit Duen.
in regula 186. vol. 2. vide Hyppo. in rubr. de
probat. nume. 1300. & ſigillum alienæ ſcri
pturæ appoſitum illæ conſcripſiſſe præſumi
tur, & quomodo dicit Gabriel. in titulo de
præſump. concluſ. 4. lib. 1. & multa de ſigil-
lo nouiſſime & copioſiſſime ſcripſit Ioſeph
Maſcard. in tracta. de probatio. in concluſ.
1302. vol. 3. & hoc ad maiorem cautelam
40 quia ſigillum non eſt neceſſarium in appro
batione legum ſecundum Bald. in c. 2. de
pace conſtant. in vſib. feud. Cumia in c. fin.
ritus nu. 4. niſi eſſet conſuetudo quod non
41 crederetur literis principis ſine ſigillo c. cũ
dilectus de conſuetud. docto. in c. 2. de fid.
inſtrum. Qua autẽ pœna puniatur fractor,
vel mutator ſigillorum & quomodo, vide
Hyppol. de Marſilijs in l. prima §. qui in om
nibus nu. 4. ff. ad l. Corn. de falſ. vide Clarũ
in ſua pract. crim. in §. falſum verſ. aperiens.

42 NOTA vltimo in data harum conſue-
tudinum quod Catinæ datæ fuerunt,
& Rex noſter in hac Ciuitate habitabat, &
hic natus fuit vt in prohe. ſupra dixi & eius
tutor & baiulus Ioannes, & generalis admi-
niſtrator regni prout alij Reges commora-
bantur & Reginæ in hac Ciuitate mortuæ
fuerunt in Eccleſia Maiori diuæ Agathæ &
in Eccleſia ſancti Franciſci & dixi ſupra in
43 præludijs: & fuerunt datæ ante Ritum per
plures annos nam hæ datæ fuerunt die 7. De
cembris quintæ Indictionis 1345. & Ritus
fuit compilatus à Rege Alfonſo in anno Do
mini 1446. nec per hoc vltima derogãt prio
44 ribus quia per Ritum dicitur priuilegijs, &
iuribus Ciuitatum tamẽ ſemper ſaluis, vt in
fine Ritus dicitur maximè: quia noſtræ
conſuetudines ſunt particulares, & ritus eſt
generalis prout notatur in l. ſed & poſterio-
res ff. de legibus, vide gloſ. in §. igitur in ver
bo deſuetudine in prohem. Inſtitutio. &
ibi Angel. & Silueſtrum in prohem. & de
data vide multa per Cagnol. in prohem. ff.
in §. nos verò nu. 296.

ET per hæc cum laude Dei optimi ma-
ximi Beatæque Mariæ Virginis & bea-
torum Ioſeph & Agathæ ciuis & patronæ
compatriotæ ac aduocatæ meæ ſit expedita
iſta lectura ſuper iſtis conſuetudinibus no-
ſtræ Ciuitatis, hodie die 20. Februarij 3.
Indict. 1590. & ſi quid in ſupradictis boni
dixi Deo tribuatis, à quo omne datum opti
mum, & donum perfectum deſcendit: Si
vero male imbecillitati ingenij mei, prout
iura fieri mandant l. impubes ad Sillan.

FINIS LAVS DEO.

AMEN.

Nunc & per infinita ſæcula ſæculorum iterum Amen.